J. Smith



AMSTELÆDAMI, Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS cIↄIↄCCI

MISCHNA

ſive

TOTIUS HEBRÆORUM JURIS,

Rituum, Antiquitatum, ac Legum Oralium

SYSTEMA,

Cum Clariſſimorum Rabbinorum

MAIMONIDIS & BARTENORÆ


Commentariis Integris.

Quibus accedunt Variorum Auctorum Notæ ac Verſiones in eos quos ediderunt Codices.

Latinitate donavit ac Notis illuſtravit

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

PARS PRIMA.



AMSTELÆDAMI,

Excudunt GERARDUS & JACOBUS BORSTIUS.

CIƆ IƆ CLXXXXVIII.

NOBILISSIMIS
AMPLISSIMISQUE,
VIRIS,
INCLYTÆ URBIS
AMSTELODAMENSIS
CONSULIBUS
GRAVISSIMIS;

JOHANNI CORVER,
NICOLAO WITZEN,
JERONIMO de HAZE de GEORGIO,
DIEDERICO MUNTER.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

NEminem vestrum esse, Viri Amplissimi, quem latere possit Legem de Primitivis fructibus populo Israelitico quondam a Deo Optimo Maximo per legatum suum Mosen descriptam atque

commendatam eſſe, mihi certo perſuaſum habeo. Hujus autem latæ legis rationem ſi mecum conſideretis, eam æquiſſimam ipſoque jure naturali ſuffultam comperietis. Cum enim terrarum hominumque creator pariter ac conſervator agnoſcendus ſit, nonne merito atque jure optimo quicquid vel in tota natura excellens, præſtans, primarium, ac magnificum homini largitus eſt, ad ipſum deferendum ſit, utpote eum qui id quod hominis eſt omne ducit ſuum? Et ab eo potiſſimum populo, quem omnibus tam ad vitam ſapienter inſtituendam præſidiis, quam poſſeſſione terræ ac domiciliorum, nec non omnibus imperii majeſtatiſque Inſignibus, imo ipſa libertate & religione, quæ vita carior eſſe ſolet, deſtitutum, & ad incitas redactum, pene ab interitu vindicavit; non ſecus, quam ex univerſis gentibus ſelectiſſimas primitias, filiumque primogenitum complexus, ſovit, & quam ornatiſſimum reddidit; ac præterlapſis deinde temporibus ejus res geſtas ſemper ornavit, & ſanctiſſimis legibus inſtruxit, ut nihil ipſi quantum ad imperii majeſtatem, religionis ſanctitatem, omnium artium ac ſcientiarum intelligentiam attinet, deeſſe videretur. Sed quorſum hæc, Nobiliſſimi Viri? non aliorſum, quam ut oſtendam quantum Vobis, patriæ Patribus, quantum Urbi veſtræ debeam; & quo jure, qua fiducia laborum meorum Primitias ad Auguſta veſtra limina delatas, & Vobis ceu Diis quibuſdam

buſdam tutelaribus conſecratas velim. Nam ſi quid eſt in me ingenii, quod ſentio quam ſit exiguum, aut ſi quem uſum in Hebræorum literis mihi comparaverim, in quibus non inficior me diu multumque eſſe verſatum; aut ſi hujuſce rei ratio aliqua a liberalium artium & linguarum Orientalium ſtudiis ac diſciplina profecta ſit, a qua ego nullum ætatis meæ tempus abhorruiſse profiteor; earum rerum omnium vel in primis hæc celeberrima veſtra Civitas, omnium doctorum virorum copia abundans fructum aliquem a me repetere prope ſuo jure debet. Nam ſi mens mea reſpiciat ſpatium præteriti temporis, & plurimorum annorum recordetur memoriam, Hanc video mihi principem, & ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam rationem horum ſtudiorum extitiſse. Duodecimus enim jam labitur annus ex quo ego ad veſtram appuli urbem, & ſuccedentibus deinde temporibus non ſolum quotidianos attendi Judæorum magiſtros, ſed & ipſe operam meam aliis e gente noſtra bene multis intra privatos parietes addixi; quo fructu, teſtabuntur ii, quibus me duce hæc ſtudia ingredi contigit. Cumque quam plurimis prodeſse, ſeriſque, quoad fieri poteſt, nepotibus, & longe a nobis diſſitis inſervire, magni & vere Chriſtiani animi eſſe ſemper duxerim; nullos labores, nullas moleſtias in detegendis Judaicorum rituum arcanis, ſubterfugiendas putavi. Ita favente indies Numine divino non ſine labore improbo tandem eo progreſ-

ſus fui, ut fructus hos Orientales in terra veſtra renatos conſpiciatis. Quorum primitivos, etſi non iis ornamentis & tanto ſplendore quanto olim Jeruſolymam adduci, & ſacerdotibus exhiberi ſolebant, nihilominus Vobis tanquam digniſſimis & non minus de eis optime meritis ſacerdotibus eo quo par eſt animo ac reverentia ſacros volo, & quam humillime offero. Si enim jus quod in me habetis, conſiderem, Domini mei Vos eſtis: Si ipſius operis quod Vobis ſiſto argumentum & ſplendorem, nil niſi leges divinas ſpirat; at quis Vobis legum divinarum ac humanarum melior judex? ſi terram unde provenit, Oriens ipſum genuit; at quis Vobis monumentorum Orientalium, & cujuscunque quod Oriens rarum habet, & noſtri homines admirari ſolent, ſcrutator curioſior, æſtimator æquior? ſi denique locum in quo renatum eſt; Amſtelodamum audit, cujus Vos Conſules ac moderatores eſtis, quod imperio veſtro tam juſto, æquo, miti, benefico, ac tam clementi regitur, ut civitati veſtræ eam famam pepererit, ut ea non tantum omnium urbium ac provinciarum caput, Bataviæ oculus, & totius Europæ feliciſſimum emporium habeatur, ſed & omnium nationum ac gentium commune perfugium, ac ſacrum quoddam Aſylum. Quo fit, ut nulla fere linguarum, artium ac ſcientiarum exiſtat notitia, quæ non in ea inveniatur; ut, ſi quis incolas veſtros cum urbe conferat, non unius urbis, ſed totius orbis, non unius nationis, ſed omnium, totiuſque generis humani concurſum, atque univerſæ terræ compendium

videat.

videat. Inter quos antiquissimus Hebræorum populus locum minime postremum tenet, florentissimorum negotiatorum non exigua pars, priscæ Sapientiæ promptuarium, Misnæ nutrix, litterarum sacrarum fidelissimus custos, atque omnis propemodum sacræ memoriæ clarissimum lumen. Per illum nobis cum omnibus peregrinis gentibus commercium, ita ut nullus fere sub sidere cœli inveniatur locus, quem non pars aliqua illius inhabitet. Per illum quoque nobis sola atque unica Hebræa antiquitas, ritus, ac leges, quæ ab omnibus Christianis recipiuntur, cæterisque omnibus ut sanctiora, & certiora, ita & merito ipsis præferenda; ut multa Sanctissimarum Paginarum loca jacerent in tenebris, nisi harum litterarum lumen accederet. Cujus populi olim tanta fuit felicitas ac dignitas ut totius mundi Dominus cum eo ageret solo, & quidvis secretorum suorum lubens ad summum illius bonum manifestaret, eumque divino suo spiritu quotidie excitaret. Imo cujus Rex, cujus Judex, & cujus Legislator foret ipse Deus, quamobrem Ignem Perpetuum, Aram Sacram, Arcam Fœderis, Interpretem Arcanorum, Spiritum Revelationis, Solium Gloriæ, atque alia Divini sui favoris monumenta bene multa in eo collocaverat. Sed quanto hic populus honore antecelluit alios; tanto Vos, Gravissimi Viri, huncce populum antecellitis. Quicquid enim hujus populi ac Jerusolymitanorum civium quondam fuit dignitatis ac gloriæ, totum hoc, quantumcunque est, quod certe maximum est, totum est, in-

quam, Vestrum, & in hoc socium habetis neminem. Vestri enim sunt, vestræ Urbis incolæ, Vobis subjecti; non vi, non armis, non ferro; Sed humanitate, sapientia, bonitate, ac æquitate vestra mirabili invitati, ultro ad Vos venerunt, & se felices æstimarunt vestro omnium clementissimo Imperio Consulari subjici; de quo tot præclara vel in remotissimas a Vobis terras ad ipsos delata erant beneficiorum in omnes homines encomia, ut Amstelodamenses maluerint cives quam Jerusolymitani vocari. Domitæ quidem sunt auspiciis vestris gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, locis infinitæ, omnium copiarum genere abundantes, Indi atque Garamantes, cæterique Asiæ, Africæ, & Americæ ignoti populi; sed & hoc ante vos alii fecerunt, & ea vicistis quæ & naturam & conditionem ut vinci possent, habebant. Nulla enim est vis quæ non ferro ac viribus debilitari frangique potest. Verum animum vincere, civibus indulgere, subjectis temperare, conscientiæ libertatem largiri, populum ipsa religione a Vobis dissentientem non modo intra mœnia vestra tolerare, sed etiam tueri & extollere jacentem, eique aliquod Sacrarium cultui divino dedicatum concedere, longe major gloria est; hæc cum faciatis, non ego Vos cum summis viris comparo, sed Deo proximos judico! Homines enim ad Deum nulla re propius accedunt quam salutem hominibus dando. Hinc est, Clementissimi Patres, quod in conservando ejusmodi populo non defatigamini, non cupiditate præsertim, aut pravitate aliqua lapso, sed

opi-

opinione Religionis, mala quidem, certe non improba, & specie quadam ignorantiæ, attestantibus mecum vel ipsis Domini nostri minime inferiori loco habendis legatis. Inter quos præcipue excellit celeberrimus quondam Gamalielis, (in Misna hac nostra sæpius memorati, & cui Hebræorum ritus multum debent,) discipulus Saulus, post conversionem suam Paulus dictus; Divum Paulum omnium Christi legatorum facile principem indigito. Cujus, postquam ad pedes magni Gamalielis eductus atque in Misnicis eruditus erat, (ut ipse de se testari gaudet,) & cœlesti quodam igne tactus, tantum flumen ingenii fuit, tanta dicendi, scribendique vis, tantaque copia, ut orationibus suis ad populum habitis, quasi aculeos quosdam in auditorum animis relinqueret, & in gloria Dei asserenda omnibus palmam præriperet. Quamobrem & cum populo Romano, in omnibus artibus ac scientiis maxime erudito, tot tantisque victoriis superbiente, & hac de causa omnium difficillimè convincendo, summa cum fiducia de fide Christiana agere ausus est. Deos, eorumque imagines, impendio quidem venerandos rejecit, de solio deturbavit; templa augustissima ac sanctissima destruxit; sacerdotes, pontifices, augures, & haruspices summæ apud populum existimationis viros in summum contemptum adduxit; & cuicunque quod sanctum ac inviolabile penes illum erat, interitum ac ruinam meditatus est. Et quis nostrum non immortales huic Heroi habebit gratias, quod totum nobis in suis ad

He-

Hebræos litteris cultum cerimonialem convertit in ſpiritualem; illiuſque tantæ profunditatis Myſteria, quæ nullus unquam mortalium abſque cœli commercio vel cogitando aſſequi potuiſſet, tam luculenter detexit, & fidem Chriſtianam firmiſſimis adeo fundamentis innixam locupletavit. Ex quo videtis, Sapientiſſimi Conſules, quanti æſtimanda ſunt Hebræorum ſtudia, quantusque eorum oſtenditur fructus! Quare gaudete hoc veſtro tam excellenti præ cæteris bono, & fruimini cum fortuna & gloria, tum etiam natura, moribus, virtutibuſque veſtris feliciſſimis, quorum nulla admirabilior nec gratior, eſt quam clementia, ex qua quidem maximus fructus jucunditaſque eſt cuivis bono, ac ſapienti. Effloreſcat veſtra juſtitia quotidie magis, & regimen veſtrum ſeſe extendat latius, ut nullus locus, nulla gens, nulla natio inveniatur, quo non Nomina veſtra Famaque pervenerint. Me vero quod attinet, nullo unquam tempore deero, quin Deum Optimum Maximum ſupplex venerer, ut in hujus tantæ Urbis, civium, mercaturæ, ac liberalium artium emolumentum tam diu Vos ſervet incolumes, dum naturam ipſam ſatietate vivendi expleveritis, & Nomina veſtra vigeant memoria Seculorum omnium, quæ poſteritas alet, quæ ipſa æternitas ſemper intuebitur.

Dabam Amſtelodami ipſis Calendis Jul.
1698.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S. D.

GUILIELMUS SURENHUSIUS.

Tandem aliquando tibi diu exoptatam & a summis Hebraicarum literarum cultoribus vehementer expetitam Misnam, omnium gentis Hebrææ rituum Systema damus absolutissimum, ac veluti promtuarium, unde omnes quotquot præteritis unquam seculis extiterint viri docti, sua hauserunt eruditionis specimina, eaque non minori cum fructu quam admiratione orbi literato prodiderunt. Quorum æqui æstimatores imprimis esse possunt ii, qui utriusque Testamenti tabulas diligenter evolvendo, non tantum ea quæ fide assumenda sunt, sed & phraseologias, stylum, antiquitates, formulas loquendi, morem gentis; ejusdemque cerimonias, & id genus alia cupiunt habere perspecta. Nam cum Dominus Christus, ut & ejus legati statuant, omnia quæ per Mosen & Vates divino instinctu vel instituta vel prædicta sunt, meras futurorum bonorum umbras, quorum corpus est Christus, continere: quid Theologo Christiano magis ex usu esse possit, quam ut Mosis instituta summopere pervestiget? Quod utinam sibi in animum induceret studiosa juventus, quæ operam atque ingenium suum in Theologia collocandum statuit, ut prius ad veriora Hebræorum studia se conferret, missis anilibus ethnicorum fabulis, fictisque eorum antiquitatibus, quæ non tantum nullius sunt momenti, & ne flocci quidem pendenda; sed quod deplorandum! innoxiam ætatem mox Sacris initiandam, tot præjudiciis inanibusque figmentis adeo explent, ut ad sanam mentem se vix deduci patiatur. Quin imo, ut veluti perturbato ac alienato animo illotisque manibus Sacras Paginas contrectans, quam primum polluat, & certissimam Theologiam inde expromendam sine multa utilitate attingat. Cum tamen omnium primi & optimi N. T. Theologi fuerint ii qui Apostolorum nomine veniunt; non gentiles, sed Judæi; non qui fictas quasdas fabulas atque impurum ethnicorum sermonem didicerant, sed qui certissimis populi Hebræi ritibus ejusdemque sanctissima lingua a teneris imbuti erant. Consequitur, eum qui optimus & vere dignus Christi discipulus haberi velit, prius fieri Judæum oportere; sive, ut Judæi linguam ejusque cultum quam intime pernoscat, & ante Mosis discipulus fiat quam se ad Apostolos audiendos adjungat, ut sic a Mose usque ad Prophetas ostendere valeat Jesum esse Christum. Cujus rei nobis tot ac tanta clarissimorum virorum & de orbe Christiano præclare meritorum extant exempla. Et hi summi viri profecto, si nihil harum literarum adjuvarentur studio, earumque non tantus ostenderetur fructus, nunquam ad illas accessissent.

Sed quæres a me, si illi ipsi viri tam insigniter eruditi fuerunt, eorumque doctrina, quam adeo laudibus effero, sit tantæ necessitatis ac momenti, ut multi Sacræ Scripturæ loci jacerent in tenebris nisi hoc lumine illustrarentur, quid in causa fuerit quod ad nostram usque memoriam tam pauca Hebræorum scripta, imo ne quidem Misna eorum omnium præclarissima, & totius legis ritualis perfectissimum compendium, explicata, vel in Latinam aliasque linguas translata fuit; cum tamen nullo non tempore extiterint qui Græcorum atque Latinorum scripta summo labore in varias linguas converterunt, ac Notis illustrarunt? Sed respondeo, quod hujus rei rationes bene multas tibi adferre possem, quarum unam atque alteram attulisse sufficiet. Nosti mecum populum Dei inde ab incunabulis semper ab aliis fuisse discretum, Deumque nulli se unquam manifestasse populo præterquam huic, quamobrem aliter fieri non poterat quin illius status alios plane mores aliamque vitam, quam cæterarum omnium gentium, postularet; quæ propterea eum ad omnes deos ignominia afficiendos creatum putabant; quod ejus religio nullatenus ad earum accederet. Cum omnium ethnicorum sacra, etsi in quibusdam diversa, in plurimis affinitatem quandam vel cognationem inter sese haberent. Quo factum est, ut neque ethnici ad Hebræorum studia, neque Hebræi ad ethnicorum animum applicuerint; non hi, quia ipsis a Deo præceptum erat ut ethnicos & quicquid eorum esset, anathemate ferirent, everterent, funditus delerent, neque ullam cum iis vitæ societatem inirent, quandoquidem populus Deo sanctus & illius Lex sola atque unica populi Sapientia esse debebat: Non illi, quia Hebræorum cultus ipsis maximo erat opprobrio, & ingenuæ artes penitus ignotæ. Nam Lex oralis usque ad Christi tempora paucis admodum comprehendebatur paginis, cum doctissimi quique Israelitarum memoriæ gratia traditionum compendium conficiebant, idque sibi solis reservabant, ut vix ipsis Israelitis manuscriptorum copia daretur; & quanto difficilius ethnicis.

Nam præterquam quod liberalium artium studia plerumque juxta populi nobilitatem æstimari solent, & illa simul augeri minuique, etiam apud Hebræos pro ratione amplitudinis ac fortunæ eorum

habuerunt ætates quibus accreverunt ac decreverunt, ut, si quis Gentem ejusque studia quasi hominem consideret, totamque ejus ætatem inde a diluvio usque ad excidium Jerusolymæ percenseat, ut cœperit, utque adoleverit,& quasi ad quendam juventæ florem pervenerit, ut postea consenuerit, quatuor gradus processusque inveniet. Prima ætas a Noacho ad Mosen sub patribus fuit, & cum finitimis circum ipsam matrem luctata est, studiorumque suorum elementa didicit. Sequens a Mose sub judicibus usque ad Reges fuit, tempus viris armisque incitatissimum, quo studiorum tyrocinia deposuit. Dehinc usque ad Salomonem ipsa juventa imperii, & quasi quædam robusta maturitas erat, studiaque in Israele vehementius colebantur quam antea & deinceps unquam; tum propter magnum Synedrium Jerusolymæ stabilitum, ad cujus consortium nemo admittebatur, nisi is qui omnium linguarum ac liberalium artium copia abundabat. Tum etiam propter singularem Regis Sapientiam, totius Orientis rumoribus longe lateque celebratam, ut non tantum finitimi vulgo populi, sed & procul dissiti, inde ab ultimis terris Jerusolymam venerint, ad ipsius admirabilem Sapientiam majestatemque imperii audiendam, & intuendam. Quæ peregrinis eo maius videbatur miraculum, quod illam in Rege inveniebant, cui propter magnas & multas regiminis curas vix datum est Physicis aures suas dedere. Nihilominus in hac tanta tum Regis tum ipsius populi sapientiæ fama Misna non est a quoquam in aliam linguam translata, quia Salomonis Sapientia præcipue in ipsa rerum naturalium cognitione eminebat, cujus ille peregrinis populis quotidiana dabat experimenta. Misna autem iis qui cultu ceremoniali imbuendi erant, reservabatur, atque intra Synedrii cancellos semper manebat, ut ea nunquam peregrinis innotesceret.

Succedentibus deinde temporibus populus indies magis magisque tum inertia ac malitia Regum, tum sua; utpote ingratus & beneficiorum Dei immemor, cum continuis reipublicæ morbis ac imbecillitatibus conflictatus est. Et quamvis ex iis interdum aliquo modo recrearetur sanctissimorum vatum medelis, & arborum more in aliud solum traduceretur, ut ad meliorem rediret frugem; eo tamen deduci non poterat, ut Deum majorum suorum prout decet veneraretur, & adventus Messiæ instantis iniret calculum. Donec ipso Messia præsente tot ac tam lethalibus incredulitatis vulneribus saucius, brevi una cum republica occubuerit. In hacce igitur miserabili rerum facie, quis unquam credidisset aliquam huic populo potuisse fieri medicinam, ejusque doctrinam in tanta omnium rerum vicissitudine ex hominum animis pene deletam, restitui?

Sed post nubila Phœbus. Quippe cum ira Dei in populum Israeliticum effusa aliquo modo sedata esset, placuit ipsi pro immensa ac incomprehensibili sua lenitudine ac misericordia Sapientiæ ritualis lumen denuo accendere; eique anno a Servatore nostro centesimo quinquagesimo excitare virum totius literaturæ Hebraicæ facile principem, & morum probitate omnium sanctissimum, qui teste Maimonide fuit seculi sui Phœnix, atque unicum decus. Vir in quo Deus in unum collegerat eximias ingenii dotes, atque frugi hominis perfectissimam vitæ sanctimoniam. Quam ob rem ab æqualibus suis רבנו הקדוש *Magister noster sanctissimus* dictus est. Et propter summam ejus sapientiam hoc encomio insignitus, מימות משה רבינו ועד רבי לא ראינו תורה וגדולה במקום אחד *Inde a tempore Mosis magistri nostri usque ad Rabbi* (Jehudam) *non vidimus Legem & excellentiam ejus simul conjunctas.* Tum etiam ob morum integritatem omniumque fere rerum abstinentiam, hoc elogio condecoratus, משמת רבי בטלה ענוה ויראת חטא *quando Rabbi mortuus est, cessavit humilitas & peccati timor.* Domus quoque illius tanta doctrinæ ac rerum affluentia scatebat, ut ipsi Sapientes e ministris ejus discerent, hinc tantus ipsis divitiarum cumulus, ut de ipsis memoriæ proditum sit, אהורייריה דרבי הוה עתיר משבור מלכא *Præfectus stabulorum Rabbi ditior erat Sapore rege.* Postquam igitur hicce Magnus legis oralis Instaurator omnium Judæorum scripta conquisivisset, probatissima quæque in unum collegit, eaque ordine suo digessit, & librum inde confecit qui משניות *Misna* sive δευτέρωσις inscribitur; quia in eo iterato exponuntur ea quæ Moses ex ore Dei acceperat. Hic postea ab omnibus Judæis tam in terra Israelis quam in Babylonia degentibus publicam obtinuit auctoritatem, & apud omnes Academias receptus, & explicatus est.

Cæterum, quamvis Misnæ nomen quotidie magis inclaresceret inter Judæos, & doctorum virorum Animadversionibus, quas Gemaram dixeris, accresceret; qua stylus illius valde concisus latius diffunderetur; & post tempus aliquod ipsa Gemara Additamentis quibusdam, quæ תוספות dixeris, illustraretur, & diffusa denuo in compendium redigeretur. Obstabat tamen quo minus hoc cerimoniarum corpus in peregrinorum ac Christianorum manibus versaretur. Nam Apostolorum eorumque discipulorum temporibus, & aliquot retro seculis unice necessarium videbatur, ut Judæis demonstraretur Jesum esse verum Messiam & totius Legis ritualis complementum, ut hæc quantum fieri poterat oblivioni traderetur; ne animus haberet imposterum quo ad antiquum sacrarium ejusque ministerii externam speciem respiceret, sed ad cultum mere spiritualem sese componeret. Tum etiam, ut ubique terrarum gentibus annunciaretur fides Christiana, non abstrusioribus rerum imagi-

nibus

nibus & demonstrationibus ex intima Theologia petitis, sed clarissimis de Christo vaticiniis, ac simplicissimis e lumine naturali desumptis notionibus, quibus mentes earum faciliori negotio flecti poterant.

Sed neque succedentibus abhinc seculis Hebraicis antiquitatibus dabatur locus; etsi enim unus atque alter e patribus ad eas accedere vellet, & horis subsecivis nonnulla delibare, Ecclesiæ tamen conditio non ferebat, ut in iis magnos facerent profectus. Sufficiebat sacri codicis lectio Hebraica, quam si quis præstare poterat, coryphæus habebatur. Et quemadmodum in incendiis & repentinis rerum eversionibus optima & selectissima quæque eripere solemus; sic etiam sub miserabilibus & horrendis quas Ecclesia nullo non tempore patiebatur oppugnationibus, non licebat præterquam ea quæ ad salutem maxime necessaria erant, conservare. Et si aliquando Deus ipsi quandam animi remissionem ac ærumnarum refrigerium concedebat, magistratus tamen atque populi magistrorum sive inscientia, sive invidia, sive simplicitas non permittebat, ut de studio hujus antiquitatis penitius inquireretur. Atque ita factum est ut Hebræorum Sacra fere sepulta jacuerint usque ad seculum decimum quintum, quo Deus excitavit viros in doctrina Christiana variisque linguis haud mediocriter versatos, qui ea e tenebris in lucem revocaverunt, quibuscum & cæterarum artium scientiæ renatæ sunt.

Sed cum illi rari admodum erant, & plerumque de fidei capitibus tractabant, populumque iis tantum quæ ante omnia necessaria erant, assidue instruebant; reliquum vero quod erat temporis variis altercationibus cum adversariis consumebatur. Decimo sexto tandem seculo, quo hominum ingenia variis doctrinæ experimentis erant magis exculta; dissidia de religione sublata, lites compositæ, libertas reddita, pax stabilita, & communicatio cum Judæis in hisce oris renovata, demum cogitari cœptum est, omnes scientias habere aliquod commune vinculum, & cognatione quadam inter se contineri. In primis autem Hebræorum scientiam multum ad Sacræ Scripturæ illustrationem conferre, cujus sententiæ multi diversis hinc inde in Galliis, Anglia, Germania, & tandem in hoc nostro Belgio, temporibus, extiterunt viri undiquaque doctissimi & de S. S. quam optimè meriti, quorum insignem diligentiam posteritas nunquam satis laudare possit; quoniam fructibus iis sapor quidam adeo jucundus inesse comperitur, cujus nulla unquam satietas est. Quibus & ego ante aliquot annos, non sine quadam spe ac bonarum literarum desiderio inductus, meum calculum adjeci. Nam postquam ab adolescentia mea persuasum habuissem Græcos Scriptores mihi diligenter perlegendos esse, eum quidem in finem, ut inde mihi plurima quæ ad N. Testamenti illustrationem facere possent, adferrem; attamen illis bene multis perlectis ipsa rerum experientia didicissem, non tantos eorum esse fructus quantos quidem animo præceperam; quia probatissimi quique Scriptores Græci tanto seculorum intervallo a N. T. auctoribus distabant, ut vocabula tantum, non autem integræ sententiæ compositio, & ipsius linguæ antiquæ genius convenirent, usque adeo ut N. T. stylus ab ipsis veteribus Græcis vix intelligeretur; de aliis mediis circumspicere cœpi. Non quod aliquam in linguarum antiquitate excellentiam ponam, quasi posterioris ætatis lingua ad prioris excellentiam nequaquam accederet; minime: quoniam cujuslibet ætatis lingua ejusdem est auctoritatis & usus, tum quia a plebe cudi solet, tum quia rebus differentiæ causa variis nominibus insigniendis, tantummodo inservit, quocunque id fiat modo, dum quis intelligatur. Quemadmodum enim nos hodierno hocce tempore nostras loquendi formulas habemus quibus nobismet perquam placere, & accurate ac eleganter dicere solemus, & majorum nostrorum sermonem in multis rejicere; eodem modo posteritas nostra non minus suas sibi eliget formulas quæ ipsi placebunt, nostrasque rejiciet. Et hoc merito, quia lingua quæcunque illa sit, unicè æstimari debet ex rebus quæ in ea traduntur; quarum respectu certe nemo ex veteribus ad N. T. Scriptorum præstantiam accedit. Verum loquor tantum de ipsa linguæ per varias ætates suas discrepantia, qua non licet unius ex alterius dimetiri elegantiam.

Missis ergo ad tempus Græcis, ad Hebraica accessi, & majori quidem fructu quam putaveram. Nam præterquam quod ea multo faciliori comparabantur negotio, & me recta via ad V. T. intelligentiam ducebant, præter opinionem quoque ad N. T. loca difficiliora lumen præbebant haud exiguum: Nec temere, causa enim rite perpensa comperiebam quod illius Scriptores erant Hebræi, quod Hebræum habuerant præceptorem, cujus doctrinam, tum in Hebraica lingua antiqua, in exercitationibus Biblicis inter magistros usitata, tum in Syriaca dialecto tunc temporis in conversatione, & pro concione ad indoctos communi, suis auribus hauserant. Quibus animadversis mihi jucunda pariter & utilis res visa est, præ cæteris Hebraicas excolere literas. Sed cum illarum non tanta in gente Christiana soleat esse doctrinæ abundantia, ut eas ex ipsis Hebraicis scriptoribus & docere & discere liceat, sed ut plurimum in lingua peregrina ab auctoribus barbaris nonnulla obscurorum virorum excerpta prælegantur, quorum nomina & scripta nullo magis quam silentio sacra sunt, ideoque nunquam ea enunciare debeant, ne videantur sua inde hausisse; sed ex Talmude vel Misna, quæ nunquam vel legerunt vel viderunt, ea depromsisse, quæ multo verborum honore satis audacter lectoribus

suis

suis propinant, ut fœtidis hisce aquis quasi limpidissimis sitim suam restinguant. Sedulo mecum cogitare cœpi an non præstaret, si Hebræorum ritus ex ipso fonte haurirentur, & biberentur. Sicuti enim Græcorum & Latinorum ritus majori cum fructu Græce & Latine exponi solent, quam Belgice, vel in quacunque lingua peregrina; sic etiam mihi persuadebam & fas esse ducebam Hebræorum ritus majori cum successu & certitudine ex ipsis Hebraicis, quam e Latinis vel Belgicis scriptoribus explicari. Præsertim, cum Hebraica nitantur ea Scriptorum fide & auctoritate, ut eorum quæ nobis tradiderunt vel αὐτόπται fuerint, vel certissima traditione a viris spiritu Dei afflatis, cæterisque quibus religio erat quicquam ob suam laudem immutare, acceperint; & non proprio quodam instinctu ac privato instituto, vel opinione vulgi, vel fabularum dulcedine tacti, quemadmodum ab aliarum linguarum scriptoribus factum est, scripserint.

Cæterum quemadmodum nemo ibit inficias quamlibet linguam viva voce & in quotidiana conversatione facilius percipi, & ab ejusmodi, qui earum simul quas legimus rerum intelligentiam habent, quam si quis proprio marte eas addiscere velit, dicere nequeo quantum mihi attulerunt emolumenti quotidiana illa doctissimorum Judæorum exercitia, ac familiarissima commercia. Habent enim hoc literæ Hebraicæ præter cæteras, ut non specialibus sententiarum signis munitæ sint, nec semper eodem tenore percipi velint, quo fit, ut viva inter legendum voce ascendere & descendere, rogare & respondere debeat Lector, ut iisdem verbis diversus exprimatur sensus, prout rerum ordo postulat; quæ, multaque alia non satis bene procedunt, si vivus desit manuductor, ita ut si quis omnes intelligat voces, nihil intelligat, & frustra omnia Lexica consulat, nisi his mediocriter imbutus fuerit. Quamobrem tam multi inveniuntur, qui, postquam studium hoc Rabbinicum incœperunt, tandem de ejus successu desperant, & causa desperata ei nullam inesse utilitatem malevole prædicant, ut eo quidem colore inertiam suam tegant. Nam a Judæo religione quadam discere nolunt, ne impuritate illius contaminentur, vel ignorantiam suam ei prodere cogantur. Propterea sibi de scriptoribus mythologis vel Comicis legendis consulunt, ut eo pacto animum expleant, & subinde cachinnum movere possint. (Non quod eorum usum, sed abusum tollere velim, ne quid nimis; habent sua fata libelli; & nos quoque illis a teneris imbuti eramus; trahit sua quemque voluptas: sunt enim hodie inter nos nobilissimi & spectatæ eruditionis viri, si diis placet, habiti, qui in horum auctorum fabulas fabulosas ediderunt lucubrationes; hos ego non diligerem, non admirarer, & omni laude dignos putarem?) Etenim hoc quasi commune vitium, proh dolor, omnibus fere Philologis nostris inest, ut, postquam utiliora quædam ad antiquitatem vel ad Sacras paginas illustrandas ex Judæorum scriptis attulerint, hanc gratiam eis statim apponant, quod illos conviciis quantis possunt, proscindant, & miserrime depexos dent; prædonum more, qui, postquam virum honestum omnibus suis rebus spoliarunt, verberant usque ad necem, atque sic exceptum aliorumque injuriis ac convitiis expositum dimittunt. Unde nova isthæc eos incessit religio? hæc nequaquam doctrinam Christi ejusque Apostolorum olet: me quod attinet qui Christianam fidem profiteor, aliter edoctus sum, & nunquam ad tantam devenire temeritatem mihi fas erit. Et quid quæso studium antiquitatis ad fidem? an Græcus vel Latinus Philologus sic agere solet? hæc ergo non sat commode divisa suis temporibus & locis esse videntur. Mi Lector, legas tu modo in summo otio & tranquillitate hosce Misnicos aphorismos, nullas fabulas, nulla convicia, neque quicquam quod fidem Christianam infirmare possit, in iis invenies. Si vero tibi sit animus impugnare Judæos, hoc suo loco & tempore, quo amor Christianus illud admittit, licebit; nunquam, ritus cum fide confundere.

Sed ut eò revertar unde deflexerat oratio mea; scias velim me per multos annos Judæorum collegia frequentasse ea quidem mente, ut eorum more iisque quæ apud eos in usu sunt formulis, explicationem Misnæ auribus meis haurirem, ut eo majori facilitate ac fiducia eam Latine redderem. Sed cum ejus interpretationem maxima ex parte absolvissem, rumores ex Anglia ad me deferebantur, quasi Misna a Doctissimo Abendana Latine reddita, & in Archivis Cantabrigiensibus diu reservata, propediem videret lucem; quare isthoc opere ad tempus supersedi, ut hic tantus in Hebraicis vir, vel alius quispiam in hac literatura me forte multo major hanc provinciam sustineret tam arduam. Interea temporis Gemaram in Berachot aggressus sum interpretari, ut illis etiam qui ad majora pergere vellent, opitulari possem. Præterea, cum tertium Mosis librum qui Leviticus inscribitur plurimis cerimoniis abundare animadverterem, & rem utilissimam fore si ille quotannis studiosæ juventuti explanaretur, institui in eum Commentarios conscribere, quos mihi partim e Misnicis, partim ex aliis quos comparare licuit auctoribus vetustissimis in unum collegi, & ordine disposui, ut hoc modo corpus aliquod rituale conficerem. Sed cum ad vigesimum usque caput pervenissem, rursus de Misnicis absolvendis admonitus, & ab amicis quibusdam ex Anglia venientibus certior factus, Misnam nondum edi nec brevi edendam fore; ea quæ antea rudi Minerva collegeram denuo nitidius conscribere, & ultimam eis manum adhibere statui. Huc interim accedebat, quod Clarissimi Jacobi Aben-

AD LECTOREM.

Abandanæ quondam Amstelodami & deinceps Londini ראש ישיבה ואב בית דין in Misnam & Maimonidis ac Bartenoræ Commentarios translatio Hispanica in manus meas pervenerat, quibus eo magis instituti mei ratio confirmabatur, quod viri Hebræi cum hisce literis nati vestigia premerem, qui mihi in multis aditu difficillimis locis comiter monstrabat viam, & in summis tenebris summum præbebat lumen. Quibus adminiculis quotidie optimorum Judæorum conjunxi judicia, illisque mea scripta examinanda submisi, ne privato judicio meo totam rem commisisse viderer, sed plurimis potius plurima concessisse, juxta tritam illam Hebræorum regulam, יחיד ורבים הלכה כרבים *si unum inter & plures sit controversia, decisio est juxta plures.*

Sed antequam ad cætera pergam, est quod te certiorem faciam, me multos tum in Belgio nostro, tum in exteris regionibus longe doctissimos consuluisse viros, qua in forma tibi Misnam potissimum ederem; hi suadebant Misnicam tantum versionem absque Commentariis; illi, ut una cum excerptis quibusdam in lucem prodiret. Alii vero, ut eam una cum probatissimorum quorundam Judæorum Commentariis integris darem; quorum ego sententiam amplexus fui. Nam sicuti Scriptores Græci majori cum fructu atque auctoritate ab ipsis Paraphrastis Græcis explicantur, quam a quoquam Commentatore barbaro; sic etiam nemo neget quin Hebræi Scriptores multo majori cum fructu & auctoritate ab ipsis Judæis Paraphrastis explicentur. Nam præterquam quod multum conferre possit quod ejusdem sunt gentis, hoc quoque accedit quod a teneris unguiculis has literas addiscunt, perinde ac si cum illis nati sint, & cum ætate accrescant simul; ut quosdam adolescentulos noverim decimum nondum attingentes annum, qui Gemaram non tantum vernacule reddere, sed & sensum ejus feliciter enucleare multisque rationibus adstruere possint. Misnam sine ullis Commentariis edere noluimus, quia tantum in ea breviusculi quidam aphorismi sunt, quos nisi priscis Sapientibus percipere datum est, qui explicationem ejus uberiorem ex ore magistrorum suorum hauriebant. Neque cum Excerptis quibusdam eam emittere sufficere nobis videbatur, tum quia Commentarius quidam continuus requirebatur qui res verbotenus illustraret; tunc etiam ut primis commentatoribus Judæis, qui sua fideliter e Gemara petiverunt, hanc laudem daremus, nec ea pro nostris venditaremus, uti plerumque fieri solet. Tandem denique, quia, cum Misna hactenus nunquam a quoquam cum Hebræorum Commentariis publici juris facta est, semper resultaret hæc quæstio, quare eam non dedisti potius cum Commentariis Hebræorum, qui maximè illius periti habentur? quare tu ac alii qui in hac litteratura peregrini estis nobis vestra, quid dico vestra, dicam potius aliena, obtruditis, nolumus Commentaria e Lexicis compilata, ut plurimi fecerunt, & quidvis nobis obtruderunt? si primus glaciem fregeris, tum demum tibi reliquam esse hanc partem atque actum restare putes, si quid tute in Misnam moliri velis.

Porro dicet alius, utilius tamen orbi Christiano foret, si tuos aliorumque Christianorum nobis Commentarios dedisses, Judæorum relictis: quid, meos Commentarios? non sunt mihi Commentarii, qui *mei* dici possunt. Cujusnam ergo sunt Commentarii quos auctores nonnulli ad tractatus Misnicos nobis reliquerunt; illi partim debentur lexicographis, partim ipsis Judæis, e quibus eos transtulerunt atque usi sunt pro suis, quorum nomina siluerunt; partim quoque erroribus eorum, & inanis cerebri figmentis, quod Judæos consulere noluerunt. Iis tamen exceptis qui bona fide egerunt, & ipsa auctorum nomina & paginas apposuerunt; at hi nec totam rem nobis conficiunt. Sed tamen Judæorum Commentarii difficilius intelliguntur quam Christianorum, & multa ab ipsis nimis curiosa adferuntur quæ rem Christianam nihil juvant, & quorum nonnulla delibasse sufficit? fateor tibi Judæorum scripta difficilius intelligi quam nostra; nec mirum, quia a nobis non leguntur, & si qui forte sint qui ea legant, obiter legunt, uti canis lambit e Nilo; vel legunt eâ opinione imbuti, quod nihil boni a Judæis provenire possit. Et si quæ nimis curiosa occurrant quæ uni non sunt usui, missa faciat ea, forsan alteri & alia occasione usui erunt. Nam ne ipsis quidem Judæis omnes Misnæ codices sunt ejusdem utilitatis, E. G. ii qui terram Israeliticam, ejusve sacrarium, vel cultum ceremonialem ei annexum spectant; quæ maxime contra e re nostra sunt. Sed quæso an Græcorum ac Latinorum ritus parili gaudent usu? nequaquam, detur ergo saltem ea venia Sacris quæ conceditur profanis.

Verum enim vero, ipsi Hebræi commentatores neque linguam suam neque ritus intelligunt, necessaria negligunt, at ea quæ minus necessaria sunt, maximopere curant, quemadmodum Guisius fere ubique ostendere conatur Maimonidem in lingua hallucinari, & nugas agere quoties commentatur? Etsi Guisius hoc dicat, an ideo verum? an tu putas quod Maimonides Arabicam in qua commentatus est linguam, non intellexerit, quam sibi adeo familiarem reddiderat ut in ea potius quam in lingua sancta commentari vellet, & id præcipue tum, cum lingua Arabica maxime vigebat, & magis familiaris erat quam Latina vel Græca? & concesso quod non optimæ notæ fuissent ea quæ scripserat, an a doctissimo Aben Tybon Hebraice reddita fuissent, vel ipsis Judæis approban-

tibus? non est credibile: imo & Maimonides, postquam ad Regem Ægypti medicus vocatus esset, ubi lingua Arabica erat vernacula, nonne seipsum correxisset, vel Abenis Tybonis translationem improbasset? Fieri quidem potuit ut in speluncis Hispanicis, ubi ob istorum temporum invidiam sua conscribere debuit, non habuerit lexicorum copiam; sed an illius scribendi auctoritas non tantum valeat, quantum aliorum lexicographorum, unde adversarius sua attulit? equidem puto. Præterquam, quod notæ illæ quas ad voces peregrinas dedit Guisius non tanti sunt, ut ei in Maimonidem tam acriter invehi liceat; si quis enim Arabicis leviter imbutus sit, ea maxima ex parte ex lexicis conquirere posset. Et quod dicit, Maimonidem & Bartenoram nugas agere quoties ritum aliquem explicant, ego omnium doctorum arbitrio, imo eorum qui sine doctrina ingenio ac judicio quicquam pollent, subjicio, an is qui a teneris usque ad provectam ætatem in doctissimorum virorum consortio frequens versatus est, tantam sibi non possit in litteris comparare scientiam, quam is qui horis subsecivis inter elementariarum literarum magistros decem annos vixit, atque horum ope nonnulla congessit. Sed hoc eo magis ignoscendum est Guisio quod juvenis hæc scripsit, erat juvenile ingenium, quod ut plurimum opinione duci & imaginatione regi solet. Nam non solum Judæi, sed & ipsi Christiani existimationis omnium maximæ viri ab ipso inscite satis carpuntur. Cæterum, citra hanc æmulationem multo studio egregia quædam adduxit quæ curioso lectori summopere usui esse possunt, ut non opus sit ea e manuscriptis Arabicis colligere, quorum non ubique copia suppeditatur. Sed dicet nonnemo, Maimonides Commentaria sua fere circa annum ætatis suæ vigesimum tertium usque ad annum trigesimum conscripsit, & deinde post Cordubâ in Ægyptum Regius Medicus vocatus, anno ætatis suæ quadragesimo secundo absolvit librum qui יד חזקה inscribitur, in quo multa quæ in primis hisce Commentariis Misnicis non congruebant, retractavit? concedo, nos ea quoque non intacta reliquimus, & pro captu nostro diversis in locis multa restituimus. Sed uti diversis diversa placent, sic alii magis, alii minus his operam dare solent; Jomtobus in iis multus est; alii vero contra sentiunt; rerum peritus id potissimum præstabit; errores non tot nec tanti sunt ut ab iis rituum notitia omnino dependeat. Animus est nobis si Deus otium vitamque concesserit, hæc aliquando ulterius persequi, & librum יד חזקה Latine reddere; gaudet enim stylo Hebraico purissimo, uberrimo, atque omnium facillimo, ut is qui in Bibliis Hebraicis aliquatenus versatus sit, intra exiguum aliquod temporis spatium eum intelligere possit.

Hanc autem Misnæ editionem quod attinet, lector, est quod te certiorem faciam, me illam tibi integram e meis exscriptam tradere in animo habuisse, ut ubique eodem gauderet tenore ac stylo. Sed cum multi antiquitatis cultores a me efflagitarent, ut aliorum quas ad nonnullos tractatus ediderant Notas quoque adjicerem, ut eo majorem rerum haberent copiam; una cum notis quoque Versionem adjeci. Quod eo lubentius feci, quoniam nunc demum fit ut tibi Misnam Latinis litteris exhibeamus. Et cum quisque suo abundet genio, suo quoque judicabit ingenii modulo, & diversam interpretandi rationem experietur, prout locorum situs hominumque ætates ac natura ad hoc multum conferre solent; E.G. in Anglicis Pocockianis deprehendet stylum prolixum, minus tersum, & ob variarum linguarum affinitatem quas doctissimus vir calluit, intricatum ac difficilem. In Guisianis Laconicum, sublimiorem, politum & sensum rerum magis quam verborum ordinem exprimentem; ut nisi lector parumper in Hebraicis versatus sit, interdum ob inversum ordinem & sublime scribendi genus a simplicitate Hebraica multum recedens, aliquo modo turbetur; cui tamen difficultati succurrere poterit, si modo Misnam punctis instructam adhibere velit. In Germanicis vero stylum longe uberiorem, ut non tam versionem quam verborum Paraphrasin habeas, nisi quod Cl. Smidius in duorum codicum Commentariis obscuram diligentiam adhibuisse videtur, quod Hebraicæ dialecti nimium tenax esse voluit. Sed in Belgicis omnia simpliciora, tersiora, & Hebraicis cognatiora invenies. Et sane, si rem recte inspiciamus, nullus unquam melior potest excogitari interpretandi modus, quam is qui nos ad ipsarum rerum quas legimus cognitionem ducat; nemo enim quantumvis Latinis deditus, eo animo accedit ad Hebraica quo ad Latina. Et omnes illi qui hunc scopum in legendo vel scribendo sibi proposuerunt, operam atque oleum perdiderunt, cum in Latinis non ea quæ Hebraicis æquipollent vocabula habeamus; & propterea magis obscuri fuerunt dum clariores esse voluerunt. Etenim hoc semper memoria tenendum est, nimirum, quod in Hebraicis quam in aliarum linguarum scriptoribus vertendis longe aliter se res habet, quoniam Hebræorum scripta quæ ad nos pervenerunt, plurima circa Christi ejusque legatorum tempora litteris consignata sunt, alia prius, alia vero paulo posterius, ita ut illorum ad N. T. stylum proxime accedat, cum Hebraica Græcaque tunc temporis propter familiaria commercia non exiguam habuerint cognationem, ut, si quis mediam inflectere possit viam, haud mediocriter lectorem juvet, si Hellenistas imitari & Latinitatem interdum cum judicio negligere possit. Hac de causa nos versionem nostram eum in modum adornavimus, ut, si quis eam cum Hebraicis conferat, simulque cum N. T. stylo Hellenistico, innumeras

inve-

invenire possit consimiles Phraseologias; quæ res tanti est momenti, ut suo tempore magna cum utilitate peculiaris de ea conscribi posset tractatus. Ne dicam de genuino illo quo Hebræi pro diverso materiæ respectu Scripturarum locos allegare solent modo; nempe, ut non omnia verbotenus vocabula eoque ordine quo in Scripturis extant, sed interdum priora, interdum posteriora, imo nonnunquam alias plane voces sensum clarius indigitantes, ponant. Quod miror a nemine unquam quantum sciam notatum esse, cum hoc tam familiare sit ac tritum ut Hebraica studia ingredienti statim in ipso limine talia offendat. Idcirco, quando a N. T. auctoribus aliter V. T. verba citantur, non tibi cogitandum est quod versionem aliquam peregrinam secuti sunt, ad quam recurrendum sit; vel, si hoc non procedat, dicendum, quod locus corruptus sit; nequaquam: obstat enim genius Israeliticus, obstat S.S. religio & observantia, quæ tanta est penes illum populum ut non tantum ad voces, literas, sed & ad ipsos litterarum genuinos & vere antiquos, in voluminibus Legis describendis, apiculos quam accuratissime attendant, & is qui nomine חסיד vel חבר insignitus est, eas maxima ex parte memoriter recitare possit. Quanto magis earum auctores, qui non tantum ab incunabulis S. Paginas didicerant, sed postea divino spiritu correpti, eas sic in memoria habebant, ut etiam sine lectione verba Dei perfectissimo modo eloqui liceret. Quamobrem tibi semper respiciendum est ad eas quas diximus causas, si scrupulos removere velis, & N. T. integritatem prout decet conservare.

Ne vero diutius te præfando detineam, paucis accipito ea quæ ad Misnæ interpretationem ejusdemque ornatum pertinent. Damus tibi totius Misnæ versionem una cum integris Mosis Maimonidis & Obadiæ de Bartenoræ Commentariis omnium Rabbinorum probatissimis, quibus accedunt Christianorum virorum in literis Hebraicis doctissimorum Animadversiones, quas illi ex optimis Hebrææ antiquitatis scriptoribus ad majorem libri Misnici illustrationem, & ea quæ a Judæorum magistris non animadversa, vel consulto prætermissa, quod ea non multum ad rem pertinere credebant, summo studio in Christiani lectoris haud exiguum usum eruerunt. Judæi enim ad ipsarum vocum peregrinarum, locorum, urbium, regionum aliarumque rerum notitiam in ritibus explicandis non attendere solent, quæ tamen subinde quoque ad rem facere possunt. Quorum primus in hoc volumine se offert clarissimus & fere in omnium linguarum dialectis versatissimus Guilielmus Guisius, natione Anglus, qui Misnæ textum notis quibusdam exoticis magna opera usque ad tertii capitis quartum versum tractatus de Decimis Latine vertit, atque illustravit. De cujus viri eruditione ne plura dicam, videsis egregia quæ præclarissimus piæ memoriæ Anglicanæ ecclesiæ quondam pater Bernardus attulit testimonia in præmaturum ac luctuosissimum illius obitum. Quibus addas ea quæ doctissimus Otho Lausannæ apud Helvetios Professor dedit in sua ad tractatum de Siclis præfatione. Reliqua vero usque ad hujus primæ partis calcem omnia e nostra sunt versione, quæ, ut tibi superius, diximus doctissimorum Rabbinorum examini subjecimus, quomodo in cæteris quæ sequuntur etiam agere solemus, ne meis quantum pote accurandis ulla in parte desim, & vel negligentiæ vel arrogantiæ arguar; ut, si quis me erroris accusare velit, simul hunc N. & illum N. accuset. At cum omnes homines sumus, nihil humani a nobis alienum esse putamus; & cum hominis sit errare, & nos errare potuimus. Sed si quid erroris vel a nobis vel ab aliis animadversum fuerit, sive nostro sive typographi vitio, in sequentibus partibus ad calcem subjiciemus. Insuper ratio quoque postulat, Lector, ut de novo Misnæ quo eam nunc demum exornatam vides habitu, figuras puto, dicamus paucis. Nosti mecum quod a Maimonide in plurimis totius Misnæ locis allegantur figuræ, quibus tanquam ipsarum rerum imaginibus obscurioribus quibusdam juris formulis lucem aliquam aspergere cogitaverat vir doctissimus. Sed nescio quo jure, quave injuria illæ in omnibus quas hactenus vidimus editionibus omissæ fuerunt, ut nunqvam ad hoc usque tempus, vel ipsis Judæis fatentibus, lucem viderint. Cæterum roges, quid fuit in causa, quod iis ad antiquitatem illustrandam per quam necessariis tam diu caruimus? ego certe nescio, sed hoc unum scio, quod genius Judaicus non vehementer ad figurarum vel imaginum species inclinare solet; tum quod earum in Sacris usus toties prohibitus sit, tum etiam quod ipsa magistrorum demonstratione hujusmodi figuræ sine antiquitatis detrimento, quemadmodum illi perhibent, negligi possint. Quod an verum sit, valde dubito; & quamvis nonnulli Judæi eas non multum curent, alii tamen Maimonidis vestigiis insistentes eas non parvi faciunt. Verum utut sit, nobis, qui Hebræorum ritus non tam familiares nobis reddere solemus, eorumque non accuratam illam quam ii prædicant, habere scientiam, sane maximi videntur esse momenti. Propterea operæ pretium esse duxi, ut Judæos quos aliquot annos habui mihi conjunctissimos, & cæteros qui de literis Hebraicis bene meriti erant, compellarem, an ad hæc studia magis excolenda quædam conferre vellent. Primus ex iis se obtulit nobis vir doctissimus Salomo Jehuda Leon Templo Hebraicarum Scholarum apud Judæos Lusitanos præfectus, eorumque Ecclesiæ Rabbinus, & ordinis Senatorii, qui ipsis בית דין dicitur, collega tertius, qui ducentas ultra figuras sibi a patre relictas in commune commodum suppeditavit. Quæ eo gratiores fuerunt quod ab homine literatissimo ac multis quæ ab ipso

edita

edita sunt scriptis Clarissimo ad nos pervenerunt. Nomen illius inscribitur Jacobus Jehuda Leon, prius Hamburgensis, deinde Amstelodamensis cœtus Rabbinus, qui templi Jerusolymitani quondam affabre ab ipso factam structuram harum antiquitatum amantibus, non sine maxima omnium præcipuorum ac illustrissimorum virorum admiratione ostentabat. Cujus viri ingenio adeo captus Princeps Brunsvicensis & Luneburgensis Augustus, ut tractatum de templo Jerusolymitano Hebraicè conscriptum a Johanne Sauberto in Latinam linguam transferri, & effigiem ejus exsculpi curaverit. Præterea hos sequentes tractatus edidit, uti sunt, Fabrica Tabernaculi, de Cerubinis, versio & Notæ in Psalmos, Misna cum punctis. Et hactenus inedita a filio asservantur; Quæstiones variæ ad adstruendum ea quæ de Templi Fabrica ediderat, & de Ritibus sacrificiorum quotidie in Templo offerendorum. His accedunt quædam quas nobiscum communicavit spectatissimus negotiator & Hebraicarum rerum amantissimus Isacus de Matatia Abuab, Isaci Abuabi quondam ecclesiæ Judaicæ Lusitanorum capitis, & Synedrii præsidis filius, titulo ראש ישיבה ואב בית דין insigniti, qui eas a doctissimo Rabbino Agillar, doctrina scriptisque nobilitato relictas, se accepisse fatetur. Denique æquitas postulat ut Rabbini Isaci Senatui Germanorum Judæorum a consiliis, & ecclesiæ scribæ nomen non silentio prætercam, tum ob Talmudicorum scriptorum peritiam, tum ob singularem illius in arte pingendi atque exsculpendi scientiam, adeo quidem ut ob judicii artisque præstantiam omnium ad hæc studia promovenda aptissimus haberetur, si per otium ipsi excolere ea liceret; qui nobis opem suam non vulgarem per multos jam annos tulit, & adhuc indies non minorem fert, & qualem raro in uno homine invenias. Quibus simul conjunctis tibi non tantum juxta Maimonidis in Commentariis Misnicis & Jad Chasaka, sed & Bartenoræ, atque Rabbenu Simsonis aliorumque mentem diversas exhibemus Tabulas, adeo ut illæ ad omnium in Talmude locorum difficiliorum demonstrationes adhiberi possint. Et quorundam Judæorum hortatu eo modo illas adornavimus ut ipsis Rabbinis & toti genti Judaicæ non minus quam nobis usui esse possint, & seorsim vendi, eorumque libris inseri. Sed neque hæc satis mihi esse videbantur, quare & in regionibus abhinc remotissimis rimatus sum, & quorundam celeberrimorum inter Judæos negotiatorum cura quoque in Græciam ad Judæos Thessalonicenses scriptum est, & in Ægyptum ad Judæos Babylonicos, sive Elkaironenses, Babylon enim hodie Elcairo audit, ubi Maimonides in aula vixit, & mortuus est, ac forsan figuræ illius delitescunt; in Italiam vero ad Judæos Liburnenses, qui nonnullas una cum Maimonidis in Misnam Commentariis Arabicis ad nos transmiserunt. Et sic omnem movimus lapidem ut spartam nostram in tuum quantum potuimus commodum ornaremus. Indicem Hebraicarum Latinarumque rerum & verborum addidimus locupletissimum, ut illius ope lector non unius, sed omnium Misnæ partium ac codicum, juxta ac Commentariorum illius posset habere copiam. Hæc enim Misnæ, & ejusmodi, qui totius juris summa habentur, librorum natura esse solet, ut una lex per alteram explicari debeat, & unius legis commentarius ex altero illustrari. Propterea eum ita in sacrarum legum studiosi commodum disposuimus, ut, quoties Misnæ auctor vel Commentator ejus rem non absolvit, sed lectorem ab hoc ad illum locum remittit, quam primum illius paginam inveniat. Porro quoque in usum Theologorum eorumque quibus per tempus, vel diversa studia, plurimasve occupationes non licet vel expedit totos perlegere codices, ut nihilominus, quoties in V. vel N. Testamento occurrat locus qui ritu quodam nititur, verba conferenti tam facile sit eum in Misnicis invenire, quam si lexicon aliquod evolvat. Idcirco supervacaneum esse duxi N. T. loci qui hoc opere adjuvantur, tibi apponere, cum ipsorum verba jam abunde allegata sunt. Et si ipsi scriptores hoc mihi in libris suis edendis exemplo præivissent, dubio procul lectoribus suis magis profuissent, atque ipsarum rerum multo majorem usum ac fructum reliquissent, cum illæ nunc sparsim non sine molestia quadam ac tædio quærendæ sint, quod multis obfuit quo minus ad intimiorem antiquitatis cognitionem progredi potuerint. Vale lector, & cæteras Misnæ partes, si vivimus, expecta.

Dabam Amstelodami pridie Id. Jul.
1698.

REVE-

REVERENDISSIMO DOMINO
NARCISSO MARSH
Episcopo Fernensi
E. BERNARDUS Salutem.

CUISII *equidem nostri excessum apud te, Vir venerabilis, narrare mœrens malui. Nosti enim super cæteros omnes jacturam illam æstimare: imo vero, quantum forte ecclesiarum sollicitudo sinat, studiis consimilibus eandem sæculo restituere.* Caremus *ergo nos, dum crescit cœlum, viro ætate, genere, opibus, pietate, prudentia, doctrina, ac ingenii dotibus plane omnibus florente & ornatissimo. Ab historicis enim, quos amicus ille noster per rerum æva cuncta prosecutus est, sapientiam & morum lucem accepit: rationis vero robur & perfectionem, ea sane est certitudo, à scientiis mathematicis, doctissime Antistes, tuo etiam exemplo acquisivit. Quantum porro in philosophia idem eminuit, dicere sponte solent duo insignia hujus loci Collegia. Quantumque in Theologicis tantum ingenium tempore pauco potuit, dum semel iste iterumque ex eloquentiæ divinæ cathedra peroraret, tota sensit Oxonia, demirata est tota. Neque hæc satis tam raræ indoli. Omnium ferme gentium dialectos, quas tu calles aut ego discere vellem, sint molles asperæve, sint in propinquo aut ad Asiæ ultima remotæ, veluti fores insolitæ doctrinæ, familiares ille sibi & fere patrias labore incredibili reddidit. Omittam itaque sermones Europæos, quos vel delicati homines tenere volunt, confabulationum avidiores quam scientiæ bonæ. Hic potius linguas illas magno opere adgressus est, unde Divinorum scriptorum phrasis, & è verbis sensus certius posset & luculentius explicari. Inde Arabum philologos, & præcipue poetas eorum, facundiæ antiquæ nulloque hoste corruptæ magistros, assidue consuluit. Amplissimus tunc se Nostro aperuit studiorum campus, & omni literatura Græcanica non fructuosior, quis credat? sed patentior. Penetrat dein vir admirabilis in Armeniorum sapientiam: apud quos sedes ultima navis Noachicæ, & Anglicanæ linguæ prima. Biblia adeo illorum sacra, Liturgias, Lexica, Historias, cæteraque ignotissimi sermonis excussit: unde posset* LXX. *Interpretum sacrorum editio communior, quam adpellant, pluribus in locis restitui, nec non fides Christianorum per Armenias sincerius & fidelius declarari, quàm scriptores Græci amant: unde alia multa doceri, quæ cum illo viro mors propera ævo abstulit. Prolixum profecto & molestum nimis esset, ejus viri literaturam omnem exotericam vel enarrando pervadere; Hebraicam, Samariticam, Chaldaicam, Syriacam, Ægyptiacam, Æthiopicam. Eo itaque me vertam ipse, quo Misnicus ille libellus monet indicatque, quem typi Seldonii jam vetant perire; quanquam adeo vix uncia extet adfecti operis. Noverat autem vir sapiens & Divinæ scientiæ studiosissimus ad S. Biblia utriusque Testamenti, ut dictio, ritus, mores, & præcepta eorum recte intelligantur, valde multum conferre Juris Pharisaici corpus, quod Misna sive Deuterosis vocatur. Id etiam à Lightfoto ad S. Evangelia magna cum laude demonstratum viderat. Quapropter opus à multis promissum, atque ex parte stylo vario variorum editum, ab integro in sermonem Latinum (hunc enim Græcumq; pariter tùm eruditissimis calluit) converti placuit, & una quasi facie nitoreque Theologorum Scholis commodo magno proponi. Visum est ei præterea Responsa isthæc prudentium ex Judæis Commentario novo, post Jarchium, Maimonidem, Bartenorium, ne Gemaræ geminæ molem superaddam, exornare. Præsertim quia ex Hellenismi ignorantia summa, multa & quidem ridicula peccaverant in Misna Moses ille Maimonis aliique omnes sequioris ætatis Rabini: tum etiam non pauca ii reliquerant ex Arabum Syrorumque eruditione illustranda. Verumtamen ex illo fragmento grandis operis, quod nunc prodit, doloris causam gravem habemus, à tam nobili studio, cui in paucissimis hujus temporis idoneus videbatur, vere ipso vivendi scribendique eum fuisse abreptum. Quicquid etenim rarum & hominibus Christianis fere inaudi-*

tum à labiis Rabinorum horis creperis & subcisivis didicerat olim noster Hieronymus, Quæstionum quas nuncupat Hebraicarum argumentum, id sane totum inter doctores Misnæ Gemararumque, aut apud interpretes Chaldaicos offendo. Viderat equidem aliquando opus illud Misnicum rector Bethleemiticus, volumen paulo minus, ita putabat æquus, quam fidei nostræ Testamentum: verum difficultate argumenti ab omni tralatione abstinuit. Guisium tamen nostrum ne id quantum Latinis auribus daret, vita destituit, non ingenium, non animi ardor, non digna & mire diffusa eruditio. Quocirca in hoc literaturæ vulnere Alexium, virum Rabinorum in libris, inque aliis quos Rabini non norunt versatissimum, atque Reformatæ Galliæ decus & apicem compellare juvat: ut corpus integrum δευτερώσεων, *quod jam olim tempore Antonini Caracallæ è Pharisæorum decretis miseræ gentis patriarcha Judas Massictis aut titulis variis collegerat, Latinis tandem verbis doctoribus Christianis vellet exponere, & luctum Guisianum labore tam opportuno mitigare. Maxime dum latent versiones veteres Misnæ; Græca quæ versabat tempore Justiniani magni, & Arabica alius sæculi. Insuper de pietate ac moribus præclaris Gulielmi Guisii amicissimi nobis viri abstineo dicere. Magna quidem, imo multo maxima ejus gloria, siquid ego judico, in illis stetit, sed privatior: familiarium forte & Academiæ unius admiratio & exemplum. Longius tamen ille magna mente cogitabat, deque futuris ætatibus bene mereri. Lexicon idcirco Armenium, Geographumena Abulphedæ principis, & Pharisæorum Pandectas ne is nostri posterorumque emolumento ederet, adfuit spes melior, adfuit æternitas: cui nostra dum comparantur studia, nugæ esse debent & joci, & stultitiæ propiora quam sapientiæ. Manebit tamen semper, dum hoc manet spiratque pectus, amici tam docti dulcisque recordatio: illum sæpe vultum respiciam: id constituam mihi meisque exemplum ante cætera, ut Deo placeamus & melioribus hominum: tam excellens ejus consuetudo fuit, tantus vitæ decor & reverentia. Nemo certe è millibus Oxoniæ integriori fama vixit: sine labe, sine oblatrante, virtutum ac scientiarum laude cumulatissimus. Charus propterea fuit, si quisquam alius, viris præcipuis ac nominis æterni, Johanni Fello Episcopo Oxoniensi, Thomæ Mareschallo Decano Glocestriæ, & Edvardi Pococki (quicum habitat, ut scis, eruditio omnis Orientis) senectæ placidæ & venerandæ: quinetiam apud animum tuum, arbitrum certe integerrimum, semper ille dilectus & honorabilis apparuit. Vale, Vir beate, qui dum doctrina omni Guisiana mirificè excellis, cæteram tamen gloriam sanctitate vitæ malis vinci: atque apud Deum memor esto nostri.*

RABBI

RABBI
MOSIS MAIMONIDIS
PRÆFATIO;

In qua *Misnæ* totiusque operis *Talmudici* ratio redditur.

Cl. EDUARDO POCOCKIO interprete.

SCIAS omnia Legis præcepta quæ à Deo ad *Mosen* magistrum nostrum demissa sunt, demissa ad ipsum fuisse una cum interpretatione sua, eloquente Deo ipsi primum textum, deinde explicationem & interpretationem ejus, & quid comprehenderet textus iste authenticus. Modus autem edocendi illa Israelem ejusmodi erat qualem tibi descripturus sum. Recipiente se [*Mose*] in tentorium suum, primus ipsum conveniebat *Ahron*, cui textum ad se [cœlitus] demissum semel enarrabat, ipsumque ejus interpretationem docuit; illo deinde surgente, atque ad dextram *Mosis* se sistente, ingrediebantur *Eleazar* & *Ithamar* filii ipsius, quibus etiam dictabat *Moses* idem quod dictaverat *Ahroni*; tum surgentibus ipsis, cedentibusque uno ad sinistram *Mosis* Magistri nostri, altero ad dextram *Ahronis*; ingrediebantur postea septuaginta Seniores quos docebat *Moses* eo modo quo docuerat *Ahronem* & filios ipsius. Ingrediebatur postea cœtus populi promiscuus, omnis nempe quærens Dominum, quibus etiam idem recitavit, donec omnes ab ipso [illud] audirent. Audierat autem jam *Ahron* à *Mose* textum illum quater, filii ipsius ter, Seniores bis, reliquus cœtus semel. Deinde discedente ab ipsis *Mose*, repetebat *Ahron* textum istum quem memoria tenebat à *Mose* quater auditum, uti descripsimus, omnibus qui aderant: tum discedebat etiam *Ahron*: atque ita duo etiam *Ahronis* filii jam quater audierant [illud quod dictum est;] à *Mose* ter, & ab *Ahrone* semel. Post *Ahronis* igitur discessum repetebant *Eleazar* & *Ithamar* eundem textum, quem quater audierant, uti explicavimus, coram toto præsentium cœtu, atque à docendo surrexerunt. Atque hoc pacto factum est ut etiam septuaginta seniores jam textum istum quater audierint, bis à *Mose*, semel ab *Ahrone*, nec non ab *Eleazaro* & *Ithamaro* semel. Recitabant ergo & septuaginta Seniores textum istum populo semel, ut & omnes quater illum audirent, primo à *Mose*, secundo ab *Ahrone*, tertio à filiis ipsius, quarto à septuaginta Senioribus, qui tum discedentes alii alios docebant illud, quod a Dei nuntio acceperant, textum autem voluminibus inscribebant. Tum dispersi sunt primores populi per totum Israelem ad eos docendos atque instituendos, donec memoria tenerent textum illum, ejusque lectionem callerent. Deinde docebant etiam illos interpretationem textus istius à Deo demissi, quæ sensus ejus universos contineret. Textum autem scripto, traditionem memoriæ mandabant; atque ita dicunt sapientes (quibus pax) Lex quæ scripta est, & Lex quæ ore tradita. Dixerunt etiam in *Baraitha*, Et allocutus est Dominus *Mosen* in monte Sinai. Quid sibi vult quod dicit In monte Sinai? Annon tota lex tradita est de Sinai? Verum hoc dictum est ut tibi indicet, quod sicut præceptum de anno intermissionis cum generalibus, particularibus & minutiis quæ ad ipsum [spectant] datum sit è Sinai, ita & reliqua præcepta cum generalibus, particularibus, & minutiis suis data sunt è Sinai: e. g. tibi dicam quod dixerit ipsi Dominus, *In Tabernaculis habitabitis septem diebus*, tum docuerit ipsum necessaria esse tabernacula ista Viris, non fœminis, neque obligari ad ea ægrotos neque itinerantes, neque tecta ipsis de aliis [rebus] quam quæ è terra germinant [imponenda.] neque enim obtegenda esse vel lana, vel serico, vel vasis, e-

tiamsi ex iis quæ producit terra [confectis,] veluti storeis aut vestibus: nec non, edendum, bibendum, atque dormiendum in ipsis esse septem dies integros, neque debere minus quam septem palmas longitudine, ac totidem latitudine continere, altitudine autem non minus quam decem palmas. Veniens ergo Legatus Dei (c. p.) attulit [secum] hoc præceptum cum interpretatione ipsius; eodemque modo 613 præcepta una cum interpretationibus. Præcepta autem voluminibus inscribebantur, expositiones ore tradebantur. Fine autem anni quadragesimi, initio mensis *Shebat*, convocavit ipsos *Moses*, (c. p.) dicens, Appropinquavit jam tempus mortis meæ: si quis ergo traditionis alicujus à me acceptæ oblitus fuerit, accedens petat ut eam ipsi declarem, & si quæstio aliqua cuipiam intellectu difficilis videatur, accedat ut eam ipsi explicem. Hoc est quod dicit Scriptura, *Deut.* 1. 5. *Voluit Moses explanare legem istam, dicendo, &c.* atque ita dixerunt sapientes in [libro] *Sifre, Si quis oblitus fuerit constitutionis alicujus veniat, & eam secundo audiat, & si quis opus habeat explanatione, accedat ut ipsi explanetur.* Traditionum ergo veritatem ab eo didicerunt, atque explicationes acceperunt toto illo temporis spatio, quod inter initium mensis *Shebat* & diem septimum *Adar* intercedit. Cum autem jam prope esset ut moreretur, manum describendis libris admovens, tredecim exaravit Legis exemplaria, in pergameno omnia, à litera *B.* vocis *Bereshith* usque ad *L.* vocis *Israel* [qua terminatur Lex,] quorum singula singulis tribubus, quibus uterentur, distribuit, decimum tertium autem dedit Levitis, dicens illis *Accipite librum Legis, &c.* tum montem circa meridiem septimi *Adar* (uti traditione vera acceptum est) conscendit: Fuitque hoc *mors ejus* respectu nostri, eo quod ipso privati sumus, at ipsius respectu *vita*, ob eum ad quem evectus est [gradum.] atque ita dixerunt [magistri] (q. p.) *Moses Doctor noster non est mortuus, verum ascendit ut serviret* [*Deo*] *in excelsis.* Verum sermo de his valde prolixus est, nec hujus loci. Mortuo ergo *Mose*, cum *Josuam* iis quæ ad ipsum demissæ fuerant explicationibus instructum reliquisset, *Josua* ejusque seculi homines secundum eas sententiam dixerunt. Quicquid autem *Mosi* acceptum ferret ipse aut seniorum aliquis, nulla de eo controversia, nulla incidit dissensio, at si quid erat è ramis de quo nihil à *Mose* acceptum fuerat, quid de eo statuendum esset eliciebatur collatione, ope tredecim regularum quæ ipsi [*Mosi*] traditæ sunt in Sinai; istis nempe tredecim argumentandi modis, quibus Legis sensus eruitur. Eorum autem, quæ isto modo eliciebantur, quædam erant de quibus nulla omnino incidit dissensio, cum unanimi omnium consensu recepta essent, alia vero de quibus accidit inter duas conjecturas discrepantia, prævalente apud unum quod ipse opinatus fuerat, apud alium quod ipse conjectando assecutus. Hoc enim inter sententias, quæ è locis probabiliter argumentandi eruuntur, evenire solet. Accidente autem hujusmodi dissensione in plurium sententiam itum est, juxta Dei mandatum quo *ad plures inclinare* jubet.

Scias autem ad disquisitionem in explicanda Lege, & eliciendis ope tredecim modorum consectariis nihil conferre prophetiam, sed quod fecerunt *Josua* & *Phineas* respectu disquisitionis & ratiocinationis, idem esse quod fecerunt Rabina & Rab Ashe. Quod ad excellentiam autem Prophetæ spectat eorumque quæ circa Legem fecerit, cujuscunque tandem generis fuerint, est illud certe magni momenti fundamentum ex iis quibus fundatur religio. Porro videtur mihi hic locus esse explicandi fundamentum istud, quod tamen fieri nequit nisi præmissa distinctione modorum quibus prophetiam sibi vindicant Prophetæ, quaque ratione vera comprobetur prophetia. Cum hoc etiam magnum sit fundamentum in quo errant, non solum universum hominum vulgus, sed & potioris notæ non pauci, putantes scil., non credendum prophetiam sibi vendicanti, nisi post editum miraculum par alicui è miraculis *Mosis* Doctoris nostri, & necesse esse ut ordinarium rerum cursum perrumpat, sicut fecit *Eliah* in resuscitando viduæ filio, aut ut factum est in deprædicatis *Elishæ* miraculis. Regula autem hæc minime vera est, cum omnia quæ patrarunt *Elias*, *Elisah*, cæterique Prophetæ, non in eum finem fecerint ut iis Prophetiam suam confirmatum irent: cum jam antea de ea certo constaret, sed ea poscente necessitate ediderint, cum pro ea qua apud Deum erant propinquitate, voluntatem ipsorum perfecerit, juxta illud piis promissum, *Job.* 22. 28. *Et cum statues verbum, ratum erit tibi.* Vera autem comprobatur prophetia eo modo quo hoc, quem exorsus sum, sermone descripturi tibi sumus. Dico igitur, primo, canones in Lege nostra de prophetis traditos, ita se habere, scilicet eos, qui prophetiæ munus sibi vendicant, in duo distingui genera, eorum qui in nomine Idoli, & eorum qui in nomine Domini vaticinantur: Prophetia autem in nomine Idoli duplicis rursus

est

est generis, primum cum surgens Propheta dixerit, Hujusmodi stella influxu suo spirituali in me demisso, dixit; Hoc modo me colite, vel, hoc modo me invocate; nec non cum ad Idoli aut *Telesmatis* alicujus cultum invitat dicens, Hoc mihi illud indicavit, hoc mihi nuntiavit, vel præcepit mihi ut juberem ipsum tali modo coli, quomodo facere solebant Prophetæ *Baal*, & Prophetæ *Luci*. Secundum, cum dixerit quispiam, venit ad me à Deo revelatio, colendum esse Idolum tale, aut spiritualem ejusmodi influxum tali modo eliciendum (rationem interim aliquam cultus, & actiones aliquas describens, quibus utuntur qui tali dediti sunt cultui, quemadmodum inter fundamenta Legis nostræ traditur) hic etiam inter Prophetas Idololatricos censendus est, cum hoc nomen comprehendat non solum illos qui dicant ipsum Idolum se coli jussisse, aut aliquid mandasse, sed & eos qui dicant Dominum creaturæ alicujus cultum præcepisse. Cum igitur audierimus quempiam quolibet horum modorum, se Prophetam venditasse, atque hoc manifesto de ipso probatum fuerit, debet ille strangulatione è medio tolli, sicut dicit Deus, *Deut.* 13.5. *Propheta autem ille, vel somnians somnium morte afficietur*; neque habebitur ratio [muneris] quod sibi vendicat, neque requiretur ab ipso signum; imo etsi miracula ediderit ad professionem istam confirmandam, quibus nihil unquam magis mirum audivimus, nihilominus strangulabitur, nulla miraculorum istorum habita ratione. Causa enim ob quam rata fuerint ista miracula ea est quam assignat Scriptura (dicens) *Deut.* 13.3. *Quoniam tentat vos Dominus Deus vester, &c.* Testimonium enim intellectus qui professionem ejus falsi arguit, oculi qui miracula ipsius viderit testimonio firmius est, cum apud intellectu præditos demonstratione certa probatum sit, non debere magnificari, neque coli præter unum qui omnia condidit, & ab omnibus perfectione summa distinctus est. Porro, qui in nomine Domini vaticinantur, duplici etiam sunt in genere. 1. Cum quis in nomine Domini prophetans ad ipsum homines allicit, & ad eum colendum incitat, dicens, Deum præceptum aliquod præceptis suis addidisse, aut præceptum aliquod de numero eorum quæ continet liber Legis detraxisse. Neque interest quicquam addiderit an abstulerit, sive iis quæ in textu Legis habentur, sive ipsorum explicationi traditione acceptæ. Uti siquidem addat vel detrahat iis quæ in textu habentur, hoc modo, Dixit mihi Deus, Spatium, quo pro præputiatis habendi sint fructus, duorum tantum annorum esse, post quos fructibus sativis vesci licitum: vel dicendo, Dixit mihi Dominus, quatuor annis illicitum erit illis vesci, loco ejus quod dixit Dominus, *Tribus annis incircumcisi erunt vobis, &c*: atque ita in ejusmodi aliis. Nec non si aliquam, quamcunque tandem in traditione mutationem fecerit, etiam favente ipsi textus litera: h. g. si dicat, dictum ejus in Lege, *Et abscindes manum ejus, non parcet oculus tuus*, de abscissione revera intelligendum esse, non autem de mulcta pudore [alium] afficienti constituta, prout traditione acceptum est; atque hoc prophetiæ acceptum ferat, dicens, dixit mihi Dominus dictum suum, *Deut:* 25. 12. *Et abscindes manum ejus*, prout sonat intelligendum: hic etiam strangulatione tollendus erit, cum Propheta mendax sit, Deo illud affingens, quod Deus ipsi non dixit; neque ejus ob signum aut miraculum ab ipso patratum ratio habebitur; cum Propheta ille qui miraculis suis totum mundum ad stuporem adegit, cuique ut crederemus, fidemque haberemus infixit Deus cordibus nostris (asserente ipso Deo, cum dixit: *Et tibi credent in seculum*) jam antea nobis denunciaverit, non proditurum à Deo aliam ab ista Legis lationem. Atque hoc est quod dicit, *Exod.* 19.14. *Non est in cœlis ipsa ut dicas, Quis ascendet pro nobis in cœlum, &c.* Et quod dicit, *In corde tuo, & in ore tuo*, hoc innuens, vel sententias quæ ore traduntur, vel conclusiones quæ speculatione, (una ex potentiis è corde oriundis) eliciuntur, quibus etiam aliquid vel addi vel detrahi vetuit, dicens, *Deut.* 4. 2. & 12. 32. *Non addes illi, neque diminues de eo.* Ideoque dixerunt Majores quibus pax. *Non est Prophetæ concessum ut aliquid ab isto tempore immutet.* Cum ergo sciamus ipsum in eo quod sibi vendicat, in Deum mendacem esse, eique affingere quod ab ipso non sit illi dictum, necesse est ut eum morte afficiamus, declarante Scriptura dum dicit, *Deut.* 18. 20. *Propheta qui addiderit, &c. morietur Propheta ille.*

Secundo. Cum [quis] ad Deum [colendum] homines invitat, atque ad præceptum ejus custodiendum incitat, nec non ut Legem observent denunciat, idque citra additionem, vel diminutionem (sicut dixit ultimus eorum, *Mal.* 4. 4. *Mementote Legis Mosis servi mei, cui mandavi in Horeb super omnem Israel, statuta & judicia*) ei qui ipsam observaverit, bona promittens; at transgredienti pœnam interminans, uti fecerunt *Isaiah, Jeremiah*,

remiah, *Ezekiel*, cæterique: alia interim à Lege præcipiens & prohibens. h. g. si dicat: *Expugnate nunc regionem istam*, aut *Sectam istam*: sicut olim mandavit *Samuel Sauli* ut *Amalecum* occideret; aut [si quem] prohibeat morte afficere; sicut *Elisha* interdixit *Jehòramo*, ne exercitum *Hazaelis*, qui *Samariam* ingressus est, deleret, (uti notum est:) &, ut vetuit *Isaiah* aquam intra muros derivari; &, ut interdixit *Jeremiah Israelitis* ne egrederentur extra *Jerusalem*; cum ejusmodi aliis. Cum ergo prophetiæ [munus] vendicaverit sibi Propheta, ita ut illud Idolo alicui acceptum non ferat, neque Legi quicquam addat aut subtrahat, verum alias quasdam insistat vias, eo modo quo explicavimus, tum opus est, ut eum probemus, quo vocatio ipsius nobis sit comperta; quoniam cum de alicujus vocatione constat, tenemur omnia quæ jubet, tam minoris quam majoris [momenti] præstare; & quicunque transgressus fuerit aliquod ejus mandatum, tenetur morte per manus Dei [infligenda] ex dicto Domini de eo qui transgressus fuerit mandata Prophetarum, *Deut.* 18. 19. *Ego requiram ab illo.* Quod si vera non comprobetur vocatio ejus, ipse strangulatione perimendus est. De veritate autem vocationis [Prophetarum] constabit hoc, quo descripturus sum, modo. Scilicet, cum quis prophetiam sibi vendicaverit, sicut declaravimus, eoque idoneus fuerit; utpote qui fuerit doctus, religiosus, continens, intellectu & omni morum probitate præditus, juxta illam apud nos regulam: *Non residet prophetia nisi super sapientem, fortem, & divitem.* Multæ autem sunt notæ ad hoc propositum spectantes, quas omnes comprehendere nequimus, & de quibus sermone instituto singulas probare conari, allatis textibus è Sacra Scriptura dictisque Sapientum, *librum* potius *integrum* per se requirerent. Qualem forsan [ut aliquando componamus,] cum omnibus quæ eodem spectant, auxilium suppeditabit Deus. Cum ergo idoneus huic muneri fuerit prout oportet, ipsumque sibi vendicaverit, dicemus illi, *Ede nobis promissa, & refer nobis aliqua eorum quæ nota fecit tibi Dominus*; quo referente, si vera evalerint promissa ejus omnia, hinc prophetiæ ejus veritatem percipiemus: quod si in aliquo ipsorum, vel minutissimo, mendax fuerit; hinc mendacem eum esse cognoscemus: atque hæc expressa est Legis de hujusmodi probatione sententia: *Deut.* 18. 21. *Et cum dices in corde tuo, Quomodo cognoscemus verbum quod non locutus est Dominus, quod loquetur Propheta in nomine Domini, & non erit verbum, &c.* Quinetiam etsi verum dixerit nobis in uno aut altero promisso, nondum tamen certi erimus prophetiam ipsius veram esse, sed manebit apud nos dubiæ fidei, donec veracitas ipsius in omnibus quæ à Deo refert, vicibus continuis exhibeatur: unde de *Samuele* dicitur, (Postquam notum ac certum fuerat quodcunque diceret, ratum fieri,) 1. *Sam.* 3. 20. *Et novit omnis Israel à Dan usque ad Beershebam quod fidelis esset Samuel in Prophetam Domino*; neque accidit illis negotium aliquod de quo non sciscitarentur Prophetas. Nisi enim ita fuisset, ut prophetas de omnibus rebus suis consulerent, non adiisset *Saul* in principio *Samuelem*, de eo quod amiserat sciscitaturus. Minime autem dubium est sic se rem habere, quoniam Deus Prophetas [mittendo,] fecit ne opus haberemus Astrologis & Divinatoribus & Ariolis; quoniam illos consulere possumus de rebus nostris, vel simul universis, vel divisim singulis, ut nobis à Deo vera nuncient; sicut isti ea quæ forsan vera, forsan falsa, renunciant. Hoc est quod dicit Scriptura, *Deut.* 18. 14. *Quia gentes istæ, quas tu expellis, præstigiatores & divinos audiunt; at tu non sic: Dedit tibi Dominus Deus tuus Prophetam è medio tui, &c.* Atque has ob rationes appellabant Prophetam, *Videntem*; quod res futuras, antequam existerent, prævideret. Sicut dicit, 1. *Sam.* 9. 9. *Quoniam Propheta hodie, antea appellabatur Videns.*

Forsan autem [ita] apud se putet quis ac dicat, Num ergo ex veritate prædictionis eorum quæ eventura sunt, vera censebitur Prophetia eorum qui eam sibi vendicant? Si ita se res habet, possunt *Arioli*, *Astrologi*, omnibusque potentiis animalibus præditi, arrogare sibi prophetiam, cum quotidie oculis nostris videamus futura prædicere. Atqui (novit Deus) hic locus est magni momenti, quem oportet ut explicemus, quo appareat differentia inter illas quas Propheta à Deo refert, eorumque, qui potentiis istiusmodi præditi sunt, prædictiones.

Dico igitur, *Ariolos*, *Astrologos*, atque ejus sectæ homines prædicere quidem futura, sed ita ut necessario partim vera partim falsa sint; quod & perpetuo videmus, & confirment ipsi qui eas artes profitentur; neque negare possunt, dum hinc gloriam captant, si cujuspiam mendacia pauciora quam alterius fuerint: sed ut verum dicat quisquam eorum in singulis, hoc impossibile est: neque id sibi arrogant iis potentiis præditi; verum ubi dixerit

rit quis, *Futura est hoc anno siccitas*, nulla per eum cadente pluvia, si parum in eo pluat; vel ubi dixerit, *Cras pluet*, si postridie pluat, &c. habetur hic admodum excellens, atque ex illustris famæ hominibus, quos celebrant historiæ. Atque hic est sensus ejus quod dicit Isaiah Babeli, *Isai.* 47. 13. *Stent nunc & servent te speculantes cœlos, contemplantes stellas, cognoscere facientes menses, ab iis quæ ventura sunt super te.* Et dixerunt sapientes [*Measher, ab iis*] non [*Col asher, ab omni quod.*] Non sunt autem promissa Prophetarum ejusmodi, sed penitus vera, quorum non intercidit quicquam sive parvum, sive magnum, per totum seculorum decursum in omnibus quæ nunciat Propheta quis à Domino: ideo si quando irritum fuerit eorum aliquod, noverimus eum mendacem. Atque hoc est quod dicit Scriptura. *Quoniam non cadet è verbo Domini in terram.* Quod & innuit *Jeremiah*, ubi [loquitur] de iis qui cum in somniis vera viderent, ea de quibus ita moniti fuerant, ac si prophetiæ essent, enarrarunt; dum eos reprehendens, & eorum prætextus labefactans, dicit, *Jer.* 23. 28. *Propheta cui est somnium narret somnium, & cui sunt verba mea, loquatur verba mea in veritate. Quid paleæ cum tritico? dicit Dominus.* Cujus dicti sensum hunc reddunt Sapientes, quod prophetia quid purum sit, nec admistum habeat falsi aliquid, instar frumenti à palea puri; at somnia, aliaque ejusmodi indicia, mendacium habent admistum, instar paleæ, in qua grana quædam frumenti sunt: unde dixerunt, *Sicut impossibile est ut sit triticum sine palea, ita fieri non potest ut sit somnium absque verbis falsis.* Superest autem hic locus magni momenti, qui explicatione indiget, scilicet. Quod siquis propheta mala populo merenti comminetur, e. g. famen aut gladium, aut inundatum iri ipsorum regionem, vel descensura in illos fulmina atque ejusmodi alia, quorum deinde nihil eveniat, verum remisso ipsis peccato res prospere succedant; non tamen inde constat de mendacio Prophetæ illius, ut Pseudopropheta, qui morte mulctandus sit, habeatur, quod pœnituerit Deum mali, cum forsan pœnitentiam egerint, aut à peccatis suis destiterint, aut distulerit eos Dominus pro longanimitate sua, atque in aliud tempus rejecerit; (sicut fecit *Achazo*, cui per *Eliam*, dixit, 1. *Reg.* 21. 24. *Non adaucam malum in diebus ejus, in diebus filii ipsius adducam malum super domum ipsius*) aut remiserit ipsis ob merita antecedentia. Neque enim de hujusmodi rebus loquitur cum dicit, *Neque fuerit res illa, neque eveniat.* Quod si bona tempore constituto eventura promiserit, dicens, *Futuram hoc anno pacem*, evenerit autem bellum; aut *Futurum hunc annum pluvium & fertilem*, fuerit autem sterilis & siccus, &c. erit hic Pseudopropheta, de cujus prætextuum falsitate & mendacio constat. Atque hic est de quo dixit Dominus, *Deut.* 18. 24. *Per superbiam loquutus est illud Propheta, non timebis ab eo*, i. e. Non terrebit neque avertet te à cæde ejus, religio, bonitas, aut scientia ipsius, cum per superbiam magna professus, falsa de Deo loquutus fuerit. Nam quoties Deus populo per prophetas bona promiserit, fieri non potest, quin ea perficiat, ut ita prophetiam ipsorum apud homines confirmet: atque hoc est quod dixerunt [Majores nostri] *Omne verbum quod prodierit ex ore Domini in bonum, etiam conditione addita, non tamen revocat.* Quod ad illud autem quod timeret *Jacob*, postquam ipsi Deus bona promisisset, cum diceret, *Et ecce ego tecum, &c.* (invenimus enim illum timuisse perditionem, dicente [Scriptura] *& timuit Jacob valde*) dixerunt Sapientes, timuisse eum ne prævaleret ipsi peccatum, quo perditione dignus fieret: atque hoc est quod dicunt, Putavit forsan peccatum in causa futurum, &c. Ostendit autem hoc, aliquando etiam promittente Deo bona, prævalere peccata, ne rata fiant bona ipsa. Scias ergo evenire quidem hoc in Deo & propheta; at ut jubeat Deus Prophetam bona populo simpliciter denunciare, quæ deinde [eventu] non confirmentur, hoc certe falsum est, quod fieri non possit; neque enim superesset locus unde dignosceretur veritas Prophetiæ, cum ipse in libro suo hanc nobis regulam dederit, dignoscendum Prophetam ex veritate promissionum ipsius. Atque ad hanc regulam illustrem, digitum intendit *Jeremias* in contentione sua cum *Hanania* filio *Aazuri*, ubi prophetat *Jeremias* de malo & perditione, futurumque ut *Nebuchadnezar* victoria potiretur, & superior [pugna] factus templum vastaret, *Hananias* autem f. *Aazuri* bona annunciat, scil. reportatum iri in Hierosolyma vasa templi, quæ translata fuerant *Babelem*; quare dixit illi *Jeremias* inter disceptandum, Consentaneum est fundamentis apud nos servatis, etiamsi non confirmetur vaticinium meum neque victoria potiatur *Nebuchadnezar*, nec reportentur vasa Domus Domini, sicut tu [futurum] affirmas, non tamen esse in his, quod me prophetam esse mendacem arguat, cum fieri possit ut Dominus misereatur eorum; verum si non confirmetur dictum tuum, neque reducantur vasa

domus

domus Domini, certo constabit illud quod tibi arrogas, falsum esse, neque certo constabit te prophetam esse, donec eventu comprobentur promissa ista de bonis à te facta. Hoc est quod dicit, *Jer.* 28. 7. *Verumtamen audi nunc verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus universi populi. Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te à sæculo, & prophetaverunt ad terras multas & super regna magna, de bello, & malo & peste: Propheta qui prophetabit de pace, cum venerit verbum prophetæ, scietur propheta quem miserit Dominus in veritate:* quo dicto innuit, quod ad prophetas illos qui prophetabunt de bono & malo, non constare ex malo quod comminati sunt, vere an falso sibi prophetiam arrogaverint, verum argumentum est veracitatis ipsorum, cum bonum quod promiserunt, ratum fuerit.

Ubi vero de vocatione Prophetæ certo constiterit, juxta fundamenta præmissa, notæque fuerit famæ, ut in *Samuele*, *Elia*, &c. Prophetæ isti concessum est, illud in Lege facere, quod alii nemini, illud nempe quod descripturus sum, scilicet cum omitti jubet præceptum quodvis ex affirmativorum numero, aut perpetrari quicquam quod præcepta prohibent, necesse esse dicto ipsius per omnia parere, & quicunque transgressus fuerit illud, reum fieri mortis cœlitus infligendæ, causa Idololatriæ excepta. Atque hæc est sententia Sapientum in *Talmude*, ubi dicunt: *In omnibus, Si dicat tibi Propheta, transgredere verba Legis, auscultes ipsi, excepta Idololatria*; verum hac conditione, ne perpetuum velit esse mandatum istud, dicens præcepisse Dominum hac de re, ut ita fiat usque in seculum, sed tantum jubeat illud per occasionem aliquam, nec nisi ad tempus designatum: quin & Propheta ipse interrogabitur, quoties jusserit mandatum aliquod, ex iis quæ præcepit Dominus per *Mosem*, transgredi, si interrogatus responderit transgressionem istam non fore perpetuam, sed impræsentiarum tantum committendam, quemadmodum facere solet Senatus in sententia ad breve tempus valitura. Sicut fecit *Eliah* in monte *Carmel* quando obtulit sacrificium extra *Hierosolyma* etiam post extructum illic Sanctuarium; quod quidem factum perpetratorem, absque jussu Prophetico, reum fecisset excidii, utpote à Deo prohibitum in textu Legis, ubi dicit, *Deut.* 12. 13. *Ne forte offeras oblationes tuas in omni loco quem videbis*, pœna excidii constituta in eum qui ita faceret, quemadmodum dicit de eo qui extra [locum illum] obtulerit, *sanguis imputabitur viro isti, sanguinem fudit, & exscindetur vir ille è populo suo.* Quod si ab ipso (c. p.) inter offerendum in monte *Carmel* quæsitum fuisset, quid dices, si instar hujus facti perpetuo fecerimus? dicturus fuisset, nequaquam hoc licere, atque illum qui extra *Jerusalem* offerret, excidii pœna teneri: hoc autem jam factum, quo palam faciamus mendacium Prophetarum *Baal*, atque illud quod præ se ferunt, irritum faciamus. Nec non sicut fecit *Elisha*, cum juberet *Israelem* in expugnatione *Moabi*, arbores frugiferas exscindere, dicens, 2. *Reg.* 3. 19. *Et omnem arborem pulchram deiicietis*, cum Deus hoc facere vetuerit dicendo, *Non perdetis arborem, securim ipsi admovendo*: quod si interrogatus fuisset *Elisha*, num sublatum esset hoc mandatum, liceretque nobis in posterum arbores frugiferas exscindere, cum loca quævis obsidemus? utique dixisset, Non licere, verum hoc impræsentiarum tantum faciendum. Porro ut adducamus hic tibi exemplum, cujus ope hanc regulam omnibus præceptis accommodare possis, Si Propheta, de cujus prophetia certo apud nos constat, sicut descripsimus, jusserit nos die Sabbati omnes, tam fœminas quam viros, surgentes ignem accendere, quo paremus nobis instrumenta bellica quibus instruamur, ac loci alicujus incolas eodem die occidere, eorum opes diripere, & mulieribus ad libitum uti; oporteret nos qui *Mosis* Legem accepimus, contra locum istum nihil cunctantes insurgere, sicut nobis præcepit, omniaque quæ suggesserit, expedite ac diligenter facere, sine scrupulo aut hæsitatione, & credentes omnia quæ fecerimus ipso Sabbati die, scilicet dum ignem accendimus, opera facimus, occidimus & pugnamus, præceptum esse, cujus speremus nos à Deo præmium [consequuturos] quod auscultaverimus mandato Prophetæ, cujus jussui obedire [tenemur] vi præcepti. sicut mandavit nobis Dominus per *Mosen*, *Deut.* 18. 15. *Ipsum audietis*, & per traditionem accepimus, In omni, si dixerit tibi Propheta, transgredere verba Legis, ausculites ei, excepta Idololatria. quoniam si dixerit nobis, Colas hoc tantum die figuram [aliquam] aut suffitum facias stellæ isti ad unam tantum horam, morte afficietur, neque ei auscultabitur. Quod si quis, qui sibi religionis ac probitatis cultor videtur, fueritque senex ætate provectus, dixerit, Cum simus senes, & tot annos vixerimus, neque unquam mandatum aliquod transgressi fuerimus, nunc tandem die Sabbati surgentes transgrediemur in re vetita sub pœna lapidationis, & exibimus ad

pu-

pugnam, quod ad me autem, ego nihil omnino [dicam vel faciam] & sunt præter me qui sufficiant, & magna hominum copia qui rem istam præstare valeant: hic certe immorigerum se præbet verbo Domini, & reus est mortis cœlitus infligendæ, cum transgressus sit illud quod jussit Propheta, quia qui præcepit [observari] Sabbatum, præcepit etiam observari cujusvis Prophetæ mandatum & decretum. Quique transgressus fuerit mandatum ipsius, ejus, quod commemoravimus, supplicii reus est, atque hoc est quod dicit Dominus, *Erit autem ut vir qui non auscultaverit verbis meis, quæ loquetur nomine meo, ego requiram ab ipso.* Interea tamen si quis nodum astrictiorem die isto Sabbati, dum ea præstat opera, nexuerit, cujus opus non sit in re aliqua quæ conferas ad perficiendum illud à Propheta præceptum, reus est lapidationis. Quod si vel ipse Propheta, qui nobis illa die isto Sabbati facienda præcepit, dixerit, (& nos jussui suo obsequentes habuerit) *Est terminus* [itineris diei] *Sabbati* [præscriptus] *uno minus bis mille cubitorum* aut *unius & bis mille*, atque hoc obtenderit indicatum fuisse sibi per revelationem, non per viam disquisitionis, aut argumentationis, hic jam pseudopropheta est, strangulatione è medio tollendus. Juxta hoc ergo conjecturam sume de omnibus quæ præceperit tibi Propheta, & si qua reperies in Scriptura è mandatis Prophetarum, quæ contraria sint alicui Legis præcepto, clavis [tibi erit hæc regula ad ea omnia [intelligenda.] Atque hoc uno distinguitur Propheta ab aliis hominibus in Legis præceptis declarandis. Quod autem ad disquisitionem & argumentationem & intelligentiam in Lege, perinde se habet ac reliqui sapientes ejusdem cum ipso ordinis, qui prophetia instructi non sunt. Quod si cum interpretationem aliquam attulerit, aliamque afferat quispiam non Propheta, dicat Propheta ille, Dixit mihi Dominus interpretationem meam veram esse, non auscultabitis ipsi. Imo si vel mille Prophetæ, omnes sint instar *Eliæ* & *Elishæ*, interpretationem afferant, sapientes autem mille & unus aliam illi contrariam, ad plures inclinandum est, & facere [tenentur homines] juxta sententiam sapientum mille & unius, non juxta sententiam mille Prophetarum illustrium. Atque ita dicunt Sapientes. Certe, si diceret mihi illud *Joshuah* filius *Nun* ore suo, non auscultarem illi, neque audirem illud ab ipso. Et similiter etiam dixerunt, Si venerit *Elias* & dixerit, discalceationem peragunt calceo; audiunt ipsum: sin sandalio, non audiunt ipsum: quo innuunt non [fieri] ullo modo augmentationem in præcepto ex parte prophetiæ. Quod si prætenderit Propheta, dixisse ipsi Dominum sententiam in præcepto tali, tali modo ferendam, atque esse argumentationem τῦ δεῖνος veram, morte afficietur Propheta iste, quoniam Pseudopropheta est, juxta fundamenta à nobis posita, quia non est demissio [Legis] post legatum primum, neque addere licet vel diminuere: *non est in cœlis*, neque remisit nos Dominus ad Prophetas, sed ad doctos argumentandi peritos, neque enim dixit, *Et accedes ad Prophetam*; verum dixit, *& accedes ad Sacerdotes, Levitas, aut ad Judicem, &c.* Perquam multa autem adduxerunt Sapientes in hanc sententiam; quæ certe vera est.

Cum autem moreretur *Joshua* (cui pax) quascunque traditione acceperat interpretationes, nec non quæcunque ipsius tempore in lucem prolatæ sunt sine ulla [inter Doctores] dissensione, & quæcunque tum de iis incidisset dissensio, ex plurium consensu decisæ sunt, commendatas reliquit Senioribus illis, de quibus dicit Scriptura, [*Jos.* 24. 31. *Et omnibus diebus seniorum qui post Josuam diu vixerunt.*] Deinde commendarunt seniores isti quæcunque traditione acceperant, Prophetis (q. p.) Et Prophetarum alii aliis, ita ut nullum esset sæculum in quo non inquisitum fuerit in sententiam Legis, & conclusionis inde elicitæ: Uniuscujusque sæculi hominibus sermones eorum qui ipsos præcesserant pro fundamento ponentibus, unde conclusiones educerent atque elicerent. De fundamentis autem traditione acceptis nulla fuit dissensio usque ad tempus virorum *Synagogæ magnæ*, qui fuerunt *Haggai*, *Zachariah*, *Malaci*, *Daniel*, *Hananiah*, *Mishael*, *Azariah*, *Ezra Scriba*, *& Nehemiah f. Chacaliæ*, *Mordecai*, *& Zerubbabel fil. Shealtiel*, cum aliis qui hisce prophetis conjuncti sunt, quibus perficerent numerum centum & viginti seniorum ex inclytis & præcipuæ authoritatis viris, aliisque ejusmodi, qui etiam in sententiam Legis inquirentes, uti fecerunt qui ante ipsos fuerant, decreta decreverunt & constitutiones ordinarunt. Ultimus autem virorum cœtus istius sancti primus fuit Sapientum, quorum in *Mishnah* fit mentio, scilicet *Simeon Justus* qui tunc temporis Sacerdos summus fuit. Post quos cum processu temporis ventum est ad *Rabbenu Hakkadosh* [Doctorem nostrum sanctum] cui pax, qui fuit seculi sui Phœnix, atque unicum temporis decus, vir certe in quo [in unum] collegerat Deus dotes eximias & vir-

tutes eas ob quas apud συγχρόνες suos meritus est appellari *Rabbenu Hakkadosh*, cum nomen ipsi esset *Judah*; quique in summo scientiæ & celsitudinis gradu constitutus fuit; sicut dixerunt, *A diebus Mosis usque ad Rabbi non vidimus Legem & nobilitatem simul* [conjunctas,] in summo etiam pietatis & humilitatis, & abstinentiæ à voluptatibus gradu, uti etiam dixerunt, *Ex quo mortuus est Rabbi, cessavit humilitas & timor peccati*, hominum insuper eloquentissimus & linguæ Hebraicæ callentissimus, adeò ut explicationem verborum Legis difficiliorum è sermone servorum & ministrorum ipsius discerent Sapientes, sicut in *Talmude* manifestum est, cuique tanta fuit opum copia & rerum omnium affluentia ut de ipso dicerent, *Præfectus stabulorum Rabbi ditior erat Sapore rege*, ipse beneficentiam erga literatos, & studiosos exercens, Legem in *Israele* confirmavit; sententiis, dictis, & differentiis ore traditis à *Mose* usque ad tempora sua collectis, cum & ipse ex iis esset qui ore tradita referebant: utpote qui referret quæ acceperat à *Simeone* patre suo, ut ille à *Gamaliele* patre suo, ille à *Simeone* patre suo, ille à *Gamaliele* patre suo, ille à *Simeone* patre suo, ille ab *Hillele* patre suo, ille à *Shemaiah* & *Abtalione* præceptoribus suis; illi à *Juda Tabbæi* filio, & *Simeone Shatahi* filio, illi à *Josua Pherakæi* filio & *Nathæo Arbelita*; illi à *Jose Joezeri* f. & *Jose Juchanani* filio, illi ab *Antigono Socensi*, ille à *Simeone* justo, ille ab *Ezra*, (quoniam ipse è superstitibus Synagogæ magnæ fuit. *Ezra* vero à *Baruco Neriæ* filio, præceptore ipsius, *Baruc* autem *Neriæ* f. à *Jeremia*, ut & *Ieremias* sine dubio acceperat à Prophetis, qui alii ab aliis acceperant usque ad Seniores, qui *Iosuæ* quæ ipse à *Mose* retulit accepta tulerunt. Collectis igitur sententiis & dictis [istis] manum admovit componendæ *Mishnæ*, quæ omnium quæ in Lege scripta sunt præceptorum explicationem contineret, partim traditionibus à *Mose* (cui pax) ore acceptis, partim consequentiis argumentationum elicitis de quibus nulla est dissensio constans: partim conclusionibus circa quas contigit dissentio inter duos argumentandi modos: quas ergo una cum ista dissensione recensuit, [dicens] *N. sic N. vero sic dicit*: quod si quis pluribus contrarius fuerit, sententiam singularis istius & sententiam plurium retulit; quod ob causas fecit valde utiles quarum in *Mishna* in tit. *Adayoth*, [seu de testimoniis] meminit, quas & ipse commemoraturus sum, sed [explicato] prius magni momenti quod hic referre visum est capite. Scilicet dicat forsan aliquis, Cum fuerint explicationes Legis (uti statuimus) ore acceptæ à *Mose* (juxta dictum eorum à nobis relatum, *Tota Lex cum universalibus, particularibus & minutiis suis dicta est de Sina*) quænam tandem sunt sententiæ istæ particulares quæ Constitutio *Mosis* è *Sina* audiunt? hæc ergo regula fundamentalis est quam tenere oportet, nempe, Quod de explicationibus, quæ *Mosi* acceptæ feruntur, nulla sit omnino controversia, cum huc usque nullam omnino tempore aliquo à *Mose* usque ad *Rab Ashi* discrepantiam cuipiam sapientum ab aliis incidisse reperimus, adeo ut diceret quidam, Si quis oculum alteri eruerit, ipsi oculus eruendus, eo quod dicat Dominus, *Exod.* 21. 24. *Oculus pro oculo*; alius autem, teneri tantum ad pretium solvendum. Neque invenimus illos in diversas sententias abiisse circa illud quod dixit Dominus, *Levit.* 23. 40. *Fructum ligni decoris*, ut contenderet unus esse malum citrinum; alius, intelligi malum cidonium, aut granatum aut aliud ejusmodi: ut neque de *arbore implexa*, ea scilicet intelligi *Myrtum*: neque controversum reperimus de dicto Dei, *Et abscindes manum ejus*, quin de mulcta pecuniaria intelligendum sit: neque de dicto ejus, *Levit.* 21. 9. *Et filia viri Sacerdotis cum cœperit fornicari, patrem suum polluit, igne comburetur*: non necessario esse juxta hanc sententiam, nisi cum nupta fuerit, statuendum. Similiter eo quod decrevit Deus de illa apud quam non reperta fuerint signa virginitatis, scilicet lapidandam esse, non invenerimus in controversiam vocatum inde à *Mose* ad hoc usque tempus, non esse hoc [intelligendum] de alia quam quæ uxor viri fuerit, & quam manifesto probatum fuerit stuprum commisisse post contracta sponsalia, postquam adhibitis testibus admonita fuerit; & si qua hujusmodi sunt ex omnibus præceptis, nulla est circa ea controversia, quia explicationes sunt usque à *Mose* ore traditæ de quibus eorumque similibus dixerunt, *Totius Legis tradita sunt universalia & particularia de Sinai.* Quamvis autem ore tradita fuerint, ita ut nulla de iis sit controversia, nihilominus tamen verbo cœlitus demisso hoc proprium est, ut ex eo eruantur interpretationes istæ variis modis comparationum, allegationum, allusionum, & indiciorum in textu occurrentibus. Cum autem videris eos in *Talmude* disputantes, & dissentientes in arena disquisitionis, & probationes afferentes ad [confirmandam] aliquam harum interpretationum similium, e. g. cum dicunt, de dicto Domini, *Fructum arboris*

boris decoris; forsan est iste malum granatum aut cotoneum, aut alius quispiam fructus; donec probationem de eo sumpserint è dicto ejus *Fructum arboris*; dixerintque aliqui [innui] arborem, cujus & ligni & fructus eadem esset ratio; alii, fructum qui in arbore sua ab anno in annum permanet; alius, fructum qui juxta omnes aquas crescat: non hoc factum est quod res illis difficilis videretur, donec his probationibus eam confirmaverint; cum viderimus sine dubio malum citrinum cum ramo palmæ quotannis à *Iosuæ* ad nostra usque tempora acceptum, nulla de hoc mota controversia; verum quod indicium tantum quæsiverint hujus interpretationis ore traditæ quod è textu occurreret: eodem modo se habet probatio quam attulerunt de *myrto*; nec non ex qua confirmant, mulcta pecuniaria teneri eum qui socium suum membro aliquo privaverit; ut & ex qua ostendunt filiam Sacerdotis, cujus ibi mentio fit, intelligi eam quæ viri uxor sit: eodemque modo se habent reliqua his similia; Atque hic sensus est dicti ipsorum, *Universalia ejus & particularia ejus*. i. e. Res, quas vides nos elicere [argumentis] ab universali & particulari [desumptis] nec non reliquis tredecim modorum [argumentandi,] eæ traditæ sunt à *Mose* è *Sina*: quæ tamen nihilominus quamvis à *Mose* traditæ, non appellantur *Constitutio Mosis è Sina*. Neque enim dicimus, [quod dicunt] *Fructus arboris decoris est malum citrinum*, esse hoc Constitutionem *Mosis* è *Sina*; aut ut *Qui Socium suum læserit pecuniam numeret*, esse *Constitutionem Mosis è Sina*; cum hoc antea pro fundamento apud nos positum sit, Interpretationes [istas] omnes à *Mose* esse, & reperiri ipsorum indicia quædam in textu, aut inde modo aliquo concludendi (uti diximus) elici: Si quæ autem dicta sint, quorum nullum occurrit in textu indicium, neque ullam habeant ab eo dependentiam, neque inde elici argumentando possint, de his tantum dicunt, esse *Constitutionem Mosis è Sina*. Ideoque quando dicimus *Shiurin*, i. e. Mensuras esse Constitutionem *Mosis* è *Sina*; & objicimus contra illud, dicentes, Quomodo hoc affirmas Constitutionem esse *Mosis* è *Sina*, cum videas ad [*Shiurin*] mensuras digitum intendi in Scriptura ubi dicitur, [*Terra frumenti, & Seorah* [*hordei*] &c. Responsio ad hoc est, esse hoc Constitutionem *Mosis* è *Sina*, neque esse ei fundamentum unde argumentando elici possit, neque indicium quo indigitetur, in tota Lege: ad textum istum tantum referri ut sit ei instar signi cujusdam quo melius memoriæ infigatur & in ea retineatur, cum de intentione Scripturæ non sit. Atque hic dicti ejus *In Scriptura* [ad hoc] *allusio vulgaris*, ubicunque occurrit, sensus est. Porro hoc loco ordine tibi exponam sententiarum de quibus dicunt, esse eas, *Constitutionem Mosis è Sina* præcipuas, (imo fortassis omnes) ut appareat tibi ejus quod asserui veritas, scilicet non esse ex ipsis vel unam quæ argumentandi [modo aliquo] eliciatur, vel referri ad Scripturam possit, alias quam per modum allusionis [sive accommodationis] uti declaravimus: neque unquam compertum esse Doctores de ipsarum aliqua disputasse, aut probationem aliquam attulisse, verum à *Mose*, prout præcepit ipsi Deus, traditas fuisse. Hæ igitur sunt. Dimidium *Log* olei ad sacrificium Eucharisticum, & quarta pars [mensuræ] olei *Naziræo* Et undecim dies, inter duas separationes [menstruæ] sunt *Constitutio Mosis è Sina*. Paries, Continuatio [parietum prope sitorum] & latus curvatum, sunt *Constit. Mosis è Sina*. Mensuræ, Discrimina & intersepta, *Constitutio Mosis è Sina*. Salix & effusio aquæ, *Constitutio Mosis è Sina*. *Tephilim* [scribendi] in membrana, & *Mezuzah* [alia specie] membranæ, & liber Legis super pergameno, *Constit. Mosis è Sina*. *Shin* τ῀ *Tephilim* & nodus τῶν *Tephilim* & lora nigra, & *Tephilim* quadrati, & foramen τῶν *Tephilim*, *Constit. Mosis è Sina*. Constringendos esse eos pilo, consuendos nervis, *Constit. Mosis è Sina*. Scribendum librum Legis atramento, & ductis lineis, *Constit. Mosis è Sina*. Congressum cum puella nondum trienni non esse congressum, *Constit. Mosis è Sina*. Si quis in agro suo duas species tritici ferens unam iis aream fecerit, relinquet angulum unum [pro pauperibus] sin duas, duos angulos relinquet, *Constit. Mosis è Sina*. E seminibus hortensibus quæ esui apposita non sunt conjungi unam viginti quatuor [partium] cum mensura quæ sufficit ad spatium mensuræ *Seah* capax, ad conficienda miscella, *Constitut. Mosis è Sina*. Si decem plantæ dispersæ fuerint in spatio mensuræ *Seah* capaci, ob eas arandum totum illud spatium, *Constit. Mosis è Sina*. [Si sit] *Massa* orbicularis ficuum cujus pars polluta est, dant *Terumah* de ea parte quæ munda est, *Constit. Mosis è Sina*. Præputium [fructuum] ubicunque occurrit, *Constitutio Mosis è Sina*. [Ut] præceptor observet [ad lucernam Sabbati] unde pueruli legant, *Constitut. Mosis è Sina*. Mulier accingenda succinctorio ante vel à tergo, *Constit. Mosis è Sina*. Quod permittant vinum asperum cum leni misceri,

Constit. Mosis è Sina. Ammon & *Moab* decimas pauperum anno septimo solvere debere, *Constit. Mosis è Sina.* Ubicunque autem producetur aliqua harum constitutionum in sequenti explicatione *Misnæ*, eam loco suo explicabimus, adjuvante Deo. Juxta fundamenta ergo a nobis præmissa, distribuenda erunt judicia in Lege posita in quinque classes.

Classis prima, [complectitur] interpretationes quæ *Mosi* acceptæ feruntur, ad quæ in textu digitus intenditur, aut quæ inde argumentando elici possunt; atque de his nulla omnino movetur controversia, verum statim ac dixerit quispiam *ita traditione accepi*, litigationi finis imponitur.

Classis secunda ea [continet] judicia, de quibus dicitur [esse ea] *Constitutionem Mosis è Sina*, nulla autem probatione [nituntur] uti jam diximus, atque hæc etiam inter ea sunt, de quibus nulla est controversia.

Classis tertia ea [continet] judicia quæ variis ratiocinandi modis concluduntur, & de quibus controvertitur, uti diximus, & de quibus statuitur juxta sententiam plurium, uti præmisimus, [atque] hoc quando obscura est speculatio, ideoque dicunt, *Si constitutio sit recipimus eam, sin sub judicium cadet, est quod* respondeamus. Incidit autem controversia, & disputatio in iis de quibus nihil traditione acceptum est, quare invenies eos per totum *Talmudem* inquirere in modos concludendi, propter quas accidit differentia inter dissentientes, ac dicere, *propter quid contendunt*, aut *quænam est ratio τȣ̃ N.* aut, *quid est inter eos dissensionis?* Hæc enim hac ratione quibusdam locis adducunt, ut ostendant quid ansam præbuerit controversiæ, dicentes ὁ *N. tali dicto nititur*, ὁ *N. tali*: & hujusmodi alia.

Quod si quis putaverit constitutiones istas de quibus controvertitur traditione etiam acceptas fuisse à *Mose*, ortam autem esse controversiam istam ex errore aut oblivione, dum alter verum retulerit, alter autem in narratione sua erraverit, aut oblitus fuerit, vel non totum à præceptore suo acceperit quod accipere oportuit, & sententiam suam probare velit ex isto ipsorum dicto, *Ex quo multiplicati sunt discipuli Shammæi & Hillelis, qui non quantum opus est studuerunt, multiplicata est dissensio in Israele, & facta est Lex quasi duæ Leges;* hoc (novit Deus) dictu turpe & valde absurdum est, & sermo ejus qui, cum non recte res percipiat, nec fundamenta teneat, & de fama personarum quibus accepta fertur Legis traditio detrahit: hoc ergo totum falsum, nec aliud est quod inducit homines ad falsam hanc opinionem fovendam, quam quod non recte perpendant verba Sapientum, quæ in *Talmude* reperiuntur, cum invenerint explicationem *Mosi* acceptam ferri, (quod verum est uti præmisimus) nec distinxerint inter fundamenta traditione accepta, & consequentias quæ [argumentando] eliciuntur. Tu vero quacunque tandem de re dubitaveris, hoc tibi extra dubium sit, cum reperiatur inter discipulos *Shammæi* & discipulos *Hillelis* differentia, cum dicant, *Everrendam esse primum domum, deinde abluendas manus*, aut *lavandas primo manus, deinde everrendam domum*, neutrum horum dictorum à *Mose* traditione acceptum fuisse, neque de *Sina* relatum, causam autem differentiæ inter ipsos fuisse illud quod fertur; nempe quod altera harum [sectarum] vetuerit populo terræ uti, altera permiserit. Eodemque modo [se res habet] in omnibus hujusmodi dissensionibus, quæ sunt rami à ramorum ramis [profecti.] Quod ad dictum autem ipsorum, *Ex quo multiplicati sunt discipuli Shammæi & Hillelis, qui non quantum opus est studio Legis incubuerunt, multiplicata est dissensio in Israele*, sensus ejus valde perspicuus est. Nam cum duo pares fuerint intelligentia, perspicacia, & fundamentorum unde eruuntur consequentiæ cognitione, non accidit inter eos, in iis quæ ratiocinando eliciunt, discrepantia; vel si aliquando contigerit, certe quam minima est: uti non reperimus unquam differentiam inter *Shammæum* & *Hillelem* nisi in particularibus quibusdam ritibus; quod inde provenit, quia modus ratiocinandi quo usus est uterque eorum, in iis quæ ratiocinando concluserunt, valde admodum similis erat; nec non fundamenta quæ apud unum concessa fundamentis, quæ pro concessis apud alterum habebantur, similia: ubi vero elanguit discipulorum diligentia, & infirmata est ratiocinatio eorum præ ea quæ *Hilleli* & *Shammæo* præceptoribus ipsorum fuit, orta est inter ipsos, inter disputandum, in multis rebus dissensio, cum esset ratiocinatio uniuscujusque eorum secundum mensuram intellectus ipsius, eaque quæ tenebat fundamenta: ipsi interim in his omnibus minime culpandi sunt, quoniam non requirimus, cum duo inter se disputant ut disputent secundum intellectum *Iosuæ* & *Phineasi*, neque ideo in dubio relinquimur, cum inter se differant, quod non sint instar *Shammæi* & *Hillelis*, vel aliorum qui ipsis præstant; Deus Optim: Max: non in hoc obsequium nostrum postulet; verum hoc à nobis requiratur ut auscultemus doctis, cujuscunque tandem seculi, sicut dixit [*Aut ad judicem qui fuerit diebus illis*,

illis, & inquires, &c.] Atque hoc modo orta est discrepantia, non quod erraverint in iis quæ tradita sunt referendis, uno quod verum est referente, altero quód falsum. Quam perspicuum autem est quod diximus animum advertenti! & quanti regula hæc in Lege momenti?

Classis quarta [continet] decreta quæ statuerunt Prophetæ & Sapientes singulis seculis ut sepis & munimenti vicem Legi præstarent: atque hæc sunt quæ jussit Deus constitui terminis universalibus, cum dicit, [*Et custodietis custodiam meam*] quod, referente traditione [sonat] *Facite custodiam custodiæ meæ.* Atque hæc sunt quæ appellant sapientes [*Gezeroth*] *Constitutiones.* Et in his etiam accidit discrepantia; dum uni visum fuerit re aliqua interdicere, ob causam aliquam, alteri autem idem visum non fuerit: ita frequenter in *Talmude* [occurrit] *R. N. statuit, hac aut illa de causa. R. N. vero non statuit.* Atque hæc etiam una est è causis discrepantiæ. Annon vides *Carnem volucris cum lacte* [non comedendam] constitutionem esse à Magistris nostris ad homines procul arcendos à transgressione? cum non vetet Lex præter carnem bestiæ & feræ, at interdixerunt Sapientes carne volucris, ad remotius abigendos à re illicita. Suntque ex ipsis quibus non arridet hæc Constitutio; nam *R. Jose Galilæus* permittebat carnem volucris cum lacte, adeo ut omnes incolæ illius regionis eam comederent, uti manifestum est in *Talmude.* Cum autem contigerit ut de aliqua hujusmodi constitutionum inter omnes conveniat, tum eam transgredi nullo modo licet. Et cum passim notum sit in *Israele* ea re interdici, non est ut in contrarium isti constitutioni eatur, adeo ut vel ipsis prophetis non liceat de ea detrahere, juxta expressum *Talmudis* testimonium, quod *vel ipse Elias non possit diminuere aliquam ex octodecim rebus quas statuerunt Schola Shammæi & Shola Hillelis*, & causam ejus reddiderunt dicentes, *Quia prohibitio ipsarum nota est per totum Israelem.*

Classis quinta earum est constitutionum quæ factæ sunt per modum determinationis legalis & convenientiæ cum rebus quæ inter homines fieri solent, à quibus nec additur Legi aliquid nec detrahitur: aut de rebus quæ hominibus usui sunt in præceptis Legis [observandis;] atque hæc sunt quæ appellarunt Sapientes *Ordinationes* & *Ritus*; quæ etiam nullo modo transgredi licet, cum inter totam [*Judæorum*] sectam de iis conveniat; vetat autem *Salomo* ea transgredi, cum ait, *Si quis perrumpat sepem, mordebit eum serpens.* Hujusmodi constitutiones multæ admodum sunt in *Talmude* & *Mishna* memoriæ proditæ, quarum aliquæ circa vetita & permissa [versantur,] aliæ circa res pecuniarias, aliæ ordinationes sunt à prophetis constitutæ, cujusmodi sunt constitutiones *Mosis*, *Josuæ* & *Ezræ.* Quemadmodum dixerunt, *Moses ordinavit Israeli, ut interrogent & disquirant de ritibus Paschatis in Paschate, &c.* Dixerunt etiam, *Moses ordinavit* [quæ] *ad alimentum* [spectant] *eo tempore quo descendit Manna.* Constitutiones autem *Josuæ* & *Ezræ* multæ sunt: sunt & constitutiones quæ particularibus quibusdam Sapientibus acceptæ feruntur, ut cum dicunt, *Statuit Hillel Prozbul* [seu Constitutionem de solvendo.] *Statuit Magister noster Gamaliel senex*; *Statuit Magister noster Johannes Zachæi* f. ita & passim occurrit in *Talmude*, *Statuit Rabbi N. Statuit R. N.* Aliæ sunt [rursus] Constitutiones quæ toti cœtui acceptæ feruntur, ut cum dicunt, *In Usa statuerunt*: item, *Statuerunt Sapientes*, aut *Constitutio Sapientum*, atque hujusmodi passim occurrunt. Omnes autem sententiæ quæ in *Mishna* recensentur, in has quinque Classes distribuuntur, ut sint ex illis interpretationes quæ *Mosis* nomine traduntur, ad quas in textu digitus intenditur, aut quæ ratiocinando elici possint; 2 Aliæ quæ sunt Constitutio *Mosis è Sina.* 3 Aliæ quæ argumentatione eliciuntur, in quibus est discrepantia. 4 Aliæ Decreta. 5 Aliæ Constitutiones. Jam vero causa ob quam recensuit discrepantiam, quæ contigerit inter duos concludendi modos, in rebus circa quas accidit dissensio, hæc est, quam tibi descripturus sum: quod scilicet si receptas tantum sententias, de quibus nulla est controversia recensuisset, nulla dictorum quibus non est praxis conformis habita ratione, fieri posset ut veniret aliquando post ipsum qui contrarium referret ejus juxta quod formatur praxis, vel ab ipso qui sententiæ isti contradixit, vel ab alio qui idem cum illo senserit, atque ita oriatur in animis nostris suspicio, ac diceremus, Qui fit ut tradat iste, vir fide dignus rem talem vetitam esse, cum expresse de ea statuat *Mishna* quod licita sit? aut è contra: at cum jam notæ sint nobis sententiæ [discrepantes] obstructa est hæc rima, cum dixerit, qui majorum sententias refert, Audivi hoc aut illud vetitum esse; respondentibus nobis, Verum dicis, atqui ex sententia τȣ̃ *N.* at totus cœtus contrarium statuit; aut, ὁ δεῖνα contrarium asserit; &, praxis est juxta sententiam ejus qui illi contradicit, vel quod melius argumentetur, vel quod aliud dictum quo ipsius sententia confirmatur invenerimus. Causa autem cur sententiam unius

ali-

alicujus, & sententiam [diversam] plurium recenseat, est, quod consuetudo sit juxta unius [istius] sententiam; ac docere te voluerit, quod cum concludendi modus manifestus fuerit, etsi ab uno profectus, recipienda sit illius sententia vel contradicente multitudine. Quod vero aliquando recenseat Sententiam alicujus, deinde ab ea recedat, e. g. cum dicit, *Assecla Shammæi ita dixerunt, assecla Hillelis ita*: deinde, sententia mutata, *Assecla Hillelis idem docuerunt quod asseclæ Shammæi*, causa est ut te doceat inquirendam esse veritatem, atque eligendum quod rectum: cum isti Senes Magni, præstantes, illustres, magna sententia, atque intellectu perfecto prædití, cum tamen dicta ejus qui ipsis contradiceret meliora esse dictis suis & accuratius perpensa animadverterent; mutata sua, ipsius sententiam amplexi sunt; quanto magis reliqui homines, cnm viderint veritatem ab adversariis partibus stare, obsequentur, neque amplius pertinaciter contendent? atque hoc est quod dixit Dominus, *Veritatem, veritatem persequeris:* & in eandem sententiam Sapientes, *Confessionem præbe veritati.* i e. Etiamsi possis te [è manibus opponentis] argumentis sophisticis eripere, cum tamen noveris sermonem alterius (quem argumento tuo manifesto premis, vel præ ipsius infirmitate, vel quod ipse valeas [alios] in errorem inducere,) verum esse, in ipsius sententiam, omissa contentione, descendas. Cumque jam in animo haberet librum istum ad hunc modum componere, visum ipsi est ita eum distribuere ut sex ejus partes constitueret; quarum pars Prima est de præceptis quæ observanda sunt circa terræ fœtus, veluti de *Heterogeneis*, de *Intermissione*, de *Præputio*, de *Oblationibus*, *Decimis*, aliisque *Debitis*. Secunda, de temporibus [anni] & festis, & circa ipsa observandis, & diversis eorum ritibus, quid in iis vetitum sit; quid gratum, quid permissum, & quæ unoquoque horum temporum ritus & præcepta, conjunctim præstare deceat. Pars tertia, de mulieribus, & distincta jurum quæ inter viros & fœminas intercedunt explicatione, cujusmodi literæ nuptiales sunt, leviratio, discalceatio, sponsalia, literæ repudii, & quæ dicenda sunt in omnibus hisce capitibus. Pars quarta, de judiciis & controversiis quæ inter homines oriuntur in commerciis, pactis, communi jure fundorum, & ejusmodi aliis. Pars quinta, de oblationibus, juxta distinctos earum ritus, & diversis earum speciebus. Pars sexta, de purificationibus, & quæ ipsis contraria sunt. Unamquamque autem harum partium *Seder*, i. e. *Ordinem* appellavit. Primam partem, *Seder Zeraim*, i. e. seminum. Secundam, *Seder Moed*, i. e. festorum. Tertiam, *Seder Nashim*, i. e. mulierum. Quartam, *Seder Nezikin*, i. e. damnorum. Quintam, *Seder Kodashim*, i. e. sanctitatum. Sextam, *Seder Taharoth*, purificationum. Ideo autem orsus est à *Seder Zeraim*, quoniam in eo continentur judicia de præceptis quæ proprie spectant ad ea quæ producit terra. Cum terræ fœtus alimentum præbeant animalibus, neque fieri possit ut homo nisi alimento sumpto in vivis conservetur, Deum aliquo cultus genere colat, ideoque sermonem de præceptis proprie ad ea quæ è terra nascuntur spectantibus præmisit: cui deinde adjunxit *Seder Moed*, quoniam is est textus Biblici ordo; sicut dicit Dominus, *Et sex annis seres terram tuam, & congregabis proventum ejus, in septimo vero relinques eam & dimittes eam, &c.* & post, *Sex diebus facies opera tua*, &c. *Tribus vicibus festum ages mihi in unoquoque anno.* Deinde visum est illi judicia de mulieribus reliquis litibus præmittere secuto vestigia textus sacri, quoniam ita fecit Dominus [dicens,] *Cum vendiderit quispiam filiam suam, &c. Cum rixati fuerint viri, & percusserint mulierem, &c.* Deinde, *Et si cornu petierit bos, &c.* quare præmisit *Seder Nashim*, τῷ *Seder Nezikim.* Hæc autem quatuor argumenta complectitur liber *Exodi*, scilicet argumentum *Seder Zeraim*, *Seder Moed*, *Seder Nashim*, & *Seder Nezikin.* Tum à libro *Exodi* contulit se ad librum *Levitici* juxta libri cœlitus lati seriem. Post *Seder Nezikin* ergo posuit *Kodashim*, deinde *Seder Taharoth*, quoniam ita se habet ordo textus Sacri. Præmisit autem judicia de oblationibus, judiciis de pollutionibus & purificationibus, quoniam [præcepta] de purificationibus initium habent à [sectione] *Fuit autem die octavo, &c.* Cumque jam complexus esset sex genera ista, sub quibus comprehenduntur omnia præcepta [Legis;] visum est ei partiri unumquodque eorum in eas species quas oportuit (quarum unamquamque appellavit *Massictа*:) Deinde ea quæ de unaquaque specie dicuntur in sectiones, quarum unamquamque vocavit *Perek* [i. e. Caput.] Deinde ea quæ in unoquoque capite dicuntur in Sectiones quo facilius reddatur quod differitur, tum ad memoria tenendum tum ad alios docendum: & unamquamque harum sectionum minorum, nomivavit *Halacah.* Illa autem quæ dicta sunt in *Seder Zeraim* dispertitus est eo quo descripturus sum modo: Orsus est primo à *Beracoth* [i. Benedictionibus] cujus rei causa est, quod

quod Medicus peritus cum ejus qui bona utitur valetudine, valetudinem conservare cupit eodem quo jam est statu, primo loco recte parandum ipsius alimentum curat: visum est ergo [Domino] isti φιλαλήθει initium sumere à benedictionibus, cum non liceat cuiquam nisi præmissa benedictione edere, quare optimum illi visum est ordiri à sermone de benedictionibus, ut ita alimentum præparatione rationali præpararet. Deinde visum est illi [quo caveret] ne sermone [ipsius] de re aliqua, quicquam deesset, de omnibus in universum benedictionibus, quæ ad alimenta & præcepta spectant, loqui [Quare] cum nullum sit præceptum quod unicuique quotidie incumbit, præter *Keriath Shema*, i. e. [*Lectionem Audi*] tantum, neque expediret loqui de benedictionibus *Lectionis Shema*, antequam de ipsa lectione verba fecisset, initium sumsit à [capite] *Quando legunt lectionem Shema;* iisque quæ cum ipso conjuncta sunt: deinde reversus ad Ordinis scopum, qui est de præceptis ad terram spectantibus dicere, orsus est à *Maßeceth Peah* [i. e. *anguli*] post eam de benedictionibus [præmissam;] quoniam omnia debita quæ pertinent ad semen, tum demum ad illud pertinent postquam demessum fuerit, excepto, *Peah* [i. e. angulo pauperibus relinquendo] qui de spica adhuc in terra manente debetur, ideoque sermonem de eo primo loco posuit: post *Peah* sequitur *Demai*, de re dubia, quoniam & pauperibus ad eam jus est sicut ad angulum. Juxta illud quod dicunt, ***Edendum præbent pauperibus illud de quo dubium est*** [desumptæ sint inde decimæ annon.] Post *Demai* autem *Cilaim*, quoniam eo ordine procedit textus Scripturæ S. in [Sectione] *Sancti eritis*, *Non finies metere angulum agri tui:* & post illud; *agrum tuum non seres diverso semine.* Deinde post *Cilaim* [subjunxit] *Shebiith* [i. e. de anno septimo] Æquum autem fuerat, ut *Cilaim* sequeretur *Maßeceth Orlah*, [i. e. de præputio] quoniam is ordo est quem observat Scriptura S. nisi vidisset præputium non esse [quid] necessarium: quamdiu e. non plantatur non tenetur præputii [jure;] at annus septimus necessarius est. deinde cum intermissio [anni septimi] peculiari capite Legis præcipiatur, ideo præmisit sermonem de Intermissione. Post *Shebiith* autem posuit *Masseceth Terumah* [i. e. Oblationis] quoniam [oblatio] illa, scilicet *Terumah*, primum est, quod è semine desumitur debitum: post *Terumah* autem *Maasher rishon* [i. e. tractatum de decimis primis;] quoniam post *Terumah* proxime desumitur. Post *Maasher Rishon*, *Maasher Sheni*, [i. e. de decimis secundis] ordine [suo]. Deinde *Masseceth Challah* [de placenta;] quoniam postquam exempta fuerint de semine debita ista; uti descripsimus, [scilicet *Terumah*, Decima prima, Decima secunda,] tunc immolito [frumento] fit ex eo farina quæ depsitur & tenetur placenta. Ubi autem absolutus est sermo de semine & ex eo debitis, cœpit sermonem instituere de fructibus, ideoque post [tractatum] de placenta, locutus est de *Orlah* (i. e. præputio arborum.) Deinde de *Biccurim* (primitiis) eo ordine quem [observat Scriptura S.] [in qua] de *Orlah* [dictum est] in *Levitico*. De *Biccurim* in sectione *Deut.* 26. *Vehayah ci tabo*, atque ita pertingit partitio sermonis de seminibus ad undecim tractatus. Tum pergens *Seder Moed* etiam in species suas partiri, sicuti fecerat in *Zeraim*, primum locum tribuit tractatui de Sabbato, quod primas in excellentiæ gradu teneat, deinde quod septimo quoque die [celebretur] atque ita sæpius in temporis serie revertatur; quodque ab eo etiam orsa fuerit Lex ubi primo [mentionem facit] festorum. Post Sabbatum autem [posuit] *Erubim* [seu tractatum *de Commixtionibus*,] quoniam & ipse ad intentionem Sabbati pertinet. Post eum *Pesachim* [seu tractatum *de Paschate*,] quoniam illud præceptorum quæ præcepit Deus per *Mosen* primum est, idemque Sabbatum in sectione de Festis sequitur. Et post eum [tractatum] *Shekalim* [seu de *Siclis*,] juxta Scripturæ ordinem: deinde *Cippurim* [seu de *Festo expiationis*] post *Shekalim*, juxta eundem ordinem, quoniam præceptum de *Siclis* est in [sectione] *Exod.* 30. 12. *Ci Tissa*; & de die Expiationis, [sectione] *Levit.* 16. *Achare Moth*. Tum perrexit ad sermonem de tribus festis absolvendum: cumque de Paschate jam locuto de *Succoth* [tabernaculorum] & *Shebuoth* [septimanarum] festis dicendum restaret, nec esset quod de festo Septiman. diceret præter pauca quædam quæ cuilibet diei festo conveniunt (suntque ea quæ *Maßeceth Betzah* [i. e. ovi] conficiunt) tractatum *Succoth* tractatui *Betzah*, ob multitudinem præceptorum quæ ad [festum] Tabernaculorum spectant, præmisit. Cumque jam non superesset ipsi quicquam de temporibus quorum mentio fit in Lege præter *Initium anni*, locutus est post *Betzah*, de *Initio anni*, atque ita finitus est illi sermo de temporum [distinctionibus] quorum in Lege fit mentio. Tum pergens ad tempora quorum mentio in libris Prophetarum (quibus pax) occurrit, quæ sunt dies Jejuniorum à Prophetis instituti, sermoni de *Initio anni* subjunxit ser-

monem

monem de *Taanioth*, [i. e. Jejuniis;] & *Taanioth*, de *Megillah*, [seu libro *Esteris*, scilicet de festo *Purim*;] quoniam [festum] istud Prophetarum qui posteriores erant illis qui Jejunia ordinarunt, constitutio est. Tum post *Megillah*, *Moed katon* [seu, tractatum de festo parvo] posuit, quod ipsi cum diebus *Purim* commune quid sit, [scilicet] quod in neutro ipsorum jejunare, seu luctui se dare liceat. Finito ergo de festivitatibus, iisque quæ ad ipsas spectant, & quæ cum ipsis conjuncta sunt, sermone [ordinem] istum tractatu *Chagiga* [i. Festivæ comparitionis coram Domino] absolvit, quoniam est iste de iis quæ ad tria festa pertinent: ideo autem ultimo loco hunc [tractatum] posuit quod non sit præcepti generalis, cum non spectet nisi ad masculos; sicut dixit Dominus, *Omnes mares tui*. Atque ita dictorum de festis distributio ad duodecim tractatus pervenit. Tum ad partiendum sermonem de mulieribus pergens, orsus est à [tractatu] *Tebamoth*, [de fratriis;] causa autem quæ impulit ipsum ut ab *Tebamoth* initium sumeret, non à [tractatu] *Cetuboth* [de instrumentis contractuum matrimonialium] quem præmittendum docet ratio, inciperet hæc est, quod scilicet matrimonium sit res spontanea, neque in potestate Judicum sit ut quempiam ad uxorem ducendam adigant; cum Levirationis jura præstare cogatur [quis,] & dici ipsi [possit,] Aut calceum exuas, aut Leviri officio fungere; ordiri autem à re necessaria satius est. Quare ab *Tebamoth* incipiens, deinde subjunxit *Cetuboth*, & post *Cetuboth*, *Nedarim* [de votis,] Quia omnis disquisitio quæ ad sectionem *Nedarim* [spectat] est de mulierum juramento; quemadmodum dicit, *Inter virum ad uxorem ejus*, *inter patrem ad filiam ejus*, *&c.* perfectis autem jam nuptiis & admissa in thalamum [sponsa] penes [virum] est vota ejus irrita facere, ideoque *Nedarim* subjuxit [tractatui] *Cetuboth*. Tractatui autem *Nedarim*, *Neziruth* [de *Naziræatu*] quoniam *Nazirææatus* etiam est è numero votorum, & si voto se ad *Nazireatum* obstrinxerit fœmina, penes maritum est ut idem irritum reddat: quare post *Nedarim* statim *Neziruth* collocavit. Finitisque [quæ de] matrimonio [dicenda erant] & quæ inde pendent de irritis faciendis votis, dicere aggressus est de divortio; quia post matrimonium locum habet divortium, & *Gittin* [de libellis repudii post *Neziruth* posuit: post *Gittin* autem *Sotah* [seu de muliere declinante,] quin & hoc sub divortio comprehenditur: cum ubi adulterium commiserit [fœmina] compellantur conjuges ad divortium; prout loco suo explicabitur. Deinde post *Sotah*, *Kiddushim*, [de Sponsalibus;] quo [tractatu] absolvitur *Seder Nashim*. Superest autem quæstio, Quare ultimo loco posuerit [tractatum] *Kiddushim*, cum primo potius ponendus esset, & ante *Cetuboth* collocandus. Quod si responderis ipsum, eum tractatui *Cetuboth* ideo non præmisisse ne [tract.] *Iebamoth* à [tract.] *Cetuboth* separaret, quorum scopus idem est, scilicet Maritatio, atque ita necessario continuandus fuerit de iis sermo, uti diximus, at saltem ante *Gittin* ponendus [videtur] ut ita ordine rerum primus locus tribuatur [tractatui] *Kiddushim*, deinde τῷ *Gittin*; respondendum [ergo] est, fecisse ipsum hoc quo Scripturæ ordinem imitaretur, quæ prius de divortio loquitur quam de sponsalibus, uti in illo quod à Deo dictum est, *Scribetque ei libellum repudii, & dabit in manus ejus, & dimittet eam è domo sua, & egredietur è domo ejus, & ibit & erit viro alteri.* E dicto ejus [*eritque viro alteri*] didicimus, caput de capitibus sponsalium, uti explicatur [isto *Rabbinorum* dicto] *Comparat permansionem ejus cum viro, cum exitu ejus.* Atque ita absoluta est partitio ejus sermonis de mulieribus, septem tractatibus.

Tum pergens partiri sermonem de Damnis, illum in tractatu primo divisit in tres partes, ortus à *Baba Kama* [i. porta prima] cujus scopus est disquirere de damnis, eaque impedire, ut [e. g. in] Bove [cornupeta] puteo, incendio, vulnere & similibus: neque [certe] Magistratum quicquam prius curare decet, quam ut damnum ab hominibus prohibeat. Sequitur *Baba Metzia*, [seu porta media,] cujus scopus est disquirere de prætensionibus & depositis, de conductionibus, mutatione, & elocatione, & quæ ad hæc referri convenit; juxta illud quod fecit Scriptura, quæ post judicia de bove cornupeta & puteo, & incendio, & capite *cum litigaverint* viri, locuta est de quatuor custodibus. Deinde *Baba Bathra* [porta postrema] cujus scopus est disquirere quid de divisione fundorum, & de judiciis quæ locum habent in ædibus communibus & vicinis, deque dissolutione commercii ob vitium apparens, deque verbis quæ in vendendo & emendo adhibentur, quid statuendum sit, & de fide-jussione, & hæreditatibus: hanc autem classem ultimo loco posuit quoniam tota à traditione [pendet] estque de rebus quæ conjectura nituntur, neque in textu explicata sunt. Cumque jam judiciorum [rationem] notam fecerat, sermonem

nem de judicibus qui eadem decernunt, instituens, subjunxit tract. *Baba Batra* [tract.] *Sanhedrin*] [de judicibus.] Porro tractatus *Maccoth* [de plagis] in [quibusdam] exemplaribus continuatur cum tractatu *Sanhedrin*, unusque cum eo censetur, quoniam ubi dixisset „ *Isti sunt qui strangulantur*, continuo ei adjunxerunt, *Isti sunt qui vapulant*. Hoc autem recte non fit, verum ipse seorsim tractatus est, qui connectitur quidem cum *Sanhedrin*, quoniam nemo denudare terga, & [plagarum] numerum constituere potest exceptis judicibus, quod à Domino dictum est, *Deut.* 25.2. *Et prosternère faciet ipsum judex, & plagis cædet eum coram ipso secundum mensuram impietatis ejus in numero.*

Post *Maccoth* autem posuit [tractatum] *Shebuoth* [de juramentis,] quoniam inter finem istius tractatus & initium hujus similitudo quædam in judiciis accidit, quemadmodum in *Talmude* memoratur; cui addendum, quod hoc etiam de quo hic agitur judicum sit, cum nemo ad jurandum cogere possit præter judicem. Absolutoque jam de judiciis & judicibus sermone, deque iis in quibus proprie versatur judicis officium, plagis scilicet & juramentis imponendis, loqui [pergit] de *Edaioth* [testificationibus] cujus tractatus scopus præcipuus est tradere omnes, quibus testimonium perhibuerunt homines fide digni, sententias, cum ipsorum testimonium praxeos norma sit, ipsumque judicii species quædam; testimonia enim coram judicibus proferuntur, eodemque modo unumquodque eorum dictorum prolatum fuit in consistorio. Hunc autem tractatum post tractatum *Shebuoth* posuit; quoniam juramenta res sunt quibus perpetuo opus est; testimonia autem, declarationes decisionum quibus cum certis quibusdam temporibus perhibitum esset testimonium coram judicibus, ea admiserunt. Ea deinde tradere aggressus est quæ statuenda sunt de Idololatria, quoniam & ea [scire] judici necessarium est, eoque perfectus evadit judex cum Idolorum istorum consuetudines, & quæ ad eas requiruntur, calleat, sciatque quid de illis statuendum sit. Siquidem qui *Saturnum* cultu *Veneris* colit, aut *Jovem* eo modo invocat quo invocandus est *Mars*, non est mortis reus, juxta illud quod vera traditione ad nos delatum est; ultimo autem loco hunc [tractatum] posuit quoniam [de rebus est quæ] raro contingunt. Atque absolutis jam omnibus quibus opus habet judex subjunxit [tractatum] *Aboth*, [i. de patrum sententiis,] idque duas ob rationes, quarum prima est, ut notam tibi faceret certitudinem allegationum, & traditionis; vere scilicet illam successive [alios ab aliis accepisse,] ideoque deberi honorem viro docto, eumque gradu eminenti collocandum quod ad ipsum pervenerit traditio, quia ipse seculo suo perinde est ac illi in seculis suis, atque ita dixerunt, *Num inquiremus in consistorium Rabban Gamliel*; *&c.?* dixerunt etiam *Samson seculo suo*, ut *Samuel seculo suo*. Hoc enim docentur homines, ne dicat [quis,] num judicium τοῦ δεῖνος amplectemur, aut constitutioni τοῦ δεῖνος acquiescemus? Neque enim ita se res habet, neque enim judicium τοῦ δεῖνος, Judicis est, sed Dei, qui illud nobis præcepit, sicut dixit, *Quoniam judicium Domino est*. Estque judicium unum ab uno ad alterum per continuam temporis seriem traditum. Secunda ratio est, ut in hoc tractatu præcepta omnium Sapientum (q. p.) moralia referat, ut ab illis mores laudabiles addiscamus. Omnium autem maxime his opus habet judex; siquidem Idiotæ, si non probe culti fuerint, non hoc omnibus, sed ipsis solis nocet; at Judex, si non probe cultus & subactis moribus fuerit, perit ipse unaque homines universos in perniciem trahit: ideoque primum quod in *Aboth* occurit est de instituendis judicibus; scilicet [*Estote tardi in judicio.*] Cum autem recte instructus fuerit Judex ea, quam docet tractatus *Aboth*, tarditate & lenta in judicando festinatione (quoniam si festinaverit forsan [occurret] in judicio isto occultum quid, quemadmodum dicunt p. m. [sapientes] *Judicium profundum quid est*) [cavebit] etiam ne judicium, cum perspectum habuerit nihil superesse in eo occulti, protrahat; hoc enim illud est quod appellatur *Afflictio judicii*; quin etiam multus erit in interrogandis testibus, & inter interrogandum cavebit ne arripiant è verbis ipsius quod ipsos ad illud quod volunt assequendum dirigat; neque litigantibus argumenta suggeret, quod qui faciunt *ordinatores judicum* appellantur; neque se facile vulgo adjunget ne contemptui habeatur; neque difficilem sese aditu præstabit, ne pereat impotens; neque otia & delitias sectabitur, ne omittantur quæ ab ipso præstari debent, & ad levitatem ipsum abducat concupiscentia; nec aliis præire amet [aut] præceps [sit] in sententia ferenda, ne suspectus evadat, & in plerisque judiciis suis ad lites inter partes componendas inclinet. Quod si poterit Judex [efficere] ne omnino jus dicat tota die, aliter quam ut lites amice componat inter dissiden-

tes, certe hoc longe optimum est. Quod si nequeat [dissidentes] inter se conciliare, jus dicat, ita tamen ne violenter agat; scilicet tempora longa condicat, & [illi qui reus perhibetur] se purgandi copiam faciat; imo vel si sermonem protrahat, & inepta agat; quod si hoc efficere nequeat, juxta ipsorum allegationes, & quod sibi visum fuerit, decernat, prius quam se loco moveat, sententiam ferens. Quemadmodum videmus [majores] (q. p.) fecisse, dum [juberent] ligari manus, afferri flagra, instanter cædi, vestibus nudari, scindi chirographa testibus confirmata, cum [cuipiam] ipsorum appareret in illis quod hoc necessarium faceret, cum aliis ejusmodi multis: & de hujusmodi severitate dicunt, *Perforabit judicium montem.* Summatim, necesse est ut sit Judex instar medici periti; quoniam medicus peritus, quamdiu mederi potest alimentorum ope, non utitur medicamentis; quod si viderit morbum fortiorem esse quam ut sanari possit alimentis, medicamenta adhibet quæ proxime ad alimenta accedunt, qualia sunt syrupi, & electuaria aromatica dulcia; quod si adhuc morbum invalescere perspiciat, ita ut his rebus vinci & oppugnari non possit, fortioribus ad sanandum utitur, ægroto scammoneum, medullam colocynthidis, aloen, & alia ejusmodi medicamenta amara, ingrata, porrigens: sic & Judex concordiam [inter partes dissidentes] sectabitur, quam si [efficere] nequiverit, cum lenitate judicabit, & litigantes verbis blandis excipiet: quod si hoc non possit ob alterius è litigantibus violentiam, & quod injuste alterum vincere conetur [tum] illum vi adiget & coget, uti descripsimus. Porro inter ea quæ judicem decent, est, ne multum mundo inhiet, aut amori divitiatum & eminentiæ quemadmodum expresse dicit Scriptura, *Odio habentes avaritiam:* dixeruntque Doctores p. m. *Rex judicio stabilit terram*, &c. *Si judex similis sit Regi qui nulla re indiget, stabiliet terram; at si similis sit Sacerdoti qui circuit horrea, vastabit illam*, Cum ergo requiratur in judice, ut moribus hisce omnibus probe instructus sit, quam opportune [tractatui] *Sanhedrin*, iisque quæ ei adjuncta sunt, subjunxit tractatum *Aboth*, qui institutiones has omnes continet, additis aliis quæ perducunt ad abstinendum à rebus mundanis, & scientiam doctosque amplectendos, omniaque justitiæ & pietatis opera facienda. Cumque jam tractatum de moribus in judicibus [requisitis] absolverit, ad eorundem errores explicandos pergit, quoniam non est quispiam natura humana præditus qui immunis sit ab errore, quare post *Aboth* posuit [tractatum] *Horaioth* [i. de documentis] quo *Seder Nezikin* clausit: atque ita absoluta est partitio sermonis de Damnis, octo tractatibus.

Tum pergens Sermonem de *Kodashim* [i. Sanctitatibus] partiri, initium ab Oblationibus bestiarum sumsit, scilicet à tractatu *Zebachim* [de Sacrificiis.] tractatui autem *Zebachim* subjunxit tract. *Menachoth* [de oblationibus sic dictis] juxta seriem Legis cœlitus demissæ; absolutoque de [oblationum] sanctarum mactatione rebusque iisdem annexis sermone, pergit etiam de mactatione aliarum victimarum, juxta Scripturæ ordinem agere, quoniam post dictum ipsius, *Quia in loco quem eligit Dominus in una tribuum tuarum ibi offeres, &c.* addit, *Tantummodo omne quod desiderat anima tua, mactabis.* Post [tractatum autem] *Menacoth* posuit [tract.] *Cholin*, [de prophanis.] Post *Cholin*, *Becoroth*, [de Primogenitis,] Scripturæ etiam ordinem secutus, cum post illum *Tantummodo omne quod desiderat anima tua, &c.* dixerit, *Non poteris comedere in portis tuis decimam frumenti tui, musti & olei tui, & primogenita bovis tui, & pecoris tui, &c.* absolutaque disquisitione de personis sanctis, aggressus pretia quæ etiam sancta sunt. [tractatui] *Becoroth* subjunxit *Eracin* [de æstimationibus;] deinde [tractatui] *Eracin*, *Temurah* [de permutatione:] juxta ordinem Scripturæ, deinde, statutis quæ statuenda erant de his speciebus, subjunxit tractat. *Cerituth* [de excisione] in quo omnia quæ obnoxia reddunt excisioni præcepta recenset, cum iis quæ ad illud argumentum pertinent. Causa autem quod hanc speciem in ordine *Kodashim* posuerit, est, quod ob quodcunque [peccatum] superbe commissum tenentur [homines] pœna excisionis, ob idem ex errore commissum tenentur sacrificio pro peccato, paucis tantum, prout ibi declarabitur, exceptis. Post *Cerituth* sequitur [tract.] *Meilah* [de prævaricatione,] quoniam ea ob quæ tenetur quis oblatione *Meilah* [seu pro prævaricatione,] leviora sunt iis ob quæ sacrificium pro peccato offerendum est. Post *Meilah* autem tract. *Tamid* [de sacrificio jugi] quem cæteris postposuit, quod non sit in eo disquisitio legalis, neque liciti vel illiciti [determinatio,] sed modus tantum quo offerri solebat sacrificium juge describatur, ut ita eodem modo semper peragi possit, Post *Tamid* autem [tractatus *Middoth* [de mensuris,] cujus non alius

alius est scopus, quam ut mensuram Sanctuarii, ejusque figuram, & structuræ rationem describat: cujus utilitas hæc est, ut cum post hac ædificabitur, observetur in eo eadem figura, atque eadem proportio: cum proportio fuerit ab ipso Deo accepta, sicut dixit; 1. *Chron.* 28. 19. *Omnia in Scriptura de manu Domini super me intelligere fecit, &c.* cum autem jura de oblationibus animalium, omnibusque quæ iisdem annexa sunt; nec non domus in qua offerebantur istæ oblationes descriptionem absolvisset, his tractatum *Kinnim* [de *Nidis*] subjunxit, cujus universa intentio non est alia quam ut ritus de mixtionibus avium, cum misceantur oblationes avium aliæ cum aliis, tradat, ultimo autem loco hunc posuit quoniam est [de] re non prorsus necessaria, quia vel commisceri possunt vel non commisceri. Deinde quod jura, res istas spectantia, pauca admodum sint, uti loco suo declarabitur; atque hoc clausit ordinem *Kodashim.* Continet autem partitio sermonis ipsius de ordine *Kodashim* undecim tractatus.

Pergens deinde sermonem de Purificationibus partiri, orsus est, à *Celim* [tract. de Vasis] cujus scopus est fundamenta immunditiarum complecti, eaque quæ polluuntur & quæ non polluuntur describere, ut quando postea dicturus sit de eo quod polluit, dignoscamus quæ res pollutionis capaces sint, quæ non. Post *Celim* posuit *Oholoth* [tractatum de Tabernaculis,] qui [versatur] circa jura pollutionis à [contractu] mortui; quem ideo [cæteris] præmisit quod sit immunditiarum gravissima. Ei subjunxit [tract.] *Negaim* [de plagis,] qui est disquisitio juridica de immunditia lepræ; quoniam leprosus Tabernaculum polluit, estque in ea similitudo aliquantilli de immunditia à [contactu] mortui, sicut loco suo declarabitur. Deinde absoluto de immunditia à [contactu mortui, & quæ ejus sunt generis [sermone,] agere cœpit de purgatione ab iis, quæ fit [ope] vaccæ rufæ, ideoque [tract.] *Negaim,* tractatum *Parah* [de vacca] subjunxit: deinde absoluta disquisitione de pollutionibus gravioribus, & quæ ab ipsis est, purgatione, progressus ad pollutiones leviores, quibus non est ultra occasum solis [duratio,] tractatui *Parah,* subjunxit tractatum *Taharoth,* quem appellavit *Taharoth* nomine à purificatione [sumpto,] quod in eo de immunditiis disquiratur, & quoniam immunditiarum cognitio ad munditiem incitat. Videri autem cuipiam potest hoc, quod [cum] appellatio totius *Seder* sit *Taharoth,* singularis etiam tractatus *Taharoth* [audiat,] vitio [authori] vertendum. At non est hoc apud Logicos culpabile, quod species nomine generis appelletur. Deinde post absolutum de immunditiis gravioribus, & purgatione ab ipsis [sermonem,] & de pollutionibus insuper levioribus, addidit purgationis ab ipsis rationem, & [tract. *Taharoth* subjunxit tract. *Mikvaoth,* [de conceptaculis aquarum.] *Niddah* autem [de muliere menstruata] pollutionibus istis postposuit; quod non sit pollutio toto generi humano communis: *Mikvaoth* ergo tractatum *Niddah* subjunxit: huic decebat subjungere *Zabim* [de fluxum seminis patientibus,] præmisit tamen tractatum *Macshirim* de disponentibus ad immunditiam] eo quod præmiserit ipsum Scriptura, quoniam fundamentum [tractat. *Macshirin* est in (illa sect.] *Levit.* 9. 1. *Eritque die octavo,* &c. at [tract.] de fluxum seminis patientibus, in [illa] *cap.* 14. 2. *Hæc erit Lex leprosi.* Post *Zabim* autem *Tebul Tom* [de eo qui lotus est eopse die,] posuit, sicut Dominus, *Lev.* 15. 32. *Hæc est Lex fluxum patientis, & ex quo profluet semen, &c.* atque hæ prædictæ immunditiæ omnes ad totum corpus spectant, scilicet ut si quis ad eas accedat, totus polluatur. Deinde pergens tradere quid statuendum sit de pollutione unius tantum membri; subjunxit [tractatui] *Tebul Tom, Tadaim* [de manibus;] eique tract. *Oketzin* [de petiolis fructuum;] quem ultimo loco posuit, quoniam totus argumentando elicitur, cum nullum sit ei in textu fundamentum manifestum. Atque hoc librum suum conclusit, cum complectatur universa partitio sermonis de Purificationibus tractatus duodecim. Totius autem *Misnæ* tractatus sunt sexaginta & unus, capitula quingenta viginti quinque. Visum est autem ipsi eorum tantum authorum nomina recensere, qui ipsi [tempore] propinquiores fuere *Simeoni Justo*; Ususque est in ipsa (*Mishna* scilicet) sermonis genere curto, quod multos in se sensus comprehendat; sibi quidem, pro acumine innato, atque ingenii bonitate, perspicuo; at illis qui ipso inferiores; obscuro. Ita siquidem docti qui [antiquitus floruerunt sibi ipsis libros] componebant: ideoque visum est cuidam è discipulis ipsius, scilicet *R. Obaiæ* librum componere in quo vestigiis præceptoris sui insistens, quæ in verbis ipsius difficilia essent explicaret, estque is [liber] *Tosiphta*; in quo propositum ipsi fuit *Mishnam* explicare, atque [ipsi] quæstiones addere quæ è *Mishna* nonnisi adhibito labore erui possint; quas tamen eruit, ut ita nobis indicaret quomodo conclu-

fiones

siones è *Mishna* eliciamus. Eodem modo fecit *R. Ushajah. Rab* etiam composuit *Baraitha*, scilicet libros *Sifra* & *Sifre:* nec non & multi alii, sicut dicunt, *Venit R. N. Venit, attulitque secum Mishnam.* Interim tamen non assequuntur *Baraithoth* [seu sententiæ exoticæ] istæ quotquot sunt *Mishnæ*, vel styli suavitatem, vel gravitatem sensuum, vel sermonis brevitatem; ideoque habetur ipsa (*Mishna*) pro fundamento, ista autem scripta omnia pro appendicibus: magnique sit ipsa apud omnes, & ubi cum istis collata fuerit. *Cant.* 6. 8. *Viderunt eam filiæ, & beatam eam prædicarunt reginæ; & concubinæ laudarunt eam.* Quicunque ergo post ipsum surrexerunt & post istum cœtum illustrem, hoc sibi propositum habuerunt ut verba *Mishnæ* intelligerent, neque cessarunt sibi invicem succedentes generationes de ea disquirere, atque ipsam interpretari; quilibet scilicet doctus secundum scientiæ atque intellectus sui mensuram: quin & decurrentibus annis in discrepantes abiere sententias in quibusdam ejus placitis explicandis. Nullus interim erat cœtus qui non de ea disquireret, atque ex ea conclusiones eliceret, sensusque ejus abditos rimaretur, usque tempus *Rabinæ* & *Rab Ase* qui sapientum *Talmudicorum* ultimi fuerunt; quorum *Rab Ase* se ad scribendum accinxit, cum visum ipsi esset idem facere in verbis eorum qui posteriores erant *Rabbenu Sancto*, quod ipse in eorum qui post *Mosen* fuerant verbis fecerat. Omnia ergo eorum, qui aliquid [hoc in genere] protulerant, dicta, de Lege disquirentium sententias, [eandemque] explicantium interpretationes collegit, & traditionum veritatem probavit, eisdem in unum redactis. Omniaque hæc scientia, pro ea quam ipsi concesserat Deus animi capacitate, & amore scientiæ, comprehendit. Composuit ergo *Talmud*, in quo quatuor sibi proposuit; primum, ut *Mishnam* interpretaretur, & discrepantes verborum eas admittentium explicationes [afferret,] necnon uniuscujusque interpretis contra alium [quempiam] argumenta, & quodnam eorum à vero [staret] manifestum faceret. Hic primus ejus scopus fuit. Secundo, ut juxta alterius è duobus dissidentibus, inter quos incidit, vel de textu *Mishnæ*, vel ejus interpretatione, aut iis quæ ex ea eliciuntur, illique innituntur, discrepantia, sententiam statueret. Tertio, ut conclusiones ab uniuscujusque seculi doctis è *Mishna* elicitas [adduceret] fundamentaque declararet, & argumenta quibus usi sunt in probando, quibusque nixi sunt Doctores qui de *Mishna* dissertarunt, donec in eum, quo jam sunt, ordinem redacti fuerint sermones ipsorum, nec non decreta & ordinationes; quæ à tempore *Rabbenu Sancti* usque ipsius ætatem constituta sunt. Quarto, ut explicationes mysticas, quæ cujusvis capituli, in quo factum est ut incideret istiusmodi explicatio, sensui conveniunt, afferret; atque hic quartus ejus scopus fuit [ut afferret, inquam] explicationes mysticas] quas non existimare debemus, vel inferiori gradu collocandas, vel parum utiles esse, sed esse eas [in] magno præstantiæ gradu ob rara quæ comprehendunt ænigmata, mirasque elegantias; in istis enim explicationibus cum penitius ea introspexeris, percipientur [multa] simpliciter, adeo ut nihil addi possit, bona, & manifestum fiet sensuum diviniorum, ac veritatum, quicquid præclarum sibi habet doctorum cohors, nec non quicquid statuerunt [omnium] sæculorum Philosophi. Cum vero ipsas juxta illud quod præ se ferunt contemplatus fueris, invenies quod ab intellectu, ut nihil magis, alienum sit: hoc autem ob rationes miras fecerunt, quarum una est ut ingenia discentium acuerent; deinde ut stultis, quorum corda nunquam illuminantur, quique à veritate sibi proposita ob indolis suæ defectum divertunt, tenebras offunderent, de quorum similibus dicunt, *Non revelant illis secretum*, quoniam non sunt intellectus eorum in eo perfectionis gradu, ut veritatem prout se habet recipiant; rursum quoniam sapientum, q. p. alii ab aliis scientiæ mysteria cohibebant. Ferunt enim doctum quendam cum convenisset aliquos qui bene callerent (*Rerum naturalium scientiam.*) *Maaseh Bereshith* atque ipse calleret (*Rerum sublimiorum scientiam.*) *Maaseh Mercabah*, dixisse ipsis, Docete me *Maaseh Bereshith*, atque ego vos docebo *Maaseh Mercabah;* annuunt illi, at cum illi ipsum *Maaseh Bereshith* docuissent, renuit ipse eos *Maaseh Mercaba* docere, neque illud facere voluit; quod absit ut factum putemus quod invideret illis scientiam, aut præeminere illis cuperet; cum mores isti vituperio digni sint in quolibet, etiam stulto, quanto magis in viris illustribus? verum ideo hoc fecit, quod se idoneum existimaret qui illud quod illi callerent acciperet, at non existimaret eos idoneos esse ei quod penes ipsum esset accipiendo: atque hoc probavit [allegato] *Salomonis* dicto, *Cant.* 4. 11. *Mel & Lac sub lingua tua;* quod ita interpretati sunt Doctores (p. m.) ut sensus verborum sit, res ju-

jucundas è quibus dulcedinem percipit animus, instar ejus quam percipit sensus gustus à melle & lacte, enarrari non debere, neque è lingua ullo modo proferri; hoc est quod dicit, *Sub lingua tua.* Neque enim ejusmodi sunt res istæ quæ doceantur, atque in Scholis explicentur; verum quæ in libris indiciis tantum obscuris subinnuantur; cumque ab alicujus corde velum amoverit Deus, prout ipsi visum fuerit, ille, post operam scientiis navatam, eorum aliqua secundum intellectus sui mensuram percipiet; neque aliud cuipiam cum scientia & diligentia sua superest quam ut se ad Deum recipiat, illum orans illique supplicans ut ipsi intelligentiam tribuens, ipsumque dirigens, revelet, quæ in textibus Scripturarum recondita sunt mysteria, quemadmodum invenimus *Davidem*, cui pax, fecisse; ubi dicit, *Ps.* 119.18. *Aperi oculos meos ut aspiciam mirabilia de Lege tua.* Cum autem detexerit Dominus alicui ex ipsa quod [visum est illi] detegere, [opus est ut] illud, uti diximus, recondat; quod si de eo quid indiciis [subobscuris] patefecerit, [illi solum patefaciet] cujus intellectus perfectus est, cujusque præstantia nota, quemadmodum explicarunt, multisque in *Talmude* exemplis notum fecerunt. Non oportet igitur virum doctum palam facere ea quæ tenet mysteria nisi ei qui ipsum gradu vel superet vel æquet: quoniam si ea stulto exposuerit, si non ipsum ideo vituperabit, saltem non quid laude dignum fecisse existimabit: ideoque dixit Sapiens, *Prov.* 23. 9. *In auribus stulti ne loquaris, quoniam contemnet intellectum eloquiorum tuorum.* Deinde, quoniam non potest doceri vulgus nisi per ænigmata & parabolas, ut ita communis sit [ista docendi ratio] mulieribus etiam puerisque & parvulis, quo, cum perfecti evaserint intellectus ipsorum, parabolarum istarum sensus dignoscant. Atque hoc innuit *Salomo*, ubi dicit, *Prov.* 1. 6. *Ad intelligere faciendum parabolam & facundiam, verba Sapientum & ænigmata eorum:* atque has ob causas ænigmatice locuti sunt Sapientes, quibus pax, de rebus Theologicis; ideoque decet quempiam ubi occurrerit ipsi in verbis illorum quicquam quod ipsius opinione abhorreat intellectus, non verbis istis, sed intellectui suo defectum imputare, & ubicunque aliquam è parabolis ipsorum, cujus sensus literalis ab intellectu ipsius valde alienus sit, viderit, ob intellectum suum qui scopum non attingit, adeo ut res veræ ipsi longissime [à vero] remotæ videantur, plurimum angi. Siquidem intellectus alii aliis juxta præstantiam mutuam temperamentorum præstant; & quemadmodum unius temperamentum melius est & propius ad æqualitatem quam alterius temperamentum accedit, ita & unius intellectus perfectior est & præstantior intellectu alterius, neque dubium est, quin aliter se habeat ejus qui rem aliquam præstantem noverit, quam ejus qui illam ignorat intellectus, cum sit unus in actu, alter in potentia intellectus: unde fit ut res quædam, quæ apud nonnullos valde certæ & perspicuæ sunt, aliis impossibiles videantur juxta gradus [ipsorum] in scientia rationem. Cujus rei exemplum tibi perspicuum proponam, hoc scil. ut fingamus dicere nos viro artis Medicæ, Arithmeticæ, & Musicæ perito, necnon rerum naturalium scientiam callenti, ingenii insuper perspicacis: & bonæ indolis, at Geometriæ, & Astronomiæ prorsus rudi, Quid dicis (heus *N.*) de viro, qui asserat corpus solis istud, quod nobis circulus parvus videtur, esse corpus sphæricum cujus sphæra magnitudine sit instar Sphæræ terræ centies sexagies sexies [sumptæ] cum tribus octavis, atque esse globum terræ quo [eam] metimur sphæram cujus circumferentia sit 24000 milliarium; ut hoc modo percipiatur quot contineantur in mensura magnitudinis sphæræ solaris milliaria: procul dubio ille quem diximus ingenii perspicacis vir, quique eas quas diximus scientias callet, nullo modo in animum inducet ut veram esse dicat istam sententiam; quin futurum est hoc totum apud ipsum res quæ nullo modo percipi possit; ac primo quidem intuitu hoc se illi suggeret argumentum, rationi consentaneum, falsam esse hanc sententiam. Quomodo fieri potest, ut quis terræ, spithamæ unius magnitudine, insistens, quantitatem globi ejus, circumferentiam, & superficiei mensuram dignoscat, nisi ipsa eodem modo circumdata, quo particulam ejus aliquam quam metiri vult complectitur? Quomodo ergo, quod ad corpus solare, in cœlis ab ipso quam longissime remotum, quodque revera intueri non potest, cum jubar tantum ipsius aspiciat, eo pervenire possit, ut illud metiatur, justamque ejus mensuram usque ad tres octavas describat? Hoc pro admodum impossibili habebit, adeo ut falsam esse hanc opinionem minime dubitet. Quod si in libris Geometricis, & proportionum, quæ in sphæricis aliisque figuris reperiuntur, scientia institutus, deinde ad librum de hac materia, rebusque ad ipsam spectantibus compositum, Astronomicum scilicet istum qui Almagestum vulgo audit, se transferet, tunc tandem perspicuæ

ſpicua ipſi videbitur hæc ſententia, & opinionem veriorem eſſe ſtatuet, quam ut in dubium vocari debeat: cum demonſtratione probetur, ac perinde ſe habere putabit ſi dubitetur, utrum magnitudo Solis hujus quantitatis ſit, an, utrum Sol exiſtat, ac mutabitur ipſi ſententia, ita ut jam veriſſimam affirmet eſſe rem quam à vero longiſſime abeſſe putaverat: hoc [ita ſe habet] cum tamen non ſupponamus illum cui hanc quæſtionem propoſuimus alium eſſe quam aliarum ſcientiarum peritum, & ingenio præſtanti, bonaque indole præditum; ſitque quæſtio, quam propoſuimus, è Mathematicis quæ ſunt gradus per quos ad Theologica aſcenditur; quanto magis ita ſe habebit, qui omnis ſcientiæ penitus rudis, neque ulli diſciplinarum Mathematicarum generi aſſuetus fuerit, ſed ſolummodo à materno ad uxoris ſuæ ingenium tranſitum fecit, ſi proponatur ipſi quæſtio aliqua è Theologicis quæ in explicationibus myſticis reconditæ ſunt? Haud dubie apud ipſum [tantum à vero] quamtum à terra cœlum diſtabit; nec præ hebetudine ingenii ullam omnio ejus partem intelliget: oportet igitur ut bonas de iis opiniones concipiamus, & attente ipſas perpendamus, haud temere quicquam ex illis rejicientes, verum quandocunque incredibile videbitur ex illis aliquid, ſcientiis operam navemus, quo quid ſibi dicto illo vellent intelligamus, ſi modo illi capiendo ſint intellectus noſtri, cum [Doctores noſtri] q. p. qua fuerunt, in indagando vero diligentia, qua bonitate ingenii, quo ſtudio, quo cum viris magnis commercio, mundique & rerum ad eum ſpectantium fuga, nihilo minus tamen ſemet defectus arguerunt eorum qui ipſos anteceſſerant reſpectu, quo ſpectat illud ipſorum dictum, *Cor priorum inſtar oſtii porticus, at poſteriorum ne quidem quantum foramen acus ſartoriæ.* Quid igitur de nobis dicendum, cum præterquam quod à nobis defecerit ſcientia & ſapientia (ſicut comminatus eſt Dominus, *Iſ.* 29. 14. *Propterea ecce ego addam ut faciam in populo iſto mirabile, peribitque ſapientia Sapientum ejus, & intelligentia intelligentium ejus abſcondet ſeſe*) unicuique noſtrum propria ſint quatuor, [ſcilicet] imbecillitas ingenii, concupiſcentiæ prævalentia, deſidia in acquirenda ſcientia, & in acquirendis rebus mundanis ſolertia: quatuor judicia mala, quomodo non attribuemus nobiſmet ipſis ad eos collatis defectum? Hoc cum ſcirent Doctores noſtri p. m. quodque verba ipſorum tota eſſent medulla, in qua nullæ ſunt fœces, de hoc nos admonitos voluerunt, vetantes ne quis ea contemptui haberet, dum dixerunt. *Quicunque verbis Sapientum illudit, ſtercori ferventi adjudicabitur*, nec eſt interim ſtercus fervens gravius ſtultitia quæ ipſum induxit ut iſtis illuderet. Ideoque nunquam reperies aliquem à verbis ipſorum abhorrere, niſi qui cupiditati indulgeat, & ſenſibus grata ſectetur; cujuſque cor clariori aliquo lumine illuſtratum non fuerit. [Doctores autem noſtri] quod ſcirent vera eſſe verba ipſorum, totam iis ætatem inſumſerunt, juſſeruntque iis noctis horas, & extremas diei partes impendere: atque hoc finem ultimum prout revera eſt ſtatuerunt. Ita dixerunt. *Non eſt Deo Opt. Max. in mundo ſuo* [quicquam] *præter quatuor Shel Halacah* i. e. conſtitutionum Talmudicarum *cubitos.* Cui dicto animum adverte, quoniam ſi ipſum prout ad literam ſonat perpenderis, quàm maxime à vero alienum eſſe putabis, ac ſi quatuor tantum Conſtitutionum cubiti unicus eſſent finis, reliquæ autem artes & ſcientiæ rejiciendæ, ac temporibus *Semi* & *Eberi* eorumque qui poſt ipſos fuerunt, cum nondum eſſet Conſtitutio Talmudica, certiſſimum fuerit nullam omnino ſortem Deo in mundo fuiſſe. Quod ſi dictum hoc penitus introſpexeris, videbis ipſum admirandam ſapientiam continere, reſque intellectu pulcherrimas complecti reperies. Ego igitur ipſum tibi explicabo, ut reliquorum quæ apud Doctores Talmudicos occurrunt exemplar ſit, tuque de ipſo prout decet judices. Scias ergo Majores noſtros pro ea qua erant ſcientia, & præſtantia ingenii, res mira diligentia ſcrutatos pro comperto habuiſſe, unicuique rei quæ exiſtit neceſſario finem eſſe ad quem exiſtentia ejus dirigatur. Nihil enim fruſtra exiſtere: cumque certo conſtaret ipſis hæc concluſio generalis, ceperunt diſtinctim de quolibet exiſtente inquirere, ut uniuſcujuſque ſpeciei finem notum haberent; viderunt autem uniuſcujuſque rei artificialis finem notiorem eſſe, quam ut eum altius rimari opus ſit. Cum artifex opus, non niſi poſt conceptum prius animo ipſius finem fecerit. e.g. dico, Serram nequaquam feciſſe fabrum, niſi poſtquam ſecum reputans quomodo ligni hujus partes inter ſe continuatas dirimeret, animo apud ſe concepta ſerræ forma, eam demum facere aggreſſus fuerit ut ea ſerraret. Quare finis ſerræ eſt ſerrare, ſimiliter finis ſecuris findere, acus, veſtes conſuere, eodemque modo in omnibus artis ope productis. At eorum quæ artificio divino, & ſapientia naturali producuntur, veluti diverſæ fructuum, herbarum, metallorum, lapidum, & animalium

lium species, quædam sunt quorum finis facili inquisitione reperitur, alia quæ majori legent indagine, alia vero quorum finis obscurus atque occultus est, adeo ut penitus ignoretur, nisi per revelationem aut divinationem innotuerit, cum per disquisitionem scientialem non possit. Neque enim in potestate hominis est indagare quam ob causam produxerit natura formicarum alias alis instructas, alias absque alis: quamobrem etiam vermium alios pluribus pedibus, alios paucioribus produxerit: quisve sit hujus vermis & hujus formicæ finis. At è rerum his majorum, & quarum operationes magis conspicuæ sunt, finis scientia gloriam captant scientiæ studiosi, & quo quis doctior est majorique diligentia & ingenio acutiori, plurium rerum fines perspicit. Quare, quando dederat Dominus *Salomoni* eam quam promisit sapientiam, novit ille de finibus harum specierum, quantum homini qua homo scire datum est, adeo ut de arborum, herbarumque, & [diversarum] animalium specierum finibus locutus sit, dicente Scriptura, 1. *Reg.* 4. 33. *Et locutus est de arboribus à cedro quæ in Lebanon usque ad hyssopum quæ egreditur de pariete, locutus est insuper de animalibus & de volatilibus, & de reptilibus, & de piscibus.* Quod testimonium fuit divinæ in ipso potentiæ, dicit ergo postea, *v.* 34. *Et veniebant ex omnibus populis ad audiendam sapientiam Salomonis, &c.* Verum ut summatim dicam, sciendum est omnia quæ sub sphæra Lunæ reperiuntur, hominis tantum gratia facta fuisse, & è speciebus animalium quasdam in escam ei [datas] ut oves & boves, &c. alias in alios præter escam usus, ut asinos, quo iis ea quæ manu sua loco movere non poterat, gestanda imponeret; equos ut iis itinera longinqua tempore brevi conficeret. Alias autem esse eorum species quæ cui rei utiles sint nescimus, cum tamen iis insint, quæ homini licet ipse ea nesciat utilia sint. Fructuum sunt aliqui ipsi in escam, alii ad morborum sanationem, & similiter herbarum, eodemque modo in cæteris rerum speciebus. Quod siquando inveneris animal aliquod vel plantam aliquam quæ nulli rei utilia esse, nec escæ inservire tibi videantur, fit hoc ob angustiam scientiæ nostræ; cum fieri non possit, quin unicuique herbæ ac fructui, nec non unicuique animalis speciei ab Elephante usque ad vermem, insit aliquid quod hominibus prosit. Cujus rei hoc tibi indicium est, quod singulis sæculis notæ fiant herbæ & fructuum species, iis qui antecesserunt ignotæ, è quibus multas capiant utilitates. Neque fieri potest ut quis omnium plantarum virtutes comprehendat, quod experientia probatur ætatum sibi invicem succedentium. At dices forsan quare creata sunt venena lethalia veluti herba *Bish* & [herba sanguinis *Hashishatol dam*,] quibus perditio hominibus, non utilitas infertur? Sciendum est ergo tibi, inesse ipsis utilitates, quoniam etsi interficiant si comedantur, cum tamen exteriori corporis parti applicantur, non interficiunt. Quod si constet tibi magnam esse homini utilitatem è vipera, quanto magis ex iis quæ minus noxia sunt? Cum ergo invenerint horum omnium finem esse ut existat homo, necesse est ut quæramus etiam, quare extiterit homo? quisque sit ipsius finis? Postquam igitur multum hac de re quæsivissent, invenerunt homini multas esse admodum operationes, nam omnibus animalium arborumque speciebus, vel unica tantum est actio, vel ad plurimum binæ, earumque finis unus. Quemadmodum videmus non esse palmæ operationem aliam quam ut dactylos producat, quod & in reliquis arboribus fructiferis ita se habet. Atque ita animalium alia reperimus quæ texunt tantum, ut araneam, alia quæ ædificant, ut hirundinem, alia quæ sibi ad victum necessaria recondunt, ut formicam; homo vero multas ac diversas actiones producit, quas omnes sigillatim explicantes ut ita perspectum haberent quisnam esset ipsarum finis, invenerunt finem ipsius unam tantum actionem esse, reliquis ad ipsius conservationem [directis] quo melius una ista actio in eo perficiatur, quæ est intelligibilium apprehensio, & veritatum prout se revera habent, cognitio. Siquidem impossibile est ut finis hominis sit edere, bibere, rem veneream exercere, parietem extruere aut Regem esse, cum hæc omnia sint accidentia ei extrinsecus advenientia, quæ substantiæ ejus nihil addunt: cumque hæ actiones omnes ei cum aliis animalium speciebus communes sint, at scientia illud est quod substantiam ejus auget, ipsumque à statu humili ad sublimem transfert. Cum qui homo fuerit in potentia, jam homo actu evaserit. Homo siquidem antequam scientia præditus sit instar bestiarum est. Neque enim à reliquis animalium speciebus aliter quam ratione distinguitur, quod scilicet ipse Animal sit rationale. Per rationem autem intelligo rerum intelligibilium apprehensionem: rerum autem intelligibilium præcipua, est unitatis Dei Opt. M. apprehensio cum aliis quæ cum ipsa conjunctæ sunt, rebus Theologicis. Cæteræ enim scientiæ [eo tendunt] ut

iis exerceatur [homo] donec ad Theologicam pervenerit. His autem de rebus sermonem plene pertexere longum foret valde. Verum una cum apprehensione intelligibilium necesse est ut excessum in voluptatibus corporeis vitet, cum primum intelligibile quod apprehenditur, sit, quod destructio animi sit cum cura corporis [conjuncta,], animi autem cura cum destructione corporis. Quamdiu enim sectetur homo cupiditates, sensui obvia eligens, & intellectum suum cupiditati suæ subjiciens, seque instar bestiarum habeat & pecorum, (quæ nihil aliud concipiunt quam quæ esu & potu idonea, quæque ad Venerem spectant,) nondum apparet in ipso potentia divina, videl. Intellectus, sed mera est materia in mari τῆς ὕλης natans. Ex his præmissis patet, mundi nostri, eorumque quæ in ipso sunt, finem esse Virum scientia præditum, eumque bonum. Cum ergo vere sint in individuo aliquo generis humani scientia & opera, (per scientiam autem intelligo apprehensionem veritatum prout se revera habent, & assecutionem omnium quæ fieri possit ut assequatur homo; per opera autem, moderatum rerum naturalium usum, & fugam excessus, neve ex iis captet nisi quo sustentetur corpus, & rectius disponantur habitus [ipsius] universi) illi qui ita se habet finis est propositus: quam sententiam non solum notam fecerunt Prophetæ, verum & è sectis antiquis docti, iique qui neque viderunt unquam prophetas, neque sapientiam eorum audierunt, idem docuere; scilicet non esse quempiam hominem perfectum nisi qui scientiam & opera simul conjunxerit: & quam præclarum est dictum Philosophi istius excellentis, Scopum Dei in nobis esse, ut intelligentes simus & boni. Si quis enim scientia & intelligentia præditus cupiditates sectetur, non est ille revera sciens, cum scientiæ initium [in hoc consistat] ut non captet quis è voluptatibus corporeis, nisi quo sustentetur corpus. Quæ autem huc spectant fusius tractantes in explicatione tract. *Aboth*, eadem prout decet atque opus est, elucidabimus. Atque hoc modo invenimus Prophetam redarguisse illum qui cum scientiam sibi attribueret, Legem interim transgrederetur, animique sui cupiditatibus indulgeret, hoc ipsius dicto, *Quomodo dicitis, Sapientes sumus, & Lex Dei nobiscum est, &c.* Pari ratione si quis devotus fuerit, & abstemius, voluptatum, nisi quantum corpori sustentando sit, fugiens, inque omnibus naturæ viis modum teneat, necnon omnia ad probitatem morum [spectantia] complectatur, nisi quod scientia careat; neque hic (quamvis priori perfectior) perfectionem assecutus est, cum nondum vera & firma sint ista ejus opera, ideoque dicunt Sapientes, p. m. *Brutus non est peccati metuens*, quemadmodum explicavimus. Quique Idiotam pium esse affirmaverit, ille Sapientes qui hoc præcise affirmarunt, necnon & ipsam rationem mendacii arguit: quare & per totam Legem præceptum invenies, *Et discetis ea*, & deinde, *& facietis ea*; præmissa operibus scientia, quia scientia, ad opus perducit, non autem opus ad scientiam; atque hoc est quod dixerunt [Doctores] q. p. *Doctrinam ad opera perducere.* Una autem hic superest quæstio, cum dicere possit aliquis, Affirmastis vos sapientiam divinam nihil frustra fecisse, omniumque creaturarum sublunarium nobilissimam esse hominem, finem autem generis humani esse intelligibilia apprehendere, quare ergo fecit Deus homines [istos] omnes qui non apprehendunt intelligibilia, cum videamus maximam hominum partem, scientia carere, cupiditates autem sectari, virumque scientia & rerum mundanarum contemptu præditum, rarum quid ac peregrinum esse, qualis vix unus sæculo aliquo reperiatur? Respondetur autem omnes istos duas ob causas reperiri, quarum prima est, ut Uni isti inserviant. Nam si omnes scientiæ dediti ac philisophiæ studiosi essent, periturus esset mundus, & in cassum abiturus, penitusque ex ipso deleretur genus humanum quam brevissimo temporis spatio. Homo enim egenus admodum est, rebusque multis opus habet, adeo ut necesse illi esset arandi, metendi, triturandi, commolendi, pinsendi, & instrumenta his omnibus [inservientia] conficiendi artem discere, quo pararetur ipsi cibus; eodemque modo necesse esset illi discere nendi ac texendi artificium, quo sibi contexeret quod indueret; nec non architectonicem, ut sibi strueret, & modum instrumenta his omnibus [idonea] conficiendi, neque sufficeret *Methusalachi* ætas ad perdiscendas artes istas, quibus universis necessario intra vitæ suæ terminum opus habet homo, ac quando tandem vir iste sapientiam acquireret, & scientiæ operam daret? illi ergo omnes conditi sunt, ut hæc opera præstent, quibus in civitate opus est, conditus est autem Vir scientia præditus sui gratia; atque ita [simul] colitur terra, & reperitur sapientia; quam scite ergo dixit ille, quisquis fuit, *Nisi essent stulti, desolaretur terra?* Quæ enim stultitia huic par est, ut homo, animo debilis, [corporis] structura infirmus, à principio climatis se-

secundi, usque ad principium sexti profectus, maria hieme & deserta per ventos æstatis urentes pertranseat, seque ferarum & serpentium [periculo] objiciat, quo forte pecuniam lucretur, deinde cum nummorum istorum, quibus tres animas suas impendit, summam collegerit, eam distribuere incipiat architectis qui ipsi fundamentum firmum è gypso & lapidibus in terra solida struant, super quod parietem erigat qui annos centenos perduret, cum certo sciat non superesse sibi vitæ quantum vel parietem junceum absumeret? quæ [inquam] stultitia hac major est? Sic & voluptates & cupiditates mundanæ mera sunt stultitia, [quæ tamen] ad terræ conservationem [spectant.] ideoque appellarunt Sapientes, quibus pax, scientia vacuos, *Populum terræ*, q. d. eos qui ad terram colendam creati sunt, quare & illos ipsi affines statuerunt. Quod si dicat quis, Atqui videmus virum levem & fatuum [aliquem] in mundo quiete frui, neque in ipso angi, aliis ipsi servientibus & negotia ejus peragentibus, imo & aliquoties virum scientia præditum negotiis ejus occupari; non ita se res habet, prout ipsi videtur, verum ideo stultus iste tranquillitate fruitur, quoniam & ipse servus est viro isti quem scopum proposuit Creator. Ille enim [ope] tranquilli status sui, magnæque facultatum aut possessionum suarum copiæ, servos suos arcem sublimem extruere, vel vineam magnam plantare jubet, uti facere solent Reges Regumque similes; arx interim ista viro alicui præstanti paratur, qui venturis sæculis aliquando sub aliquo parietum ejus umbram captans hoc pacto à perditione liberetur; sumeturque aliquando è vinea ista mensura vini, qua conficiatur theriaca, qua vir quispiam perfectus à vipera morsus sanetur: ita enim Dei Omnipot. gloriosi œconomia & sapientia quibus servire fecit naturam, *Is.* 15. 1. *Consilia sunt à longinquo, veritas firmitas.* Atque hanc sententiam explicarunt Sapientes, quibus pax. Ferunt enim *Ben Zoma* stantem super montem domus [sacræ,] cum cerneret *Israelitas* ascendentes dixisse: *Benedictus sit qui creavit hos omnes ut mihi inservirent*, cum ipse p. m. esset sæculi sui Phoenix. Causa autem secunda ob quam facti sunt scientiæ expertes, est quod illi qui scientia præditi sunt, pauci admodum sint, idque necessario ita se habeat ex sapientia divina; jam vero de iis quæ necessaria fecit sapientia prima, non est dicendum, Quare necessarium est hoc? sicut non est dicendum, Quare fuerint sphæræ cœlestes novem, planetæ septem, elementa quatuor? quoniam hæc, & quæ eodem modo se habent, prima productione necessaria facta sunt; quod explicasse vides sapientes q. p. Dixit enim *R. Shimeon Ben Yuchai* de συγχρόνοις suis, eo quo fuerunt gradu [non obstante,] *Vidi filios cænaculi paucos esse; si duo sunt, Ego & filius meus illi sumus.* ideoque facta est turba hominum ut consortes essent filiis cœnaculi: Tu forsan hanc utilitatem parvi pendendam existimabis, at certe priori potior est. Annon vides Deum infideles in terra retinuisse ut piis socii essent? hoc est quod dixit, Omnip. glor. *Ex.* 23. 29. *Non expellam eos coram te uno anno ne forte sit terra desolata:* quam sententiam explicarunt sapientes, dicentes, *Eccles.* 12. 13. *Quid est quod dicit, Quia hic [est] omnis homo? Omnis mundus creatus est ut cum ipso consocientur:* i. e. ut ipsi [justo scilicet] socios se præbeant. Patet ergo ex omnibus quæ diximus, omnium quæ sunt in mundo hoc generationi & corruptioni obnoxio finem esse Virum perfectum, qui scientiam & opera conjunxerit, uti descripsimus. Cum ergo ex ipsorum verbis duo ista perceperimus, scilicet scientiam, & praxim, [partim] ex iis quæ expressis verbis, [partim] ex iis quæ ænigmatice protulerunt, verum esse constat quod dixerunt, *Non esse Deo Sancto Benedicto, in mundo suo, quicquam præter quatuor Halacæ cubitos.* Atqui longe digressi sumus ab eo quem proposuimus scopo, ita tamen ut res quæ & fidem adornent, & diligentiam in sapientiæ studio [excitent,] nec levi pendendæ sint, uti ego existimo, adduxerimus: nunc autem ut ad propositum meum revertar. Cum jam perfecisset *Rab Ashe Talmud* eo quo se habet modo; mira ordinis, quo compositum est, pulchritudo, & utilitatis magnitudo testimonium ipsi perhibuerunt fuisse in ipso *Dan.* 4. 5. *Spiritum Deorum sanctorum:* quod autem de *Talmud* à *Rab. Ashe* composito reperitur, triginta quinque tractatibus constat. Non enim extat ipsi sermo in *Seder Zeraim*, nisi in *Beracoth* tantum, neque super tractatum *Shekalim* è *Seder Moed*, neque in tract. *Edayoth*, neque in tract. *Aboth* è *Seder Nezikin*, nec in tractatum *Middoth* & *Kinnim* è *Seder Kodashim*, neque in partem aliquam è *Seder Taharoth*, tractatu *Niddah* excepto. Deinde obiit *R. Ashe* cum *Talmud* ad eum quem commemoravimus finem perduxisset in *Babele*: quod etiam facientes terræ *Israelis* sapien-

ſapientes, ſcilicet uti fecerat *Rab Aſhe*, *Talmud Jeruſalemi* compoſuerunt, cujus author *Rab Iuchanan*. Extant autem *Hieroſolymitani* quinque *Sedarim* [i. e. ordines] integri. Quod ad *Seder Taharoth* autem nullum extat omnino in ipſum *Talmud*: neque *Babylonicum*, neque *Hieroſolymitanum*, excepto tract. *Niddah*, uti diximus. Quem tamen ordinem poſſit quis poſt difficultatem multam, & moleſtiam gravem, ope *Toſiphtæ* & *Baraitoth*, ſententiaſque decretorias ex illo per totum *Talmud* adductas colligendo, & ex iiſdem tractatuum fundamenta & ſcopum eliciendo, explicare, prout in noſtra iſtius *Seder* explicatione, volente Deo, percepturus es. Mortuis autem Sapientibus iſtis omnibus quorum ultimi fuerunt *Rabbina* & *Rab Aſhe*, perfectoque *Talmude*, omnium qui ipſis ſucceſſerunt unicus hic erat ſcopus, ut verba ab ipſis compoſita intelligerent, nihil illis addendo, vel detrahendo. Multos ergo commentarios ſcripſerunt *Algaonim*, nemine tamen eo perveniente (quantum quidem ſciam) ut univerſi *Talmudis* expoſitionem abſolveret, quoſdam impediente vitæ [brevitate,] alios hominum in judiciis importunitate. Libros etiam de deciſionibus ſententiarum compoſuerunt, alios lingua *Arabica*, alios *Hebraica*; veluti *Halacoth Gedoloth* [i. conſtitutiones magnæ] & *Halacoth Ketuoth* [i. ſententiæ deciſæ,] & *Halacoth peſukoth* [i. ſententiæ decretoriæ,] & *Halacoth Rabbi Achæ Miſſhabcha*, cum aliis. *Halacoth* autem quas compilavit Doctor inſignis *Rabbenu Iſaac*, p. m. præſtiterunt ne iſtis omnibus opus haberemus, cum omnia in deciſionibus & decretis utilia, quibuſque noſtris temporibus, ſcilicet tempore exilii, opus eſt, contineant; cumque in iis omnes qui illis qui ante ipſum fuere acciderant, in deciſionibus ſuis, errores patefecerit, neque ipſe interim in illis, paucis exceptis ſententiis, quæ numerum denarium non attingunt, ullatenus arguatur. Omnium autem *Geonim* expoſitiones quæ extant, ſe mutuo excellunt juxta intellectus eorum præſtantiæ rationem, adeo ut *Talmudis* ſtudioſus quiſpiam præditus, *Geonim* iſtos, qualis unuſquiſque fuerit, è dictis & expoſitionibus ipſorum dignoſcere poſſit. Ubi autem ad nos deventum eſt, ei inſiſtentes quæ in iis qui præceſſerunt invenimus, inquiſitioni, diligentiæ ac ſtudio [accinximus] nos pro modulo virium noſtrarum ad omnia illa quibus profecturos nos apud Deum ſperamus, conquirenda: collegi ergo quicquid incidit in manus meas ex iis quæ pater meus p. m. aliique accepta tulerunt D[ri] noſtro *Joſepho Levitæ*, cum viri iſtius in *Talmude* peritia ad ſtuporem (novit Deus) redactura ſit illum qui ipſius dicta & profundas ſpeculationes perpenderit, adeo ut parum abſit quin dicam. 2. *Reg*. 23. 25. *Ante eum non fuit qualis ipſe rex*, in via ejus iſta. Collegi etiam quaſcunque apud ipſum inveni in explicatione ſua, ſententias, una cum iis, quæ mihi occurrerunt juxta imbecillitatem virium noſtrarum, eamque quam aſſecuti ſumus ſcientiam, interpretationibus, atque ita in tres *Sedarim* ſcilicet *Moed*, *Naſim*, & *Nezikin* expoſitionem confeci, quatuor exceptis tractatibus, de quibus jam in animo eſt aliquid ſcribere, ſed nondum ei rei otium invenimus. Scripſimus etiam in tract. *Cholim* ob magnam ejus neceſſitatem: atque hic labor noſter fuit quo occupati fuimus, una cum eo quod aliis rebus impendimus ſtudio. Viſum eſt deinde in *Miſhnam* commentarium ſcribere, cujus neceſſitas qualis ſit, abſoluto hoc ſermone meo, declaraturus ſum. Ad quod faciendum incitatus ſum, eo quod viderem *Talmud* illud in *Miſhnah* facere, quod nemo unquam conjectando aſſequi poterat, dum fundamentis adductis, hic (inquit) *Miſhnæ* [textus] tali vel tali modo ſuperſtructus eſt: aut in hac *Miſhnæ* ſententia deeſt verbum, ſenſus autem ejus eſt iſte: vel iſta *Miſhnah* eſt τȣ̃ N. cujus ſententia ita ſe habet. Deinde verbis ejus addens, & detrahens, ejus cauſas reddit. Exiſtimo autem ubi comprehenderit opus hoc illum quem declaraturi ſumus ſcopum in totam *Miſhnam*, futurum ipſum quatuor magni momenti rebus utile: Prima eſt, ut inde veram *Miſhnæ* explicationem, verborumque ipſius interpretationem percipiamus: ſi enim maximum τῶν *Geonim* de interpretatione alicujus in *Miſhnah* conſuetudinis, interrogaveris, non poteſt ille quicquam tibi de ea reſpondere, niſi *Talmudicam* ejuſdem explicationem memoria teneat, aut dicat, Age, videamus quid de ipſa occurrat in *Talmude* dictum: impoſſibile autem eſt ut quis univerſum *Talmud* memoria teneat; præcipue cum una ſententia *Miſhnica* quatuor aut quinque foliis explicetur, dum dicta dictis intermiſceantur, probationes nempe, objectiones, & reſponſa, adeo ut non poſſit, quid in explicatione iſtius *Miſhnæ* clarum ſit, elicere, niſi qui judicii ſit admodum perſpicacis;

cis; atque hoc, etiamsi non fuerit ejusmodi sententia ista, cujus explicatio judiciorumque ad eam spectantium decisio, non nisi è duobus tribusve tractatibus, perficiatur. Secunda est, decisionum [cognitio,] cum in explicatione uniuscujusque sententiæ, ad cujus opinionem conformetur praxis, ostensurus sim. Tertia, ut introductionis vice sit ei qui [his rebus] studere incipiat, dum ejus ope patefiat ipsi ratio verba explorandi, atque explicandi, ut perinde sit ac si universum *Talmud* calleret; atque hoc magno ipsi adjumento futurum est ad totum *Talmud* [percipiendum.] Quarta demum, ut sit [vice] Anamnestæ illi qui legerit, & sciverit, quo præsto sit quodcunque legerit, continue ante oculos ipsi positum, sintque *Mishnah* & *Talmud* ipsius in ore ejus recte disposita. Hæc cum apud me animo concepissem, accinxi me ad librum quem mihi proposui, componendum. Scopus ergo mihi in hoc libro propositus est, *Mishnam* eo modo explicare, quo [illam] explicavit *Talmud*; ac sententias veras tantum recensere, omissis iis quæ in *Talmude* manifesto rejiciuntur; nec non rationes reddere ob quas prolata sunt ista verba, & eas ob quas inciderunt inter discrepantes quibusdam in controversiis differentiæ, & ad cujus sententiam dirigatur praxis, prout in *Talmude* explicatum est; in quibus omnibus verborum compendio studui: quo tamen nulla lectori difficultas relinquatur, cum non ideo hæc composuerimus ut lapides, sed ut eos qui intellectu præditi sunt, intelligere faciamus. Visum est autem mihi eodem ordine librum meum disponere quo fecerunt omnes interpretes, scilicet ut verbis *Mishnæ* usque ad finem sententiæ positis, deinde quæ ad explicationem istius sententiæ faciant, pro instituti nostri ratione, loquar: tum ad secundam, atque ita usque ad finem *Mishnæ* pergam: omnem interim sententiam manifestam describimus [quidem,] at nullum de ea sermonem instituimus. Scias autem ubicunque discrepent asseclæ *Shammai* & asseclæ *Hillelis*, constitutionem esse juxta *Hillelis* sequaces; exceptis rebus quibusdam notis, in quibus obtinet sententia domus *Shammai*. In istis igitur tantum sententiis dico tibi inter explicandum, sententiam esse juxta domum *Shammai*. Similiter in omni *Mishna* simpliciter posita de qua nulla est controversia, praxis est secundum illud quod in textu expressum est, paucis quæ raro accidunt exceptis. Quare in istis raro occurrentibus, dico tibi, hoc quod hic simpliciter ponitur, rejici, neque in more esse. Quod ad reliquas autem discrepantias; ad nullum te de iis scrupulum adigo, ostendens tantum juxta cujus sententiam consuetudo obtineat; licet inter unum aliquem & plures [sit discrepantia,] dico tamen, *Halacah* est secundum sapientes. Dirigat autem [nos] Deus erga veritatem, & ab eo quod ipsi contrarium est, pro auxilio suo divino, avertat. Visum est autem mihi decem sectiones præmittere, antequam explicationem meam] aggrediar, quæ certe non sunt magni ad ea quæ nos facere instituimus momenti, verum ejusmodi quæ illi, qui perfecte *Mishnam* [callere] velit, tenere expedit. Sectio prima est, de sapientum quorum mentio in *Mishna* incidit, quibusque nominatim acceptæ feruntur traditiones, numero. Secunda, de numero Sapientum, quorum mentio facta est in *Mishna*, facti alicujus quod tempore cujuspiam ipsorum accidit, aut sententiæ moralis quam protulit, aut expositionis mysticæ quam docuit, gratia. Tertia, de Genealogiis Sapientum *Mishnicorum* notis. Quarta, de Synchronismis eorum. Quinta, de iis quos notum est ex illis habuisse se ut Discipulum & Præceptorem. Sexta, de aliquorum ex ipsis nominum nude positorum, quo melius dignoscantur, declaratione. Septima, de gradibus eorum quibus ipsos disposuit Author. Octava, de ipsorum ad regiones, personas, & tribus respectu. Nona, de quibusdam inter quos in plerisque accidit discrepantia. Decima, de traditionum ab ipsis [acceptarum,] prout rarius aut frequentius occurrunt, partitione.

Sectio prima. De numero Sapientum, quorum mentio facta est in Mishna; *quibusque traditione nominatim acceptæ feruntur.*

Diximus initio sermonis nostri, Authorem *Mishnæ*, eorum tantum è traditionum authoribus nomina recensuisse, qui à *Simeone* justo ad ipsius usque ætatem floruerunt, & traditiones omnes *Simeoni* justo acceptas ferri. Eorum autem quorum nomine composita sunt judicia, decisiones legales, constitutiones, & decreta omnia per totam *Mishnam*, numerus est virorum nonaginta & unius. Sunt illi.

R. *Eliezer* f. *Hircani*. Rab. *Eliezer* f. *Jacobi*. R. *Eliezer* f. R. *Iosis Galilæi*. *Josuah* f. *Perachiæ*. R. *Josuah*. f. *Hannaniæ*. Rab. *Josuah* f. *Korchæ*. R. *Josuah* f. *Batiræ*. R. *Josuah* f. *Hircani*. R. *Eliezer* f. *Azariæ*. *Eliezer* f. *Judæ* viri *Bartutæ*. R. *Eliezer* f. *Zadoki*. R. *Eleazar* f. *Shamui*. R. *Eleazar Chasma*.

R. *Eleazar* f. *Peratæ*. R. *Eleazar* f. *Simeonis*. R. *Eleazar* f. *Phiabii*. R. *Juda* f. *Alaii*. R. *Juda* f. *Batiræ*.

R. *Juda* f. *Babæ*. R. *Juda* f. *Abæ*. *Juda* f. *Tabbaii*.

Rabban Simeon f. *Gamalielis*.

R. *Simeon* f. *Juchaii*. R. *Simeon Hasshizuri*. R. *Simeon* f. *Nanesi*. R. *Simeon* f. *Hassagan*. *Simeon* f. *Shetachi*. *Simeon Taimanita*.

R. *Simeon* f. *Azzai*. R. *Simeon* f. *Zomæ*. R. *Simeon* f. *Eleazaris*. R. *Simeon* f. *Judæ*. R. *Simeon* f. *Batiræ*. *Simeon* frater *Azariæ*. Rab. *Chanania* Antistes Sacerdotum. R. *Chaninah* f. *Antigoni*. *Chaninah* fil. *Chachinai*. R. *Chaninah* f. *Gamalielis*. R. *Nechoniah* fil. *Al Nathanis*. *Ish Caphar Babylonius*. R. *Ismael*. R. *Nehemiah*. *Nehemiah Beithdalita*. Rab. *Juchanan* f. *Nuri*. *Juchanan* Sacerdos Max. *Rabban Juchanan* f. *Zacchæi*. R. *Juchanan* f. *Barukæ*. *Juchanan* f. *Gudgudæ*. Rab. *Juchanan* calcearius. R. *Juchanan* f. *Josuæ* f. soceri R. *Akibæ*. R. *Josi* R. *Josi* f. *Meshullami*. R. *Josi* f. *Hachotephi Ephratæus*. R. *Josi Galilæus*. *Josephus* f. *Ioazeri*. *Iosephus* f. *Iuchanani*. Rab. *Iosi* f. R. *Iudæ*. Rab. *Iosi* Sacerdos. *Iosi* fil. *Choni*.

Rabban Gamaliel. *Rabban Gamaliel* senex. *Dosithæus Cafardemita*. Rab. *Dosithæus* f. R. *Iannæi*. R. *Aba Saul*. R. *Tarphon*. Rab. *Meir*. R. *Akiba*. R. *Chutzphith*. Rab. *Nathan*. *Nachum Hallablar*, i. Libellarius. R. *Measha*. R. *Zadok*. *Nachum Medus*. R. *Dosæus* f. *Hircani*. R. *Alai* f. *Cobari*. Rab. *Papias*. Rab. *Mathias* fil. *Charashi*. *Nathæus Arbelita*. *Shemaiah Abtalion*. *Hillel Shammai*. R. *Zachariah* fil. *Lanii*. *Admon*. *Chanan* f. *Absalomi*.

R. *Tadua Babylonius*. *Akibah* f. *Mahalleelis*. R. *Jakim Ish Hadid*. *Menachem* f. *Sagnai*. R. *Jacob*. Non autem observavimus in recensendis eorum nominibus ordinem ætatum ipsorum.

Sectio secunda, De numero Sapientum quorum incidit mentio in Mishna, *facti alicujus quod tempore cujuspiam ipsorum accidit, aut sententiæ alicujus moralis cujus autor fuit, vel textus alicujus quem exposuit, gratia.*

Facta est in *Mishna* mentio multorum Doctorum non quod ipsis determinationes aliquæ in Lege fuerint, quibus aliquod illicitum vel licitum pronunciaverint; verum ob factum aliquod quod tempore alicujus ipsorum accidit, aut quod sententia aliqua [homines] instituerit (quales sunt illæ quæ recensentur in *Aboth*) quæ ipsi accepta fertur, aut expositionis alicujus author fuerit, quæ cum non spectet ad aliquid illicitum vel licitum pronuntiandum, nomine tamen ejus perhibetur. Numerus autem eorum quorum facta est mentio ob aliquam harum rationum quas commemoravimus, aut similium, virorum est 37. qui sunt, 1. R. *Ioshua* f. *Levi*. 2. R. *Eleazar Hakkaphar*. 3. R. *Eleazar* f. *Araci*. 4. R. *Eleazar Hammodai*. 5. *Iuda* f. *Temæ*. 6. R. *Simeon* f. *Nathanielis*. 7. R. *Simeon* f. *Akasiæ*. 8. R. *Simeon* f. *Chalphetæ*. 9. *Chaninah* f. *Dusæ*. 10. *Chananiah* f. *Ezekiæ* f. *Garonis*. 11. R. *Chananiah* f. *Tardionis*. 12. *Nechoniah* f. *Hakanæ*. 13. *Ismael* f. *Phiabii*. 14. *Iuchanan* f. *Horonitæ*. 15. R. *Iosi* f. *Iudæ* vir *Cafar*, *Babylonius*. 16. R. *Iosi* f. *Damascenæ*. 17. *Rabban Gamaliel* f. R. *Iudæ* principis. 18. R. *Simeon Mitsphita*. 19. *Choni Hammeaggel*. 20. R. *Hyrcanus*. 21. *Iannai*. 22. R. *Nahurai*. 23. *Antigonus* vir è *Seco*. 24. R. *Chilpheta* vir de vico *Chaninah*. 25. R. *Elitus* vir de *Iubneh*. 26. R. *Ionathan*. 27. *Samuel Parvus*. *F. Bagbagi*. 29. *F. Ha Hæ*. 30. *Elihueini* f. *Hakkafi*. 31. *Chanameel* Ægyptius. 32. R. *Simeon* f. *Manasiæ*. 33. *Aba Saul* f. *Batnith*. 34. *Zachariah* f. *Kabutari*. 35. *Baba* f. *Butæ*. 36. R. *Ismael* f. R. *Iuchanani* f. *Barukæ*. 37. R. *Ismael* f. *Iosi*. Sed nec curæ nobis fuit hos juxta seriem ætatum ipsorum recensere. Summa ergo Sapientum quorum mentio est in *Mishna* est centum viginti octo, cum duobus aliis quorum incidit mentio, qui sunt *Elisha*, alius, quem non accensuimus cœtui isti sancto ob historiam de eo notam, & *Menachem* socius *Shammai*, quem

quem etiam omisimus cum non occurrat omnino in *Mishna* dictum aliquod ipsius quod affine sit dictis quæ ibi habentur.

Sectio tertia. De Genealogiis Sapientum Mishnicorum notis. Ejusmodi sunt, *Rabban Gamaliel* f. R. *Iudæ* principis. R. *Iuda* princeps f. *Rabban Gamalielis*, f. *Rabban Simeonis*, f. *Rabban Gamalielis* senioris f. *Rabban Simeonis*, f. *Hillelis* principis, qui est *Hillel Babilonicus*, ad quem sectæ suæ originem refert posteriorum Sapientum cœtus, qui appellantur *Domus Hillelis.* Fuitque *Hillel* hic è filiis *Shepatæ* f. *Abitalis* f. *Davidis:* De his ergo septem sapientibus constat fuisse ipsos è stirpe *Davidis.* Et sunt ex ipsis quatuor è synagoga proselytorum; nempe *Shemaiyah*, & *Abtalion*, & R. *Akiba*, & R. *Meir*: & ex illis sacerdotes [scilicet] *Simeon* justus, cui primario accepta fertur traditio tota, ut ita confirmetur dictum Dei Omnip. gl. *Docebunt judicia tua Iacobum & Israelem Legem tuam* & R. *Eleazar* f. *Azariæ* qui decimus est ab *Ezra*, & *Simeon* patruus ejus, qui notus est [nomine] *Simeonis* fratris *Assariæ*. & R. *Eleazar* f. *Shemuæ*: & R. *Chananiah* vicarius sacerdotum; & R. *Simeon* filius ejus, qui appellatur R. *Simeon* filius *Hassagan*; & *Ismael* f. *Phiabii*; & *Iuchanan* Sac. Maximus; & *Rabban Iuchanan* f. *Zacchæi*; & *Ioseph* f. *Ioazeris*; & R. *Iosi* sacerdos; & R. *Tarphon Eliboini* f. *Hakkaph*, *Chanameel Ægyptius.* Reliqui autem *Israelitæ* sunt, sed, in quantum memini ignota est ipsorum genealogia.

Sectio quarta. *De Synchronismis quorundam ex ipsis.* *Simeon* justus & R. *Dosa* f. *Hircani*, σύγχρονοι erant; ac diu vixit R. *Dosa* f. *Hircani*, adeo ut attingeret R. *Akibam* & συγχρόνους ejus. Atque hæc est classis prima. Secunda classis, *Antigonus Vir Soco*, & R. *Eleazar* fil. *Charsui.* Tertia Classis, *Iosi* fil. *Ioazeris* vir *Zeredæ*, & *Iosi* fil. *Iuchanan* vir *Ierusalemi.* Quarta, *Iuchanan* fil. *Matathiæ*, & *Iosua* fil. *Perachiæ*, & *Nathæi* Arbelita. Quinta classis, *Choni Hammeaggel*, & *Elihoini* f. *Hakkafi*, & *Iuda* fil. *Tabbai*, & *Simeon* fil. *Setahi.* Sexta classis, *Akabiah* fil. *Mahaleelis*, & *Shemaiyah*, & *Abtalion*, & R. *Measha*, & *Chanan*, & *Ahmon.* Classis Septima, *Shammai*, & *Hillel*, & *Menachem*, & *Iudah* f. *Batiræ*, & R. *Papias*, & R. *Iuchanan* fil. *Bagbagi*, & *Chananiah* fil. *Hezekiæ* fil. *Garonis* & *Chananiah* fil. *Hakkanæ*, & *Baba* fil. *Butæ*, & R. *Iuchanan* fil. *Hachorani*, & *Rabban Gamaliel* senex, & *Nachum* Libellarius Hæ septem Classes fuerunt sub Templo secundo ab initio usque ad finem ipsius, neque excidium ejus viderunt; at classis quæ has secuta est, quæ vidit excidium est, R. *Eliezer* fil. *Iacobi*, R. *Zadok* R. *Eleazar* filius ejus, *Rabban Iuchanan* fil. *Zacchæi* & discipuli ipsius, & R. *Ismael* f. *Elishæ* Sacerdos summus, & *Aba Saul*, & R. *Eleazar Hammodai*, R. *Chananiah* Vicarius Sacerdotum, & *Rabban Gamaliel*, &. R. *Simeon* filius ipsius, & R. *Chaninah* fil. *Antigoni*, & R. *Chaninah* f. *Dosæ*, & R. *Chaninah* fil. *Tationis*, & *Samuel* parvus, & R. *Eleazar* fil. *Peratæ*, & R. *Eleazar* fil. *Damæ*, & *Chananiah* fil. *Chacinai*, & R. *Iudah* fil. *Abi.*

Secunda Classis eorum qui post excidium vixerunt. R. *Tarphon*, R. *Akiba*, R. *Eleazar* fil. *Azariæ*, R. *Ismael*, R. *Josua* fil. *Korchæ*, *Chanania* vir ex *Ono.* *Simeon* fil. *Nanesi*, *Iuchanan* fil. *Barukæ.* R. *Ismael* fil. ejus, Rab. *Iuchanan* fil. *Gudgudæ*, R. *Eleazar Chasma*, R. *Iudah* fil. *Temæ.*

Classis tertia. R. *Meir*, R. *Iudah*, R. *Iose*, R. *Nathan*, R. *Iuchanan Hassandalar*, R. *Josi Galilæus*, R. *Eleazar* fil. ipsius, R. *Eleazar* fil. *Shemuæ*, *Simeon* fil. *Azai*, *Simeon fil. Zomæ*, R. *Chutzphith* Interpres.

Classis quarta. Rab. *Iudah* Princeps, *Rabban Gamaliel*, & Rab. *Simeon* filii ipsius, R. *Simeon* fil. *Iuchai*, R. *Eleazar* fil. ipsius, Rab. *Simeon* fil. *Eleazari*, Rab. *Ismael* fil. *Iosis*, Rab. *Ionathan*, atque hæc ultimus est Sapientum *Misnicorum* Classis.

Sectio quinta. *De iis quos inter eos notum est, se invicem se habuisse ut discipulum & præceptorem.* Jam initio sermonis nostri diximus *Rabbenu Hakkadosh Mishnæ* compilatorem fuisse Discipulum patris sui, eodemque modo ex avis ipsius filios discipulos fuisse patrum suorum usque ad *Hillelem*, usque ad *Simeonem* justum, uti memoravimus, similiter *Rabban Iuchanan* filius *Zaccæi* discipulus fuit *Hillelis*, & discipuli *Rabban Iuchanani*, filii *Zaccæi*, fuerunt quinque, scilicet Rab. *Eliezer*, filius *Hircani* notæ famæ Vir. Rab. *Iosuah* fil. *Chaninæ.* Rab. *Iosi* Sacerdos, Rab. *Si-*

Simeon fil. *Nathanielis* & Rab. *Eleazar*, filius *Araci:* Atque hic est cœtus quibus annuntiata est vita futura, (prout è *Talmude* notum est) ipsis scilicet, cum discipulis suis, & discipulorum discipulis. Rab. *Akiba* item fuit discipulus Rab. *Eliezeris* fil. *Hyrcani*. Fuit is scilicet præceptor ejus præcipuus. Legerat etiam aliquid Rab. *Akiba* iste apud Rab. Tarphonem qui tamen ejus præceptor non fuit, sed socius. Magnum interim honorem detulit Rab, *Akiba*, Rab. *Tarphoni*, vocabatque ipsum Rab. cum *Tarphon* vocaret ipsum [simpliciter] *Akiba*. Solebat insuper Rab. *Akiba* dicere, Rabbi, sinas me proferre coram te aliquid ex iis quæ me docuisti, [prout] declaratum est in *Sifra*. Et Rab. *Meir*, & Rab. *Simeon* fil. *Iochai* fuerunt discipuli Rab. *Akibæ*; is enim præceptor eorum præcipuus erat. Didicerat enim R. *Meir* à Rabbi *Ismaele* aliisque. R. *Iuda* studuit apud Rab. *Eleazarum* fil. *Azariæ*, atque is præceptor ejus præcipuus fuit. Ubicunque autem legeris in *Mishna* R. ὁ δεῖνα, nomine Rab. τοῦ δεῖνος, scias illum hujus discipulum fuisse, ideoque ipsi acceptam tulisse [sententiam.] *Rabbenu Iudah* Sanctus autem apud R. *Eleazarum* f. *Semuæ* lectioni operam dedit. Et *Samecus* discipulus fuit R. *Meiri*, cui quod in votis fuit; ut a Rab. *Juda* post mortem Rab. *Meiri* disceret, assequi non contigit.

Sectio sexta. *De Declaratione nominum nude expressorum, plenioris explicationis gratia.* R. *Eliezer* ita simpliciter appellatus, cujus mentio fit in *Mishna*, est Rab. *Eliezer* filius *Hircani*, *Rabban Iuchanan* fil. *Zacchæi*, discipulus, & Rab. *Iosua* simpliciter, est R. *Iosua* f. *Chaninæ* discip. *Rabban Iuchanan* f. *Zacchæi*, & Rab. *Iudah* cujus simpliciter mentio fit, Rab. *Iudah* filius *El Aii*, de quo in *Talmude* indefinite dictum est, *Factum pii cujusdam*, atque illud nomen ejus apud ipsos notum est: & Rab. *Eleazar* simpliciter, Rab. *Eleazar* filius *Shemui* Sacerdot. qui σύγχρονος erat *Rabban Gamalielis*, apud quem cum desideraret legere *Rabbenu* Sanctus, non siverunt eum discipuli ipsius nisi parum quid legere. R. *Simeon* simpliciter in *Mishna* commemoratus est, Rab. *Simeon* fil. *Iuchaii* discip. Rabbi *Akibæ* ob illud quod ipsi cum *Cæsare* intervenerit celebris, R. *Eleazar Ben* R. *Simeon* est filius ipsius, & *Ben Azaii* & *Ben Zoma*, & *Ben Nanesi* sunt illi *Simeon* fil. *Azaii*, & *Simeon* fil. *Zomæ*, & *Simeon* fil. *Nanesi*, *Ben Batira* est, R. *Iosuah* f. *Batiræ*, & *Ben Bagbagi*. Rabbi *Iuchanan* fil. *Bagbagi*, & *Iuchanan* Sacerdos maximus est *Iuchanan* f. *Matathiæ* celebris, cujus mentio fit in precibus in Historia victoriæ in Reges *Græciæ*. Cum autem voluissent R. *Meir*, & R. *Nathan* ad pudorem redigere *Rabban* Gamalielem patrem *Rabbenu Hakkadosh* in re quam longum esset narrare, ipsos à consessu suo amovit, quare cum ab alterutro ipsorum sententia aliqua referatur, si Rab. *Meiro* accepta ferenda sit, dicitur, *Alii dicunt*, quod si Rab. *Nathani*, dicitur; *Sunt qui dicunt*. Verum quod dicit in *Mishna*, *Nomine* Rab. *Ishmaelis dixit Discipulus quidam coram* Rab. *Akiba*, [intelligendum] est de Rab. *Meir*. Quod autem dicunt, *Iudicantes coram Sapientibus*, sunt isti quinque viri, scilicet Rab. *Simeon* fil. *Azai*, R. *Simeon* fil. *Zomæ*, Rab. *Simeon* fil. *Nanesi*, *Chanan*, & *Chananiah* vir *Ono*. Rab. *Meir*, alias appellatur R. *Nahurai*, (quorum utriusque idem est significatus,) nomen autem ejus primario fuit Rab. *Nehemiah*. Cum autem in *Mishna* dicit *Sapientes;* aliquando hoc titulo designatur unus tantum eorum quorum nomina præcesserunt, alias autem totus cœtus. Ita frequenter in *Talmude* explicationis gratia dicit, *Quinam sunt Sapientes isti? R.* ὁ δεῖνα. Hoc autem facit, quando invenerit multos quod ab isto Sapiente dictum fuerit amplexos esse, ideoque cum multi fuerint qui eam sequantur sententiam, Sapientes indigitat, licet ille cui accepta fertur, unus sit. Ubi autem dicit, *Domus Shammæi, & Domus Hillelis*, innuit cœtum qui *Shammæi* & *Hillelis* sententiam amplectuntur, cum discipuli alicujus domestici ipsius [habeantur.] Rabbi autem est *Rabbenu Hakkadosh*: estque ille Rab. *Iudah* princeps, sextus ab *Hillele* sene, Author *Mishnæ*. Ubicunque autem dicit in *Mishna*, *Revera*, est constitutio *Mosis* è *Sina*, ubi simpliciter dicitur *Mishna*, illud est in quo concurrunt, atque idem sentiunt universi, ita ut nulla sit de eo controversia, aut illud quod alii ad alios [successive] usque à *Mose* derivarunt, uti initio sermonis nostri jam explicavimus. Proximus autem *Kabbalistarum* cui acceptum fertur dictum illud, est R. *Meir*, atque hoc est quod volunt cum dicunt, *Mishnah absolute positum est Rab. Meir*, nisi in quibusdam locis absolute positis. Quæ [exhibent sententiam] Rab *Meir* solius; in qua ab eo discrepatur, aut [sententiam] alius à Rab.

Meir,

Meir; quæ explicat *Talmud.* Cumque nos sententias decisuri simus ex ejus mente cujus obtinet sententia, in singulis per totam *Mishnam*, consuetudinibus quantum tibi quod ad hoc propositum sufficiat habiturus es.

Sectio septima. *De Gradibus ipsorum, prout Author* [*Mishnæ* ipsos] *disposuit.* Distribuuntur illi quorum facta est mentio in *Mishna*, (qui sunt uti præmisimus centum viginti octo) in tres gradus. Cum quis apud ipsum in magno honore fuerit, atque omnium supremus, illum nomine suo appellat, ex. grat. *Hillel*, *Shammæus*, *Shemaiah*, *Abtalion*, quod magnitudinis ipsorum [indicium] est, cum non potuerit reperiri Epitheton aliquod quo fama ipsorum illustrior redderetur, uti neque Prophetæ Epitheto aliquo celebrantur. At qui apud ipsum gradu his inferiori fuerint, illos appellat *Rabban*, ut cum dicit, *Rabban. Gamaliel*, & *Rabban Iuchanan* fil. *Zacchæi.* Qui his denique gradu inferiores, audiunt apud ipsum, *Rabbi*, ut cum dixit, R. *Meir*, R. *Iuda.* Appellat etiam eos qui hoc gradu sunt, *Aba*, ut cum dicit, *Aba Saul.* Aliquando tamen ultro omittitur ipsorum titulus, veluti cum dicit, *Simeon* frater *Azariæ*, & *Eleazar* vir *Bartutæ.* Omnes autem illi quos honoris gratia nominibus suis appellavit, hi sunt. *Simeon Iustus*, *Antigonus*, Vir *Soco*, *Iosi* f. *Ioazeris*, *Iosi* f. *Iuchanan*, *Iuchanan* Sacerdos Summ. *Iosua* f. *Perachiæ*, *Nathæus Arbelita*, *Honi Hammaggel*, *Elihoini* f. *Hakkaphi*, *Chanameel Ægyptius*, *Iuda* filius *Tabbæi*, *Simeon* fil. *Setahi*, *Akabiah* filius *Mahaleelis*, *Shemaiah*, *Abtalion*, *Chanan*, *Admon*, *Hillel*, *Shammai*, *Nahum Hallablar*, *Hananiah* f. *Hezekiæ*, f. *Garonis*, *Baba* fil *Butæ*, si quos autem præter hos nominibus suis indigitatos reperies, Epitheta à nominibus ipsorum ultro separata esse [scias.]

Sectio octava. *De Descriptione ipsorum respectu habito ad patriam, artes, personas, tribus.* E numero Authorum quos majoris explicationis gratia descripsit [aliis] modis, alii sunt quos ab artibus suis descripsit, quo notiores ipsos faceret, ut cum dicit, *Nahum Hallablar* [*i.* Librarius] & R. *Simeon Hashazuri*, alii, quos à patria, ut cum dicit, vir *Hadid*, vir *Ono*; vir *Bartuta*, [oriundus] at cum dicit; vir *Zeredæ*, vir *Ierusalemi*, aliorumve locorum, hoc innuit fuisse ipsum doctissimum atque celeberrimum è locis illius [incolis,] ac si diceret Personam istam è loci istius incolis, merito appellari *Virum*; alii quos à nomine patris, vel fratris, ut cum dicit, R. N. f. R. N. aut R. N. frater R. N. quod sæpe occurrit; alii denique quos à tribu sua, ut cum dicit, ὁ δεῖνα Sacerdos.

Sectio nona, *De illis inter quos in plerisque accidit discrepantia.*

Illi quos invenies in *Mishna* in plerisque inter se discrepare, sunt, R. *Meir*, R. *Juda*, R. *Simeon*, & R. *Iosi*, inter utrumvis horum par, imo & inter singulos quatuor, discrepantiam reperies. *Rabbi Eleazarem* etiam reperies ab unoquoque ipsorum discrepare, verum rarius quam ipsi inter se discrepent. Similiter R. *Akibam*, & R. *Eliezerem*, & R. *Iosuam*, reperies unumquemque à cæteris dissentire, nec non singulos tres invicem, rarius tamen quam prædictos quatuor. Reperies etiam differentiam inter R. *Akibam*, R. *Ismaelem*, R. *Tarphonem*, & R. *Eleazarum* f. *Azariæ*, sed minorem discrepantia prædicta. Proximi his in discrepando sunt Domus *Shammæi*, & Domus *Hillelis*; post hos autem *Rabban Gamaliel*, aut *Rabban Simeon*, f. *Gamalielis*; aut *Rabbi* cum unoquoque è prædictis; atque inter has personas discrepantia est in maxima *Mishnæ* parte paucis tantum exceptis.

Sectio decima, *De partitione sententiarum ab ipsis traditarum secundum raritatem & frequentiam.* Sapientum istorum quibus acceptæ feruntur sententiæ in *Mishna* eo modo quo [illos] partiti sumus, alii sunt quorum nomine multæ referuntur sententiæ, veluti R. *Meir*, & R. *Iudah*: alii quorum nomine paucæ traditæ perhibentur, veluti R. *Eliezer* f. *Iacobi*, uti dixerunt, *Mishna* R. *Eliezeris* fil. *Iacobi* est *cabus*, & *pura* i. e. parum quid, at quod in usu. Jam vero gradus multitudinis aut paucitatis sententiarum ab ipsis traditarum est juxta frequentiam aut raritatem discrepantiarum [quæ ipsis contigerunt] quarum Sectione præcedente meminimus. Suntque ex ipsis quorum non recipitur in *Mishna*, præter unam tantum sententiam; ne-

neque alias occurrit nomen ipsorum in aliquo judicio ad Legem spectante; qui sunt numero triginta octo: Scilicet *Nahum Halablar*, & Rab. *Measha*, qui memorantur in tract. *Peah* tantum, ita ut non alibi repetatur aliquod ipsorum dictum. Ut & *Hananiah* fil. *Hacinai*, & R. *Josi* f. *Hochotephi Ephrateus*, in *Cilaim* tantum. Rab. *Eleazar Hasma*, & R. *Josi* fil. *Meshullam*, in *Terumoth* tantum. R. *Chutspit* in *Shæbiit*. Rab. *Eleazar* fil. *Judæ* vir *Bartuta*, & *Dotsithai* vir *Cafar Dema*, in *Orlah* tantum. *Nahum Medus*, in tract. de Sabbatho tantum. Rab. *Elaaius* & Rab. *Dositheus* fil. *Janæi*, in tract. *Erubin* tantum. Rab. *Simeon* fil. vicarii Sacerdotum, & fil. *Cobari*, in *Shekalim Judah* fil. *Tabbai* & *Simeon* fil. *Setahi*, & *Josi* fil. *Joazeris*, & *Josi* fil. *Joannis*, & *Nahæus Arbelita*, & *Josuah* fil. *Perachiæ*, in *Chagigah* tantum. *Simeon Temanita*, & *Nehemiah* vir *Beith Deli*, in *Tebamoth* tantum. Rab. *Eliezer* fil. Rab. *Josi Galilæi*, & Rab. *Josua* fil. *Hyrcani*, in *Sotah* tantum. *Jeduah Babylonius* in *Metziah* tantum, Rab. *Simeon* fil. *Judæ*, in *Shebuoth* tantum Rab. *Simeon* fil. *Batiræ*, & Rab. *Nechoniah* fil. *El Nathanis* vir *Cafar Babylonius*, & Rab. *Josi* Sacerdos, & Rab. *Jakim* vir *Hadid*, & *Menachem* filius *Sagnæi* in *Edaioth* tantum. *Simeon* frater *Azariæ*, & *Josi* fil. *Honi*, in *Zebachim* tantum. Rab. *Eleazar* filius Rab. *Simeonis*, in *Temurah* tantum. Rab. *Jacob* in *Negain* tantum. Rab. *Eleazar* filius *Phiabi* in tract. *Taharoth* tantum. Rab. *Joannes* fil. *Josuæ*, fil. Soceri Rab. *Akibæ*, in *Tadaim* tantum. Ex his jam commemoratis alicui non est in omnibus judiciis *Mishnæ* præter unam sententiam quæ ei accepta fertur, eaque in eo quem designavimus tractatu. Atque ità ad finem perductum est illud quod visum est nobis præmitttere. Pergimus jam ad explicationem uti promissimus.

מסכת ברכות

פרק א מאימתי קורין את שמע בערבין משעה שהכהנים נכנסים לאכול בתרומתן עד סוף האשמורת הראשונה דברי ר' אליעזר וחכמים אומרים עד חצות רבן גמליאל אומר עד שיעלה עמוד השחר מעשה שבאו בניו מבית המשתה א"ל לא קרינו את שמע אמר להם אם לא עלה עמוד השחר חייבין אתם לקרות ולא זו בלבד אלא כל מה שאמרו חכמים עד חצות מצותן עד שיעלה עמוד השחר הקטר חלבים ואיברים מצותן עד שיעלה עמוד השחר וכל הנאכלים ליום א' מצותן עד שיעלה עמוד השחר א"כ למה אמרו חכמים עד חצות כדי להרחיק את האדם מן העבירה:

Tractatus de Benedictionibus.

CAput I. à quo tempore recitant 1 Shemam (a) veſperi? ex quo admittuntur 2 Sacerdotes ad primitias comedendas, ad finem uſque 3 vigiliæ (b) primæ. Verba R. Eliezeris: at Sapientes dicunt, uſque ad mediam noctem. Rabban Gamaliel ait, uſque dum 4 aſcenderit columna auroræ. Caſus. Redeuntes filii ejus à domo convivii dixerunt; nondum recitavimus Shemam? quibus ille; ſi nondum aſcenderit columna auroræ, 5 tenemini ad recitandum. Neque hoc duntaxat; verum ubicunque dixerint Sapientes, uſque ad mediam, præceptum valet donec aſcenderit columna auroræ. De adolendis adipibus & membris præceptum valet uſque dum aſcenderit columna auroræ. Et quæcunque comedenda ſunt eodem die, præceptum de illis valet donec aſcenderit columna auroræ. Si ita, quare dixerunt Sapientes, uſque ad mediam? ut procul arcerent homines à tranſgreſſione.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתי קורין משעה שהכהנים נכנסים לאכול בתרומתן: *quando legunt? à tempore quo ſacerdotes intrant ad comedendum oblationem ſuam primam*, ſacerdotes illi qui polluti ſunt quamobrem ſe lavare tenentur, non poſſunt edere oblationem ſuam primam ante ſolis occaſum, ſive ortum ſtellarum; ratio autem, quare non dixit incipiendum eſſe à ſtellarum ortu, hæc eſt; ut eo nos doceat ſimul, ſacerdotum pollutorum purificationem dependere à ſacrificio, exempli gratia, qui profluvio aut lepra laborat, eum tamen non impedit purificatio nondum peracta ut oblationem ſuam comedere nequeat, juxta id quod dicitur Levit. 22:7. ובא השמש וטהר ואחר יאכל מן הקדשים, ergo ſolis occaſus eum impedit ut oblationem primam ſuam edere nequeat, non autem purificatio nondum peracta.

עד סוף האשמורה הראשונה *uſque ad finem vigiliæ primæ*, prima vigilia eſt tertia pars noctis prima, nam nox dividitur in tres vigilias, quibus præteritis non amplius legendi tempus eſt, quo oratio *Audi* legi poteſt accumbendo, neque tum dicitur בשכבך, ſi quis eam recitet; quia ante ortum ſtellarum etiam dies apparet, & nondum cubandi tempus eſt. Qui vero præveniunt, ii legunt orationem *Audi* veſpertinam die adhuc lucente, & hi nituntur verbis R. Jehudæ, qui inferius capite quarto Miſna 1. dicit הפלת המנחה עד פלג המנחה *oratio veſpertina uſque ad dimidium temporis veſpertini*, nimirum per horam & quartam horæ partem ante noctem, quod confirmatur ex dictis R. Jehudæ; quamprimum vero finitum eſt tempus lectionis pomeridianæ, incipit tempus lectionis veſpertinæ.

עד שיעלה עמוד השחר *donec aſcenderit columna auroræ*, quia per totam noctem tempus cubandi eſt, & deciſio quæſtionis eſt penes Rabban Gamaliel, cui etiam Sapientes aſſentiuntur, qui ea intentione determinarunt ad mediam noctem, ut homines arcerent à tranſgreſſione; de induſtria tamen, quando appropinquaverit tempus lectionis *Audi* veſpertinæ, quod eſt ab ortu ſtellarum, vetitum eſt comedere, multo magis dormire, niſi legerit lectionem *Audi*, & oraverit.

מעשה ובאו. בניו מבית המשתה *caſus, venerunt filii ejus domo convivii*, filii Rabban Gamalielis audiverant Sapientes dixiſſe tempus lectionis eſſe uſque ad mediam noctem, & propterea dixerunt patri, Sapientes tibi contradicunt, utpote determinantes ad mediam uſque noctem, & non ulterius, cum vero unus contradicit multis, deciſio eſt penes multos? aut dicendum eſt Sapientes in tua eſſe ſententia, & quod illi dixerunt *uſque ad mediam noctem*,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

IN præfatione noſtra rationem dedimus, quare Miſchnæ autor hoc incepit tractatu, & ſimul rationem quæ ipſum moverit ad loquendum de tempore lectionis *Audi* veſperi, priuſquam locutus fuerit de tempore lectionis *Audi*, manè; nimirum, quia Deut. 6, 7. dicitur ובשכבך ובקומך, undè conſtat orationem *Audi* legendam eo tempore quo homines ſolent dormire, & ſurgere; quod autem Miſchna dicit, *à tempore quo ſacerdotes intrant ad edendum oblationem primam*, id intelligendum eſt de Sacerdotibus immundis, qui ſe laverunt, poſtea intrantibus ad comedendum oblationem primam; hoc vero fieri nequit niſi jam finito die, juxta id quod Scriptura dicit de omni qui ſe purificaverit ab immunditie ſua, Levit. 22, 7. ובא השמש וטהר ואחר יאכל מן הקדשים Ratio vero, quare Miſchna dicit, *à tempore quo Sacerdotes ingrediuntur ad edendum* &c.; non vero dixit, à tempore quo exoriuntur ſtellæ, quod idem eſt, hæc eſt, ut eo modo nos doceat, ſacerdoti immundo, poſtquam ſe laverit, licitum eſſe comedere oblationem ſuam primam poſt ſolis occaſum; ſi vero expiatione illa nondum uſus fuerit, ſed demum poſt profluvium & lepræ perfectionem die jam præterito, non proderit ipſi lotio niſi obtulerit ſacrificium quod inſequenti die debet; quo docet licitum eſſe comedere oblationem antequam obtulerit ſacrificia illa, quatenus non adeo ejus oblationis quam quidem ſolis occaſus (c) rationem habuit Miſna.

אשמורה *vigilia*, penes ſapientes notat tertiam noctis partem.

עמוד השחר *columna auroræ*, eſt illa lux quæ in oriente ſplendet ante ſolis ortum, per horam & quintam ejus partem, horæ ſcil. temporalis, (d) & hæc eſt appropinquatio illa lucis ſolaris, è vaporibus qui frequenter ex terra ſurſum aſcendunt, qui aſcenſus è terra conficit unum & quinquaginta miliaria, uti exponunt mathematici. Sententia vero Sapientum eadem eſt quæ Rabban Gamalielis; quod autem ſtatuere terminum ad mediam noctem uſque, id factum eſt ad arcendum homines à peccato, deciſio eſt penes Rabban Gamalielem.

בית המשתה *domus convivii*, ubi ad bibendum & convivandum conveniunt; adfertur hoc exemplum in honorem Rabban Gamalielis, quo oſtenditur doctrinam verbis illius eſſe conformem.

הקטר חלבים ואברים *adolitio adipum ac membrorum*, ſunt adipes Sacrificiorum quos Sacerdotes quotidiè offerunt; per *membra* intelliguntur partes ſacrificii holocauſtici ſingulis diebus offerendi, ut dicitur Exod. 29: 39. את הכבש האחד תעשה בבקר והכבש השני תעשה בין הערבים,

reli-

noctem, id est, *ad arcendum hominem à peccato?* respondit ipsis, Sapientes ejusdem esse sententiæ, eosque, cum dixere usque ad mediam noctem, id dixisse ad arcendum hominem à transgressione.

חייבין אתם לקרות וכו׳ *obligati estis ad legendum* &c. omnia hæc pertinent ad Rabban Gamalielem loquentem ad filios.

הקטר חלבים *adolitio adipum*, supple sacrificiorum.

אברים sunt membra Sacrificii holocaustici jugiter offerendi inter duas vesperas, cujus sanguis spargitur de die, & juxta præceptum ejus membra offerenda sunt per totam noctem, uti extat Levit. 6: 2. היא העולה על מוקדה *hoc holocaustum est super focum* &c.

וכל הנאכלים ליום אחד *& quæcunque comeduntur uno die*, uti sunt Sacrificium confessionis, Sacrificium expiationis pro peccato, Sacrificium pro culpa, & similia, quæ edi possunt pro tempore diei istius ac noctis; quia tempus comestionis protrahitur ad auroram usque, & tum reliquiæ profanantur. אם כן למה אמרו חכמים עד חצות *si ita est, quare Sapientes dixerunt usque ad mediam noctem?* scilicet in lectione Audi, & in comestione rerum Sanctarum, sed in adolitione adipum & membrorum non dixerunt Sapientes usque ad mediam noctem, neque eo sensu id acceperunt, sed indicare voluerunt quamcunque rem quæ cadit sub præceptum noctis licitam esse totam noctem. להרחיק את האדם מן העבירה *ad arcendum hominem à transgressione*, ne comedat post columnam auroræ, & reus fiat excisionis; sic etiam in lectione *Audi* ne dicat, est mihi sat temporis, & interim prætereat tempus.

reliquum vero illorum adipum ac membrorum comburitur per totam noctem usque ad columnam auroræ, ut dicitur Levit. 6: 2. כל הלילה עד הבקר Sic etiam se res habet cum esu rerum sanctarum, quas Deus præcepit ut uno die comedantur, de quo dicit Levit. 22: 30. ביום אחד יאכל לא תותירו ממנו עד בקר Hujus rei jus ita se habet, ut comedantur per totum diem quo offeruntur, & noctem usque ad auroræ columnam; & quod in omnibus his causis Sapientes dixerunt *usque ad mediam noctem*, quamvis tempus supersit usque ad columnam auroræ; & hoc ab ipsis factum ne quisquam lectionem differret, dicendo sibi restare sat temporis ad eam perficiendam, & interim columna auroræ ascendat, & is sensus est verborum להרחיק את האדם מן העבירה.

GUISIUS.

1 *Shemam.*] Ita à prima voce שמע *Audi*, vocant tres pericopas, quas bis quotidie ordine recitare solent, vesperi & mane. Desumuntur illæ ex Deut. VI: 4, 5, 6, 7, 8, 9. XI: 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21. & ex Num. XV: 37, 38, 39, 40, 41. Hæ pericopæ clare indicantur statim infra, II. 2. & Tamid. V. 1. Et exstant hoc nomine in Liturgiis Judæorum. Gravis ideo oscitantia est virorum in Judæorum literis versatissimorum, qui formulam hanc cum תפלין, sive Phylacteriorum formula confundunt; adeoque קריאת שמע subinde exponunt, *Recitatio Phylacteriorum*. Ita Light. in libro vernacule scripto de Ministerio Templi IX. sect. 4. Hor. ad Matt. X: 34. XIV: 23. & alibi frequenter. Pericopæ Phylacteriorum membranis inscribi solitæ quatuor sunt. Menac. III. 7. de quibus infra III. 1. Adeat Lector Judæorum libros rituales; Maimonides Yad, Shulchan Aruc, Arba turim, &c. verum esse, quod dixi, comperiet.

2 *Sacerdotes*] Nempe qui polluti fuerant, nec admittuntur ad primitiarum epulas, nisi post occasum solis, cum jam appareant stellæ.

3 *Vigiliæ.*] Judæi noctem in tres vigilias dispertiunt. Maim. Bertin. confer etiam RR. Sal. & Kimc. ad Jud. VII: 19. Falsus itaque Josephus Scaliger, qui in opere de Emendatione Temporum Hebræos totum νυχθήμερον in quatuor partes divisisse tradit, quas vigilias vocabant. Id nemo Hebræorum dixerit. Attamen Evangelia quartam noctis vigiliam ponunt. Matt. XIV. 25. &c. Sed illud ex Romanorum disciplina.

4 *Ascenderit columna aur.*] Usque ad diluculum. Ita loqui amant & Arabes سطع عمود الصبح, *elata est, vel diffudit se columna auroræ.* Jauhar in عمد.

5. *Tenemini.*] Al. *licitum est recitare.*

SURENHUSIUS.

(a) Argumentum hujus orationis *Audi Israel Dominus Deus noster Dominus unus est* &c. Deut. 6: 4, 5, 6, & 8, 9. continet confessionem fidei de Deo unicè colendo, vel juxta phrasin Ebraicam *susceptionem jugi regni cœlorum*, vide Math. 11: 29, 30. Et subjungitur illi altera quæ incipit, *fiet autem si audiendo audiveritis* &c. Deut. 11: 13, ad 21. Nec non tertia quæ incipit, *& dixit Dominus &c.* Num. 15: 37, ad 41. Quæ continent *susceptionem jugi præceptorum*, sive testimonium obedientiæ præceptis Dei præstandæ, atque adeo בר מצוה *filius præcepti* est. Præterea mihi quodammodo excusandus videtur Lichtfotus, quando Lectionem *audi Israel* &c. interpretatur Phylacteria, sic enim sunt ipsius verba ad מאימתי קורין את שמע בערבית *à quo tempore recitant Phylacteria vesperi?* quo sensu? an Phylacteria recitari possunt? non, tam insulsus non est doctissimus Lichtfotus; quid ergo? id quod continetur in Phylacteriis nimirum lectio *audi Israel* &c., quæ est una ex quatuor pericopis quæ in Phylacteriis continentur. Quare igitur Lichtfotus non interpretatus est, à quo tempore recitant *Audi* &c.? ut ex una fidelia duas dealbaret parietes, sive ut una re nobis duas significaret, hoc sensu, quo tempore legunt *Audi* &c.? quæ pericopa continetur in Phylacteriis, quæ induuntur tantum mane, cum lectio *Audi* &c. quoque recitatur vesperi, uti ex hoc loco Misnæ patet, & hoc sensu lectio *Audi* &c. differt à Phylacteriis, propterea dixit *recitant Phylacteria*, non, induunt Phylacteria. Et ejusmodi formula interpretandi apud Ebræos usitatissima est, quam statim in ipso limine hujus loci videre licet apud Bartenoram, quærentem, *quare* Misnæ auctor non dixit à stellarum ortu legendum esse &c? resp. מלתא אגב אורחיה קמ״ל *ex eadem fidelia duos vult dealbare parietes* &c., inspice ipsum. Atque adeo Lichtfotum vindicavimus ab oscitantia sua cujus cum accusabat Guisius, quasi vir doctissimus qui totum ferè Talmud peragravit nesciret ea quæ tonsoribus inter Ebræos pariter ac lippis nota sunt, ita ut non reperiatur ullus tam imperitus & indoctus עם הארץ qui hæc distinguere non norit. (b) Controvertitur inter doctores Gemaricos de numero vigiliarum, alii enim tres alii vero quatuor noctis vigilias statuunt, quemadmodum liquet ex iis quæ adferuntur in Gemara ad hanc Misnam fol. 3. pag. 2. תנו רבנן ד׳ משמורות הוי הלילה דברי רבי ר׳ נתן אומר שלש מאי טעמא דרי נתן דכתיב ויבא גדעון ומאה איש אשר אתו בקצה המחנה ראש האשמורת התיכונה תנא אין תיכונה אלא שיש לפניה ולאחריה ור׳ מאי תיכונה אחת מן התיכונה שבתיכונות ורבי נתן מי כתיב תיכונה שבתיכונות תיכונה כתיב מאי טעמא דרבי אמר ר״זריקא אמר ר׳ אמי א״ר יהושוע בן לוי כתוב אחד אומר חצות לילה אקום להודות לך על משפטי צדקך וכתיב אחד אומר קדמו עיני אשמורת הא כיצד ד׳ משמורות הוי הלילה Quæ ita latine reddimus, *docuerunt Rabbini noctem quatuor habere vigilias, sunt verba Rabbi; sed R. Natan dicit, tres. Quænam vero est ratio quod R. Natan* (tres statuit?) *quia scriptum est Judicum 7: 19. Et advenit Gideon & centum viri qui cum ipso erant ad extremitatem castrorum in principio vigiliæ mediæ, & traditur, non dici* התיכונה *mediam, nisi una fuerit ante & una post eam. Quare autem Rabbi* (quatuor statuit?) תיכונה *media est altera è media quæ inter medias.* (ulterius instatur) *quare R. Natan tres tantum velit? quia in Scriptura non habetur media in mediis duabus, sed media tantum. Quænam autem est sententia τȣ̃ Rabbi? quia R. Serika dixit dictum esse à R. Amè nominè R. Jehoschuæ filii Levi, scriptum est Psal.* 119: 62. *Media nocte surgo ad celebrandum te* &c. (& deinde vers. 148.) *antevertunt oculi mei vigilias* &c. *quomodo evincitur quatuor esse noctis vigilias.* Quotiescunque ergo legeris in Evangelio quatuor dari noctis vigilias, nolito putare id dici

ex

ex Romanorum disciplina, in qua sententia noster Guisius & plures Gemaræ imperiti fuerunt, qui hic falsò accusat Scaligerum, eo modo quo & alios in hac literatura exercitatissimos imperitè satis carpere solet. Nam nullatenus mihi persuadere unquam potui id quod ipsa Hebræorum fert antiquitas desumptum fuisse ab ethnicis. Cœterum unde hi & ejusmodi Hebrææ antiquitatis errores? quia ea hactenus vel ignota, vel in infantia sua circum matrem suam luctatur, cum Romana jam ad adultam pervenit ætatem; propterea Guisius, *id nemo Hebræorum dixerit.* (c) Mens Maimonidis hæc est, quamvis multæ possint esse causæ quæ esum oblationis primæ impediunt, uti exempli gratia sacrificium quod sacerdos pollutus offerre tenetur postquam puritati redditus fuerit, nihilominus tamen hoc peracto sacrificio non efficitur ut comedere possit de oblatione prima, nisi solis occasus diei septimi accesserit, quia hoc Scripturæ ordo ita fert Levit. 22: 7. *Cum occiderit sol, mundus erit, & deinceps comedet de sanctis*, id est oblatione Truma; occasus solis ergo impedit comestionem, non sacrificium, quia tum demum dicitur mundus. (d) Quænam sint שעות הזמניות *horæ temporales* videas ex iis quæ dedimus ad illa verba, *usque ad tres horas*, Misna subsequenti.

ב מאימתי קורין את שמע בשחרית משיכיר בין תכלת ללבן רבי אליעזר אומר בין תכלת לכרתי וגומרה עד הנץ החמה: רבי יהושע אומר עד שלש שעות שכן דרך בני מלכים לעמוד בשלש שעות הקורא מכאן ואילך לא הפסיד כאדם הקורא בתורה:

2. A quo tempore recitant Shemam mane? ex quo dignoscat quis cœruleum ab albo. R. Eliezer ait, cœruleum à prasino. finiunt autem priusquam emicet sol. R. Josua ait, 1 ante elapsas (e) tres horas: quia ita solent Regum filii tertia demum hora surgere. Qui dehinc recitat, non ludit operam, veluti is qui Legem legit.

R. OB. DE BARTENORA.

בין תכלת ללבן *inter hyacinthinum & album*, inter fila cœrulei coloris & fila coloris albi in peniculamento. Aliter, ut lana secta quæ tincta est colore hyacinthino, in qua nonnullæ cernuntur partes quæ non benè tinguntur, & propterea relinquuntur albæ.

בין תכלת לכרתי *inter hyacinthinum & prasinum*, color enim hyacinthinus proximè accedit ad prasinum.

עד שלש שעות *tribus horis præterlapsis*, supple, diei, usque ad finem horæ tertiæ, sive usque ad horam quartam, quando dies & nox æquales sunt; semper enim lectio *Audi* durat, usque ad quartam diei partem, sive dies fuerint longi sive breves. Eo sensu intelligendum est quod dicitur capite. 4: 1.

תפלת השחר עד ארבע שעות ביום, id est, עד שליש היום *ad tertiam diei partem*; dicit autem *quatuor horas*, eo quod tertia diei pars quatuor horas conficit, quando dies & nox sunt æquales; & ubicunque Misna ita loquitur intelligit tot vel tot diei horas, & eo modo semper computes necesse est. Sententia vero R. Jehoschuæ, quando dicit *usque ad tertiam diei horam, quia hic filiorum regum mos est*, ita se habet, quoniam illi regum filii non prius solent surgere quam post finem horæ tertiæ. Quod Scriptura dicit ובקומך *in surgendo*, intelligendum de tempore eo quo omnes homines surgunt; decisio quæstionis est penes R. Jehoschua. De industria tamen attendendum ad lectionem *Audi* ut ea perficiatur emicante sole.

לא הפסיד *non perdidit*, ac si dixisset, non perdidit lectionem benedictionum ante & post orationem *Audi*; & si prætериisset tempus, nihilominus legat & benedicat ante & post eam.

כאדם הקורא בתורה *ut homo qui legit in lege*, etsi non præstiterit operam suam in lectione *Audi* in tempore, nihilominus tamen ipsi lectio Legis in mercedem cedit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תכלת *hyacinthinus color*, instar coloris Tarsis qui cernitur in lana eo colore tincta, & quod Misna dicit בין תכלת ללבן, est ac si dixisset inter cœruleum & album colorem qui cernitur in peniculamento.

כרתי *prasinus color*, est color viridis. Finis vero temporis lectionis *Audi* juxta R. Eliezer definitur usque ad apparitionem solis; at juxta R. Jehoschua usque dum præterierint tres horæ; quandoquidem putat, id quod Scriptura dicit ובקומך notare tempus quo filii hominum surgere solent, & dari nonnullos homines qui non surgunt priusquam tres primæ transierint horæ, qui sunt illi regum sive magnatum filii; & propterea licitum esse legere usque ad horæ tertiæ finem. Scias etiam omnes illas horas quarum in Misna mentio fit esse horas temporales, quales duodecim numerantur die & totidem nocte. Quod vero Misna dicit עד שלש שעות, idem est ac si dixisset donec finita fuerit quarta diei pars, si fuerint istiusmodi dies quales habentur in mense Tammuz aut Tebhet qui regulares sunt.

לא הפסיד *non perdidit*, supple benedictiones, legens benedictionem de formatione lucis, & de amore perpetuo, ac lectionem *Audi* legit etiam sex diei horis præter lapsis; sed ea conditione, ut merces ejus ipsi tribuatur ut ei qui lectionem legis, non autem ut ei qui legit lectionem *Audi* in tempore suo. Hinc teneas velim, eum qui lectionem *Audi* legit in tempore suo ampliorem mereri mercedem, ac si legisset in Lege; decisio quæstionis non est penes R. Eliezer, sed penes R. Jehoschua; sed hoc intelligas si quis oblitus fuerit; at si de (f) industria non legerit, tenetur perficere lectionem suam sole emicante.

GUISIUS.

1 *Ante elapsas tres horas.*] Id est, ante elapsum quadrantem diei primum. Semper enim in Misna horæ intelliguntur الزمانية, inquit Maimonides; i. e. καιρικαὶ, quæ pro dierum inæqualitate varie crescunt & decrescunt. Tales exprimit Salvator noster Joh. XI: 9. οὐχὶ δώδεκά εἰσιν ὧραι τῆς ἡμέρας.

SURENHUSIUS.

(e) עד שלש שעות *ante elapsas tres horas*, accuratius, si tres horæ præterlapsæ fuerint, sive, ad finem horæ tertiæ. Quando autem mentio fit שעות הזמניות *horarum temporalium*, intelliguntur ejusmodi horæ quæ non ab ipso tempore sed à distributione hominum dependent, qui diem solent distribuere in duas partes quas vocant noctem & diem, quarum unaquæque pars constare debet duodecim Horis, sive duodecim partibus æqualibus, earumque quælibet pars vocatur שעה *hora*, sive excedat horam ordinariam, sive non attingat; vide Joh. 11: 9. (f) Hæc probè distinguenda sunt, nam aliud dicitur quid licitum esse לכתחלה *de industria*, vel *ab initio*, quando res adhuc salva & integra est; aliud vero בדיעבד *postquam res hoc & illo modo facta est*, sic לכתחלה perfici debet oratio matutina emicante sole, sed בדיעבד si aliqua re impeditus, vel oblitus fuerit debet eam perficere ad finem horæ tertiæ.

ג בית שמאי אומרים בערב כל אדם יטו ויקראו ובבקר יעמדו שנאמר ובשכבך ובקומך: ובית אומרים

3. Sammæani dicunt, vesperi omnes reclinati recitant, mane vero stantes, quia dicitur (Deut. VI: 7.

אומרים כל אדם קורא כדרכו שנאמר ובלכתך בדרך א"כ למה נאמר ובשכבך ובקומך אלא בשעה שדרך בני אדם שוכבים ובשעה שדרך בני אדם עומדים: אמר ר' טרפון אני הייתי בא בדרך והטתי לקרות כדברי ב"ש וסכנתי בעצמי מפני הליסטים א"ל כדי היית לחוב בעצמך שעברת על דברי ב"ה:

VI: 7. XI: 19.) *quando cubueris & quando surrexeris.* At Hillelæi dicunt, unusquisque recitat 2 prout se habuerit, quia dicitur (ibid.) *cum incesseris per viam.* Si ita, quare dicitur, *quando cubueris, & quando surrexeris?* nimirum ad tempus indigitandum, quo solent homines cubare, & quo solent surgere. [Inquit 3 R. Tarphon; cùm in itinere essem, reclinavi me ad recitandum ex Sammæanorum sententia, & periclitatus sum à latronibus: dixerunt mihi, potuisti ita de teipso in culpa fuisse, quod Hillelæorum verba transgressus sis.]

R. OB. DE BARTENORA.

יטו *inclinant se*, in latus, propterea Deut. 6: 7. בשכבך, id est, על דרך שכיבה *per modum cubandi sive inclinandi.*
ועמדו *& stabunt*, quia scriptum est בקומך, id est, על דרך קומה *per modum surgendi*, vel *erecto corpore standi.*
כדרכו *more suo*, stando, sedendo, cubando, aut incedendo.
כדי היית לחוב בעצמך *merito ex te ipso in culpa eras*, mortis condemnatus tua culpa, quia transgressus est verba Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יטו *inclinant se*, se inclinantes alicui rei innituntur ad decumbendum, ut scriptum est Job. 15: 29. לא יטה לארץ מנלם. Quod autem dicit אם כן *si ita*, est argumentum quod urget Schola Schamai contra Scholam Hillelis; status vero controversiæ inter Schamai & Hillelem istiusmodi est, Schola Hillelis probationem adfert ex textu Deut. 6: 7. ובלכתך בדרך *quando incedis per viam*, id est, si quis pro lubitu, & sine attentione legat, non sedendo neque stando. Schamai vero dicit ad id quod extat ibidem ובלכתך בדרך *quando incedis per viam*, nihil aliud innuere quam ut eo doceat, quemcunque legi studentem liberum esse à lectione *Audi*; eo nimirum sensu, ut quamdiu incedit per viam & Legi non studet teneatur legere *Audi*; at si aliis præceptis operam dederit, non tenetur lectionem *Audi* legere. Et istiusmodi est sententia generalis quam omnes confirmant, *eum qui uni studet præcepto liberum esse ab alio.* Hillel vero excipit iterum, dicens, ita est ut vos dicitis, & quandoquidem ita se habet, expositum est id quod dictum est, nimirum, hominem posse legere lectionem *Audi* incedendo idque pro lubito, undè sequitur eum qui incedit libertatem habere legendi lectionem *Audi*, & hoc est quod nos demonstrare volebamus. סכנתי *periclitatus sum*, animam meam posui in palmis meis, quia equo descenderat ac in terram consederat, & eo modo se inclinando legerat; sed juxta sententiam Hillelis legere potuisset lectionem *Audi* equo insidendo. כדי היית לחוב בעצמך *merito ex te ipso in culpa esses*, id est, te ipsum mortis condemnasses, quia transgressus est verba Hillelis, & propterea si mortuus fuisses, tibi ipsi fuisses in causa.

GUISIUS

2. *Prout se habuerit.*] Hebr. ad verbum *juxta viam suam.*

3 *R. Tarphon.*] Ita legunt Judæi. Veteres efferebant Τρύφων. Nomen satis notum ex Maccabaicis, Josepho, & Justino Martyre. Uncinulis inclusa absunt à Talmude Hierosol.

ד בשחר מברך ב' לפניה וא' לאחריה ובערב מברך ב' לפניה וב' לאחריה א' ארוכה וא' קצרה מקום שאמרו להאריך אינו רשאי לקצר לקצר אינו רשאי להאריך לחתום אינו רשאי שלא לחתום ושלא לחתום אינו רשאי לחתום:

4. Mane recitant 4 preces duas ante, & unicam post; vesperi duas ante (g) duas itidem post, 5 unam longam, alteram vero brevem. Quo loco longam adhibere jusserint, haud integrum ei est adhibere brevem: brevem, haud integrum ei est adhibere longam. 5 Clausulam addere, non licet non addere; non addere, non licet addere.

R. OB. DE BARTENORA.

שתים לפניה *duas ante eam*, nimirum, benedictionem יוצר אור de *Formatione lucis*, & אהבת עולם de *Amore perpetuo.*
ואחת לאחריה *& unam post eam*, quæ est illa quæ dicitur אמת ויציב de *veritate & certitudine.*
בערב מברך שתים לפניה *vesperi duas dicit benedictiones ante eam*, nimirum, מעריב ערבים *qui inducit vesperas*, & אהבת עולם de *amore æterno*; & duas post eam, *veritas & fides*, ac השכיבנו quæ tractat de *cubitu*,
אחת ארוכה ואחת קצרה *unam longam, alteram brevem*, referendum est ad duas illas quæ recitantur ante *Audi*; de formatione lucis dicitur *longa*, quandoquidem illa incipit cum benedictione, & finit cum benedictione; sic etiam illa de inductione vesperarum; Benedictio autem de amore perpetuo, dicitur *brevis*, eo quod finit cum benedictione, & non incipit cum benedictione.
לחתום *ad claudendum*, eam quæ incipit cum benedictione.
שלא לחתום *ad non claudendum*, ut benedictionem de Fructibus, & benedictionem de Præceptis Legis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Duæ benedictiones quæ manè ante lectionem *Audi* leguntur, sunt benedictiones quæ dicuntur יוצר אור de *Formatione lucis*, & אהבה עולם de *Amore perpetuo*; una vero quam dicunt post *Audi* vocatur אמת ויציב de *Veritate & Certitudine* Dei tractans. Vesperi vero duas ante *Audi* dicit benedictiones nimirum, מעריב ערבים *inducens vesperas*, & אהבת עולם de *amore perpetuo*, sed post *Audi* dicit אמת ואמונה de *veritate & fidelitate*; & השכיבנו de *cubitu*;
הברכה ארוכה *benedictio longa*, est illa quæ tractat de formatione lucis, & de vespera.
קצרה *brevis*, est illa de amore perpetuo; vocatur autem benedictio de formatione lucis *longa*, & illa de amore perpetuo *brevis*, quia omnis benedictio quæ incipit cum benedictione & finit cum benedictione vocatur *longa*; quæ vero non ita se habet vocatur brevis.
אינו רשאי *non licet*, idem est ac si dixisset אינו לו רשות *non est ipsi libertas.*
לחתום *ad claudendum*; id est, ubi non licet imponere finem, ibi non imponatur finis.

GUISIUS.

4 *Preces duas.*] Prima Judæis dicitur יוצר, & sic incipit בא״י אמ״ה יוצר אור, *Benedictus tu Domine Deus noster, Rex mundi, formans lucem.* Secunda dicitur אהבה, & sic incipit, אהבת עולם אהבתנו, *Amore æterno amasti nos.* Deinde sequuntur tres pericopæ prædictæ, & post eas oratio dicta אמת ויציב, quia incipit verbis istis, *Verum & stabile.* Atque tota hæc formula vocatur Shema matutina. Shema vespertina duas habet preces ante, quarum prima dicitur מעריב ערבים, quia sic incipit בא״י אמ״ה מערי׳ ערבים, *Benedictus tu Domine Deus noster, Rex mundi, qui inducis Vesperas.* Secunda dicitur אהבה, quia sic incipit אהבת עולם בית ישראל עמך אהבת, *Amore æterno domum Israelis, populum tuum amasti.* Deinde sequuntur eædem tres pericopæ; post eas duæ orationes, quarum prima dicta אמת ואמונה, quia his verbis incipit, *Veritas & fidelitas.* Secunda השכיבנו, quia sic incipit, *cubare fac nos*, qui integras volet ex Liturgiis petat. 5 *Unam longam &c.*] אשתים שלפניה קאי inquit Bertinorius; *pertinent hæc ad duas preces ante Shemam.* R. Salomo pertinere vult ad duas post Shemam vespertinam. Volunt autem tam R. Obadias, quam Maimonides longam eam dici, quæ incipit, & desinit cum ברוך אתה &c. brevem contra, quæ non ita incipit & desinit. Sed hi sunt Gemaristarum lusus. Probo sententiam R. Salomonis, ut verba referantur ad duas orationes post Shemam vespertinam, quarum altera longa, altera vero brevis. 1 *Clausulam addere.*] Maim. simpliciter *subsistere.* Sed חתם non solum est concludere, sed etiam in fine aliquid coronidis loco apponere. Coronis ista formula est ex initio orationis expressa. Veluti in Precatione יוצר אור exempli causa, coronis apponitur, בא״י יוצר המאורות, *Benedictus tu Domine, qui formas Luminaria.* Ita fere reliqui Judæi, & ita ipse Maimonides serius in Yad. Hal. Ker. Shem. l. 7.

SURENHUSIUS.

(g) Omnes hæ orationes quæ Lectionem *Audi* matutinam præcedunt & sequuntur conficiunt numerum septenarium, ad quem David alludit in Psal. 119: 64. שבע ביום הללתיך *septies in die te laudavi*, uti notat Raschi ex Talmude Jerusolymitano. Si quis argumentum harum ut & aliarum orationum integrum desideret, adeat ספר תפלה *librum precum* ubi eas facili negotio inveniet, est enim liber stylo facili conscriptus, & una cum punctis impressus, ac in linguam Germanicam quoque transfusus, quem Librum ob creberrimum illius usum omnibus antiquitatis & cerimoniarum studiosis commendatum volumus; extra scopum nostrum foret eum hic vobis exscribere. Videatur quoque Buxtorfius in Synagoga sua Judaica, qui plurimas Latinè reddidit.

ה מזכירין יציאת מצרים בלילות א״ר אלעזר בן עזריה הרי אני כבן שבעים שנה ולא זכיתי שתאמר יציאת מצרים בלילות עד שדרשה בן זומא שנאמר למען תזכור את יום צאתך מארץ מצרים כל ימי חייך ימי חייך הימים כל ימי חייך הלילות והכמים אומרים ימי חייך העולם הזה כל ימי חייך להביא לימות המשיח :

5 1 Commemorant (h) exitum ex Ægypto noctibus. Ego quidem, inquit, R. Eleazar filius Azariæ, quasi septuagenarius fui, nec hoc assecutus sum, exitum ex Ægypto noctibus recitandum esse, donec illud eliceret Ben Zoma ex eo quod dicitur, (Deut. XVI: 2.) *ut memineris diei exitus tui è terra Ægypti omnibus diebus vitæ tuæ.* *Diebus vitæ tuæ*, dies denotat; *omnibus diebus vitæ tuæ*, & noctes. At Sapientes dicunt, *Diebus vitæ tuæ*, mundum hunc, *omnibus diebus vitæ tuæ*, ut includantur (i) dies Messiæ.

R. OB. DE BARTENORA.

מזכירין יציאת מצרים בלילות *mentionem faciunt de exitu de Ægypto in noctibus*, sectionem de peniculamento Num. 15: 37. legunt unà cum lectione *Audi* vesperi; quamvis nocte non utantur peniculamento, quia Scriptura dicit וראיתם אתו *& videbitis id*, quod excipit noctis operimentum ne geratur peniculamentum, nec sectio legatur nocte, quia in ea memorant exitum ex Ægypto.

כבן שבעים שנה *ut septuagenarius*, senior quidem apparebat, attamen non provecta ætate, nam capillos ejus dealbaverant eo tempore quo eum constituerant præfectum, ut appareret senior & præfectura dignus haberetur; eo tempore Ben Zuma exposuit textum de exitu ex Ægypto.

ולא זכיתי *nec dignatus sum*, non vici Sapientes in hac quæstione, similis phrasis invenitur in Gemara, Nidda cap. 4. Hoc modo R. Eleasar convicit Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sectio lectionis de exitu ex Ægypto cohæret cum sectione de peniculamento, ut extat Num. 15: 33. usque ad versum 41. *Ego Dominus Deus vester qui vos eduxi ex terra Ægypti* &c., & ratio adfertur quare hæc sectio non legatur nocte, nimirum, quia Scriptura ibidem dicit וראיתם אתו *& videbetis id*, scilicet peniculamentum, erit itaque in tempore videndi, ut traditio adfert; nisi Scriptura eo loco mentionem fecisset de exitu ex Ægypto, qua propter ea à nobis legenda est propter hunc casum.

Quod vero R. Eleasar filius Azariæ dixit, *En me ut Sexagenarium*, non vero ego eram Septuagenarius, sed addita litera Caph similitudinis, ratio est, quia Septuaginta annos videbatur habere, quia multos jam studuerat annos, undè vires ejus usque adeo debilitatæ erant, & senectus invaluerat, ut appareret Septuagenarius; ut principium canitiei ipsius fuerit voluntarium, uti exponit Gemara. Dicit autem modo admirationis הרי אני, quasi dicat, quamvis multum studuerim & collegia cum tot sapientibus habuerim, tamen non meritus sum ut quisquam mihi exponeret rationem, ob quam Sectio de peniculamento conjungeretur cum exitu ex Ægypto, usque dum id mihi exponeret Ben Zuma.

GUISIUS.

1 *Commemorant exitum.*] Id est, recitant tertiam pericopam Shemæ, in qua habetur mentio exitus ex Ægypto. Num. XV: 41.

SURENHUSIUS.

(h) מזכירין *commemorare faciunt*, quærit hic Lipman in notis suis quare dicatur מזכירין *commemorare faciunt* in hiphil, & non זוכרין *commemorant*, & respondet fundamentum sectionis hujus de exitu ex Ægypto esse in præcepto ציצית *peniculamenti*, & sectionem de exitu ex Ægypto hujus gratia instar appendicis commemorari, ac propterea in hiphil dici מזכירין. (i) Quæritur quomodo commemorari possit exitus ex Ægypto in diebus Messiæ, quandoquidem Jeremiæ 16: 14. & 15. הנה ימים באים נאם יהוה ולא יאמר עוד חי יהוה אשר העלה את בני ישראל מארץ מצרים *ecce dies venient & non dicetur amplius quam vere vivit Dominus qui eduxit ex Ægypto filios Israelis?* responsio est, quod exitus Israelis ex Ægypto non commemorabitur ut fundamentum liberatæ servitutis, sed historia de exitu ex Ægypto tum legetur ut appendix ad exitum servitutis hodiernæ, quando reliqui Israelitæ ex omnibus mundi plagis reducti fuerint, uti extat versu 15. Hoc sensu dicitur de Jacobo quod nomen illius non amplius erit Jacob, sed Israel, cum tamen in posterum dicatur Jacob, sed sensus est, quod præcipuum ejus nomen erit Israel, & nomen Jacobi adjunctorium; sic argumentatur Lipman.

פרק ב היה קורא בתורה והגיע זמן המקרא אם כיון לבו יצא ואם לאו לא יצא בפרקים שואל מפני הכבוד ומשיב ובאמצע שואל כפני היראה ומשיב כדברי ר'מאיר ר' יהודה אומר באמצע שואל כפני היראה ומשיב מפני הכבוד בפרקים שואל מפני הכבוד ומשיב שלום לכל אדם :

Caput 2. Si cui in Lege ſupervenerit tempus recitationis, dummodo intento animo id fecerit abſolvitur; ſin minus, non abſolvitur. In clauſulis ſalutant honoris (a) ergo, & reſalutant; in medio timoris ergo ſalutant & reſalutant. Verba R. Meiri. At R. Juda dicit, in medio timoris ergo ſalutant, & honoris ergo reſalutant: in clauſulis honoris ergo ſalutant, & cuivis homini ſalutem reponunt.

R. OB. DE BARTENORA.

היה קורא בתורה *qui legerit in Lege*, nempe eo capite quo de Lectione *Audi* tractatur, ſi tum appropinquaverit tempus lectionis.

אם כיון לבו *ſi intenderit animum ſuum*, juxta id quod dicunt מצות צריכות כונה *præcepta requirunt attentionem*, neceſſe eſt ut exponamus illud כיון לבו, ut attendat ad ea quæ ipſi peragenda ſunt. Qui vero dicunt præcepta non requirere attentionem illi id exponunt de oratione *Audi*, quando dicit כיון לבו, de lectione juxta puncta, & conſequenter excludit eum, qui eum in finem legit ut corrigat iſtiuſmodi voces quæ admittunt literas defectivas ac ſuperfluas, ut non ſatisfaciat tali lectioni; nos vero ſequimur opinionem eorum qui dicunt præcepta requirere attentionem.

בפרקים *inter capita*, hæc ſunt illa capita quibus ſequenti verſu.

שאל כפני הכבוד *ſalutat propter honorem*, interrogat virum honoratum de ſalute, quem antevertat oportet, uti ſunt patres, magiſtri & ſapientes. *Et reſpondet*, non eſt neceſſe ut reſpondeat voce *pacis*, ſi eum prius ſalutaverit. ובאמצע *& in medio*, ſupple capitis: שאל כפני היראה *ſalutat propter timorem*, hominem quem timet ne eum occidat de ſalute interrogat, & reſpondet voce pacis, ei quem honore conſequitur. ומשיב שלום לכל אדם *& reponit pacem omni homini*, quicunque ipſum prius ſalutavit ei reponit pacem: deciſio eſt juxta R. Jehuda. Ubicunque interdictum eſt interrumpere, ibidem etiam interdictum eſt loqui cum aliquo in lingua Sancta uti in aliis linguis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זמן המקרא *tempus lectionis*, eſt unum ex temporibus lectionis *Audi*, de quo dictum capite præcedenti, tam veſperi quam manè.

אם כיון לבו *ſi intenderit animum*, ſi cor & mentem applicuerit lectioni, accuratè attendens ad puncta, non autem ad caput vel ſectionem quam legit.

יצא *ſatisfecit*, vult dicere eum peregiſſe quod ipſi incumbebat, ſcilicet obligationem legendi.

בפרקים *inter capita*, hæc ſunt capita lectionis *Audi*, quæ verſu 2. inſequenti exponuntur. R. Meyer dicit in principio illorum capitum ſalutandum eſſe *propter honorem*, quanto magis viro honorato, uti eſt pater, magiſter, aut ſapiens, & ſtudioſus legis.

מפני היראה *propter timorem*, ſalutabit eum quem timet, uti eſt homicida, & maleficus; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

SURENHUSIUS.

(a) Dicit quod in clauſulis orationum ſalutant honoris ergo, & in medio ſalutant & reſalutant timoris ergo, quæritur itaque quare hic non addat ſalutandum ac reſalutandum voce שלום, uti dicit in fine, ומשיב שלום לכל אדם *& omni homini reſpondet pacem*? reſponſio, quod Miſnæ auctor hoc modo loquendi iterum duos voluit dealbare parietes, nimirum, quod ad verba שלום כל אדם *pacem omni homini* nihil ſit addendum in reſalutatione, ſed quod honoris gratia erga parentem aut magiſtrum aliumve virum reverendum, & timoris gratia ob hoſtem aliquid poſſit addi præter vocem שלום, quia hoc non determinavit, quemadmodum in fine determinavit.

ב אלו הן בין הפרקי בין ברכה ראשונה לשניה בין שניה לשמע בין שמע לוהיה אם שמע בין והיה אם שמע לויאמר בין ויאמר לאמת ויציב ר' יהודה אומר בין ויאמר לאמת ויציב לא יפסיק א"ר יהושע בן קרחה למה קדמה שמע לוהיה אם שמע אלא כדי שיקבל עליו עול מלכות שמים תחלה ואח"כ יקבל עליו עול מצות והיה אם שמע לויאמר שוהיה אם שמע נוהג ביום ובלילה וויאמר אינו נוהג אלא ביום :

2. Clauſularum interſtitia hæc ſunt; inter orationem primam & ſecundam & *Audi*; inter *Audi*, & *Atque erit ſi audiendo*, inter *Atque erit ſi audiendo*, & *Et allocutus*; inter (b) *Et allocutus*, & *Verum & ſtabile*. R. Juda ait, inter *Et allocutus*, & *Verum & ſtabile*, non eſt ſubſiſtendum. Inquit R. Joſua Ben Korcha, quare præmittitur (c) *Audi*, τῷ *Atque erit ſi audiendo?* nimirum ut ſuſcipiant in ſe jugum Regni cœlorum primum, deinde vero in ſe ſuſcipiant jugum præceptorum. *Atque erit ſi audiendo*, τῷ *Et allocutus*, quia *Atque erit ſi audiendo*, obtinet interdiu noctuque: *Et allocutus*, 1 interdiu tantum.

R. OB. DE BARTENORA.

Inter benedictiones *Et locutus eſt*, & inter *verum ac ſtabile non conſiſtet*. quia Jeremiæ 10: 10. dicitur יהוה אלהים אמת, propterea non interrumpet inter אני יהוה אלהיכם & אמת; & ita deciditur quæſtio. Benedictio והיה אם שמוע *& fiet ſi audiveritis* legitur die ac nocte, quia Scriptum eſt ולמדתם אותם בניכם ſed doctrina Legis tam die quam nocte obtinet. Benedictio ויאמר *& locutus eſt* obtinet tantum die, quatenus illa comprehendit præceptum de peniculamento, quo non utuntur nocte, quia Scriptura dicit וראיתם אתו *& videbitis id*.

R. MOSCHE FIL MAIMON.

אינו נוהג אלא ביום *non obtinet niſi die*, ſenſus eſt, præceptum, quod dictum eſt in ſectione *Et locutus eſt Dominus* &c., eſſe præceptum de peniculamento, quod non obligat, niſi die, uti diximus; deciſio eſt ſecundum R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Interdiu tantum.*] Non quod pericopa hæc non ſit recitanda in Shema Veſpertina, quod falſum foret. Sed quod Præ-

SURENHUSIUS.

(b) Dicit non ſalutandum vel ſubſiſtendum inter ויאמר *& allocutus eſt*, & inter אמת ויציב *veritas & ſtabile*, & hoc probat

Præceptum in ea contentum de peniculamento gestando interdiu tantum obliget. Præceptum autem de תלמיד תורה, sive de *filiis in Lege instruendis*, quod in pericopa priore continetur, semper obtinet.

probat argumento à pari desumpto, nimirum quia Jerem. 10: 10. vox אלהים conjungitur eum אמת in una serie, quemadmodum igitur verba in uno loco non divelluntur, etiam non divelluntur in alio, ideo subsistet inter אמת ויציב quia ויציב non extat in textu.

(c) Quæritur in Mishna quare sectio שמע *Audi* Deut. 6. ancecedat והיה אם שמוע *& erit si audiendo* &c. Deut. 11. nec non eam quæ incipit ויאמר *& allocutus &c.* Num. 15. nam juxta ordinem Scripturæ ultima omnium prima est? propterea respondet sectionem *Audi* antecedere *Et erit si audiendo* &c., quia prima continet jugum regni cælorum, (fidei confessionem) secunda vero jugum præceptorum, & quod tertia tantum semel legatur ob peniculamentum induendum nimirum interdiu, cum aliæ bis mane & vesperi.

ג הקורא את שמע ולא השמע לאזנו יצא רבי יוסי אומר לא יצא קרא ולא דקדק באותיותיה רבי יוסי אומר יצא ר׳ יהודה אומר לא יצא הקורא למפרע לא יצא קרא וטעה יחזור למקום שטעה:

3. Qui recitaverit Shemam ita ut sonus ad (d) aurem suam non pervenerit, absolvitur. R. Joses ait, non absolvitur. Si inter recitandum literas non enunciaverit accurate, secundum R. Josen absolvitur: juxta R. Judam non absolvitur. Qui recitat præpostere non absolvitur: si inter recitandum erraverit, revertitor ad locum ubi erravit.

R. OB. DE BARTENORA.

R. Jose dicit לא יצא *non satisfecit*, quia Scriptura dicit שמע *Audi*, ideo necesse est ut aures audiant id quod ore pronunciat, primus vero doctor שמע exponit eo sensu ut clarè pronunciet in omni qua legerit lingua; & decisio est penes ipsum.

ולא דקדק באותיותיה *& non attenderit ad literas*, quando duas legit voces quarum posterior incipit litera qua antecedens finit, verbi gratia עשב, בכל לבבך, אבדתם מהרה בשרך inter quas voces si non faciat spatium aliquod inter legendum, fiet ut duas literas legat pro una.

R. *Jose dicit*, *satisfecit*, & decisio est penes ipsum; sed de industria attendendum est ad literas, ne quiescentem legat pro mobili, & vice versa; nec dagessatam pro non dagessata, & vice versa; sic etiam requiritur ut benè distinguat inter ז & ש in voce תזכרו, ne תשכרו legendo, videatur loqui de lucro, quoniam non licet servire Domino lucri causa.

הקורא למפרע *qui legerit præposterè*, legens versum tertium ante secundum & secundum ante primum, & sic porro. *Non satisfecit*, quia Deut. 6: 4. dicitur והיו הדברים *& erunt verba illa*, sint ergo in essentia sua oportet, & eo ordine quo eas Scriptura recenset. Nam si caput quod incipit à ויאמר antecedat sectionem quæ incipit à והיה; sic etiam si sectio quæ incipit à והיה אם שמוע antecedat שמע ישראל quandoquidem eo modo non legit præposterè, propterea satis fecit; quia eo ordine in Lege non sunt præscriptæ. וחוזר למקום אשר טעה *redeat ad locum quo erravit*, si de capite ad caput erraverit nesciens quo inceperit vel substiterit, redeat ad primum quo substitit, incipiendo à *Et fiet si audiendo audiveritis* &c. Sed juxta Maimonidem incipiendum à ואהבת את יהוה אלהיך. Si vero substiterit in medio capitis, ut caput quidem teneat quo erravit, at non locum quo in capite erravit, redeat ad principium illius capitis. Si legerit וכתבתם על המזוזות *& scribetis ea super postes*, nesciens autem an legerit vocem וכתבתם quæ occurrit in voce שמע ישראל, an vero in lectione והיה אם שמוע in qua eadem vox וכתבתם occurrit, reducendum est ipsi ad וכתבתם quod occurrit in lectione שמע ישראל; si vero adhuc dubitet postquam inceperit למען ירבו ימיך *ut multiplicentur dies vestri*, non redeat ad caput primum, quandoquidem consuetudinem linguæ & pronuntiationis persequitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דקדק באותיותיה *accuratè attendit ad literas*, quod fit, si accuratè attendat pronuntiationem labiorum, ne literam quiescentem legat pro mobili, & vice versa; neque unam literam cum alia confundat, aut nimia festinatione inter pronunciandum absorbeat aut transiliat, exempli gratia, si dictio præcedens finiat ea litera quâ sequens incipit, ut, בכל לבבך, אבדתם מהרה & similia, sed plura ejusdem generis exempla non est ut adferamus, cum ea melius ex ore magistri percipiuntur, qui ea inter pronunciandum discipulis ostendat.

יחזור למקום אשר טעה *redeat ad locum quo erravit*, uti dicitur in (e) Additamentis, si erraverit ab uno capite ad alterum, quo capite substiterit nesciens, convertat se ad primum; si in medio capitis erraverit, convertat se ad principium capitis; si erraverit in וכתבתם & וכתבתם quod deinceps occurrit, redeat ad vocem primam. למפרע *præpostere*, quando inter legendum loco sequentis versus legit antecedentem, & tandem tertium antecedentem, & sic porro. Decisio non est penes R. Jose, nec penes R. Jehuda, in eo quod dicitur לא יצא.

SURENHUSIUS.

(d) Lectio *Audi* ita perficiatur necesse ut sonus perveniat ad aures ejus qui legit, ad majorem legentis ad audientis convictionem, propterea quod Deus Israelem allocutus voce שמיעה *auditu*, cujus est השמע לאזניך *fac ut audiant aures tuæ*; Gemara.

(e) Quotiescunque dicitur בתוספות vel בתוספתא *in additamentis*, intellige decisiones & decreta Rabbinorum quæ præterito deindè tempore ad Gemaram illustrandam addita fuerunt, perinde ac si additamenta Gemaræ dicas, vide Buxtorfium in voce תוספתא.

ד האומנין קורין בראש האילן או בראש הנדבך מה שאינן רשאין לעשות כן בתפלה:

4. Artifices recitant in cacumine arboris, vel in summitate 1 parietis: quod in oratione facere non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

נדבך est *linea structuræ lapidum*, extat Esræ. 6: 4. נדבכין sunt parietes ex marmoreis lapidibus, & etiamsi opifices cadere potuissent, nihilominus non obligant eos sapientes ut descendant, quatenus lectio *Audi* non requirit accuratam intententionem nisi primo tantum versu.

מה שאינן רשאין לעשות כן בתפלה *id quod non est licitum illis facere in oratione*, quatenus illa est oratio in qua Deum supplicat requirit intentionem, & idcirco descendunt inferius ut orent cum attentione cordis.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Artificum consuetudo est parietes ædificare interjecto pulvere, ad constituendum duas tabulas in quarum medio projiciunt pulverem, expandentes illum instrumento ligneo ope manus, usque dum forma parietis sit bene ligata & firmata; postea tabulas illas ab ædificio removent, & hic mos fabricandi inter homines vocatur Arabicè טאפיה vel טאביה una autem tabula illarum duarum tabularum ad quas fabricant & parietem exstruunt, vocatur נדבך; & hic est verus sensus vocis, veritatique conformis.

Quod

Quod vero Mischa dicit בראש הנדבך *in summitate acervi lapidum*, intelligendum est de summitate sive suprema parte parietis, eo tempore quo eum exstruunt, expandentes & contundentes inter duas illas tabulas quæ vocantur נדבכין. Ratio autem, quare interdictum illis legere orationem, est nimia mentis ac cordis anxietas quæ eos ab intentione avocat; lectio autem שמע ישראל non requirit tantam cordis intentionem, nisi primus tantummodo versus.

GUISIUS.

1 *Parietis.*] Maimonides hic & ad Chel. XX. 5. notat multas cæspitasse in voce נדבך explicanda. Illam autem sic exponit, ut sit unus duorum asserum sex cubitos longorum, altorum circiter duos, qui interpositis lignis ad quamvis distantiam, pro crassitudine parietis, quem struere velis, continentur, usque dum ingesta terra in parietem dici נדבך addit; præsertim hoc in loco. Vulgo טאפיה, vel טאביה: uti ex Maimonide affert R. Tanchum Hierosolymitanus. Et certe Plinius docet *in Africa Hispaniaque ex terra* fieri *parietes, quos appellant fornaces, quoniam in forma circundatis utrumque duabus tabulis inficiuntur verius, quam instruuntur.* XXXV. 14. Fornaceos ejusmodi parietes ab Hispanis *Tapias* appellari notat Joh. de Laet ad Vitruv. II. 8. eadem plane voce, quam habet Maimonides. Sed certe quicquid dicat Maimonides, נדבך aliud esse, & revera lapidum ordinem, vel chorium, (ut dixerit Vitruvius) in Structura ordinaria denotare satis potest ex Midd. III. 7. Ohol. XIV. 1. Rectius ergo R. Tanchum aliorum autoritatem secutus, exponit per דומס & דואמס, quæ voces Græcæ sunt, in Architectorum Arabum usum receptæ. Notum satis quid sit δόμος Herodoto, LXX. Interpretibus, & Josepho; unde Vitruvio Structura Isodomus, & Pseudisodomus, prout δόμοι, i. e. ordines lapidum æquales fuerint, vel inæquales. Hujusmodi δόμος, sive chorum Hebræis dicitur נדבך, atque hic synecdochice ponitur pro ipso pariete. Sed de hac re plura ad Midd. III. 7. ubi etiam lucem allaturus sum duobus Josephi locis nondum satis intellectis. Quæ ibi dicturus sum hic non occupo.

ה חתן פטור מק"ש בלילה האי עד מוצאי שבת אם לא עשה מעשה מעשה ברבן גמליאל שקרא בלילה הראשון שנשא אמרו לו תלמידיו לא למדתנו רבינו שחתן פטור מק"ש בלילה הראשון אמר להם איני שומע לכם לבטל ממני עול מלכות שמים אפילו שעה אחת:

5. Sponsus immunis est à recitatione Shemæ nocte prima, & usque ad exitum sabbathi, nisi opus fecerit. Casus de Rabban Gamaliele, qui nocte prima, quum uxorem duxerat, recitavit. Cui discipuli; nonne docuisti nos Magister, sponsum immunem esse à recitatione Shemæ prima nocte? quibus ille; non ausculto vobis, ut à memet abrogem jugum regni cœlorum vel horulam unam.

R. OB. DE BARTENORA.

חתן, *Sponsus*, est is qui uxorem duxit in matrimonium. פטור מקריאת שמע לילה ראשונה *liber est a lectione Audi* &c. *prima nocte*, quandoquidem ille divertit cogitationes suas cum conjuge, an illam inveniat virginem; ego autem audivi rationem esse, quod timet ne incommodum contrahat per concubitum, nam & hoc itidem est præceptum; & præterea textus *quando incedis viam* Deut. 6. vult quod de causa incedendi obligatus est, non vero causa præcepti. אם לא עשה מעשה *si necdum actum egit*, si necdum matrimonio conjunctus fuerit cum ea usque ad exitum Sabbati, quæ sunt quatuor noctes quibus cogitationibus suis avocatur ab intentione legendi, sed ab hoc tempore & ulterius cor suum assuefactum est in sponsam; & post id tempus non amplius impeditur: sed si necdum copulam fecerit cum illa tenetur legere lectionem *Audi* &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nemo liber est à lectione *Audi* &c., nisi sit ipsi impedimento cordis intentio in causa præcepti, nam qui studet uni præcepto liber est ab alio præcepto; & si virginem in uxorem duxit liber est à lectione *Audi* &c., quatenus necdum eam sibi uxorem fecerit præ sollicitudine cordis sui quod eam non inveniet virginem, interim præceptis operam dans, nimirum præcepto de fructificatione & multiplicatione; sed si viduam in uxorem duxerit, tenetur legere lectionem *Audi* &c., quia, etsi occupetur Lege de multiplicatione, hoc ipsi non est impedimento ut cogitationibus suis avocetur. Sic etiam si aliquos dies sub conditione nuptiali cum illa conversatus fuerit, nec tamen eam sibi uxorem fecerit, non est ipsi tanta cordis sollicitudo, quandoquidem jam evanuit occupatio illa conjugii, & hic est sensus ejus quod dicitur אם לא עשה מעשה *si nondum fecerit actum*, id est, si nondum coierit cum ea, sed dilatum fuerit conjugium post Sabbatum usque, antequam duxerit illam, quo tempore sollicitudo cordis ipsi jam evanuit; & hoc est quod fecit R. Gamaliel cum majus sibi imponebat onus quam tenebatur.

SURENHUSIUS.

Sponsus immunis est à recitatione *Audi* &c. nocte prima (diei quarta hebdomidis) usque ad exitum Sabbathi; verum an etiam interdiu liber est à recitatione *Audi*? non, sed noctibus tantum, nam si dies etiam includerentur dixisset מלילה הראשון *à nocte prima* usque ad exitum Sabbathi. adeoque interdiu tenetur, sed quatuor noctes liber est. Illud tamen non impedit ut non legat quando persuasus est quod cum attentione legere possit, id quod à Gamaliele factum est.

ו רחץ בלילה האי שמתה אשתו אמרו לו תלמידיו לא למדתנו רבי' שאבל אסור לרחוץ אמר להם איני כשאר כל אדם אסטנים אני:

6. Lavit se nocte prima post mortem uxoris. Interrogaverunt eum discipuli; nonne docuisti nos Magister prohibitum esse lugenti sese lavare? respondit ille; ego non sum perinde ut cæteri homines; 2 infirmus enim sum.

R. OB. DE BARTENORA.

רחץ לילה הראשון שמתה אשתו *lavit se nocte prima* &c. non obstante quod non licet lugenti se lavare aquis.

אסטנים *infirmus*, *languidus*, & *frigidus*; derivatur à צנה *frigus* (sed potius à græco ἀσθενής;) & incommodum passus esset si non lavisset se, neque illicitum est se lavare in diebus luctus, nisi lotione quæ sit oblectationis gratia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc lotio peracta fuit aquis calidis, lugenti vero non licitum est se lavare calidis.

אסטנים *infirmus*, dicitur is qui corpore figet, derivatur à voce צנא *frigus*, etiamsi scribatur cum samech; non multoties invenitur in nostra lingua.

G U I S I U S.

2 *Infirmus.*] אסטנים. Græcum est ἀσθενής. Ideo balneo utor.

ז וכשמת 7. Cum-

PHYLACTERIORUM PERICOPA I.

וידבר יהוה אל משה לאמר קדש לי כל בכור פטר כל רחם בבני ישראל באדם ובבהמה לי הוא ויאמר
משה אל העם זכור את היום הזה אשר יצאתם ממצרים מבית עבדים כי בחזק יד הוציא יהוה אתכם מזה
ולא יאכל חמץ היום אתם יצאים בחדש האביב והיה כי יביאך יהוה אל ארץ הכנעני והחתי
והאמרי והחוי והיבוסי אשר נשבע לאבתיך לתת לך ארץ זבת חלב ודבש ועבדת את העבדה
הזאת בחדש הזה שבעת ימים תאכל מצת וביום השביעי חג ליהוה מצות יאכל את שבעת
הימים ולא יראה לך חמץ ולא יראה לך שאר בכל גבלך והגדת לבנך ביום ההוא לאמר
בעבור זה עשה יהוה לי בצאתי ממצרים והיה לך לאות על ידך ולזכרון בין עיניך למען
תהיה תורת יהוה בפיך כי ביד חזקה הוצאך יהוה ממצרים ושמרת את החקה
הזאת למועדה מימים ימימה

II.

והיה כי יבאך יהוה אל ארץ הכנעני כאשר נשבע לך ולאבתיך ונתנה לך והעברת כל פטר רחם
ליהוה וכל פטר שגר בהמה אשר יהיה לך הזכרים ליהוה וכל פטר חמר תפדה בשה
ואם לא תפדה וערפתו וכל בכור אדם בבניך תפדה והיה כי ישאלך בנך מחר
לאמר מה זאת ואמרת אליו בחזק יד הוציאנו יהוה ממצרים מבית עבדים ויהי
כי הקשה פרעה לשלחנו ויהרג יהוה כל בכור בארץ מצרים מבכר אדם ועד בכור
בהמה על כן אני זבח ליהוה כל פטר רחם הזכרים וכל בכור בני אפדה והיה
לאות על ידכה ולטוטפת בין עיניך כי בחזק יד הוציאנו יהוה ממצרים

III.


שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד ואהבת את יהוה אלהיך בכל לבבך ובכל
נפשך ובכל מאדך והיו הדברים האלה אשר אנכי מצוך היום על לבבך ושננתם
לבניך ודברת בם בשבתך בביתך ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך וקשרתם לאות על
ידך והיו לטטפת בין עיניך וכתבתם על מזזות ביתך ובשעריך

IV.

והיה אם שמע תשמעו אל
מצותי אשר אנכי מצוה אתכם היום
לאהבה את יהוה אלהיכם ולעבדו
בכל לבבכם ובכל נפשכם ונתתי מטר
ארצכם בעתו יורה ומלקוש ואספת דגנך
ותירשך ויצהרך ונתתי עשב בשדך
לבהמתך ואכלת ושבעת השמרו
לכם פן יפתה לבבכם וסרתם ועבדתם
אלהים אחרים והשתחויתם להם וחרה
אף יהוה בכם ועצר את השמים ולא
יהיה מטר והאדמה לא תתן את יבולה
ואבדתם מהרה מעל הארץ הטבה אשר
יהוה נתן לכם ושמתם את דברי אלה
על לבבכם ועל נפשכם וקשרתם
אתם לאות על ידכם והיו לטוטפת
בין עיניכם ולמדתם אתם את
בניכם לדבר בם בשבתך בביתך
ובלכתך בדרך ובשכבך ובקומך
וכתבתם על מזוזות ביתך ובשעריך
למען ירבו ימיכם וימי בניכם על
האדמה אשר נשבע יהוה לאבתיכם
לתת להם כימי השמים על הארץ

MEZUZÆ PERICOPA

שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד
ואהבת את יהוה אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך
ובכל מאדך והיו הדברים האלה אשר
אנכי מצוך היום על לבבך ושננתם לבניך
ודברת בם בשבתך בביתך ובלכתך בדרך ובשכבך
ובקומך וקשרתם לאות על ידך והיו לטטפת
בין עיניך וכתבתם על מזזות ביתך
ובשעריך והיה אם שמע
תשמעו אל מצותי אשר אנכי מצוה אתכם היום
לאהבה את יהוה אלהיכם ולעבדו בכל לבבכם
ובכל נפשכם ונתתי מטר ארצכם בעתו יורה
ומלקוש ואספת דגנך ותירשך ויצהרך
ונתתי עשב בשדך לבהמתך ואכלת ושבעת
השמרו לכם פן יפתה לבבכם וסרתם ועבדתם
אלהים אחרים והשתחויתם להם וחרה
אף יהוה בכם ועצר את השמים ולא יהיה
מטר והאדמה לא תתן את יבולה ואבדתם
מהרה מעל הארץ הטבה אשר יהוה נתן
לכם ושמתם את דברי אלה על לבבכם ועל
נפשכם וקשרתם אתם לאות על ידכם והיו
לטוטפת בין עיניכם ולמדתם אתם את
בניכם לדבר בם בשבתך בביתך ובלכתך בדרך
ובשכבך ובקומך וכתבתם על מזוזות ביתך
ובשעריך למען ירבו ימיכם וימי בניכם על
האדמה אשר נשבע יהוה לאבתיכם לתת
להם כימי השמים על הארץ


צורות התפילין עם הקשרים
A
ש' מד' ראשים
B
C
ש' מג' ראשים
ש' שוקעת
D
צורת מזוזה בשפופרת
שדי
E
ש' מד' ראשים מקמטי העור
F
ש' מג' ראשים מקמטי העור
G
צורת תפילין של יד
קשר כמנהג אשכנז
קשר כמנהג ספרדים
H
צורת תפילין של יד
קשר כמנהג ספרדים
I
ש' מד' ראשים באופן אחר
K
תוכר ומעבורת
ש' מג' ראש' באופן אחר
קשר כמנהג אשכנז
ע' יצחק סופר

TABULÆ

De Capitis Manuſque Phylacteriis, nec non de Mezuzâ, eorumque Pericopis more antiquo æri inciſis.

Diu dubitavimus, Lector, an tibi hic Phylacteriorum ac inſtrumenti illius Meſuſæ figuras hoc loco daremus, quia de illis pluribus agitur in codice Menachot capite tertio Miſna ſeptima. Cæterum, quoniam in hoc codice Berachot toties harum rerum mentio fit, & Phylacteriorum tantus cum precum formulis eſt uſus ac cognatio, ut illæ de die recitari nequeant, niſi quis his indutus ſit, eo deducti ſumus ut hoc potiſſimum loco eas exhiberemus. Tum etiam, quia Rabbi Iſaci Eccleſiæ Germanorum Judæorum Scribæ, atque horum inſtrumentorum opificis opera libenter uti voluimus, utpote in hac arte quam ullus unquam alius magis verſati, ut abſque eo nobis tot ac tam diverſorum Phylacteriorum copia nunquam fieri potuiſſet; neque ea auctoritate ac fide a quoquam Chriſtiano opifice exſculpi, quamquidem ab ipſo qui & antiquitatem juxta ac artificium eorum quam eruditiſſime callet. Præterea in primis accurati in illis eſſe voluimus, quod hic ritus de Lege Dei illis membranis inſcribenda, & capiti, manui, domuique affigenda, ſit omnium ejus in populum ſuum beneficiorum primum, Sanctiſſimumque teſtimonium ac Symbolum, quo in amicitiam ejus recipiebatur, a Gentibus ſecernebatur, & ſoli Deo conſecrabatur. Huc quoque accedit, quod reliqui ritus non ſunt omnium temporum, neque locorum, hi vero æternitatem quandam ſpirare videntur; cum extra terram Iſraelis quoque obtineant.

Horum vero monumentorum originem ab homine peccatore arceſſimus, peccato enim in mundum introducto, hominum ingenia indies magis magisque deturpabantur, mens corpori immerſa ſuccumbebat, judicium deficiebat, ipſa voluntas & amor erga Deum langueſcebat, quia ſpiritus illius in homine intus non agebat amplius, ut mirum quantum mutatus ſit a primo illo perfectionis ſplendore, quo Deum creatorem, ſeipſum, & quicquid operum divinorum eſſet, oculis mentis contemplabatur, atque ipſas Dei perfectiones ſingulis momentis meditabatur. In primis itaque neceſſarium videbatur ut ea quæ peccati invidia dilapſa erant, ſeveris legibus vincirentur, libidines comprimerentur, Lex reſtitueretur, ipſiusque virtus in homine innovaretur. Quod aliter fieri non poterat quin homo ferus, imbellis, ac effrenatus, hiſce divinæ Legis loris, tanquam freno quodam imbellium beſtiarum capiti ac collo imponendo, vinciretur, ut imbellis & effrenata illius natura ſubjugaretur, & continuo Legis aſpectu Deo obediens ſubjiceretur, atque omnia peccati vulnera curaret. Secum cogitans quanto bono excidiſſet, utpote qui ſponte ac ipſa natura duce olim ad ea quæ jam corporalibus oculis reſpiciebat, ferebatur. Et cum ratio omneſque animi motus, atque adeo tota mens potiſſimum in cerebro reſidere aſſeritur, Deus voluit ut Lex capiti appenderetur, dicens, והיו לטטפת בין עיניך ut hac imaginatione inane hominis cerebrum divinis legibus eo vehementius afficeretur, &, ſi fieri poſſet, impleretur; & ut hoc modo quam primum ſe corrigeret anima rationalis, vel etiam ſibi caveret ne tale quid inpoſterum committeret. Porro cum ope manuum noſtrarum plurimas ac graviſſimas a mente noſtra determinatas actiones exequi ſolemus, idcirco voluit ut manui Lex apponeretur; dicens, וקשרתם לאות על ידך & cum ſiniſtra manus cordi proxima ſit, ei potius quam dextræ apponenda erat; ideo dicit, והיו הדברים האלה אשר אנכי מצוך היום על לבבך.

Tandem, ne ullus locus vel ullum tempus homini deeſſet, quo minus Legem Dei meditaretur, præcepit quoque ut ea domuum poſtibus affigeretur, ut, ſimulac ex agro à labore ſuò domum peteret, prius in ipſo limine Deum ſalutaret, ne nimio labore defatigatus eum oblivıſceret, vel privatim quid monſtri aleret, quod Legem Dei ejuſque miracula infirmare poſſet. Ita ut nulla non occaſione, tempore, & loco Iſraelitæ de meditatione Legis admonerentur, & divinis præceptis quaſi veſtiti ac muniti eſſent ad hoſtes ſuos profligandos; quemadmodum de hujuſmodi ſpiritualibus armis Apoſtolus loquitur in ſuis ad Epheſios litteris capite ſexto. Ideo Deus tam magnifice de populo ſuo apud Jeſaiam cap. 49. 16. הן על כפים חקתיך חומתיך נגדי תמיד Et ipſa Eccleſia Pſal. 16, 6. חבלים נפלו לי בנעימים & deinceps verſu 8. שויתי יהוה לנגדי תמיד

Cæterum Inſignia illa quæ capiti ac manui applicantur communi nomine תפילין appellata ſunt, quaſi *Precatoria* dixeris. Sed in Novo Teſtamento φυλακτήρια dicuntur, qui a in iis verba Legis aſſervantur, quaſi Legis *Aſſervatoria* dixeris.

Antequam vero ad ipſam Phylacteriorum capitis ſtructuram accedamus, octo, juxta Maimonidem Hilchet Tphillin capite tertio Halacha prima, obſervandæ ſunt deciſiones Moſaicæ a monte Sinai, quarum una neglecta totum negotium ſit irritum. (1) שיהיו התפילין מרובעות ותפירתן ברבוע *ut Phylacteria ſint quadrata; & ſutura eorum ſequantur ductum quadrum.* (2) אלכסונן ברבוע עד שיהיה להן ארבע זויות שוות ושיהיה בעור של ראש צורת שין מימין ומשמאל *ut diagonalia ſint in quadrum, uſque dum habuerint quatuor latera æqualia; & in pelle Phylacterii capitis ſit figura litteræ* ש *a dextra & a ſiniſtra.* (3) שיכרוך הפרשיות במטלית ושיכרוך אותן בשיער מעל הכטלית *ut ſectiones Legis membranis inſcriptas fruſto pergameni involvat, & pilis exterius quoque involvat.* (4) שיכניסן בבתיהן *ut eas ædiculis ſuis indat.* (5) שיהיו תופרין אותן בגידין *ut ſuant Phylacteria nervis.* (6) שעושין להן מעבורת מעור החפוי שתכנס בה הרצועה עד שתהא עוברת והולכת בתוך תובר שלה *ut adaptent illis trajectum*

 (ſive


(sive foramen per quod ligula trajicitur) *e pelle coopertum, ut illum ingrediatur lorum, atque egrediatur.* (7) שיהיו הרצועות שחורות *ut lora sint nigra.* (8) שיהיה הקשר שלהן קשר ידוע בצורת דלת *ut ligatura sive nodus exhibeat figuram litteræ* ד. videsis diversam nodi constringendi figuram juxta Germanos Lusitanosque Judæos in litt. A. & K. His præmissis, Halacha secunda pergit ad ipsam Phylacteriorum capitis constructionem, dicens, *Quomodo conficiunt Phylacteria capitis? accipiunt lignum quadrum, cujus longitudo æqualis est latitudini, & altitudo prope eadem. Si vero altitudo sit latitudine paulo major aut minor, nihil refert; nam ad hoc tantum accurate attendendum est ut Longitudo respondeat latitudini. Deinde tres in eo effodiunt foveas sive incisuras, ut quatuor ei ligno sint capita, juxta hanc figuram* (vide figuram A.) *Tum accipiunt pellem eamque aquis macerant, ligno imponunt, & in singulas illius incisuras eam introducunt, & flaccidam reddunt, ut undiquaque macerata sit, donec fecerint figuram litteræ* ש *tribus capitibus instructa, a dextra induentis Phylacteria, & quatuor ab induentis sinistra.* Vide figuras nostras ad litteras B. & C. (quarum primum dicitur שׁ שוקעת eo quod in profundo subsidet, & non attingit fundum, quia Mosi in monte Sinai a Deo duæ ostensæ hujus literæ figuræ, una trium, quæ dicitur בולטת *protuberans*, altera vero quatuor capitum, quæ dicitur שוקעת *subsidens*, quia in fundo subsidere ac disparere videbatur.)

Præterea Halacha tertia mustricclam ligneam non eximendam esse monet antequam pellis probe exaruerit; ideo dicit, *Et relinquunt pellem donec exaruerit; deinceps pellem e mustricula lignea extrahit, eamque quatuor ædiculis vacuis ornatam comperit. Quo facto, singulis ædiculis singulas Legis Sectiones indit; & postea partem aliquam de corio inferius, eamque consuit a quatuor lateribus; & de corio inferiori spatium aliquod, in quod lorum ingrediatur, quasi in laqueolum* מעבורת dictum. Vide figuram Litteræ K.

Sequuntur manus Phylacteria, quæ tamen juxta Legis ordinem præcedunt, quia Deus manu forti eduxerat populum suum ex Ægypto, & quia applicantur cordi, totius hominis fonti & cerebro excellentiori. Porro hoc modo parari solent, juxta Maimonidem Halacha quarta hujus tertii capitis *Manus Phylacteria quomodo parantur? accipiunt lignum quadrum, cujus longitudo latitudini æqualis est, altitudo fere æquipollens digito, vel paulo magis minusve. Et obvolvunt illud in pelle macerata, pellemque relinquentes in mustricola lignea donec exaruerit; deinde pellem extrahit, & quatuor Legis Sectiones immittit in concavum illud spatium, & reducit marginem infra pellis particulam, consuitque ad quatuor latera, relicto tamen spatio quod pro lori laqueolo superest.*

Ostensa tum capitis tum manus Phylacteriorum constructione externa, ordo postulat ut de interno eorum statu dicamus, sive de quatuor Legis Sectionibus quæ illis includuntur, de quibus ita autor noster Halaoha quinta capitis tertii, *Quomodo ordinant Sectiones in Phylacteriis capitis? immittit Sectionem ultimam, quæ est, & erit si audiendo &c. in ædiculam primam, quæ est a dextra induentis; & audi &c. ei proximam; & eam quæ incipit, Et erit quum introduxerit, te in ædiculam tertiam huic proximam; & tandem illam quæ est, Sanctifica mihi &c, in ædiculam quartam, quæ est ab induentis sinistra, ut legat id quod ante faciem ejus est e regione induentis, legens secundum hunc ordinem, uti hac ostendit figura; si vero hunc quis immutaverit ordinem, illegitimus est Sectionum ordo.*

Sectio quarta induentis sinistra est, legentis vero dextra.




Sectio prima induentis dextra est, legentis sinistra.

Sed juxta Rabbenu Tam. Rabbenu Hai. & R. Abraham Bar David hoc ordine disponuntur.

Induentis sinistra

Legentis dextra



Induentis dextra

Legentis sinistra

Sequitur ordo sectionum quæ inseruntur Phylacteriis manus, de quibus auctor Halacha Sexta, hisce verbis; תפלת של יד בד׳ דפין בעור א׳ ארוך כספר תורה על סדורן בתורה כגון זה ואם כתבן על ארבע עורות והכניסן בבית אחד יצא ואינו צריך לדבקם *Manus Phylacteria scribunt in quatuor tabulis unius membranæ oblongæ, instar Legis voluminis, eo quo Legis Sectiones dispositæ sunt ordine, uti constat ex hac figura. Si vero quis eas conscripserit in quatuor membranis, & in unam immiserit ædiculam, tamen satisfecit, nec necesse est ut eas conjungat.*

והיה	שמע	והיה	קדש
אם	ישראל	כי	לי כל
שמע		יביאך	בכור

Quando hoc modo parata sunt tam capitis quam manus phylacteria, necesse est ut sectiones in membrana conscriptas probe convolvat a principio usque ad finem, vide Halacham septimam. Membranis convolutis, necesse est ut eas in ædiculas immittat, & tegumento pelliceo colliget, addito pilo pecoris vel animalis puri, & pilo e cauda vitulina; vide Halacham octavam. Cum ita adimpleta sunt Phylacteria Legalibus his membranis, consuunt ea nervis e calce pecoris vel animalis puri petitis, quos lapidibus emolliunt, si duriusculi sint, donec facti sunt instar fili lini; vide Halacham nonam. Sed in iis consuendis hic tenendus est modus, nempe, ut consuant in quadrum, ut inter quamlibet futuram relinquatur aliquod spatium, ut ad quodlibet latus tres sint futuræ, in totum duodecim, sive in manus sive in capitis futuris; si vero quis decem vel quatuordecim fecerit, totum tamen negotium inde non fit irritum; ita Halacha decima. Phylacteriis consutis circumspiciendum est an intervalla illa ædiculas dividentia, quæ חריצין *foveas* appellant, pertingant usque ad locum futuræ, & probe dignosci queant, cæteroquin illegitima sunt; ita Halacha undecima.

Restat paratio lori, de quo hoc sensu Halacha sequenti, *Quomodo construunt lora? accipiunt lorum coria*

coriaceum, cujus latitudo ſit ut longitudo grani hordeacei; ſi vero latius fuerit lorum, nihilominis legitimum eſt. Caterum longitudo lori capitis hujuſmodi ſit, ut caput cingat, & nodus ex eo ligetur, atque duæ illius extremitates ab utraque parte dependeant uſque ad umbilicum, aut paulo ſuperius. Manus vero lori longitudo ſit ea qua brachium cingat, & ligatura exinde fiat, lorumque ſemel propendeat ſuper digitum medium, & ex illo digitum circumvolvat tribus involucris, & deinceps colligat: ſi vero lorum grani hordeacei menſuram ſuperet, tamen legitimum eſt.

Confectis loris, ordo poſtulat ut agamus de illorum ligandi modo, de quo hoc ſenſu auctor noſter Halacha decima tertia, *Et introducit lorum capitis in laqueolum ejus, ſuccingitque juxta capitis menſuram, ligans ligaturam quadratam inſtar figuræ literæ* (ד)*, atque hanc ligaturam neceſſe eſt ut intelligat quilibet diſcipulus ſapiens; ſed haud facile pingi poteſt, niſi ad oculum demonſtretur. Pari modo in loro manus ligat ligaturam in modum literæ* (י)*, dummodo lorum manus aſcendat & deſcendat in ligatura, ut dilatari conſtringique poſſit quando quis illud circum manum ligare velit.* De externa lororum ſpecie notandum eſt, quod ea ſit nigra, & hoc juxta traditionem Moſis e Sinai; ſed interior viridis vel alba eſſe poteſt, non rubra; dummodo קציצה *cellulæ* color conveniat cum colore lori; vide Halacham decimam tertiam. Requiritur etiam ut lorum in nomine ſuo factum ſit, ibid. Opifices Phylacteriorum debent eſſe Iſraelitæ, propterea quod figura literæ Schin in corio legitime imprimenda ſit; idcirco, ſi Samaritanus ea contexerit, vel conſuerit, illegitima ſunt; idem judicium eſto de omni eo qui illegitimus eſt ad ſcribendum, ut etiam illegitimus habeatur ad conſtruendum; Halacha decima ſexta. Neque commutare licet Phylacteria capitis cum Phylacteriis manus, ſic etiam neque lora; quia id quod majoris eſt ſanctitatis non fiat minoris ſanctitatis Halacha ſequenti.

Abſoluta Phylacteriorum eorumque lororum ſtructura, uſus vult ut induantur, de quo auctor noſter capite quarto Halacha prima; *Quomodo induunt Phylacteria capitis? applicant ea vertici ſive termino pilorum, qui eſt e regione faciei, eſtque locus quo cerebrum infantium vacillat, & cranium non ſtatim occluditur. Præterea requiritur, ut in media capitis parte collocentur, & ſint inter oculos, & ligatura in altitudine cervicis ubi cranium deſinit.* De manus Phylacteriorum ligandorum modo hoc ſenſu ſcribit Halacha ſecunda; *Phylacteria manus ſiniſtræ applicantur calamo brachii, ubi caro intumeſcit, quod eſt inter humeri & brachii juncturam, ut, ſi axilla cum coſtis conjungatur, Phylacteria ſint e regione cordis; quomodo obſervetur id quod dictum eſt* Deut. 6, 6. *Et erunt verba illa ſuper cor tuum.*

Tempus induendorum Phylacteriorum eſt interdiu, de quo ita auctor noſter Halacha decima, *tempus induendorum Phylacteriorum eſt interdiu, non vero noctu; quia dictum eſt Exod. 13, 10. a die ad diem.* Atque hoc eſt *præceptum de Phylacteriis. Neque Sabbatum vel dies feſtus ſunt tempus quo Phylacteria induantur, quia ſcriptum eſt* Exod. 13, 9. *Et erit tibi in ſignum. Sed Sabbatum atque ipſi dies feſti per ſe ſigna ſunt. Ex quo igitur incipit induendi tempus? ex quo quis ſocium quatuor ulnis diſtantem dignoſcere poſſit, uſque ad ſolis occaſum.*

Abſolutis iis quæ de capitis ac manus Phylacteriis dicenda erant, ſupereſt ut de Mezuza paucis dicamus, cujus figuram tibi conſpiciendam damus ad literam D. Sed antequam de forma illius verba faciamus, juxta Maimonidem Hilchot Mezuza capite ſexto Halacha prima & deinceps, decem præmittendæ erunt conditiones de domiciliis eorumque poſtibus quibus Mezuza affigenda ſit, quarum una ſi deficiat, habitator liber eſt a præcepto Mezuzæ. Prima eſt, שיהיה בו ארבע אמות על ארבע אמות או יותר *ut in domicilio ſit ſpatium quatuor cubitorum in quadrum aut magis.* Secunda, שתהיה לו שתי מזוות *ut ei ſint duo poſtes.* Tertia, שתהיה לו משקוף *ut ei ſit ſuperliminare.* Quarta, שיהיה לו תקרה *ut ei ſit tabulatum.* Quinta, שיהיו לו דלתות *ut ei ſint fores.* Sexta, שיהיה השער גבוה עשרה טפחים או יותר *ut porta decem palmos alta ſit, aut magis.* Septima, שיהיה הבית חול *ut domus profana ſit.* Octava, שיהיה עשוי לדירת אדם *ut factum ſit in habitationem hominis.* Nona, שיהיה עשוי לדירת כבוד *ut factum ſit in habitationem honorificam.* Decima, שיהיה עשוי לדירת קבע *ut factum ſit in habitationem fixam.* Et propterea Halacha ſecunda excipiuntur a Mezuza ejuſmodi domicilia cui non ſunt quatuor cubiti in quadrum; & ſi in eo tantum ſit ſpatii quantum ſatis eſt ad conficiendum quatuor rectos cubitos in quadrum, etiamſi ſit formæ circularis, aut quinquangularis, non tamen neceſſe eſt ut dicamus, illud teneri ad Mezuzam, ſi longitudo ejus ſuperet latitudinem, quia in eo datur ſpatium quo compleri poſſit menſura quatuor cubitorum in quadrum.

Sic etiam אכסדרה *ἐξέδρα* ſive locus cui ſunt tres parietes & tabulatum, etſi ei ſint duo poſtes in quadrum, liber eſt ab obligatione Mezuzæ, eo quod poſtes illi facti ſunt ad conſtituendum tabulatum, non propter januam. Pariter tabulatum cui non ſunt parietes, ſed undiquaque nititur fundamentis ſuis, etſi formam domus habeat, tamen liberum eſt, quia ei non ſunt poſtes ad januam, ſed ad tabulatum ſuffulciendum facti; Halacha tertia.

Domicilium cui eſt poſtis ab hac & illa parte, & fornix in modum arcus ſuper duobus poſtibus ſuperliminaris, ſi poſtes decem palmos & plus contineant in altitudine, tenetur ad Mezuzam; at ſi non decem ei ſint palmi, liberum eſt; quia ei non eſt ſuperliminare; Halacha quarta.

Domicilium cui non eſt tabulatum, liberum eſt a Mezuza. Si vero partim tabulato inſtructum ſit, partim non, videtur mihi, quod, ſi tabulatum eſſet e regione januæ, tenetur ad Mezuzam, & fores conſtituendæ ſunt, deinde affigunt Mezuzam; Halacha quinta.

Mons Templi, conclavia, atria, Eccleſiæ, & Scholæ, in quibus non eſt locus continuæ habitationis, libera ſunt, eo quod illa ſunt Sanctitas. Eccleſia pagorum, in qua viatores commorantur, tenetur ad Mezuzam. Sic etiam Eccleſia urbium, ſi in ea ſit locus habitationis, tenetur. Nullis portis Sanctuarii erant Mezuzæ porta Nicanoris excepta, & illa interioribus, nec non conclavi Parhedrin, quia hoc conclave erat locus habitationis pro pontifice Maximo intra ſeparationis dies, Halacha ſexta.

Domus ſtraminea, domus jumenti, domus lignorum, domus promptuarii liberæ ſunt a Mezuza, quia in Lege ſcriptum eſt ביתך *domus tua*, id eſt domus habitationi deſtinata, his & ſimilibus exceptis. Propterea caula jumenti in qua mulieres ſedere ſolent, ſeque exornare, tenetur ad Mezuzam, quia habitationi hominis deſtinata eſt. Libera autem ſunt a Mezuza domus portæ, Exedra, porticus, hortus, & caula ovium, quia non facta ſunt in habitationem. At ſi domus illæ quæ ad Mezuzam tenentur, aperiantur verſus hæc loca, tenentur ad Mezuzam; Halacha ſeptima.

Idcirco, ſive portæ atriorum, ſive portæ introituum, ſive portæ urbium מדינות dictarum, ſive portæ urbium עיירות *dictarum*, omnes tenentur ad Mezuzam, nam domicilia quæ tenentur ad Mezuzam aperta ſunt in illis. Et quamvis decem ſint domus quarum una verſus aliam aperta eſt, omnes tamen tenentur ad Mezuzam, quoniam interior tenetur. Ideo dixerunt, porta quæ aperta eſt ex horto in atrium, tenetur ad Mezuzam; Halacha octava.

Domus ſecreta, & balneum, Lavacrum, officina coriaria, & ſimilia loca libera ſunt a Mezuza, quia ſed, hominum honorificæ deſtinata non ſunt. Tabernaculum feſti Schenopegiorum, & domus in navi extructa libera ſunt a Mezuza, eo quod non facta ſunt in habitationem fixam. Si duo ſint tabernacula figulorum, quorum unum continetur in altero, exterius liberum eſt a Mezuza, eo quod non fixum eſt. Tabernæ quæ ſunt in plateis, liberæ ſunt, eo quod non ſunt fixæ in habitationem; Halacha nona.

Domus cui multæ ſunt januæ, etſi per eas non ingredi neque ex iis egredi ſoleant domeſtici, ſed ex una illarum tantum, tenetur cuilibet januæ affigere Mezuzam. Oſtium parvum quod eſt inter tabulatum, tenetur ad Mezuzam. Cubiculum ſive penetrale חדר dictum, etſi unum contineatur in altero, tenetur tamen facere Mezuzam ad portam interioris

&

& exterioris cubiculi, ut & ad portam domus, quia omnes factæ sunt in habitationem, & destinatæ; Halacha decima.

Sequitur Mezuzæ januis affigendæ ritus, de quo hoc sensu auctor Halacha duodecima. *Quomodo infigunt Mezuzam? in medio aperturæ januæ in spatio palmi qui proximus est exteriori lateri in principio tertiæ partis superioris altitudinis portæ; si vero paulo superius affixerit, licet tamen. Oportet ergo ut a superliminari interstitium palmi sit, & ad dextram ingredientis domum affigatur; at si ad sinistram infixerit, inepta est. Domus duorum possessorum tenetur ad Mezuzam.*

Et hæc quantum ad Phylacteriorum & Mezuzæ externam speciem delibasse sufficiet, restat ut de eorum membranis Legisque pericopis illis inclusis, breviter agamus. Et cum inter nos pauci inveniuntur qui Legem Mosis litteris Hebraicis in pergameno manuscriptam viderint, non extra oleas fore putavi, si specimen aliquod accuratissimum, antiquum, & genuinis illis quibus populus Israeliticus Legem Dei a Mose scriptam litteris & apicibus accepisse affirmat, vobis a Rabbino Isaco cujus jam mentionem fecimus æri incisum proponeremus, ut illius speciminis ope de reliquis S. S. litteris manuscriptis vobis eo clarius constaret. Videtis ergo hic quatuor Legis pericopas, quarum singulæ singulis Phylacteriorum capitis ædiculis insertæ sunt; prima extat Exod. 13, 1,--10. Secunda versu 11--16. Tertia Deut. 6, 4--9. Quarta Deut. 11, 13--21. De harum vero pericoparum scriptura quædam notanda erunt, tum quod ad litteras tum quod ad apiculos earum. Quod ad litteras notandum est, ne litteræ defectivæ scribantur plenæ, vel plenæ scribantur defectivæ, quod si factum fuerit, tota scriptura irrita est. Et ne litteræ clausæ scribantur apertæ, nec vice versa; similiter, ut distinctio adhibeatur inter litteras quodammodo consimiles, uti sunt י & ו, ב & כ, ד & ר, cæterasque. Præterea quod ad ipsarum litterarum characterem notari debet, eum non nisi recte quadrangularem, eoque modo quo eum a Mose acceptum ferunt, conscribendum esse qui כתב אשורית *Scriptura beata* dicitur. Deinde attendendum est ad litterarum apices, κεραίας Græcis dictas, qui supra voces coronularum instar prominent, quare & Hebræis תגין & כתרות *coronæ* dicuntur, Et Maimonidi זיונין *armaturæ* sive *galericuli*. Differunt autem parumper inter se Lusitanorum atque Germanorum Judæorum apices qui in Legis manuscriptis inveniuntur, ubi enim Lusitani supra litteram habent tres apices cum tribus punctis superius, in modum coronulæ, ibi Germani habent tres tantum apices, cujus differentiam lectori conspiciendam dedimus in hac tabula: nam Phylacteriorum pericopæ juxta Judæorum Germanorum exemplaria exsculptæ sunt, Mezuzæ vero pericopa juxta Lusitanorum codices. De hac autem apiculorum signatura observanda est hæc regula, quod litteræ שעטנזגץ singulæ signandæ sunt tribus apiculis, בדיקה singulæ uno apiculo, quoties in Lege occurrant.

Præterea Maimonides capite secundo Halacha prima in specie notat de Litterarum quarundam apiculis qui in quatuor Phylacteriorum pericopis occurrunt, ut, quod in pericopa prima littera ultima vocis מימים instruenda sit quatuor apiculis. In secunda pericopa quinque occurrunt litteræ ה, quæ quatuor apiculis notandæ sunt, quarum prima est ה vocis ונתנה; secunda ה initialis vocis הקשה, & tertia ejusdem vocis finalis littera ה; quarta littera ה vocis ויהרג; quinta est littera ה vocis ידכה. Pericopa tertia etiam quinque occurrunt, cujusmodi sunt ק vocis ובקומך, quæ tribus gaudet apiculis; & ק vocis וקשרתם tribus apiculis, nec non duplex ט & פ vocis לטטפת tribus apiculis. Pericopa quarta itidem quinque comprehendit litteras, ut, פ vocis ואספת instructa est tribus apiculis, & ejusdem vocis ת uno tantum, sed duplex ט & ת vocis לטוטפת singulæ quatuor apicibus. Omnes itaque ejusmodi litteræ apicibus peculiari modo in quatuor hisce pericopis instructæ, si enumerantur, sedecim sunt; quæ si minoribus vel pluribus insignitæ sunt apicibus, scriptura tamen non omnino inepta reddit pericopas; si qui præterea apiculi sint, illi sunt ex traditione scribarum orali. Si quis Phylacteria acceperit ab eo qui non est מומחה *probatus*, necessum est ut inquirat de illis. Et si centum קציצות (ædiculas cui pericopæ includuntur) emerit ab ipso, inquirendum est de tribus ex illis, aut de duabus Phylacteriorum capitis & una Phylacteriorum manus, vel vice versa, quas si legitimas compererit, tum ejusmodi vir הוחזק *probatus* vel *confirmatus* habendus erit, ita ut non requiratur ulterior exploratio. Si vero illa in fasciculis acceperit, omnia explorari debent, quia præsumptio e fasciculis est, quod a diversis hominibus emta sunt.

Cæterum si quis Phylacteria vel Mezuzam ab Epicuræo descriptam acceperit, comburenda sunt; si a Cuthæo sive Samaritano, aut Israelita qui a religione descivit, inepta sunt & occultanda, quia in Lege dicitur וקשרתם וכתבתם *vos colligabitis & vos scribetis*, sensus est, cuicunque commendata est colligatio Phylacteriorum, eaque credit, is est qui scribat. Si invenerit ea in manu Epicuræi, nescierit autem quis ea conscripserit, occultanda sunt; at si apud Cuthæum invenerit ea, legitima sunt; dummodo ea non emat ab illo ultra ordinarium pretium; vide Halacham decimam tertiam capitis primi.

Mezuzæ scriptura hoc modo peragitur juxta Maimonidem Hilchot Mezuza capite quinto, scribunt duas pericopas, nimirum, שמע ישראל *audi Israel* &c. & והיה אם שמע *& fiet si audiendo* &c. in uno folio & in una columna; & necesse est ut spatium aliquod sit inter inferius & superius latum unguem. Cum autem quis in duobus aut tribus foliis scripserit, legitima tamen habenda est; dummodo non scripserit in modum caudæ, vel circuli, si enim in hos modos scripserit, inepta est Mezuza. Si inverso ordine eam quis conscripserit, præmittendo unam pericopam alteri, inepta est. Si in duabus pellibus scripserit, etsi consuerit eas, tamen inepta est Mezuza. Cæterum præceptum est ut inter unam & alteram pericopam sit aliquod intervallum; si vero pericopam clausam scripserit apertam, tamen legitima est Mezuza, quia huic rei non est fulcimentum e Lege. Tandem quoque requiritur ut literæ suis apicibus muniantur, cujusmodi in sectione prima septem occurrunt, quæ singulæ tribus gaudent apiculis, & hæ sunt ש & ע vocis שמע, & נ vocis נפשך, & duplex ז vocis מזוזות, & duæ ט vocis לטטפת. In sectione secunda sex occurrunt litteræ quæ singulæ quoque tribus instructæ sunt apiculis, cujusmodi est נ vocis דגנך, & tres ז vocis ומזוזות & duplex ט לטוטפת, & ץ vocis הארץ. Reliquæ voces sequuntur regulam generalem superius datam de litteris שעטנז גץ & בדיקה. Lineæ vero totius Schedæ sunt viginti duæ, requiritur enim ut ultimæ voces על הארץ separatim in linea scribantur.

Exterius vero inscribitur nomen שדי *omnipotens* inter utramque sectionem, quod conspicitur in foramine calami. Quando autem Mezuza hoc modo conscripta est, convolvunt eam a fine linearum ad principium, ut lector, simulac aperta fuerit, legere possit ab initio ad finem. Deinde eam in calamum immittunt qui שפופרת dicitur, vide figuram in littera D. sive is sit ligneus, sive junceus, vel alius generis materia constans, perinde est; & ope clavi infigit eam postibus januæ, vel effodit postibus foramen cui eam immittit. Antequam vero eam infigat postibus januæ benedicit hac formula ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו לקבוע מזוזה *Benedictus sis tu Domine Deus noster Rex mundi qui sanctificasti nos præceptis tuis, ad affigendum Mezuzam.* Sed super scriptione non benedicit, quia affixio est ex præcepto. Si quis eam baculo suspenderit, illegitima est, quia hujusmodi non habetur vera קביעה *affixio*. Si quis eam post januam collocaverit, nihil fecit. Si effoderit postes januæ, & Mezuzam introduxerit ut pessulus introducitur in annulos, illegitima est. Si diffiderit junceum calamum & in eum introduxerit Mezuzam, postea vero conjunxerit juncum illum cum aliis juncis, & de omnibus unam confecerit Mezuzam, illegitima est, quia affixio antevertit parationem. Mezuza hominis privati aliquoties exploranda est, & Mezuzæ multorum aliquoties in Jubilæo, ne forsan aliqua littera illius fissa sit vel deleta, quia Mezuza allisione parietis atteritur. Omnes homines tenentur ad Mezuzam, etiam mulieres & servi, & minorennes initiandi sunt ut domui prospiciant de Mezuza. Si quis autem conduxerit domum extra terram Israelis, & habitaverit in diversorio intra terram Israelis, triginta dies liber est ab obligatione Mezuzæ. At si intra terram Israelis conducant, statim tenetur. Si quis socio suo domum locaverit, conducent, ut Mezuzam adferat, eamque affigat, etsi mercedem dederit pro affixione ejus, eo quod Mezuza est debitum pro habitatore, & non pro domo; cum autem habitator exit, non auferet eam secum, at si ad Cuthæum pertineat domus, tum auferat eam quando abitum parat. Si quis de Phylacteriorum ritu quosdam Novi Testamenti locos cupiat videre illustratos, adeat Samuelis Koenigi specimen disputationum Gemaricarum, in quo multa quæ ad hanc rem faciunt doctissime pertractavit.

ז וכשמרת טבי עבדו קבל עליו תנחומין אמרו לו תלמידיו לא למדתנו רבי׳ שאין מקבלין תנחומין על העבדים אמר להם אין טבי עבדי כשאר כל העבדים כשר היה :

7. Cumque obiit 1 Tabi ſervus ejus pro eo conſolationes admiſit. Interrogaverunt eum diſcipuli; nonne docuiſti nos Magiſter, conſolationes pro ſervis non eſſe admittendas? reſpondit, non erat Tabi ſervus meus ſicut reliqui quilibet ſervi; probus erat.

GUISIUS.

3 *Tabi.*] Nomen maſculum, cujus fœmininum Ταβιθὰ in Actis Apoſtolorum.

SURENHUSIUS.

Quandoquidem Miſchna hæc ſatis eſt clara, nec Maimon vel Bartenora aliquid ad eam annotarunt; objectio enim diſcipulorum ſatis refellitur à Gamaliele ipſo, ut non amplius quid dubii in ea relinquatur; & propterea licitum eſt etiam ſuper famulo admittere conſolationem, ſi ſit egregiæ indolis.

ח חתן אם רצה לקרות ק״ש בלילה הראשון קורא ר״ש בן גמליאל אומר לא כל הרוצה ליטול את השם יטול :

8. Sponſus, ſi Shemam nocte prima recitare velit, recitato. Rabban Simeon filius Gamalielis cenſet, non cuilibet licere, qui nomen ſibi arrogare velit, illud arrogare.

R. OB. DE BARTENORA.

לא כל הרוצה ליטול את השם יטול *non omnis qui velit aſſumere nomen, aſſumet*, ſi non reputatur pro homine ſapiente & devoto, alioquin non niſi arrogantia habetur, ut aliis oſtendat ſe tanta eſſe attentione ut cor ſuum adeo poſſit flectere ad lectionem *Audi*, ſed deciſio non eſt penes R. Schimeon fil. Gamalielis. Videmus autem in nonnullis locis magiſtrorum noſtrorum dicentium, quod iſto tempore omnes homines legebant lectionem *Audi* &c. prima nocte; propterea quod hoc tempore non adeo accuratè attendunt ad orationem in diebus reliquis, ideo, ſi non legit nocte prima apparet magis arrogantia, ut aliis ſe oſtentet, quod valet quolibet etiam tempore animum attendere, & quod abſtinet jam, quoniam etiam alii ſtudet præcepto, (ſcil. de concubitu.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Verba R. Schimeonis fil. Gamalielis volunt, eum, ſi legerit lectionem *Audi*, intuituros filios hominum oculis honorificis, eo quod ita ſtudioſus præceptorum ſit, & fieri poſſe ut illius actio non ſit in gloriam creatoris ſed ſui ipſius; non eſt deciſio quæſtionis juxta R. Schimeon fil. Gamalielis.

SURENHUSIUS.

Non omnis qui ſibi nomen arrogare velit, arroget, ſed debet eſſe הוחק חכם *ſapiens conſummatus*, aut פרוש *pharisæus* & religioſus, ſi quis alius id fecerit, oſtentationis gratiâ illud feciſſe cenſetur, neque hoc modo ipſi imputabitur in nomen bonum, hoc præſertim tempore quo deficiunt *Pii Antiqui*.

פרק ג מי שמתו מוטל לפניו פטור מק״ש כן התפלה ומן התפילין נושאי המטה וחלופיהן וחלופי חלופיהן את שלפני המטה ואת שלאחר המטה את שלמטה צורך בהן פטורין ואת שאין למטה צורך בהם חייבים אלו ואלו פטורים מן התפלה :

Caput 3. Si cui mortuus quis è ſuis coram ipſo jacet, immunis (a) habetur à recitatione Shemæ, à precatione, & à 1 Phylacteriis. Portantes feretrum, & ipſorum vicarii, & vicariorum vicarii, qui præcedit, & qui ſequitur feretrum, quotquot feretro opus ſunt, immunes habentur: qui autem feretro non ſunt opus tenentur. Utrique immunes ſunt à precatione.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שמתו מוטל לפניו *cujus mortuus* ſcil. (amicus & propinquus) *in funus delatus eſt ante conſpectum ejus*, quem luctu proſequatur neceſſum eſt, itidemque funere elatum ſepelire; ille liber eſt à lectione *Audi* quia jam occupatur in occupatione præcepti. Similiter etiam liberi ſunt חלופיהן *ſubordinati eorum*, ſic eſt mos in funeribus efferendis ut alii ſuccedant labore feſſis, ut & illi condecorentur honore præcepti.

את שלפני המטה *qui incedunt ante feretrum*, ordinati qui ſunt ad ferendum quando eos tangit ordo. Qui autem לאחר המטה *poſt feretrum*, ii ſunt medii inter eos qui poſt & ante feretrum incedunt, ſi feretrum indigeat illis liberi ſunt a lectione *Audi* &c; ii vero, quibus non indiget feretrum, uti ſunt illi qui comitantur mortuum tantum honoris cauſâ, obligati ſunt legere lectionem *Audi*. אלו ואלו פטורין מן התפלה *hi & illi liberi ſunt a precibus*; quia non eſt de Lege illa oratio, ut lectio *Audi*; alii vero dicunt, eo quod oretio flagitat majorem attentionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Senſus verborum מוטל לפניו exponi nequit, *projectus ante faciem ejus*, ſed intelligendum de tempore quod eſt ante ſepulturam, etſi etiam non ſit in eodem cum mortuo loco; ſed ſi mortuus non ſit ex propinquis quos lugere teneatur, tum tenetur legere lectionem *Audi*, etiamſi nondum ſit ſepultus, ſed ſi depoſitus fuerit ante eum ut cuſtodiat mortuum, liber eſt à lectione *Audi* &c.

נושאי המטה וחלופי חלופיהן *ferentes feretrum & ſubordinati ſubordinatorum*, illi ſunt homines eum in finem ordinati ut opem ferant iis qui ſunt defatigati, omnis igitur qui venit ad ferendum feretrum aut ad id neceſſarius eſt ad auxiliandum, ſive id fiat ante feretrum vel poſt, talis liber eſt a lectione *Audi* &c. Si autem non ſit ex iis qui ad ferendum ſunt præfiniti, aut etiam ad opem defatigatis ferendum, ſed tantum comitandi gratia advenit, tenetur legere lectionem *Audi*, ſed omnes ſunt liberi a precibus; & ratio eſt, propter curam mentis, (quæ non eſt capax uno eodemque tempore orare & operari.)

GUISIUS.

1 *Phylacteriis.*] De Phylacteriis jam ſupra monui, ea continere quatuor Legis pericopas ex Exodo & Deuteronomio deſumptas: Exod. III: 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, & 11, 12, 13, 14, 15, 16. ex Deuteronomio eaſdem quæ ſupra in Shema. Falluntur enim, qui Hieronymum ſecuti Phylacteriis decalogum inſcribi ſcriptitant. In Phylacteriis capitis, in ſumma fronte geſtari ſolitis, ſingulæ iſtæ pericopæ ſingulis membranis inſcribuntur, & totidem capſulis thecæ coriaceæ includuntur: in Phylacteriis brachialibus, eædem pericopæ unicæ membranæ, ſed per quatuor columnas vel pagellas diſpoſitæ inſcribuntur, & omnes eidem capſulæ coriaceæ includuntur. De his multa & ſuperſtitioſa tradunt Judæorum ritualia, ex Talmude deſumpta pleraque, quæ longum foret, & extra propoſitum meum hic perſequi. Nonnulla pro re nata infra ad Megill. I. 8. Menac. III. 7. attingemus. Cætera, qui vult, ex Maimonide petat. Hal. Tephillin.

SURENHUSIUS.

(a) Si alicujus propinquus aut amicus mortuus fuerit quem lugere tenetur, vel ad ſepulturam comitari ibique ſepelire, liber eſt à Lectione *Audi*, ratio eſt, quia occupatur alio Legis præcepto quoad mortuum, qui vero uno occupatur præcepto liber eſt ab alio. Nam quod hoc loco numerat lectionem *Audi*, תפלה *precationem* (puta שמנה עשרה ſive octodecim precationes quas ita appellant quod totidem gratiarum actiones contineant, & ſubjunguntur lectioni *Audi*,) & *Phylacteria*, ratio eſt, quod hæc ſunt præcepta graviora quæ continent ſuſceptionem regni cœlorum, exponente Gemara. Præterea Phylacteria ultimo ponit loco, eo quod illa corpori manent impoſita poſt lectionem *Audi*, & orationes; vel etiam, quia lectio *Audi* & oratio omnibus diebus mane & veſperi in uſu eſt, Phylacteria autem non veſperi, neque die Sabbathi.

קברו את המת וחזרו אם יכולים להתחיל ולגמור עד שלא יגיעו לשורה יתחילו ואם לאו לא יתחילו העומדים בשורה הפנימים פטורים והחצונים חייבים :

2. Sepulto mortuo cum revertuntur, ſi poſſint inchoare & abſolvere antequam perveniant ad 1 cœtum, incipiunto; ſin minus, ne incipiunto. (b) Stantium in cœtu interiores immunes habentur, exteriores tenentur.

R. OB. DE BARTENORA.

להתחיל ולגמור *ad incipiendum & perficiendum*, nimirum primum caput lectionis *Audi.* לשורה *in ordinem*, faciebant enim varios ordines circum lugentem ad conſolandum ipſum, in reditu à ſepulchro.

ואם לאו *Si vero non*, ſi vero via ſit nimis propinqua inde à ſepulchro ad locum quo conficiunt ordinem lugendi, ut non ſit ipſis tempus ad incipiendum ac perficiendum antequam attingant ordinem, non licitum eſt legere.

הפנימים ſunt ii qui intuentur faciem lugentium. החיצונים vero ſunt ii qui non vident lugentium faciem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Conſuetudo ſepeliendi mortuos erat, ut poſt ſepulturam populus reverteretur a ſepulchro, & ſe conferret ad certum locum, qui locus inſignitur nomine מעמד *ſtatio*, ubi lugentes conſiſtebant ut conſolationem acciperent à turba illic congregata.

שורה *ordo*, erat congregatio hominum, & vocatur eo nomine quia homines in ordine conſiſtebant invicem adjuncti. Quod dicitur להתחיל ולגמור *ad incipiendum & perficiendum*, vult, ut perficiatur tantum prima ſectio lectionis *Audi*, ſi vero locus in quo conſiſtunt tam procul ſit diſſitus à ſepulchro, ut non poſſit abſolvere lectionem *Audi*, non licitum eſt incipere lectionem ejus. הפנימים *anteriores*, ſunt ii qui vident lugentium faciem, ut inter illos non interſit medius; qui vero ſunt a parte poſteriori vocantur החיצונים.

GUISIUS.

1 *Cœtum.*] Mos erat, ut ſepulto mortuo, omnes à Sepulchro parumper recederent ad locum מעמד, ſive *ſtationis.* ubi lugentes ſtabant, & operiebantur conſolantes, eorumque conſolationes accipiebant. שורה eſt locus iſte, vel cœtus ibi collectus.

SURENHUSIUS.

(b) העומדים בשורה הפנימים פטורים *ſtantium in cœtu interiores liberi ſunt*, quia illi ſunt תנחומי אבלים *conſolatores lugentium*, ſed hi ſunt ex Lege, quia hæc actio continetur ſub גמילות חסדים *benefacto*, quod ultro ac liberaliter præſtatur, quod ex Lege eſt, quandoquidem elicitur ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 18:20. והודעת להם את הדרך ילכו בה *& indicabis illis viam quam ibunt.*

ג נשים ועבדים וקטנים פטורים מק"ש ומן התפילין וחייבין בתפלה ובמזוזה ובברכת המזון :

3. Fœminæ (c) & ſervi, & minores immunes ſunt à recitatione Shemæ, & Phylacteriis, tenentur autem ad precandum, & de 2 ſcheda poſtium, & ad benedicendum pro cibo.

R. OB. DE BARTENORA.

נשים *mulieres* &c. ſunt liberi à lectione *Audi*, etiamſi ſit præceptum affirmativum quod dependet à tempore; omne autem præceptum quod dependat à tempore ab eo mulieres ſunt liberæ, ne intelligeretur de lectione *Audi* eas teneri, quia in ea agitur de regno cælorum, ideo Miſna hoc loco nos vult inculcare quod liberæ ſunt. ותפילין à Thephillin ſunt liberæ, eſt etiam præceptum à tempore dependens, quatenus nocte & die Sabbati non licet induere Thephillin; & ne quis dicat quod Thephillin æquiparantur Meſuſæ, ideo mulieres obſtringuntur, idcirco Miſna eas pronunciat liberas. קטנים *minorennes*, etiam iſtiuſmodi minorennis qui jam pervenit ad diſciplinam inſtitutionis non obligatus eſt ut à patre inſtituatur in lectione *Audi*, quia iſto tempore quo lectio *Audi* perficitur ſemper non eſt apud patrem, neque etiam tempore Thephillim; quia minorennis, qualis eſt ad 12. annum, neſcit conſervare Thephillim ſive ligamenta manuum ac brachiorum. וחייבין בתפלה *obligatur de oratione*, quoniam preces ſunt petitio qua aliquid à Deo petimus, ſed hoc juxta mentem Sapientum eſt; qui etiam ordinarunt ut mulieres ſuos parvulos inſtruerent in precibus, quia oratio comparatur cum Meſuſa quoad doctrinam Legis. ובמזוזה *& de Meſuſa*, etſi dici poſſet, quoniam illa æquiparatur doctrinæ Legis, de qua non obligantur mulieres, quia ſcriptum eſt ולמדתם אותם את בניכם *& docebitis illa filios veſtros*, non autem ſcriptum eſt בנותיכם *filias veſtras* ? præterea quoque mulieres non obligatæ ſunt ad ſervanda præcepta affirmativa quæ depen-
dent

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ hoc verſu occurrunt ſunt ſatis clarè explicata, & locus hic in tractatu Kidduſchin, ad præcepta de quibus non obligantur uxores, inſimul etiam ratio quare non ſunt obligatæ.

dent à tempore, quale est preceptum de Mesusa, nihilominus concluditur quod à Mesusa non sunt liberæ, ובברכת המזון *& benedictione cibi*. Quæritur an mulieres vi legis obligatæ sint de benedictione cibi, quia dicitur Deut. 8: 10. ואכלת ושבעת וברכת את יהוה אלהיך על הארץ הטובה אשר נתן לך quod est præceptum affirmativum non dependens à tempore; aut etiam dicere possumus quod non obligantur vi legis, quoniam scriptura dicit על הארץ הטובה אשר נתן, terra vero non data est à Deo mulieribus in possessionem ac hæreditatem; sed hoc non decisum est dubium.

GUISIUS.

Scheda postium.] Membrana tenuis, cui inscribuntur duæ pericopæ ex Deuteronomio eædem quæ in Phylacteriis, quæ dextro ædium posti infigitur. De hac plura ad Menac. III. 7.

SURENHUSIUS.

(c) Fœminis etiam incumbit obligatio de scheda postium uti bene monet auctor, nam si hoc non monuisset, objici potuisset quod fœminæ liberæ sint à scheda postium, quia assimilatur studio Legis à quo liberæ sunt fœminæ, ideo dicit quod tenentur scheda postium, quia sectioni ejus in fine additur, *ut prolongentur dies vestri, & dies filiorum vestrorum in terra quam juravit Dominus patribus vestris* &c., nonne igitur fœminæ æque ac viri indigent vita longæva ad spem salutis confirmandum?

ד בעל קרי מהרהר בלבו ואינו מברך לא לפניה ולא לאחריה ועל המזון מברך לאחריו ואינו מברך לפניו רבי יהודה אומר מברך לפניהם ולאחריהם :

4. 1 Fluxum passus (d) mente recolit, nec benedicit ante vel post. Pro cibo benedicit post, non autem ante. R. Juda ait, benedicit tum ante, tum post.

R. OB. DE BARTENORA.

בעל קרי, Ezra ordinavit nequis בעל קרי legeret in lege, sive viderit accidens suum nolens sive volens antequam se laverit; non vero propter immunditiem vel munditiem, nam verba legis non accipiunt immunditiem; sed ne discipuli sapientes legi studeant præsentibus uxoribus suis, ut galli.

מהרהר *cogitans* scil. lectionem *Audi* in corde suo appropinquante lectionis tempore ואינו מברך לא לפניה ולא לאחריה *non benedicit ante nec post eam*, non cogitatione, quatenus benedictiones non sunt de Lege, non necessarias illi statuere legendas Sapientes.

ועל המזון מברך לאחריו *super cibum benedicunt post*, quia obligatus est vi Legis ut id faciat.

ואינו מברך לפניו *& non benedicit ante eam*, quoniam non obligatur de Lege. Et resolvitur hoc sensu quæstionis decisio, quod irritam fecerunt Sapientes obligationem lotionis, & בעל קרי legere lectionem *Audi*, prout se habet, & studere Legi, dicereque orationem suam, ac omnes benedictiones sine ulla contradictione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בעל קרי dicitur is qui emittit semen suum sua voluntate, aut non sua voluntate, sensus vocis מהרהר est quando sibi aliquid imaginatur, id est, si legat lectionem *Audi* in corde suo movens labia; sed obligatus est de benedictione post cibum, quoniam illa est vi præcepti, uti lectio *Schemang*; & hoc est quod dicitur Deut. 8: 10. ואכלת ושבעת וברכת את יהוה &c. & resolvitur decisio quæstionis hoc modo, quod verba legis non accipiunt immunditiem, & permissum est ipsi ad legendum lectionem *Audi*, & benedicere ante & post eam; sic etiam se res habet cum benedictione cibi, etiamsi quis sit בעל קרי; sed preces effundere non licitum est בעל קרי antequam se abluerit aqua; nisi fuerit debilis aut dolore affectus, tum non erit ullo modo obligatus se purificare hoc modo, neque etiam de tempore (e) primo scil., quo בעל קרי obligabatur de lotione post pollutionem, & orare, ut exponitur in Gemara, his verbis, חולה לאונסו פטור מכלום, *infirmus propter coactionem suam est liber ab omni causa.*

GUISIUS.

1 *Fluxum passus.*] Errant, qui vocem קרי restringunt ad casum nocturnum, vel pollutionem nocturnam, uti faciunt Buxtorfius & Sheringamius. Item Joseph. Scaliger Prol. ad Eus. Chr. & in Elenc. ubi ὀνειρωγμὸν interpretatur, eleganter magis, quam vere. Notionem istam accersunt à קרי *accidere*. Sed aliter Judæi. Maimonidi בעל קרי is est الذي يمني باختياره او بغير اختياره, *qui semen emiserit, sive volontarie, sive involuntarie.* Adeoque alibi palam distinguit inter בעל קרי שבעל, & שראה קרי לאונסו; *eum qui id passus est in coitu, & cui præter voluntatem acciderit*. Hal. Tephilla IV. 6. atque ita eorum alii. Ni fallor vocis origo petenda est ex lingua Arabica, ubi Arabum Critici vocem قرو restringunt quidem ad mulierum fluxum menstruum, tanquam ad sensum vocis primarium. Ita in materia non multum dissimili ab ea quam tractamus, in Jure Mohammedanorum traditionali, quod Sonnam vocant دعي الصلاة ايام اقرايك, *Omitte precari, dum fluunt menses.* Sed multo latius patet usus hujus vocabuli apud antiquiores. id mihi suadent versus Poetæ, qui ad statum cœli pluviosum hanc vocem refert.

SURENHUSIUS.

(d) בעל קרי *dominus accidentis*, seminifluus, juxta Maimonidem est is qui semen emittit ברצונו או שלא ברצונו *volens aut nolens*, quemadmodum iis qui externis & corporalibus perquam afficiuntur ut plurimum hoc solet accidere noctu ut semen emittant, quamobrem. Deut. 23:10. vocatur מקרה לילה *casus* vel *accidens nocturnum*, sive ῥύσις νυκτὸς *fluxus noctis*, & sic conciliari potest controversia, quicquid etiam Guisius magno cum conatu reclamet. Nam nemo negaverit quod non aliquando etiam *die* dantur seminiflui æque ac noctu, quod verissimum est, cum plurimi sunt improbi; positio tamen unius non est negatio alterius. Si qui viri docti vocem בעל קרי restrinxissent *tantum* ad pollutionem nocturnam, procul omni dubio errassent, sed nescio an hoc à quoquam factum sit incassum? ergo hic laborat Guisius.

(e) Dicit Maimonides quod illi qui fluxum passus est, non licet effundere preces antequam se abluerit, nisi ægrotaverit, quia tum nequidem על הזמן הראשון *propter tempus primum*, quod est illud tempus quo pollutus erat antequam ægrotasset, quamobrem se lavare tenebatur, ullo modo se lavare obligatur.

اذا ما السما لم تغم ثم اخلفت قرى النريا ان تكون لها قطر.

Cum cœlum nubibus caruit, tum pluviosus Pleiadum status expectationem fefellit, ut foret pluvia. Ubi Jauharius: يريد وقت نوءها الذي يمطر فيه الناس *intelligit* (inquit) tempus ἀκρονυχίας *Pleiadum, quum hominibus pluviam cient.* Qui Judæorum & Arabum usum in hac voce perpendat, intelliget eam ad omnem fluxum pro origine sua recte accommodari. Judæi honestatis causa pro ea re, quam dixi, ponunt; nempe ut rem turpem honesto vocabulo velarent. Hæc fusius, ut errorem, qui omnium fere animos obsederat, tandem avellerem. Quod ergo legitur מקרה לילה Deut. XXIII. 10. non vertendum proprie *à casu*, vel *ab accidente noctis*: sed *à fluxu nocturno*, ἐκ ῥύσεως νυκτός, ut LXXII.

ה היה עומד בתפלה ונזכר שהוא בעל קרי לא יפסיק אלא יקצר׳ ירד לטבול אם יכול לעלות ולהתכסות ולקרות עד שלא תנץ החמה יעלה ויתכסה ויקרא ואם לאו יתכסה במים ויקרא אבל לא יתכסה לא במים הרעים ולא במי המשרה עד שיטיל לתוכן מים וכמה ירחיק מהם ומן הצואה ארבע אמות :

5. Qui precans ſtat ſi meminerit ſe fluxum paſſum (f) ne abrumpat, ſed decurtato. Deſcenderit ad lavandum, ſi aſcendere poſſit, ſeſe veſtire, & recitare priuſquam ſol emicet, aſcendat, & veſtiat ſe, & recitet: ſin minus aqua ſe contegat & recitet. Sed ne tegat ſe aqua fœtida, vel aqua macerationis. 1 uſque dum affuderit ei aquam. Quantum autem recedere debet ab illa, & à merda? quatuor cubitos.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יפסיק *non abrumpet*, ſcil. ſuam orationem perficere, ſed abbreviabit quamlibet benedictionem. עד שלא תנץ החמה *ante ſolis ſcintillationem*, quia religioſi & devoti maxime ſunt intenti ad perficiendam eam adveniente ſole, quia dicit, Pſalm. 72: 5. וראוך עם שמש. Quod dicit, יתכסה במים *obteget ſe aquis*, ſcil. turbidis aquis, ne cor ejus videat pudenda ejus, ſed non aquis claris.

מים רעים *aquæ malæ* ſunt aquæ fœtidæ: מי המשרה ſunt aquæ in quibus linum macerant.

עד שיטיל לתוכן מים *uſque dum miſcuerit aquas*, ſupplenda ſunt quædam in Miſchna, nimirum, non legendum in aquis urina mixtis, donec addiderit aliam illis aquis, & quantitas aquæ, quam adjiciet unica vice, erit quarta pars logi.

וכמה ירחיק מהן *quantum elongabit ſe ab illis?* ab aquis urinæ quibus non addidit aquam. מן הצואה ארבע אמות *ab excremento quatuor cubitorum*, ſcil. quando ſunt ipſi ad latera aut poſt ſe; ſed ſi ſint ante eum in conſpectu ejus, ſegregabit ſe ab iis quouſque oculus videt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſchnæ verba ſpectant religioſos ac devotos, qui accuratè obſervarunt ut perficerent lectionem *Audi* oriente ſole, & preces inciperent quamprimum ad orientem ſe conſpiciendum dabat, quod aſſumſere ex Pſal. 72: 5. & propterea ſe tegit aquis ac legit. *Aquæ malæ* ſunt aquæ fœtidæ. *Aquæ macerationis*, ſunt aquæ in quibus linum macerant. Id quod dicit עד שיטיל לתוכן מים, non referendum eſt ad *aquas malas*, nec ad *aquas macerationis*, ſed ad aquas urinæ, quæ etiam vocantur *aquæ malæ*; ſed aquis fœtidis, & aquis macerationis non teget ſe ullo modo, etiamſi meliorem aquam cum iis miſcuerit; ſed aquis urinæ ſi addiderit quartam partem aquarum bonarum una vice, licitum eſt ipſi apud eas legere lectionem *Audi* in medio loco quatuor cubitorum; & hoc modo ordinari debent Miſchnæ verba, ſed non teget ſe aquis malis & aquis macerationis, neque leget circa aquas urinæ, donec addiderit illis aquas puras. Quantum vero ſpatii removebit ſe ab iis, ſi non addiderit aquam, & ab excremento? reſp. quatuor cubitos, quod etiam exponetur tractatu ſequenti, eſſe quantitatem quartæ logi partis, & inſuper menſuras reliquas. Quod autem dicitur *ad removendum quatuor cubitos ab excremento*, hoc intelligendum eſt, quando eſt poſt eum vel ad latera ipſius, ſed ſi ſit ante eum, ut conſpiciat excrementum, non licitum eſt ipſi legere, quoniam invenitur in conſpectu oculorum ſuorum.

GUISIUS

1 *Uſque dum.*] Gemara notat hunc locum deficere, Defectum ſic ſupplet Maimonides Gemaram ſecutus; ולא יקרא כנגד מי רגלים עד שיטיל &c. *nec recitet ex adverſo lotii uſque dum affuderit &c.* Defectus iſtiuſmodi & alibi Gemara quam ſæpiſſime vel detegit, vel fingit.

SURENHUSIUS.

(f) לא יפסיק *non abrumpet*, Bartenora exponit de qualibet benedictione, (nam ſunt octodecim) decurtanda, puta principium & finem tantum, non medium, quod abrumpere licet, vide illum Miſna tertia capite ſequenti. Porro tres hic ſunt diſtinctæ ſententiæ, 1. quod Lectionem *Audi* Lege inſtitutam mente recolet, & non decurtabit, etſi inceperit; 2. at שמנה עשרה dictam quæ ex inſtitutione Sapientum eſt, non incipiet ullo modo; verum ſi inceperit decurtabit, quia ii, qui inſtituerunt eam, dixerunt, decurtabit. 3. Benedictiones vero lectionis *Audi*, quæ ſunt ex inſtitutione Sapientum, ſed non orationes quibus ſupplicamus Deum, nobis indicat, quod ſeminifluus abrumpet etſi inceperit.

ו זב שראה קרי ונדה שפלטה שכבת זרע והמשמשת שראתה נדה צריכין טבילה ורבי יהודה פוטר :

6. Profluvioſus qui fluxum ſenſerit, & menſtruata quæ exceverit concubitus ſemen, & quæ in congreſſu ſenſerit ſe menſtruatam, opus habent immerſionis: at 2 R. Juda (g) liberat.

R. OB. DE BARTENORA.

זב שראה קרי *ſeminifluus qui viderit fluxum*, etiamſi ſit immundus pollutione ſeptem dierum cauſâ fluxus ſui, & non purificaverit eum illa lotio, nihilominus neceſſaria eſt iſta lotio ad Legis verba, juxta ordinationem Ezræ in cauſa fluxus; ſimiliter ſe res habet, cum muliere menſtruata in recitanda oratione. *Et quæ ſpargit ſemen*, habetur ut homo pollutus, ſparſio ſeminis autem polluit mulierem illud ſpargentem tres integros dies concubitus ſui, ſed præterito illo tempore jam corruptum eſt in corpore ejus, & non valet amplius ad formandum indè fœtum; & hic Miſchnæ ſenſus eſt, menſtruata quæ ſpargit ſemen concubitus antequam ſe viderit menſtruatam, & quæ ſpargit ſemen concubitus poſtquam viderit ſe menſtruatam, opus habet lotione.

R. Jehuda abſolvit, etiam in tempore concubitus quando vidit ſe menſtruatam; & quamvis principii & fundamenti cauſa teneatur ſe lavare, tamen dicimus, quod illam non liberet obligatio lavandi. Jam ſupra diximus, quod lotio eam liberat vi legis, quia ordinatio eſt quam plurimi obſervare nequeunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זב ונדה *Seminifluus & menſtruata*, immunditia eorum tam gravis eſt, ut ſe nequeant purificari ab illa per unum diem, ut explicavimus in quodam loco.

משמשת, dicitur de muliere tempore congreſſionis, contingit autem plerumque, ut mulier, tempore quo congreditur cum viro, guttam quandam in partibus inferioribus admittat, quæ coaleſcit ut inde fiat fœtus, uti conſtat ex phyſicâ. Si autem infirmitate matricis laborat ut non ſequatur fœtus more ſolito, tum decidit illa gutta ex utero. Eſt etiam tempus quo ſpargit ſemen poſt congreſſionem cum viro; quod corruptum eſt; itidem tempus eſt quo decidit, nec tamen corruptum, & hoc fit quando ſpargit intra tres integros dies, uti expoſitum eſt alio in loco. Vocatur vero mulier, quando ſeminis illa gutta cadit, פולטת שכבת זרע; Præterea quoque pari modo tenetur vir de lotione, quando elicit ſemen ſuum, nec non mulier quando à viro deflorata eſt, aut ſi gutta ipſi deciderit ante corruptionem, et amſi purificata fuerit ſtatim poſt congreſſionem, & ceciderit gutta illi tamen per diem unum

atque alterum. Propterea dixerunt Sapientes, quod ſeminifluus qui viderit pollutionem, & mulier menſtruata cui deciderit gutta, uti expoſuimus; Aut ſi viderit ſanguinem tempore congreſſionis, ut fiat menſtruoſa, omnes iſtiuſmodi tenentur ſe lavare ab immunditia fluxus ſeminis, & poſtea dicere poſſunt orationem, quamvis illi ſint in immunditia graviori, quam eſt in ſparſione ſeminis, nimirum profluvio ac menſtruo. R. Jehuda dicit, eos qui exiſtunt in immunditia gravi non ſe lavare de immunditia levi; ſed deciſio non eſt juxta R. Jehuda. Omne autem id de quo ſermo fit ſpectat ad primum tempus, quo omnes, qui immundi facti ſunt ſemine concubitus, obligati ſunt ſe lavare, & poſtea ipſis licet orare, ut dictum eſt in Gemara; quum irritam fecerunt lotionis ordinationem, ſimul omnia hæc requiſita ceſſarunt; tantummodo, ut neceſſarium ſit ſe lavare ante orationem, quandoquidem id conſuetum eſt in communi converſatione hominum; ſed ſeminifluus & menſtruata, non ſunt obligati ſe lavare, quandoquidem non eſt in uſu, & propterea conſidera hæc eo ſenſu dicta eſſe vera.

GUISIUS.

2 R. *Juda liberat.*] Quippe cenſet fruſtra luſtratione tolli minorem immunditiem, dum reſtat major.

SURENHUSIUS.

(g) רבי יהודה פוטר *R. Jehuda liberat*, ut dixit Miſna quarta, quod is qui fluxum paſſus eſt benedicere poteſt ante & poſt cibum, nam R. Jehuda negat inſtitutam eſſe pro lectione *Audi* ejuſque precibus immerſionem aquæ, propterea ſeminifluo & profluvioſo legere & orare licet ſine immerſione juxta illius ſententiam, & multo magis ſtudere Legi ſine immerſione de quo hac Miſna.

פרק ד תפלת השחר עד חצות רבי יהודה אומר עד ד׳ שעות תפלת המנחה עד הערב רבי יהודה אומר עד פלג המנחה תפלת הערב אין לה קבע ושל מוספין כל היום רבי יהודה אומר עד ז׳ שעות :

Caput. 4. Preces matutinæ uſque ad meridiem. R. Juda dicit, uſque ad horam quartam. Preces (a) pomeridianæ uſque ad veſperam. R. Juda dicit, uſque ad medium 1 tempus pomeridianum. Precibus veſpertinis nullum eſt præſtitutum tempus. 2 Addititiæ (b) per totum diem. [3 R. Juda dicit, uſque ad horam ſeptimam.]

R. OB. DE BARTENORA.

תפלה השחר עד חצות *oratio matutina uſque ad meridiem*, uti eſt ſacrificium juge matutinum, quod offertur uſque ad medium diem juxta opinionem Sapientum; ſed juxta R. Jehuda non offertur niſi uſque ad quartam diei horam. *Ad quartam uſque horam*, i. e. uſque ad finem horæ quartæ, quæ eſt tertia diei pars quando dies habent duodecim horas, & ſc. tempus ejus eſt ſemper uſque ad finem tertiæ partis diei, ſive dies fuerint breves ſive longi, uti diximus ſupra ubi de lectione *Audi*; Deciſio quæſtionis eſt penes R. Jehuda. Quod dicitur de oratione veſpertina *uſque ad noctem*, i. e. uſque tenebras.

עד פלג המנחה *uſque ad medium veſperæ*, tempus Minchæ parvæ eſt ab hora nona & dimidia hora uſque ad noctem, quæ ſunt duæ horæ & dimidium horæ, atque ita erit פלג המנחה tempus unius horæ cum parte quarta; reſolutio vero hujus quæſtionis eſt; quemvis poſſe facere ut herus hic, & ut ille herus, & bene; qui vero facere vult juxta Sapientes, & dicere orationem Minchæ uſque ad noctem, faciat; ſed hac conditione, ne oret orationem nocturnam iſto tempore, quandoquidem fieri poteſt, ut id habeat loco diei, eo ſenſu, ſi oret precationem Minchæ, non poterit id tempus habere pro nocte, & in illo dicere orationem noctis; & ſi quis voluerit facere juxta verba R. Jehudæ, & non dicere Orationem Minchæ, niſi uſque ad dimidium Minchæ, quod eſt, ad ſpatium unius horæ & quartam ejus partem ante noctem, id faciat; deinde vero poterit dicere Orationem noctis.

אין לה קבע *non eſt ipſi tempus fixum*, hoc vult, tempus ejus eſſe per totam noctem; & quod præciſe dicit, non eſſe ipſi tempus fixum, & non dicit, ejus tempus eſſe uſque ad totam noctem, hoc innuitur, orationem noctis eſſe voluntariam, quatenus convenit oblationi membrorum & adipum quæ offeruntur totam noctem in altare qualia erant voluntaria, quandoquidem peracta aſperſione ſanguinis ſacrificium eſt acceptum; etiamſi membra aut adipes fuerint polluta vel perierint, tamen jam ea recepimus in nos ut debitum. ושל מוספין כל היום & *additamenta omni die*, ſi ſit poſt ſeptem horas, ſatisfecit, ſed tamen vocatur פושע; & ſic habet deciſio juris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehudæ verba ſunt, עד ארבע שעות *uſque ad horam quartam*, i. e. uſque ad finem horæ quartæ temporalis, quod eſt; ad tertiam diei partam, uti expoſuimus in principio hujus tractatus, & deciſio quæſtionis eſt penes R. Jehuda.

עד פלג eſt *uſque ad dimidium* (b) מנחה eſt vox quæ denotat certum diei tempus, quod eſt, quando de die remanent duæ horæ cum dimidio; & vocatur מנחה *ſecunda oratio*, quia principium temporis ejus incipit ea horâ.

פלג המנחה *dimidium Minchæ*, eſt quum de die remanent duæ horæ temporales cum dimidio. Is qui orat uſque ad noctem, i. e. ſolis occaſum, dicat orationem מנחה dictam, ſed non eſt oratio perfecta, nam deciſio quæſtionis hæc eſt; is qui fecit ut hic doctor, bene fecit; & qui fecit ut ille, is etiam bene fecit.

תפלה הערב אין לה קבע *oratio veſpertina non habet tempus fixum*, ideo fit, quod ea non obligat, uti illa quæ legitur manè & veſperi, ſed voluntaria eſt, ſive voluntarie recitatur, & propterea non attendunt ad principium, neque finem temporis ejus, itaque eam dicere poſſunt uſque ad auroram; ſi vero præterierit tempus Orationis, ſcil. trium illarum orationum, tum poterit abſolvere eam poſt ſuum tempus cum oratione ſequenti; ſed dicat prius orationem temporis in quo eſt, & poſtea dicat orationem cujus tempus jam præteriit. Quod autem dicit, ושל מוספין כל היום & (preces) *additamentorum totum diem*, eorum tempus non eſt niſi uſque ad finem horæ ſeptimæ temporalis, ſi vero eam dixerit poſt horam ſeptimam, ſatisfecit obligationi, uti dixerunt, *omnem diem*; ſed tamen vocatur פושע *prævaricator*.

GUISIUS.

1 *Tempus pomeridianum.*] מנחה definiente Maimonide complectitur illud diei ſpatium, cum adhuc reſtant duæ cum ſemi horæ καιρικαὶ. Adeoque juxta eum medium temporis iſtius incidit in elapſum dodrantem undecimæ horæ καιρικῆς currentis. Ita etiam Bertinorius. Sed longe aliter Commentator quidam Arabs ad Liturgiam Judæorum Alexandrinorum MS. quam ex oriente tranſmiſit Cl. Robertus Huntington. Autor ille alicubi ſe appellat צאמח בן יהושע. Is autem תפלת מנחה exponit Arabice צלוה אלעשא, *Preces temporis* العشا.

Quid

SURENHUSIUS.

(a) Quæritur in Toſephot in principio capitis ſecundi Peſach. fol. 107. quomodo oratio pomeridiana dici poſſit תפלת המנחה quia mane quoque adferebatur מנחה? ſed reſponſio eſt, quod Minchæ matutinæ additur ſemper vox שחרית atque adeo vocatur מנחת שחרית, & ſic ſatis diſtinguitur â Mincha veſpertina.

(b) Dicit quidem Maimon מנחה eſſe nomen quod notat certum diei tempus, idque dici תפלה השניה *orationem ſecundam* &c., ſed non dat rationem demonſtrationis, verum R. Moſes filius Nachmanidis notat quod ita dicitur quia tum

fol

Quid autem ſit العشا ſic ulterius declarat : וחד אלעשא אלדי תצלא פיה הדה אלצלוה מן וקת יתבי זואל אלשמס והו מן נצף אלאכיר מן אלסאעה אלסאבעה ואלי מגיב אלשמס. *Spatium* τὸ العشا, *ſive temporis quo preces hæ peraguntur, eſt à tempore quo conſpicua eſt ſolis declinatio, nempe ab ultima ſemiſſe horæ ſeptimæ ad uſque occaſum ſolis.* Et quidem ipſe Maimonides ſerius in Yad, Hal. Tephilla III. 2, 3, 4. in eandem ſententiam deſcendit. Notat autem totum illud tempus pomeridianum dividi in duas מנחות, ſive δείλας: quarum prima elapſa ſemihora poſt meridiem ad ſemihoram poſt nonam מנחה גדולה dicitur, i. e. *δείλη major*, vel *δειλη πρωΐα*; quæ eam ſequitur ad horæ dodrantem poſt decimam, ſive potius ad uſque occaſum ſolis, מנחה קטנה, *δείλη minor*, vel *δείλη ὀψία*. Totum autem hoc tempus pomeridianum his precibus idoneum ſtatuit. 2 *Addititiæ.*] Sabbathorum & dierum feſtorum. 3 *R. Juda.*] Uncis incluſa abſunt à MS. & à Tal. Hieroſ.

ſol quaſi requieſcat à calore ſuo emittendo, & eo ſenſu dici in Targum לכנת יומא *ad quietem diei*, eſtque Mincha magna cujus mentionem fecerunt Sapientes.

(c) מוספין ſunt preces addititiæ quæ feſtis diebus leguntur poſt preces ordinarias in memoriam ſacrificiorum addititiorum quæ olim poſt ſacrificium juge matutinum ad veſperam uſque offerebantur, propterea preces מוספין illius loco leguntur per totum diem poſt benedictionem יוצר אור quæ tractat de formatione lucis dieique ſanctificatione, quæ venit loco ſacrificii jugis matutini.

ב רבי נכוניא בן הקנה היה מתפלל בכניסתו לבית המדרש וביציאתו תפלה קצרה אמרו לו מה מקום לתפלה זו אמר להם בכניסתי אני מתפלל שלא תארע תקלה על ידי וביציאתי אני נותן הודיה על חלקי :

2. R. Neconias ben Hakkana (d) precari ſolitus eſt cum ingrederetur ſcholam, & cum egrederetur, precatiunculam brevem. 1 Interrogaverunt eum; quorſum preces iſtæ? reſpondit; in ingreſſu precor, ne quod ſcandalum per me eveniat; in egreſſu gratias ago ob ſortem meam.

R. OB. DE BARTENORA.

מה מקום *quis locus*, quaſi dicat, quæ bonitas & uſus ei eſt. שלא תארע תקלה *ne obveniat ſcandalum*, ne obveniat ulli offendiculum mea cauſa uti explicatur in Beraita, ſcil. ne offendam in negotio decidendi jus ut collegæ nitantur dictis meis, atque ego eſſem in cauſa ut illi caſtigarentur.

נותן הודיה על חלקי *agens gratias pro portione mea*, ago Deo gratias pro bonis quæ mihi contulit ut aſſiſtem cum iis qui docent in Synagoga; & duas iſtas benedictiones in ingreſſu in Synagogam & egreſſu cauſâ Synagogæ tenentur dicere omnes homines, quatenus ita eſt dictum in Beraita, *In ingreſſû? quid orat. & in egreſſu quid orat*? &c. quod indicat obligationem legendi illas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא יארע הקלה *ne obveniat ſcandalum*, ne per me alicui accidat offenſa & error. *Gratias ago pro portione mea*, do laudem Deo pro beneficiis in me collatis; Expoſuerunt jam quænam erant iſta verba duarum illarum orationum, & dictum eſt, *quando intrant quid dicit tum*? reſp. ſit beneplacitum coram facie tua Domine Deus ne offendam in lectione juris, ne dicam mundum pro immundo, & vice verſa; & permiſſum pro non permiſſo, & vice verſa; neque ut offendam in lectione juris ut collegæ nitantur dictis meis & ego interim læter in iis. Porro dictum eſt in Beraita, *Et in egreſſu ſuo quid dicit*? reſp. ago gratias tibi Domino Deo meo, quod poſuiſti ſortem meam inter primores Synagogæ, & non poſuiſti ſortem meam inter ſedentes in compitis viarum; quod ego manè ſurgo & illi manè ſurgunt, ego autem ut ſtudeam legi, illi vero rebus frivolis; ego operor, & illi operantur, ego operor accipiens mercedem, illi vero non accipientes mercedem; ego curro & illi currunt, ego curro in vitam æternam, illi vero in puteum perditionis. Has autem duas benedictiones vel orationes unusquisque tenetur dicere qui Synagogam intrat ad meditandum. Nam non dixere in Beraita, *in ingreſſu quid dicebat*? ut hoc ita intelligatur, perinde ac ſi referendum eſſet tantum id quod dixit R. Nechunia filius Kanæ, & tum licitum ac liberum fore dicere illas. Sed dixere ibidem. *In ingreſſû quid dicit*? i. e. quando intrat Synagogam quid tenetur dicere? ad quod reſponderi poteſt, ipſi precandas eſſe duas illas precationes, ſtans aut ſedens, vel ut ordinarunt ipſi; at non eſt neceſſarium ut faciem ſuam vertat orientem verſus, neque ut dicat benedictionem, neque ut ſe incurvet in dicendo, neque ut demittat faciem, vocat autem *orationem* juxta conſuetudinem linguæ ſanctæ, qua quælibet petitio vocatur תפלה *oratio*.

GUISIUS.

1 *Interrogaverunt eum.*] *Diſcipuli.* Ita addit Talm. Hieroſ. Formulæ autem extant in utroque Talmude, ſed non ſine inſigni diſcrepantia. Inde petat lector, vel ex commentariis Maimonidis ad locum: vel etiam ex utralibet editione Miſnæ Amſtelodamenſi, ubi impreſſæ habentur ad calcem hujus Ordinis. Secundam autem conferre meminerit cum oratione Phariſæi, Luc. XVIII. 11, 12. Non ovum ovo ſimilius.

SURENHUSIUS.

(d) Quæritur an preces illæ quas R. Nechonia fundebat fuerint חובה *ex debito*, an vero רשות *ex arbitrio*? reſpondetur, *ex debito*, quia in Gemara quæritur in præſenti tempore מה הוא אומר *quid ille dicit*, id eſt, quas preces dicere tenetur; non מה היה אומר *quid ille dicebat*, nempe R. Nechonia cum precabatur; vide Maimonidem.

ג רבן גמליאל אומר בכל יום מתפלל אדם שמונה עשרה רבי יהושע אומר מעין י״ח רבי עקיבה אומר אם שגורה תפלתו בפיו יתפלל י״ח ואם לאו מעין י״ח :

3. Rabban Gamaliel dicit; ſingulis diebus quiſque recitat preces 2 Octodenas. R. Joſua dicit; 3 quod ad Scopum (e) Octodenarum faciat. R. Akiba cenſet; ſi cui precatio expedita ſit in ore, Octodenas precabitur; ſin minus, quod ad Scopum Octodenarum faciat.

R. OB. DE BARTENORA.

מעין שמונה עשרה *ſummam octodecim precationum*, ut expoſitum eſt in Gemara, ubi dicitur, unamquamque benedictionem recitandam eſſe inde à media parte brevitatis cauſa, & concludendam unamquamque cum benedictione; ſunt autem qui dicunt, dicendam eſſe orationem, quæ ſonat,

fac

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעין שמנה עשרה *ſummam octodecim precationum*, ſenſus eſt, ut recitet uniuscujusque benedictionis extremam partem, E. G. ſic dicat, *Tu* (Deus) *concedis homini ſcientiam: benedictus tu Dominus Deus noſter concedens ſcientiam: Condones nobis* Pater *noſter: Benedictus tu Dominus*

fac nos intelligere vias tuas Domine Deus noster &c., quæ benedictio est compendium omnium benedictionum mediarum octodecim precationum; & concludit his verbis, *Benedictus sis Domine Deus noster qui audis orationem.*

שגורה est idem ac רגיל promptus, expeditus & in arte bene versatus; decisio juris est juxta R. Akiba, ut is, cujus oratio non est prompta in ore, tempore urgente, oret tres priores & tres posteriores benedictiones, & in medio dicat orationem cujus argumentum est, *fac ut nos intelligamus vias tuas Domine Deus noster*, quæ est compendium omnium quæ recitantur in medio; excepto tempore pluviarum quo non orant *fac ut nos intelligamus Domine &c.*, quandoquidem tum necessum est dicere benedictionem anni; excepto exitu Sabbati cœterisque festis diebus, quibus dicendum de distinctione dierum in benedictione חונן הדעת *de concedenda à Deo intelligentia.*

nus Deus noster multipliciter misericors ad condonandum, & sic ad finem, exceptis tribus prioribus & tribus posterioribus quibus non addet neque detrahet in fine. שגורה: *prompta*, ne linguâ balbutiet, sed celeriter dicat eam ut exercitatus; & decisio juris est penes R. Akiba.

GUISIUS.

2 *Octodenas.*] Extant in Liturgiis statim post Shemam, & à Judæis Ezræ Authori tribuuntur. Maim. Hal. Tephilla. I. 5. Illis decimam nonam addidit Rabban Gamaliel, ut Maimonides ibid. II. 1. vel ejus mandato R. Samuel junior, ut author est R. David Ganz, ad an. MMMDCCLXXXV. nempe post Synedrium Jamniam translatum; hoc est, statim post Christum crucifixum. Concipitur illa contra המינים *Hæreticos*, qui isto tempore Judæos à religione sua pellicebant. Per Hæreticos Christianos intelligunt tunc temporis primum ortos. De nomine מינים infra agemus IX. 5. Oratio ista Rabban Gamalielis autoritate superinducta jam ordine duodecima visitur in Liturgiis.

3 *Quod ad Scopum Octodenarum faciat.*] Neminem in errorem inducat autoritas Lightfotii, qui מעין summulam, vel epitomen denotare tradit, ut מעין י"ח sit *Summula Octodenarum precum*, quemadmodum Oratio Dominica Christianis summula est omnium petendorum. Hoc dicit Hor. ad Matt. VI. 9. Luc. XI. 1. sed sine exemplo. Maimonidi מעין est غرض i. e. *scopus*, & מ præpositio præfixa. Sonant ergo verba, *quod ad scopum Octodenarum faciat*, vel *quod sensum Octodenarum exprimat.* Idem loquendi genus infra VI. 8. & apud Maimonidem Hal. Tephilla XIII. 3. ubi docet periochen ex Prophetis singulis Sabbatis legendam debere esse מעין שקרא בתורה, *ad eundem scopum cum ea quæ legebatur ex Lege.*

SURENHUSIUS.

(c) מעין notat *Synopsin*, sive *summulam* vel *specimen* precum quocunque modo volueris, sic in Targum ad Jos. 24: 27. ארי פתגמיא דכתיבין על המעין כל פתגמיא דיי *nam verba quæ scripta sunt in eo, summa sunt omnium verborum Domini*, cujus rei exemplum dedit Maimonides in notis, quando adfert precationem quæ incipit, *Tu concedis homini scientiam*, & concludit, *benedictus &c. qui concedis sapientiam*, & hoc sensu de cæteris; qui vero his nondum contentus est adeat Judæos, demonstrabitur ipsi in סדר תפלות rem ita se habere. Adeoque hic iterum nodum in scirpo quæsivit Guisius contra Lichtfotum, ad loca Matt. 6: 9. Luc. 11: 1. optime ab ipso illustrata, ita ut sine dubio Servator noster juxta hunc morem orationem suam instituerit, væ Guisio quod hæc ignorat!

ד רבי אליעזר אומר העושה תפלתו קבע אין תפלתו תחנונים רבי יהושע אומי המהלך במקום סכנה מתפלל תפלה קצרה אומר הושע השם עמך את שארית ישראל בכל פרשת העבור יהיו צרכיהם לפניך בא"י שומע תפלה :

4. R. Eliezer dicit; qui preces suas 1 pensum facit, ejus preces non sunt supplicatoriæ. R. Josua dicit; qui proficiscitur per locum periculosum, precatur precationem brevem, [2 quæ ad scopum Octodenarum faciat,] sic; *Salvum præsta Domine populum tuum, residuum Israelis:* 3 *in omni transitus diverticulo sint necessitates eorum in conspectu tuo. Benedictus tu Domine, qui exaudis preces.*

R. OB. DE BARTENORA.

העושה תפלתו קבע *qui orationem facit sibi fixam*, ut oratio sua sit ipsi adinstar oneris, nam קבע idem est quod statutum fixum, quo obligatur ad eam dicendam, ut necesse sit absolvere eam. *Orabit orationem brevem*, ista oratio brevis est, quum orat, *Salva Domine Deus noster &c.*

Id quod dicitur בכל פרשת העבור *in omni separatione transgressionis*, intelligi etiam potest de tempore quo se populus avertit ad peccandum, erunt necessitates ejus revelatæ coram te ad misericordia utendum super eos; & non est decisio juris penes R. Jehoschua. Oratio autem quam orant tempore periculoso, sic se habet, *Necessitates populi tui sunt multifariæ, &c.*; orat autem eam homo incedendo, sed non dicet tres priores, neque tres posteriores benedictiones. Quando autem peregrinatur in locis periculosis, & animus ipsi dictat, necessum est ut orationem dicat juxta constitutionem ejus, si needum præterierit tempus legendi eam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העושה תפלתו קבע *qui facit precationem suam statuto tempore*, i. e. ut figat sibi precationem suam, si ei sunt multa negotia & occupationes quæ expediat necesse est, & propterea absolvat ea ut quiescat ab opere suo & onere. Quod autem dicitur, dicendam esse orationem, *serva Domine populum tuum &c.* hoc non dicitur quasi orationi brevi aliquid addatur, sed est declaratio sensus orationis brevis, qualis illa sit.

Quod vero dicit, בכל פרשת העבור *in omni separatione transgressionis*, exponitur in Gemara, quod vox illa עבור derivatur à radice עבר *transgressus est*, quod interpretari possumus quoque, in tempore transgressionis & peccati. Salva Deus populum tuum & propitius esto ipsis, & perfice petitiones ejus; & decisio juris non est juxta R. Jehoschua. Sed verba orationis quæ homo orat tempore conturbationis cordis, sic sonant; *Necessitates populi tui sunt multæ & intelligentia ejus brevis, sit tibi beneplacitum Domine Deus noster ut des unicuique quantum sufficit ad sustentandam vitam, & omnibus gentibus iis carentibus fac uti bonum in oculis tuis fuerit, benedictus sis Domine Deus noster qui audis preces.* Hanc orationem quis orare poterit incedens sive equitans, aut ut visum fuerit ipsi, neque in ea locum habet incurvatio corporis; si vero appropinquaverit locus quo sedem capere potest, & ipsi restet sat temporis, ut possit implere orationis defectum, oret eam, uti convenit.

GUISIUS.

1 *Pensum facit.*] In Pirke Aboth. II. 13. R. Simeoni tribuitur hoc dictum. *Cum precaris, ne fac preces tuas* קבע *pensum, sed* אלא רחמים ותחנונים *οἰκτιρμῶν δεήσεις & supplicationes coram Deo.* Quid sint רחמים ibi docebo. תחנונים Supplicationes sunt pro gratia impetranda; quales non sunt illius preces, qui eas pro penso habet; i. e. pro molesto & importuno onere, quod libenter à semet amoveret.

2 *Quæ ad ſcopum.*] Uncis incluſa ex MS.& Talm. Hieroſ. reduxi. Abſunt enim à reliquis editionibus.

3 *In omni tranſitus divert.*] Phraſis non ſatis plana; & Gemariſtæ pro explicatione meras vocum alluſiones affe-runt: ita enim illi ex ſententia Mar Ukbæ. *Etiam tunc, cum tu plenus es* עברה *indignatione contra eos adinſtar fœminæ* עוברה *prægnantis, ſint omnes neceſſitates* &c. vel ut alii verba ejus referunt: *Etiam tunc, cum illi* עוברים *tranſgreſſi ſunt præcepta Legis, ſint omnes neceſſitates &c.* Et tamen alluſiones has pro explicatione arripiunt Judæi recentiores, RR. Nathan, Maimonides, & Bertinorius. Buxtorfius עבור exponit *tranſgreſſio, peccatum*: allato exemplo בשעת העיבור, ſed non docet undenam hæc. Certe vix dubito, quin R. Nathanem ſecutus hunc locum exprimere voluit. neſcio quo pacto fit, ut pro פרשת ſcripſerit בשעת. Alibi habet פרישת העיבור: ſed nullibi explicat. An ipſe recte verti, aliorum judicium eſto.

ה היה רוכב על החמור ירד ואם אינו יכול לירד יחזיר את פניו ואם אינו יכול להחזיר את פניו יכוין את לבו כנגד בית קדש הקדשים :

5. Qui inſidet aſino, deſcendito; ſi deſcendere nequeat, faciem (f) convertito; ſi faciem nequeat convertere, advertat animum domum Sancti Sanctorum.

R. OB. DE BARTENORA.

היה רוכב על החמור ירד *ſi inſidet aſino deſcendat*, non eſt deciſio juris ut verba Miſchnæ abſolutæ; ſed ut non deſcendat, ſi quis ei adſit qui aſinum cuſtodiat, ſive non ſit qui id faciat, quia non ipſi ſemper adeſt attentio cordis quando deſcendit.

Vertat faciem ſuam, ſcil. Jeruſalem verſus, ut dicitur 1. Reg. 8: 48. והתפללו אליך דרך ארצם Dicitur porro, & *diriget cor ſuum ad ſanctum ſanctorum*, ut dicit ibid. 1. Reg. 8. 35. והתפללו אל המקום הזה.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Miſchna dicit, *deſcendet*, non ita ſe habet ſecundum jus, & etiamſi poterit deſcendere quando ipſi quis adeſt qui beſtiam cuſtodiat, nihilominus non tenetur deſcendere, ſed oret equo vel aſino inſidens, ne cordis ſui attentionem amittat. Senſus vero vocum יכוין לבו eſt, ut cor ejuſque cogitationes ad attentionem vocet, cogitans in corde ſuo faciem dirigendam eſſe verſus ſanctum ſanctorum.

SURENHUSIUS.

(f) Exponit Bartenora ad יחזיר את פניו *vertet facies ſuas* לצד ירושלם *ad plagam Jeroſolymorum*, ſed Miſnæ doctor dicit כנגד בית קדש הקדשים *verſus ſanctum ſanctorum*, ut exſtat 1. Reg. 8: 35. *Orabunt ad hunc locum*; quod hoc ſenſu intelligas oportet, quando dicitur faciem vertendam eſſe verſus *terram ſanctam* uti 1. Regum. 8: 48. intelligitur de eo qui eſt extra terram ſanctam; quando autem dicitur faciem vertendam eſſe ad *ſanctum ſanctorum* intelligitur de eo qui eſt in terra Iſraelis; vel, quod ſanctum ſanctorum eſt finis intentionis, terra Iſraelis & Jeruſolyma vero principium.

ו היה יושב בספינה או בקרון או באסדא יכוין את לבו כנגד בית קדש הקדשים :

6. Qui ſedet in nave, vel curru (g) vel 1 eſſeda, animum advertat domum Sancti Sanctorum.

R. OB. DE BARTENORA.

אסדא *rates*, ſunt multa ligna ac aſſeres invicem bene conjuncta, ac ligata, quæ emittunt in fluvios ſuper quos incedunt, quæ vox in ſcriptura occurrit ſub רפסודות vid. 2. Chron. 2: 16.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

קרון eſt genus curruum, אסדא eſt compactio multorum lignorum ac aſſerum, adinſtar exiguæ navis qua utuntur primores populi, & vulgò vocatur in lingua Arabica מעדיה.

GUISIUS.

1 *Eſſeda.*] Hebræi ratem exponunt tam hic, quam Zab. III. 1. atque ita eorum Lexicographi RR. Nathan & Tanchum ratem plane deſcribunt. Si Judæis fides in voce peregrina, conferrem cum Græco σχεδία, ſed pro σχεδία infra legemus אסכריא Neg. XII. 1. quamquam R. Nathan & ibi legat אסדה. Verum אסדה videtur illud eſſe quod poſui.

SURENHUSIUS.

(g) Notat Lipman vocem אסדא melius ſcribi cum ר, & ſic eſſe אסרא *aſra*, atque adeo propius accedere ad explicationem quæ de ea datur, nimirum quod ſit *compages aſſerum* ab אסר *compingere*, uti notat ex R. Alphes in opere ſuo Talmudico; vide quoque in principio capitis tertii tractatus Zavim.

ז רבי אלעזר בן עזריה אומר אין תפלת המוספים אלא בחבר עיר וחכמים אומרים בחבר עיר ושלא בחבר עיר רבי יהודה אומר משמו כל מקום שיש חבר עיר היחיד פטור מתפלת המוספים :

7. R. Eleazar filius Azariæ cenſet preces (h) addititias non peragendas niſi cum 2 congregatione urbis. Sapientes dicunt cum congregatione urbis, & ſine congregatione urbis. R. Juda 3 illius nomine aſſerit, ubicunque adeſt congregatio urbis, privatum immunem fore à precibus addititiis.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא בחבר עיר *niſi in ſocietate urbis*, quod exponas de congregatione & cœtu urbis, quæ ſi non reperiatur in urbe, tum eſt congregatio particularis.

R. Jehuda dicit in nomine ejus, ſupple, R. Eleaſaris fil. Aſariæ; differentia autem inter verba prima R. Eleaſaris & verba R. Jehudæ eſt, quando in civitate eſt particularis quædam congregatio, in qua non reperiuntur decem perſonæ, juxta ſententiam primam R. Eleaſaris, qui dicit, quod non ordinarunt in congregatione particulari, ſed eam liberam eſſe à preci-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per חבר intelligitur diſcipulus, & ſenſus חבר עיר eſt, ut ſit in civitate vir ſapiens, & in Lege eruditus, qui curam habet congregationis in recitandis precibus, ne congregatur niſi coram eo. R. Eleaſar fil. Aſariæ dicit, quod non orant preces addititias niſi in congregatione ubi ad minimum ſunt decem perſonæ, nullo modo vero in congregatione particulari in qua non reperitur hic numerus. Et R. Jehuda loquitur ejus nomine, quod congregatio particularis in qua non inveniuntur decem perſonæ, non ſit libera à lectione illarum precum in

precibus additiis. Juxta ſententiam R. Jehudæ, particularis congregatio non eſt libera, ſi non reperiuntur in ea decem perſonæ. Sed deciſio juris eſt juxta ſententiam Sapientum.

In ulla civitate; ſed ſi inveniantur totidem perſonæ, tum eam obligari iſtas preces legere; at particularem eſſe liberam, ſi non inveniantur decem perſonæ. Deciſio juris eſt penes Sapientes.

GUISIUS.

2 *Congregatione.*] Maimonides *cum Doctore urbis*, עאלם אלמדינה. Malui RR. Sal. & Obad. ſequi: præſertim cum eundem ſenſum amplectatur & ipſe Maimonides; & cum ita clarior ſenſus emergat.

3 *Illius.*] Id eſt R. Eleazari, ut recte Maim. & Bertin. Doctiſſimus olim hujus tituli interpres Samuel Clerk, *ſuo ipſius nomine.* Non bene.

SURENHUSIUS.

(h) R. Eleaſar putat quod preces additiæ, non leguntur niſi in congregatione urbis ubi decem inveniuntur perſonæ, quia in eis tantum hymni continentur non preces ſupplicatoriæ ut in octodenis precibus, neque etiam orant eas loco precum ſupplicatoriarum die profano, uti orant preces de formatione lucis, aut preces Minchæ.

פרק ה אין עומדין להתפלל אלא מתוך כובד ראש חסידים הראשונים היו שוהים שעה אחת ומתפללים כדי שיכונו את לבם למקום אפילו המלך שואל בשלומו לא ישיבנו ואפילו נחש כרוך על עקבו לא יפסיק :

Caput 5. Non 1 aſſurgunt ad precandum niſi (a) mente compoſita. Sancti priſci precabantur horam prius morati, ut animum in Deum intenderent. Si vel rex eorum quempiam ſalutaret, non reſalutaret; & quamvis ſerpens calcaneo circumvolutus eſſet, non abrumperet.

R. OB. DE BARTENORA.

Cum gravitate capitis, i. e. cum ſubmiſſione ac timore, juxta id quod dicitur Pſal. 2. עבדו את יהוה ביראה, hic autem per *ſervire* intelligitur oratio.

Senſus, שוהין שעה אחת *exſpectarunt unam horam*, eſt, de loco quo conveniunt ad orandum. Quod dicit, *etſi Rex ſalutet*, id dicitur de rege Iſraelis, ſed propter regem gentium interrumpet, ne eum occidat.

Etiamſi ſerpens ſit circumvolutus calcaneo ejus, ſi ſcil. ſit ſerpens ac coluber, quia non ſtatim mordet, ſed ſi ſit ſcorpio aut baſiliſcus aut ſimile animal quod ſine exceptione mordet, & occidit, tum interrumpet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cum gravitate capitis, ut ſtet cum attentione & timore, uti dicitur Pſal. 2:11. Quod autem dicit היו שוהין *exſpectarunt*, ſenſus eſt, quod ante orationem exſpectarunt per horam, ut tranquillas redderent cogitationes ſuas, quo facto inceperе orationem. Et quod dicit, non *reſpondendum regi inter orandum*, intellige regem Iſraelis, at ſi ſit rex gentium, interrumpet, quia periclitatur de vita.

Si ſerpens ſe circumvolverit calcaneo, ſi ſit coluber cujus natura eſt ut non ſemper mordeat; ſed cujus natura eſt ſemper mordere, ut ſcorpio aut baſiliſcus, tum interrumpet illo etiam adveniente, quia periclitatur de vita.

GUISIUS.

1 *Non aſſurgunt.*] Locum hunc vix cepiſſe videtur Cl. vir Samuel Clerk. Certe nemo ex ejus interpretatione recte caperet. Sic vertit. *Haut ſtant ad precandum niſi capite ſubmiſſo.* ac ſi verba reſpicerent ad ipſum corporis geſtum; quo nihil à veritate magis alienum. Dicam quod res eſt, *Stare ad precandum*, eſt *ſtando conferre ſe ad precandum.* & כובד ראש *gravedo capitis* eſt talis mentis diſpoſitio, quæ ex occupatione in re ſeria & ſobria oritur. Opponitur enim τῷ קלות ראש *levitati capitis.* Illud autem complectitur שיחוק והיתול ושיחה בטלה, *luſum, & jocum, & inertem confabulationem.* Maim. Hal. Tephilla XI. 6. Senſus ergo eſt; *Nemo aßurgat ad precandum, niſi mente ſedata & compoſita.* Hæc melius capiet lector ſi apponam verba Maimonidis, quibus oppoſitam mentis diſpoſitionem ad precandum inhabilem notat. *Non aßurgunt ad precandum ſtatim à luſu, à levitate capitis, à confabulatione, rixa, vel ira: ſed à rebus Legis. Nec tamen à diſputatione de Conſuetudine, quantumvis res Legis ſit, ne mens ea de re diſtrahatur. Sed ſtatim à rebus Legis, quæ non requirunt animi intentionem, veluti ſunt Conſuetudines deciſæ.* Atque hunc loci ſenſum adſtruit Praxis Sanctorum priſcorum quæ ſtatim ſequitur.

SURENHUSIUS.

(a) כובד ראש, *gravedo capitis* hic ſumitur pro mente compoſita ac tranquilla, quemadmodum Miſna teſtatur de ſanctis priſcis, quod orabant poſtquam aliquod tempus morati fuerant ad præmeditandum ea quæ dictari eſſent coram rege mundi ſanctiſſimo, quæ phraſis convenit cum noſtra belgica ſwaarmoedigheyt; quod ſane in precibus ſanctorum obtinet quando Dei ſanctitatem & ſuam immunditiem conſiderant. Præterea quod Miſna dicit quod pii priſci morabantur שעה אחת *horam unam*, non ſtricte intelligendum eſt de una tantum hora, ſed eſt numerus certus pro incerto, atque adeo notat aliquod temporis ſpatium minus vel majus hora noſtra.

ב מזכירין גבורת גשמים בתחיית המתים ושואלין הגשמים בברכת השנים והבדלה בחונן הדעת ר"ע אומר ברכה רביעית בפני עצמה רבי אליעזר אומר בהודאה :

2. 2 Commemorant magnalia imbrium (b) in *Reſurrectione mortuorum*; & petunt imbres in 3 *Benedictione annorum.* 4 Separatio recitatur in *Largitor intelligentiæ.* R. Akiba ait, faciunt eam preculam quartam ſeorſim. R. Eliezer recitandum vult in *Gratiarum actione.*

R. OB. DE BARTENORA.

מזכירין גבורת גשמים *mentionem faciunt de virtute pluviarum*, ejus argumentum eſt, *qui facis ut ſufflet ventus & deſcendat pluvia*, qui non eſt modus loquendi quo aliquid petitur, ſed modus loquendi quo deſignatur memoria rei alicujus factæ ejuſque elogium; & quia pluvia eſt una de virtutibus Dei benedicti juxta id quod dicitur, Job. 5.9. עושה גדולות ואין חקר & ſequenti verſ. הנותן מטר על פני הארץ. hac

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תחית המתים eſt benedictio, cujus verba ſunt, *Tu Deus fortis* &c.

Virtutes pluviarum, ejus argumentum eſt, *qui deſcendere facis pluviam*; exprimit autem virtutem illam per vocem גבורה ad oſtendendam magnificentiam celſitudinis ac potentiæ.

Benedictiones annorum, ſunt, *benedic nobis* &c. Per

Con-

hac de causa vocatur hæc sectio, גבורת גשמים, *virtus pluvias dandi.* Formula qua petant pluviam, & si in imperativo dicatur *da rorem & pluviam*, est modus petitionis.

Confessionem intelligas benedictionem decimam octavam, cujus argumentum est, *Confitemur tibi* &c. Decisio juris non est ut R. Akiba, neque ut R. Eliefer.

בברכת השנים *in benedictione anni*, eo quod pluviæ sunt sustentatio tempestatum, ideo statuerunt petitionem ejus in benedictione anni. והבדלה *& habhdala*, est benedictio quæ ita vocatur à בדל separare, eo quod eam dicunt in exitu Sabbati ad separandum sanctum à profano. בחונן הדעה in benedictione, *qui concedis intelligentiam*, quæ est prima benedictio dierum profanorum. In Talm. Jeruschal. dixerunt, quare ordinarunt lectionem de separatione sancti & profani in benedictione de danda scientia? Resp. si non pollet scientia, quomodo poterit distinguere vel separare? Decisio juris enunciatur juxta locum allegatum.

GUISIUS.

2 *Commemorant.*] Gratam commemorationem inserunt pluviæ à Deo demissæ precationi quæ dicitur תחיית המתים *Resurrectio mortuorum*, quæ secunda est Octodenarum. Id inserunt tempore brumali ab ultimo festo Scenopegiæ ad usque Pascha; ut tempus designent cum minutula discrepantia. Maimonides Hal. Tephilla II. 15. & Sameh ben Josua ad Liturgiam Alexandrinam supra laudatam.

SURENHUSIUS.

(b) Quæritur in Gemara ad caput primum Codicis Taniit quare sectio de petitione pluviarum connectitur cum ea quæ tractat de resurrectione mortuorum, & ratio redditur quod pluvia vivificat terram quemadmodum resurrectio vivificat hominem, ita ut fere ejusdem sint efficaciæ respectu subjecti.

3 *Benedictione an.*] Nona est Octodenarum. A septimo die mensis Marchesvan in Palæstina; in Babylonia, Syria & finitimis regionibus à sexagesimo post æquinoctium autumnale ad usque Pascha inserebant huic precationi petitionem pro pluvia. Maim. Hal. Tephilla II. 16. & Sameh ben Josua ad Liturg. Alexand. 6 *Separatio.*] Ita dicitur Orationis formula, quam in Octodenis recitandis, in exitu sabbathi usurpant ad separandum inter Sanctum & Profanum, i. e. inter diem ἀεργὸν & dies ἐργασίμους. Inseritur autem quartæ Octodenarum, quæ appellatur חונן דעה *Largitor intelligentiæ*, quia incipit אתה חונן לאדם דעה, *Tu largiris homini intelligentiam.* R. Akiba ante quartam seorsim recitari vult. R. Eliezer decimæ septimæ inseri, quæ הודיה *Gratiarum actio* dicitur, quia sic incipit מודים אנחנו לך, *Gratias tibi agimus.* Notet Lector; dum decimam septimam voco, omitto illam Rabban Gamalielis, quæ duodecimum locum implet.

ג האומר על קן צפור יגיעו רחמיך ועל טוב יזכר שמך מודים מודים משתקין אותו העובר לפני התיבה וטעה יעבור אחר תחתיו ולא יהא סרבן באותה שעה מנין הוא מתחיל מתחלת הברכה שטעה בה:

3. Si quis dicat ad nidum aviculæ, 1 *Pertingat miseratio tua.* 2 *Propter bonum memoretur nomen tuum.* 3 *Gratias agimus, gratias agimus*: silentium (c) ei indicunt. 4 Prodiens ante arcam si erraverit, prodeat alius loco ejus: nec contumax sit in illa hora. Unde incipit hic? ab initio preculæ in qua erravit ille.

R. OB. DE BARTENORA.

על קן צפור *super nidum avis* &c. sensus est, uti veniunt misericordiæ tuæ super nidum avis, sic veniant super nos, juxta Deut. 22. לא תקח האם על הבנים, sic cures & miserearis nostrum.

משתיקין אותו *faciunt ut sileat*, quia facit præcepta misericordiæ Dei benedicti, atque illa sunt uti decreta Regis alicujus super ministros suos. Quod dicit: ועל טוב יזכר שמך *& super bonum commemoretur nomen tuum*, innuere videtur, super bonum quidem benedicendum, non autem super malum, neque hominem teneri Deo gratias agere pro malo, uti agit pro bono.

מודים מודים *confitentes confitentes*, quoniam ex ista repetitione apparet quasi assumserit duas Deitates; exponitur vero in Talm. Jeruschal. hoc dici posse quidem in congregatione publica, sed si privatim, tum esse orationem.

ולא יהא סרבן באותה שעה *ne sit rebellis ea hora*, uti alii qui incedunt ante Arcam ad dicendam orationem, etsi enim prima vice se excuset, non tamen postea id faciet, quum dicunt ipsi, *ito ante Arcam*, quandoquidem indecorum sit, ut precatio tam diu interrumpatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על קן צפור יגיעו רחמיך *super nidum avis sint misericordiæ tuæ*, sensus est, ut dicat, *ut misertus es nidi avis*, juxta Deut. 22: 6. לא תקח האם על הבנים, *sic miserere nostrum*; illi autem qui sic dicit in oratione sua, silentium imperant, quandoquidem sensus dependet à præcepti hujus ratione de misericordia quam Deus benedictus exercet super aves; at non ita se res habet, nisi vi misericordiæ, non omnino præcepisset mactare animal neque avem; sed est præceptum sine ratione receptum.

Itidem quando dixere על טוב יזכר שמך *super bonum commemoretur nomen tuum*, id quod quis intelligere poterit, super malum non esse faciendam mentionem, hæc vero causa est contra Legem, quatenus Deo agere gratias tenetur tam super malum quam bonum.

סרבן est ille *qui pertinaciter resistit*, aut repugnat, & sensus est, quod non debet resistere ultra quod decet; qui verò incedit ante Arcam ille est minister, ac congregationis legatus.

GUISIUS.

7 *Pertingat miseratio tua.*] Miserere nostrum, quemadmodum misertus es avium, prohibens matrem una cum pullis capi, Deut. XXII. 6. Si quis ita precatur incidens in nidum, silentium ei imponunt, si qui adsint, quia supponit Deum eo præcepto avibus consuluisse; cum præceptum mere arbitrarium esse credant Judæi, שריע הסמעיה לא תתעלל θεσμὸν ἀκροαματικὸν, *de quo nulla ratio reddi possit*, ut loquitur Maimonides. Attamen ipse Maimonides serius in More contra eos disputat, qui ita sentiunt de tota Lege; & speciatim de hoc præcepto Lib. III. c. 48. ubi postquam ipse rationem hujus præcepti reddidisset, sic objectionem occupat. ולא תעתרצני בקולהם ז"ל האומר על קן צפור יגיעו רחמיך וכו' לאן דלך אחד אלראיין אלדין דכרנאהמא אעני ראי מן ירי אן לא עלה לשריעה אלא מגרד אלאראדה ונחן אנמא תבענא אלראי אלתאני. *Ne autem objicias nobis dictum eorum p. m.* Si quis dicat ad nidum aviculæ. Pertingat miseratio tua *&c. hæc enim una est binarum sententiarum, de quibus supra; nimirum eorum, qui credunt nullam aliam rationem Legis assignari posse, præter nudam Dei voluntatem. Nos autem alteram sententiam*

SURENHUSIUS.

(c) Si quis dixerit in octodenis precibus *super nidum avis veniant misericordiæ*, aut, *super bono commemoretur nomen tuum*, aut bis מודים *confitentes*, tum ei imponunt silentium; at in expositione Legis tam simbolica quam allegoricâ, quia octodenæ preces non patiuntur correctionem uti quidem expositio Legis, si quis male docuerit.

tentiam ſequimur. Vide eundem c. 31. 2 *Propter bonum.*] Eodem modo ſilentium ei imponunt, qui his verbis precatur; quia videtur innuere Deum duntaxat propter bonum laudandum, non etiam propter malum. 3 *Gratias agimus.*] Vel his verbis, quia videtur hac repetitione in decima ſeptima Octodenarum plures Deos ſubindicare. 4 *Prodiens ante arcam.*] שליח צבור *Legatus*, ſive *Angelus Eccleſiæ* à toto cœtu delegabatur ad recitandas preces; & plerumque Laicus fuit, ut docet Maim. Hal. Tephilla XIV. 14. Hic prodibat parumper extra cœtum arcam verſus. Inde dictus עובר, vel יורד לפני התיבה *Prodiens ante arcam.* Et *prodire ante arcam*, eſt hoc munus jubente cœtu capeſſere. Preces autem recitabat diſtincte & elata voce, populo ſubinde reſpondente *Amen*, vel reliquas antiphonas, ut mos tulit.

ד העובר לפני התיבה לא יענה אחרי הכהנים אמן מפני הטרוף ואם אין שם כהן אלא הוא לא ישא את כפיו ואם הבטחתו שהוא נושא את כפיו וחוזר לתפלתו רשאי :

4. Prodiens (d) ante arcam non reſpondebit poſt 1 ſacerdotes *Amen*, ne forte diſtrahatur. Si nullus adfuerit ſacerdos præter ipſum, manus tamen non elevabit: ſin ea ſit fiducia ut manus elevet, dein ad preces redeat, licitum habet.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יענה אמן אחרי הכהנים *non reſpondet Amen poſt Sacerdotes*, in fine cujuſque benedictionis, uti reſpondet congregatio.

מפני הטרוף *propter confuſionem*, ne turbetur in cogitationibus ſuis, & erret, quia Synagogæ miniſter incipere tenetur ſecundam benedictionem, eamque de verbo ad verbum prælegere, & ſi tum quis reſponderit Amen, non poterit attendere, ac reverti ad orationem ſuam, & incipere orationem, quam incipere tenetur.

לא ישא את כפיו *non attollet manus ſuas*, quia fieri poterit ut non poſſit attendere & reverti ad orationem ſuam, & incipere, *pone pacem* &c. ut cogitationes ejus ſint perturbatæ præ tremore, & ſtrepitu congregationis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ordo benedictionis ſacerdotalis eſt, ſiſtere ſe ante Arcam templi in congregatione, & vertere faciem ad populum, poſteriora vero verſus palatium, & miniſter Synagogæ ſive prælector ſtabit è regione ſacerdotum, de facie ad faciem, ponetque tres benedictiones in os ſacerdotum de verbo ad verbum, hoc modo, prælector congregationis dicit יברכך *benedicat tibi*, reſpondent Sacerdotes יברכך, hoc deinde dicunt congregationi: poſtea prælector dicit יהוה, & reſpondent Sacerdotes יהוה; poſtea prælector congregationis dicit וישמרך *& cuſtodiet te*, reſpondent Sacerdotes ישמרך: peractis his, reſpondet tota congregatio *Amen*, & eodem modo tres ultimas benedictiones juxta hunc ordinem. Quando autem congregatio reſpondet *Amen*, non reſpondet prælector *Amen*, ne obliviſcatur quænam ſit illa benedictio quam incipiet; ſed tacebit & animum attendet ad benedictionem ſecundam quam ponet in os eorum. *Perturbatio* טירוף hic idem quod שכחה *oblivio*, eo quo declaravimus modo. Et quod dicit, ואם הבטחתו *ſi ſit ipſi fiducia*, i. e. ſi ſit aptus ac habilis ad perficiendam ipſi impoſitam provinciam.

GUISIUS

1 *Sacerdotes.*] Dum è ſuggeſto recitant ברכת כהנים *Benedictionem Sacerdotum.* De ea præceptum extat Num. VI. 23. &c. ubi his concipitur verbis. : יברכך יהוה וישמרך יאר יהוה פניו אליך ויחנך : ישא יהוה פניו אליך וישם לך שלום. *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus lucem faciei ſuæ tibi, & miſereatur tui. Convertat Dominus faciem ſuam ad te, & det tibi pacem.* Hanc benedictionem Sacerdotes, (ſi qui adeſſent) in ſuggeſtum evecti elevatis manibus tenebantur populo pronunciare. Unde etiam ipſa benedictionis pronuntiatio ſubinde vocatur נשיאות כפים, *Elevatio manuum.* Et ſtatim hoc paragrapho *Elevare manus* eſt pronunciare hanc benedictionem. Sic autem peragebant. Dum Legatus Congregationis decimam ſextam Octodenarum precationem recitabat, ſacerdotes qui aderant conſcendebant ſuggeſtum. Deinde ſimulac Legatus decimam ſeptimam abſolviſſet, converſi ad populum, benedictionem recitabant, præeunte Legato, & ſingula verba ſeorſim dictante; populo interim poſt ſingulos verſiculos reſpondente *Amen.* Abſoluta ſic benedictione, Legatus redibat ad precationem decimam octavam, ſive ultimam; & poſt eam abſolutam deſcendebant ſacerdotes, & in loca ſua abibant. Reliquas minutias qui volet, petat ex Maimonide, Hal Tephilla XIV. 3, 4, 5, 6.

SURENHUSIUS.

(d) העובר לפני התיבה *qui prodit ante arcam*, puta precentorem qui in Synagoga canit ante arcam in ſuggeſtu; de eo dicit quod *non reſpondet amen*, nimirum poſt benedictionem Sacerdotalem quando congregatio reſpondet Amen, *ne diſtrahatur*; quia aliam ſectionem ſtatim incipere debet. Neque manus elevabit quando non eſt Sacerdos præter ipſum, niſi confidat ſibi quod redire poteſt ad orationem; nam tum ipſi conceſſerunt, ne plane tolleretur elevatio manuum.

ה המתפלל וטעה סימן רע לו ואם שליח צבור הוא סימן רע לשולחיו מפני ששלוחו של אדם כמותו אמרו עליו על ר׳ חנניא בן דוסא כשהיה מתפלל על החולי׳ היה אומר זה חי וזה מת אמרו לו מנין אתה יודע אמר להם אם שגורה תפלתי בפי יודע אני שהוא מקובל ואם לאו יודע אני שהוא מטורף :

5. Qui inter precandum erraverit, malum ei portendit. Si Legatus fuerit Congregationis, malum portendit iis qui delegarunt: quippe legatus hominis (e) ipſius inſtar eſt. Referunt de R. Hanina ben Doſa, quod cum precaretur pro ægrotantibus, dicere ſolebat, hic victurus eſt, ille moriturus. Rogatus, undenam hoc cognoſcis? reſpondit; ſi precatio mea mihi expedita ſit in ore, cognoſco eum acceptum iri; ſin minus, ereptum.

R. OB. DE BARTENORA.

אם שגורה תפלתי *ſi prompta ſit oratio mea*, i. e. ſi ſit bene ordinata in ore meo, & ad nutum mihi præſens, ut non titubem in illa.

מטורף *dilaceratus*, infirmum moriturum, ut dicit, Gen. 44. 28. טרוף טרף: vel notat conturbationem in oratione, adeo ut in ea recitanda ſemper aberret, & non accepta ſit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטורף *diſrumpetur*, ac ſi dixiſſet, morietur; notat vero perturbationem quoque, uti expoſuimus verſ. antecedenti, quia ille qui eſt obliviosus perdit facultatem recordandi, memoriâ ipſi adempta.

SURENHUSIUS.

ששלוחו של אדם כמותו *quia legatus hominis eſt ipſius inſtar*, id quod docemus ex eo quod ſcriptum eſt Exod. 12. 6. ושחטו אותו כל קהל עדת ישראל *& mactabunt eum totus cœtus congregationis Iſraelis*, at non mactavit eum totus cœtus, ſed aliqui ex cœtu.

פרק ו כיצד מברכין על הפירות על פירות האילן אומר בורא פרי העץ חוץ מן היין שעל היין אומר בורא פרי הגפן ועל פירות הארץ אומר בורא פרי האדמה חוץ מן הפת שעל הפת הוא אומר המוציא לחם מן הארץ ועל הירקות אומר בורא פרי האדמה רבי יהודה אומר בורא מיני דשאים :

Caput 6. Quomodo (a) benedicunt pro fructibus? pro fructibus arboris aiunt, *Qui creas fructum arboris*: excepto vino; pro (b) vino enim dicunt, *Qui creas fructum vitis*. Pro fructibus terræ dicunt, *Qui creas fructum terræ*: excepto pane; nam pro pane dicunt, *Qui producis panem de terra.* Pro oleribus dicunt, *Qui creas fructum terræ.* R. Juda vult, *Qui creas herbarum ſpecies.*

R. OB. DE BARTENORA.

חוץ מן היין *excepto vino*, quia præ præſtantia ejus ipſi ordinarunt orationem ſingularem; & ſic etiam ſe rés habet cum pane. Porro dicit ſuper olera, מיני דשן *qui creat ſpecies herbarum*, quia herbæ & ſemina comprehenduntur ſub genere fructuum terræ, uti ſunt legumina. R. Jehuda vero pertendit diſtinctionem eſſe inter benedictionem pro unaquaque ſpecie ſed deciſio juris non eſt juxta R. Jehuda. Quod vero dicit, *ſuper olera dicit, qui creat fructus terræ*; intellige olera quæ ex natura comeduntur cruda, aut etiam cocta ſi eorum natura ſit, ut coquantur. Sed ſi ea quorum uſus & natura eſt ut comedantur cruda, comederit cocta, aut etiam ea, quorum natura eſt ut edantur cocta, comederit cruda, non dicet ſuper illa niſi benedictionem, *Qui omnia verbo ſuo* &c. Super olera autem, quæ comeduntur cruda aut cocta, dicunt benedictionem hanc, *Qui creat fructus è terra*, ſive ſint cocta, ſive cruda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vox כיצד *quomodo*, eſt connexa ex tribus, uti בא״זה, צד, *quemadmodum*, *qualis*, *modo* vel *quomodo*, & eſt interrogatio in voce כיצד de qualitate alicujus cauſæ, vel ſeminis, quæ vel qualis illa ſit. חוץ interpreteris per *excepto*, omiſit autem principium cujusvis benedictionis, quia communis cauſa in omnibus benedictionibus ut dicat *Benedictus Tu Domine Deus noſter mundi Rex*, Olera vero hæc ſunt vel cruda vel cocta, ea autem, quorum uſus eſt comedere cocta ut braſſica, & beta, ſi cocta fuerint, dicet ſuper eas benedictionem, *Qui creat fructum terræ*; ſed qui braſſicam & betam edit, aut ſimiles etiam herbas non coctas, is non dicat niſi orationem, quæ eſt, *Qui omnia verbo ſuo* &c.; & deciſio juris non eſt juxta R. Jehuda.

SURENHUSIUS.

(a) *Quomodo benedicunt* &c.? nam ſententia ipſius eſt quod nemo quoquam frui poteſt in hoc mundo ſine benedictione, ideo non quærit an benedicendum ſit, ſed quomodo ſit benedicendum, vide Toſephot. Cæterum R. Iſak putat quod reſpicit ad id quod dixit capite primo Miſna 4. לחתום רשאי ושלא לחתום *ubi concludendum eſt non licet non concludere*, & hic demum ſequi quomodò benedicendum ſuper fructibus, eo quod illa quæ inceperat auctor de lectione *Audi* ejuſque benedictionibus, nec non octodenis precibus prius abſolvenda erant, quam ad hæc pergeret quæ novis formulis incipit.

(b) Super vino non dicunt *Qui creat fructum arboris*, ſed ſingulari benedictione illud inſigniunt, *Qui creat fructum vitis*, quamvis ſit fructus arboris; & hoc propter præſtantiam ejus uti dicitur Pſal. 104: 15. יין ישמח לבב אנוש Eodemque modo ſuper pane non dicunt *Qui creat fructum terræ*, quamvis ſit fructus terræ, quia ob præſtantiam ejus dicitur Pſal. 104: 15. לחם לבב אנוש יסעד hæc in Gemara.

ב בירך על פירות האילן בורא פרי האדמה יצא ועל פירות הארץ בורא פרי העץ לא יצא ועל כולם אם אמר שהכל יצא :

2. Qui benedicit pro (c) fructibus arboris ſic, *Qui creas fructum terræ*, abſolvitur; pro fructibus terræ ſic, *Qui creas fructum arboris*, non abſolvitur. Pro univerſis ſi dicat, *Per cujus verbum exiſtunt omnia*, abſolvitur.

R. OB. DE BARTENORA.

Per פירות האילן ſubintelligas fructus arborum habentium ramos, cujuſmodi rami anno ſequenti producunt fructus, quo tempore vocetur *arbor*, ſuper cujus fructus dicunt benedictionem, nimirum. *Qui creavit fructus arboris.* Sed ſi ſit arbor quidem fructifera, at non extrudens ramos producturos fructus ſequenti anno, tum dicit ſuper iſtiuſmodi fructibus, *qui creat fructus è terra* על כולם אם אמר שהכל נהיה יצא *ſuper omnes ſi dixerit*, *Qui omnia verbo &c. ſatisfecit*, etiam ſuper panem & vinum; ſed de induſtria non comedat ullum fructum, quando prius neſciverit quænam benedictio ipſi ſit dicenda tali in caſu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit על כולן *ſuper omnibus iſtis*, ſubintellige etiam panem aut vinum, ſuper quibus benedixerit, dicendo, *Qui omnia verbo ſuo* &c., ſatisfecit.

SURENHUSIUS.

(c) Si quis imprudenter ſuper fructibus arborum dixerit, *Qui creat fructus terræ*, ſatisfecit, verum ſi vice verſa dixerit ſuper fructibus terræ adhærentibus, *Qui creat fructum arboris*, non ſatisfecit; ratio adfertur in Talmude Jeruſolymitano, quod omnium conſenſu fructus arboris continentur ſub fructibus terræ, at non fructus terræ ſub fructibus arborum, quia arbores, exponente R. Jona, ſuccum & liquorem è terra ſugunt, uti infans ex uberibus matris ſuæ.

ג על דבר שאין גדולו מן הארץ אומר שהכל על החומץ ועל הנובלות ועל הגובאי אומר שהכל על החלב ועל הגבינה ועל הבצי׳ אומר שהכל

3. Pro re quæ de terra non naſcitur dicunt, *Per cujus verbum omnia.* Pro aceto, pro fructibus deciduis, & pro locuſtis dicunt, *Per cujus verbum omnia.* Pro lacte, caſeo, & ovis dicunt. *Per cujus*

שהכל רבי יהודה אומר כל שהוא מין קללה
אין מברכין עליו :

jus verbum omnia. R. Juda cenſet, (d) quicquid ſpecies eſt calamitatis, pro eo non benedicendum.

R. OB. DE BARTENORA.

נובלות ſunt fructus qui de arboribus decidunt antequam pervenerint ad maturitatem ſuam neceſſariam ad comedendum.

גובאים *locuſtæ*, puræ, quas licitum eſt comedere. מין קללה *ſpecies maledictionis*, ſunt decidui fructus, & locuſtæ quæ veniunt propter maledictionem. Deciſio juris non eſt juxta R. Jehuda.

SURENHUSIUS.

(d) R. *Jehuda dicit, quidquid ſpecies maledictionis eſt, ſuper eo non benedicunt*, ſunt qui putant hæc verba tantum reſpicere acetum & fructus deciduos qui primo tempore quidem erant boni, at deinceps depravati, uti ex vino depravato fit acetum; ſed locuſtas non eſſe ſpeciem maledictionis eo quod ſapor earum conſtans eſt; alii putant locuſtas quoque comprehendi, quia ſemper nocent fructibus, & propterea non benedici ſuper illis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נובלות ſunt fructus qui de arboribus decidunt ante maturitatem. Et quod dicit R. Jehuda, כל שהוא מין קללה *omne quod eſt ſpecies maledictionis*, ſubintellige locuſtas, & omnes fructus decidentes ante maturitatem. At deciſio juris non eſt juxta R. Jehuda.

ד היו לפניו מינים הרבה רבי יהודה אומר
אם יש ביניהם ממין ז׳ מברך עליו וחח״א מברך
על אי זה מהם שירצה :

4. Cui variæ ſpecies appoſitæ fuerint, R. Juda ait, ſi inter eas fuerit aliqua ex 1 ſeptem ſpeciebus, pro ea benedicit: at Sapientes dicunt, benedicit pro quacunque ex iis voluerit.

R. OB. DE BARTENORA.

Septem ſpecies, ut triticum, hordeum, vitis, ficus, malo granata, olivæ, palmæ; quæ ſunt fructus excellentiores, quia iis imprimis laudatur terra Iſraelis.

Benedicat ſuper quam ex iſtis voluerit, quia excellentior eſt præferenda; & deciſio juris eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ממין שבעה *ex ſeptem ſpeciebus*, ſupple una ex ſeptem ſpeciebus quæ commemorantur in Lege, ut triticum, hordeum, vitis, ficus, malogranata, olivæ, & palmæ, ſive lac. Deciſio eſt juxta Sapientes.

G U I S I U S.

1 *Septem ſpeciebus.*] Ob quas celebratur terra ſancta. Sunt autem hæc: triticum, hordeum, uvæ, ficus, malogranata, olivæ, dactyli.

ה ברך על היין שלפני המזון פטר את היין
שלאחר המזון ברך על הפרפרת שלפני המזון
פטר את הפרפרת שלאחר המזון ברך על הפת
פטר את הפרפרת על הפרפרת לא פטר את הפת
ב״ש אומרים אף לא מעשה קדרה :

5. Qui benedixit pro vino quod ante cibum, liberavit vinum quod poſt cibum. Qui benedixit pro 2 opſoniis quæ ante cibum, liberavit opſonia quæ poſt cibum. Qui benedixit pro pane, liberavit opſonia; pro opſoniis, non liberavit panem. Sammæani dicunt, etiam nec illud quod fit in olla.

R. OB. DE BARTENORA.

פטר את היין שלאחר המזון *liberat vinum quod bibitur poſt cibum*, ſcil. in Sabbato & feſtis diebus, quibus conſueti ſunt ad definiendum etiam de vino quod bibitur poſt cibum, quando autem benedicit vino ante cibum, id facit illa intentione ut ſimul benedicat vino poſt cibum. Sed in cæteris diebus non aſſueti ſemper, ut adſit vinum cibis, etiam non intendunt animum ad vinum quod bibitur poſt cibum, ideoque vinum quod in illis diebus bibunt ante cibum, ſua benedictione non liberat vinum quod bibunt poſt cibum. Quod vero toties in Miſchna dicitur לאחר המזון *poſt cibum*, eo intelligitur tempus quod eſt inter comeſtionem panis, & benedictionem poſt comeſtionem.

פרפרת eſt omne genus edulii quocum ſimul edunt panem, ut caro, ova, & piſces etiam vocantur פרפרת. Interdum adferunt etiam פרפראות ante cibum ut appetitum comedendi eo magis excitent, quod itidem apponunt poſt cibum, quando maxima ex parte ſaturati ſunt.

מעשה קדרה *opus ollæ*, uti ſunt contuſa & commolita grana, & farina in aquis cocta, uti ſunt placentæ tenues, & ejus generis alia. Sunt qui vocem פרפרת exponunt, panem ſiccum in ſcutella confectum, ſuper quem benedicunt hoc modo, *Qui creat ſpecies ciborum*, ſed jam bene habet quod neceſſariò indicat nobis, ut, ſi benedixerit ſuper id edulii genus, non liberet â benedictione panem, etiamſi id ſit ſpecies panis; at opus ollæ liberat. Sed ſchola Schamai putat, eum, qui benedixit eduliis, non liberaſſe panem neque opus ollæ; ſed non eſt deciſio juxta ſcholam Schamai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod Miſchna dicit, eum, qui benedicit ſuper vinum quod capitur ante cibum, non teneri benedicere iterum ſuper vino, quod bibunt poſt cibum; hoc intelligendum eſt de die Sabbati, feſtivisque diebus, quibus homines ſolent cibum capere una cum vino. Quando autem benedixit ſuper vino, in principio cogitabat ſecum de vino adferendo quod bibet poſt cibum: ſed ſi ante cibum non cogitaverit de vino, quod ſumpturus eſt poſt cibum, & ſumit tamen, tum tenetur de novo benedicere ſuper iſto vino.

פרפרת eſt genus edulii quod plerumque adjungitur pani, necſine eo comeditur, in plural. פרפראות.

מעשה קדרה *opus ollæ*, uti ſunt commolita & contuſa grana, ſive mola, & edulium, quod conficitur è farina, & ejus generis ſimilibus. Schola Schamai dicit, ſi quis benedixit ſuper edulia, id non liberare opera ollæ. Sed non eſt deciſio juxta ſcholam Schamai.

G U I S I U S.

2 *Opſoniis.*] פרפרת explicante R. Tanchumo eſt אלאדאם אלדי יתאדם בה מע כבז מן אי שי כאן &c. *quicquid pro opſonio cum pane comeditur, veluti juſculum, caro aſſa, vel cocta, ova, caſeus, baccæ, dactyli, &c.* Ita Shab. XXIII. 2.

Numerat quiſpiam hoſpites ſuos, ופרפרותיו *& opſonia*, *memoriter*, *non autem ex ſcripto*. Hoc intelligi videtur quiddam ante & poſt cibum circumferri ſolitum, vel aliquando ante, aliquando autem poſt, ad appetitum excitandum, vel ad ſedandum ſtomachum; ut pro altero forſan recte poſueris *guſtationem* Petronii, *guſtum primum* Martialis, vel *antecœnam* Apuleii, pro altero *Epidipnida* Petronii & Martialis. Certe pro re minus principali in Comeſſationibus plane ſumitur, Aboth. III. 18. *R. Eleazar ben Haſma dicit*, *Nidi & intervalla menſium* הן הן גופי הלכות *principales ſunt Conſtitutiones; revolutiones Aſtronomicæ*, *& ſupputationes Geometricæ ſunt* פרפראות *Sapientiæ*. Alluditur plane ad cœnam, in qua principalis pars ſive גוף הסעודה, *Corpus cænæ*, & פרפראות pars minus principalis opponuntur. Cohen de Lara, Judæorum græce doctiſſimus, vocem Græcam eſſe vult περιφορά; nempe *ferculorum miſſus*, *qui conviviis apponuntur*, *aut ſingulis convivis*, *aut quaternis*, *ut nunc fieri ſolet*. Latina iſta Budæi ſunt: ſed minime quadrant in rem, de qua agimus. Certe ipſe Cohen de Lara adeo non quadrare hoc ultimo loco vidit, ut ad aliam vocem Græcam, περιφέρειαν confugere neceſſum habuerit. Sed in utroque operam ludit. Vox græca non videtur; quin à פרפר *confringere*, *comminuere*, regulariter formatur.

ו היו יושבין לאכול כל א׳ וא׳ מברך לעצמו הסיבו אחד מברך לכלם בא להם יין בתוך המזון כל א׳ וא׳ מברך לעצמו לאחר המזון אחד מברך לכלם והוא אומר על המוגמר אע״פי שאין מביאין את המוגמר אלא לאחר הסעודה :

6. Si confederint ad comedendum, unuſquiſque benedicit pro ſe: ſi accubuerint, unus benedicit pro omnibus. Illato ad illos vino inter edendum, ſinguli benedicunt pro ſe; poſt cibum, unus benedicit pro omnibus. Ille etiam de thuribulo mentionem facit, quamvis non inferant (e) thuribulum niſi poſt refectionem.

R. OB. DE BARTENORA.

היו יושבים &c. erat enim mos etiam edere ſine circuitu, quando non condixerant ſe conventuros ad comedendum ſimul; ſed quando condicta eſſet conventio ad edendum, tum diſcumbebant in lectulis, edentes & bibentes inclinato brachio ſiniſtro.

כל אחד מברך לעצמו *unuſquiſque benedicit pro ſe*, quoniam non tenentur de fixo tempore, ſi non ſit accubitus. Sed ſi dixerint, eamus & comedamus panem in certo loco, etiamſi non diſcumbant, cenſetur ac ſi diſcumberent, benedicens unus pro omnibus, adjungentes ſibi invicem propter benedictionem ante cibum.

בא היין בתוך המזון כל אחד מברך לעצמו *ſi veniat vinum poſt cibum*, *benedicat quiſque pro ſe*, quoniam os occupatur in cibis ingerendis, & ſtomachus eſt impletus eo in tempore, & cor non attendit ad eum qui benedicit, ſed divertitur eo quod ore ſuo manducat, unde fieri facilè poſſet ut ſe ſtrangularet, quando dicendum ipſi eſſet Amen. והוא אומר על המוגמר *& ipſe dicit ſuper ſuffitum*, is qui benedixerit ante cibum, dicendo, *Qui creat arbores aromatum*; etiamſi enim illic inveniatur ipſo honoratior, nihilominus is qui incepit benedictionem unam, dicit & alteram. לאחר הסעודה *poſt cibum*, i. e. poſt benedictionem cibi, quia tum non eſt ex neceſſariis refectionis, ideo is qui incepit benedictionem finiat etiam ultimas. מוגמר *aromata*, ſolebant enim ea adferre poſt cibum in patella quadam ſuper ignem, grati odoris cauſa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הסיבו idem quod הטו *inclinarunt in latus*, ut mos olim diſcumbere in lectulis. Ratio autem, quare unuſquisque benedicat ſeorſim pro ſe adveniente vino inter cibum, hæc eſt, quia tempore comeſtionis occupantur eſu, & ſi reſponderit tum Amen, ipſi acceleranda eſt comeſtio, ne ſeipſum ſtrangulet; hac de cauſa ipſi dant poculum, ut benedicat ſuper id, ut abſorbeat id quod eſt in gula ipſius.

מוגמר idem eſt ac קטורת *ſuffimentum aromatum*; porro dicitur eum, qui benedicit cibo, benedicere ſimul ſuffimento, quamvis ſuffimentum adferatur poſt benedictionem, ſic etiam mos erat id adferre coram convivis poſt refectionem.

SURENHUSIUS.

(e) Scribit R. Jona in nomine Raſchi ad ea verba אף על פי שאין מביאין את המוגמר אלא לאחר הסעודה *quamvis non adducant ſuffitum niſi poſt refectionem*, id eſt, benedictionem cibi, quando jam tranſiit tempus refectionis, quod tamen non imponitur huic, ut benedicat ſimul ac adduxerint ſuffitum poſt complementum refectionis ante benedictionem cibi, quia is qui benedixit ſuper vino ante cibum, etiam benedicit ſuffitui qui adfertur poſt cibum.

ז הביאו לפניו מליח בתחלה ופת עמו מברך על המליח ופוטר את הפת שהפת טפלה לו זה הכלל כל שהוא עקר ועמו טפלה מברך על העקר ופוטר את הטפלה :

7. Cui ſalſamentum primum, & cum eo buccella panis apponitur, benedicendo pro ſalſamento liberat panem; quippe panis ei (f) acceſſorium eſt. Hæc eſt regula generalis. Ubicunque eſt principale, & cum eo acceſſorium, benedicendo pro principali liberatur acceſſorium.

R. OB. DE BARTENORA.

מליח eſt omne id quod ſalitum eſt. שהפת תפלה לו *quia panis ipſi acceſſorium*. Is qui comedit multos fructus valdè dulces, ille edit poſtea ſalita quædam, humores è corpore expellendi cauſa, qui ipſi ex nimiorum fructuum comeſtione advenêre; quandoquidem autem ſalita ſeorſim comedere nequit, adjungit ipſis aliquid panis, adeo ut ſalita ſint principale, panis autem minus principale.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עקר notat *fundamentum*, *radicem*, ac *principalem cauſam*: תפלה *eſt quod ipſi adjunctum*, *acceſſorium*, *ac minus principale*. Verba vero hoc verſu occurentia magis in uſu ſunt apud hortorum cuſtodes, comedentes fructus extremo dulcedinis ſuæ tempore; propterea ipſis mos erat præparare ſalita, ut eorum ope nimios ſtomachi humores ex eſu fructuum illic congregatos expellerent. At ſal comedere ſine alio cibo non mos erat, ſed ſemper adjungebatur panis. Non eſt hic intentio, ejus qui ſalita dicitur comedere, ut ea comedat cum pane, idcirco panis eſt ipſi minus principale, ſed ſalita principale.

SURENHUSIUS.

(f) שהפת תפלה לו *quia panis ei acceſſorium eſt*, ne quis diceret panem eſſe עיקר *principale* quia *liberat opſonia* ut Miſna quinta dictum eſt, ideo in hac Miſna monet quod panis cum ſalſamento acceſſorium quid eſt, ſi illud prius appoſitum fuerit, ne quis benedictione acceſſorii putet ſe liberaſſe principale; Toſephot.

ח אכל תאנים וענבים ורמונים מברך אחריהן ג' ברכות דר"ג וחכמים אומרי' ברכה אחת מעין שלש רבי עקיבא אומר אכל שלק והוא מזונו מברך אחריו שלש ברכות השותה מים לצמאו אומר שהכל נהיה בדברו רבי טרפון אומר בורא נפשות רבות:

8. Qui comederit (g) ficus, vel uvas, vel malogranata, recitat post illa tres benedictiones. Ita Rabban Gamaliel. At Sapientes dicunt, benedictionem unicam (quæ ad scopum trium.) R. Akiba dicit, si vel 1 betam comederit cibi loco, recitat post eam tres benedictiones. Qui bibit aquam, ut sitim restinguat, dicit, *Per cujus verbum existunt omnia.* R. Tarphon mallet, *Qui creas animas multas*, [2 *& indigentiam earum.*]

R. OB. DE BARTENORA.

שלש ברכות *tres benedictiones*, quia omne id quod est de septem speciebus, dicat post tres benedictiones, quatenus id quod vult R. Gamaliel, uti dicitur Deut. 8: 10. ואכלת ושבעת וברכת את יהוה אלהיך, quæ tria verba scil. *comestio*, *saturatio*, & *gratiarum actio* non tantum spectant ad panem, sed ad septem illas species quæ se offerunt isto capite in præcedentibus versibus, ad illas dico referendas tres benedictiones illas.

ברכה אחת *benedictio una*, hæc est benedictio de sustentatione. על הארץ *super terra*, est benedictio de terra. Quod dicitur הטובה *bona*, hæc est benedictio de ædificatione Jerusalem, eodem sensu dicit Deut. 3: 25. ההר הטוב הזה.

Sapientes dicunt, ברכה אחת, מעין שלש ברכות *unam benedictionem, quæ comprehendit tres*; si quis comedit uvas, ficus, malogranata, olivas & palmas, benedicit, *super terram & super fructus terræ, & super terram desiderabilem bonam* &c.; (vid. Maimon.) Et concludit, dicens *super terram & super fructus*; si autem habitat in terra Israelis, concludens dicit, *super terram & ejus fructus.* Eandem benedictionem dicit super vino, concludens hoc modo, *super vitem & super fructum vitis.* Et super omne quod fit ex septem speciebus proventuum, ubi adhûc dependent ab arbore, vel ex fructibus arboris, dicit, *super sustentationem, & vivificationem fructuum*, & concludit verbis, *super terram*, & *super sustentationem ejus.*

Per שלק *cocta*, intellige, olere cocta. והוא מזונו *si illius fuerit cibus*, id quod ipsi inservit in cibum.

שלש ברכות *tres benedictiones*, quia ternis verbis Deut. 8: 10. ואכלת ושבעת וברכת, quod spectat ad omne quod editur; decisio juris est juxta Sapientes, qui tres benedictiones non nisi de pane instituerunt. Super septem autem species dicet unam benedictionem quæ continet summam trium. Super omnia autem reliqua benedicet, *Qui creat animas multas, & necessaria*, nimirum, panem & aquam sine quibus homo non potest subsistere; Et super omne id quod creat ad sustentandum eo animas omnium viventium, sive, supra omne id quod in mundo existit, imo etiam istiusmodi creaturas quæ non nisi ad delicias & additamenta boni creatæ sunt. Quatenus autem ista benedictio continet duas causas, ideo est benedictio longa, & incipit benedictione & finit benedictione, uti dictum est in Talm. Jerusolym., *benedictus tu Domine Deus noster vita mundi*, השותה מים לצמאו *qui bibit aquas ad exstinguendam sitim*, hunc tantum in finem, dicet benedictionem, *Qui omnia verbo suo* &c. Is autem qui bibit ad ingerendum iis cibum quem habet in gula, aut simile quid, non benedicet, רבי טרפון אומר בורא נפשות רבות *R. Tarphon dicit, qui creat animas multas*, illam benedictionem recitat antequam bibat aquam, sed juris decisio non est juxta R. Tarphon, quia ante haustum aquæ dicendum est, *Qui omnia verbo suo* &c.; postquam vero biberit aquas, dicet, *Qui creat animas multas.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Est sententia R. Gamalielis, dicendas esse super quemque septem antea memoratorum fructuum, qui inveniebantur in terra Israelis, tres benedictiones; nimirum, benedictionem, quæ dicitur ante cibum, quatenus illa tractat de bono & benignitate, quæ est benedictio quarta, quam Sapientes ordinarunt, non ita pridem post destructionem templi. Et dicitur לצמאו *quantum sufficit ad exstinguendam sitim*, vult, eum qui bibit tantum ex necessitate sitis, sed eum qui bibit aquam ad ingerendum iis aliquos cibos, aut etiam ad gustandum id quod est in ore ejus, nullatenus teneri benedicere.

Per שלק intelligitur omne id quod coctum est ex quacunque specie id sit, & decisio non est juxta R. Gamaliel, neque juxta R. Akiba, neque juxta sententiam R. Tarphon, qui dicit benedicendum esse antequam biberit aquas, *Qui creat animas multas*; sed sensus benedictionis postquam bibit aquas, est, ut dicat, super id quod creat, *Benedictus sit Deus vivus mundorum.* Quod autem dixêre Sapientes, benedicendam esse post septem illas species benedictionem unam, quæ necessario comprehendat summam trium benedictionum hujus sunt argumenti, *Benedictus sis tu Domine Deus noster Rex mundi super arbores, & super fructum arboris, & super proventum agri, & super terram desiderabilem, bonam & amplam, quam dedisti nobis Domine Deus noster, ad comedendum de fructu ejus, & saturatione boni; miserere nostrum, Deus noster, populi tui & urbis tuæ, hæreditatis tuæ & ædificiorum Jerusalem, adsis cito in diebus nostris, & fac nos reduces cum gaudio, & comedamus de fructibus, & satiemur bono, & benedicamus tibi super ea in sanctitate & puritate, benedictus tu Domine super terra & super fructibus*; si autem habitat in terra Israelis, dicit, *super terram & super ejus fructus.* Hæc vero benedictio est, quam dicat pro vino seorsim dicens, *super vitem & fructus vitis*, pro *super arbore*, aut *fructibus arboris.* Si vero comederit aliquam rem quam conficiunt ex speciebus proventuum, quando adhuc dependent ab arbore, aut ex fructibus arboris, dicit, *super id quod vivificat aut sustentat*, & concludit orationem his verbis, *super terra & super eo quod sustentat.*

GUISIUS.

1 *Betam.*] Ita posui ex autoritate linguarum cognatarum. Quippe Chaldæis סילקא, Syris ܣܠܩܐ, Arabibus سلق, *beta* est. Veruntamen Interpres Chaldæo-Samaritanus ࠉࠓࠒ ponit pro quovis olere. Gen. I: 30. Maimonidi שלק est מסלוק מן אי שי כאן ἕψημα, *è quacunque re fuerit.* R R. Salomoni & Obadiæ, *decoctum ex oleribus.* Ita Arabicum سليقة Zamachshario est *decoctum ex milio contuso.* Syrum ܫܠܝܩܐ est المسلوق المطبوخ, *elixum, decoctum*, Isa bar Ali, & alii Anonymo, Lexicographus Syrus. Si quis *decoctum* pro *beta* reponere volet, non contendam. Alterum tamen melius puto; quamquam non nesciam תרדין alibi in Misna pro betis poni. 2 *Et indigentiam earum.*] Id est, quicquid illis pro alimonio opus est. Reduxi hanc vocem ex MS. Suffragatur Talm. Hieros. & R. Obadias.

SURENHUSIUS.

(g) אוכל תאנים *qui comederit ficus* &c., non sequitur hic ordinem fructuum quo scripti sunt in Lege; vide Deut. 8: 8. uti nec capite secundo Maaserot, neque capite tertio Biccurim; sed ratio est quod in Lege sermo est de præstantia terræ Israelis cujus hic non habet rationem, sed de esu fructuum loquens necesse erat ut prius nominaret eos qui primo tempore maturescunt, & propterea præmisit *ficus.*

פרק ז שלשה שאכלו כאחד חייבין לזמן אכל דמאי ומעשר ראשון שנטלה תרומתו ומעשר שני והקדש שנפדו והשמש שאכל כזית והכותי מזמנים עליהם אבל אכל טבל ומעשר ראשון שלא נטלה תרומתו ומעשר שני והקדש שלא נפדו והשמש שאכל פחות מכזית והנכרי אין מזמנין עליהן :

Caput 7. Tres qui una comederint tenentur 1 indicere. Propter eum qui comederit 2 rem dubiam aut 3 decimas primas quarum primitiæ deſumptæ, aut decimas ſecundas vel conſecratum, 4 quæ redemta fuerint; propter miniſtrum qui comederit quantitatem olivæ, & 5 Cuthæum; propter hos indicunt. Propter eum qui comederit illibatum, aut decimas primas nondum deſumtis primitiis, aut decimas ſecundas vel conſecratum nondum redemta; propter miniſtrum qui comederit minus quam quantitatem olivæ, & alienigenam; propter hos non indicunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה שאכלו כאחת חייבין לזמן *tres qui comederint ſimul tenentur benedicere per modum ſodalitii*, conjunctim benedicere in numero plurali, hoc modo, *benedicamus quod comedimus de ſuo.* דמאי ita vocantur fructus plebis, & componitur ex דא, מאי, *quid illud?* eſtne decimatum, an non? Et quia ſuſpecta eſt plebs de retentione decimarum, ideo Sapientes ordinarunt ne comederet ſuos fructus ante decimationem, & ſi comederit de iis dicet benedictionem ſuper eos, nam non eſt præceptum quod ſecum adfert tranſgreſſionem, quatenus maxima pars plebis dant decimas.

שנטלה תרומתו *Cujus Truma ſit oblata*, etiamſi non oblata ſit Truma magna, ut ſi Levita antevertat Sacerdotem ut capiat decimas tritico adhuc exiſtente in ſpicis ſuis, antequam Sacerdos tulit Trumam magnam, quæ Sacerdoti prius auferenda fuiſſet, ſcil. una pars de quinquaginta, quam partem ſcriptura vocat ראשית. Hunc ergo in modum, deprehenditur Trumam magnam adhuc eſſe in decima illa parte, quæ eſt una pars de quinquaginta decimarum, excepta Truma decimarum, quam Levita tenetur ſeparare de ſuis decimis. Docet ergo Miſchna, Levitam non teneri ſeparare ex ſuo Trumam magnam, uti dicitur Num. 18:26. והרמותם ממנו, תרומת יהוה מעשר מן המעשר nota quod dicitur, *decimas de decimis*, non autem Trumam magnam aut Trumam decimarum de decimis.

ומעשר שני והקדש שנפדו *& decimæ ſecundæ & id quod ſanctificatum quando redemta ſunt*, ſcil. ſi dederit capital ſed non addiderit quintam partem, quam poſſeſſores tenentur addere, & hoc eſt quod Miſchna vult docere, nimirum, quod tali in caſu quinta pars etſi non data, tamen non irritam reddat redemtionem.

והשמש שאכל כזית *& ſervus qui comederit quantitatem olivæ*, quatenus dicere poſſumus eum, qui inſervit menſæ & convivis, hinc indè diſcurrere veniendo & abeundo, eatenus cum eo non benedicitur in ſodalitio, id quod hic intendit Miſchna, & ſimul etiam vult, ſuper rem quæ apparet illicita non benedici cum transgreſſione.

והכותי *& Cuthæus*, Cuthæi ſunt gentes quas Rex Aſſyriæ ſecum duxit de Cûtha ac reliquis terris, quas habitare fecit in Samaria, ubi proſelyti facti ſunt præ terrore leonum eos devorantium, uti conſtat ex libris Regum. Hi populi cuſtodiebant Legem ſcriptam, omniaque præcepta quæ recipiebant accuratius obſervabant quam Iſraelitæ, ideo aliquatenus iis fidem habebant uſque dum inquirebant de illis ac comperiebant quod ſimilitudinem columbæ alicujus habebant quam in monte Geriſim dicto colebant, poſtea eos omnino pro gentilibus habuerunt in omnibus rebus, hac de cauſa non benedicunt cum illis in conſortio.

טבל Thebhel eſt genus granorum a quibus nondum detracta eſt Truma neque decimæ, & vocatur ita, quia compoſitum eſt vocabulum ex לא & טב quaſi dicas *non bonum.* At non neceſſum eſt ut dicamus, ſi ederit Tebhel, eſſe illicitum vi Legis benedicere, quandoquidem Tebhel Sapientum, quod eſt frumentum creſcens in vaſe terra impleto ſi comederit, tum non benedicunt cum eo in conſortio.

ומעשר ראשון שלא נטלה תרומתו *& decimæ ſecundæ de quibus nondum ſeparata eſt Truma*, non eſt hæc Truma de decima parte, quia tum omnino totum Tebhel eſſet, ut, ſi Levita antevertit Sacerdotem, poſtquam frumentum eſt ventilatum, ut ſeparetur in Trumam juxta Legem, recipiens prius deci-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Miſchnæ explanatio nititur propoſitionibus quibusdam quæ explicantur in aliis Miſchnæ locis, ego vero eas explicabo paucis, ac poſtea hujus Miſchnæ ſenſum explanabo. Dico itaque, dona illa quæ Deo benedicto afferenda ſunt ex Seminibus poſt eorum meſſim, triturationem atque ventilationem, ab unoquoque ſeparanda eſſe, ut ex iis pars aliqua detrahatur in decimas Sacerdoti concedendas, quæ ſeparatio vocatur תרומה גדולה *Thruma magna*; poſtea vero iterum ex reliqua parte ſeparat partem decimam, quæ vocatur מעשר, ראשון, quam dant Levitis; poſt denuo ex reliquis ſeparat decimam partem quæ מעשר שני, quas tenentur poſſeſſores adferre Jeroſolyma, & ibi eas comedere; ſed ſi non poterit eas illuc adferre, redimit eas eo quo habitat loco, ſumens argentum redemptionis quod adferat Jeroſolyma; ſi vero vir alius, qui non eſt poſſeſſor, eas redemerit, is det tantum æſtimationis pretium; At ſi ipſe poſſeſſor redemerit, addet quintam partem, uti dicitur Levit. 27:31. ואם גאול יגאל איש ממעשרו חמישתו יסף עליו, quisquis igitur ſanctificaverit aliquid ex quacunque re, ſi is ipſe id redemerit, addet quintam ejus partem, quemadmodum omnia ſuo loco explicantur. Poſt deinde Levita accipiet decimam ſuam partem, & ſeparabit ex ea decimam partem quam det Sacerdoti, quæ pars vocatur מעשר מן המעשר *decima ex decima parte*; decima autem pars quam ſeparat Levita vocatur תרומת מעשר.

טבל *Tebhel* vocatur omne id à quo non ablatum aliquid illorum donorum de quibus ſupra diximus, eſtque compoſita vox ex טב & לא quaſi dicas, *nondum bona*, ob decimas nondum datas.

דמאי vero eſt res dubia & ignota, an ex ea datæ ſint decimæ, quæ eſt itidem compoſita vox ex דא & מאי, ac ſi dicas *quid hoc?* tenemus autem pro fundamento, ab omni quod adfertur in aream ante triturationem ſeparandam eſſe decimam partem primam, antequam ab eo ſeparant Thrumam magnam, quam decimam partem det Levitæ, & Levita non obligatur ſeparare ex ſpicis illis partem Trumæ magnæ quæ in illa continetur, ſed tantum Trumam decimæ partis, ſed ſi veniat frumentum in aream poſtquam trituratum eſt ac purgatum, & inveniantur illic centum ſata tritici, tum accipit inde decem ſata tritici quod concedit Levitæ, ſi autem ille ipſe non ſeparavit Trumam magnam, Levita obligatur ſeparare inde quantitatem decem ſatorum in portionem Trumæ magnæ, quæ eſt obligatio ſeparationis frumenti, continens quintam partem Sati, poſtea vero ſeparat ex reliquis iſtis Trumam decimæ partis. Præterea etiam pro fundamento tenemus quod non licitum eſt redimere decimas ſecundas, niſi ſint figuratæ & obſignatæ monetæ, uti dicitur Deut. 14:25. וצרת בכסף. Exponit autem traditio, per omnem rem figuratam eſſe licitum redimere, ſed non itidem per ſegmenta argenti vel auri licitum eſſe, vel etiam per mobilia bona; ſic etiam non licitum eſt redimere id quod ſanctificatum per partem agri; propterea obſerves omnes iſtos de redemptione modos, qui ſunt fundamentales. Sciendum eſt etiam Miſchnam non loqui de re publicè illicita, neque de re publicè licita, verum illa vetat res de quibus dubium eſt, an ſint vetitæ, necne; nam de cauſis clarioribus non eſt operæ pretium ut dicamus. Sed ſemper argumentandum eſt hoc argumento, nimirum, ut dicamus quem ſenſum ex hac Miſchna docemus, quando eſt res nota & clara. His prætermiſſis animum attendas ad percipiendum verba hujus in qua verſamur Miſchnæ.

decimas primas cum parte quinquageſima decimarum, quæ pertinet ad Sacerdotem pro Truma magna, & quoties non dedit Trumam magnam, etiamſi ſeparaverit Trumam decimarum, non dicunt cum eo benedictionem ſodalitii convocati. Si vero antevertat, ſeparando frumentum adhuc exiſtens in ſpicis, antequam ventilatum ac purgatum ſit, non tenetur ſeparare Trumam magnam, uti ſupra diximus.

ומעשר שני והקדש שלא נפדו *& decimas ſecundas, & id quod ſanctificatum eſt, quæ nondum redempta*, non eſt neceſſe ut dicamus quod nullatenus redempta ſunt, id quod clarum eſt ſatis; ſed quod redempta ſunt quidem, ſed non juxta ritum ac jus, eorum veluti ſi redemit decimas ſecundas per ſcruta argenti, aut monetam quæ caret figura, quia ſcriptura dicit Deut. 14:25. וצרת בכסף *& ſignabis argentum*, ergo redemtio fiat neceſſe eſt per rem ſignatam; & ſanctum quod reddiderunt profanum per campum agri, non redimat per argentum, ut dicitur ibidem loci, ונתתה בכסף.

Porro dicitur, והשמש שאכל פחות מכזית *& famulus qui comederit minus quam eſt quantitas olivæ*, hæc Miſchna ſuperflua eſt, ſed quoniam cætera quæ in principio poſuit neceſſaria ſunt, ideoque & hæc poni neceſſe eſt.

והנכרי *& peregrinus*, intelligitur iſtiuſmodi peregrinus qui quidem circumciſus eſt, at non baptizatus, inde docemur, quod, quamdiu necdum eſt baptizatus, adhuc ſit gentilis, & nunquam habendus peregrinus, niſi poſt circumciſionem & baptiſma.

næ. Dicit ergo, cum unoquoque qui comederit Demai, aut decimas primas à quibus ablata eſt Truma, etiamſi in eis contineatur pars Trumæ magnæ, quando detraxit decimas primas à ſpicis necdum trituratis, uti diximus; aut; ſi comederit decimas ſecundas, aut id quod ſanctificatum eſt, & à poſſeſſore redemptum, etiamſi non data ſit quinta ejus pars, benedici poſſe; at relinquitur illi debitum Trumæ &c.; ſic etiam is qui inſervit menſæ, & non habetur inter convivas; item Samaritanus qui eſt Apoſtata, ac is qui Legi valedixit, uti & hoc expoſuimus alio in loco; qui omnes juxta opinionem noſtram non haberent libertatem benedicere in ſodalitio, quandoquidem non ſunt res omnino perfectæ, & juxta perfectionis normam conſummatæ, uti diximus. Hac de cauſa docemus benedicendum eſſe in ſodalitio cum omnibus iſtiuſmodi, qui ſupra à nobis memorati. Sed ſi comedat Tédhel, & ſi Tebhel Sapientum, quod eſt id quod creſcit in vaſis terra repletis, de eo non dantur dona illa quæ in Lege memorantur, ſed tantum de re quæ provenit è terra; at juxta Sapientes, de omni eo quod in vaſis terra repletis creſcit dona danda ſunt.

מעשר ראשון שלא נטלה תרומתו *decimæ primæ de quibus nondum data eſt Truma*, nimirum, de quibus nondum ſeparata eſt portio Trumæ magnæ quæ in iis continetur, quando decimas ante Trumam magnam inde ſeparat, uti triticum ventilatum ומעשר שני והקדש שלא נפדו *& decimæ ſecundæ, idque quod ſanctificatum eſt quando nondum redempta ſunt*, ac ſi dicas, quæ non redempta ſunt uti conveniebat, quia decimas ſecundas redemit per nummos in quibus non datur figura, nec ſignum, redimens id quod ſanctificavit per campum agri. Pro fundamento etiam tenemus, quod peregrino, qui Domino adjunctus eſt, non cedit Sanctum, neque cenſendus Iſraelita, niſi quoad tres cauſas, ſcil. circumciſionem, inundationem, & ſacrificium. Quod autem in textu dicitur והנכרי *& peregrinus*, intelligas de eo qui recepit in ſe Legem Iſraelis, circumciſus, at non baptizatus, ne intelligamus, eis quorum hic facta eſt mentio poſtquam in iis reperiatur aliqua perfectionis pars, permiſſum eſſe benedictionem dicere in ſodalitio; Propterea nos docet textus, quod antequam perfecta ſunt jura eorum, uti diximus, non licitum eſſe benedicere cum illis benedictionem ſodalitii: Senſum verbi זמן exponam in inferiori loco.

GUISIUS.

1 *Indicere.*] זמן, exponente Cl. Lightfootio, Hor. ad Matt. XV. 36. eſt *numero plurali gratias agere pro toto cœtu, dicendo, Benedicamus.* Sed fallitur. זמן nihil aliud ſonat, quam prævia commonitione (cujus variæ formulæ ſequuntur hoc paragrapho) convivas ad gratiarum actionem paratos eſſe jubere; i. e. gratias indicere. Alia enim eſt זמן *gratiarum indictio*, ab ipſa gratiarum actione. Ut rem intelligas formulam ſaltem unicam apponam ex Liturgiis. Si tres tantum adſint, eorum unus ſic gratias indicit: נברך שאכלנו משלו *Benedicamus ei, de cujus rebus comedimus.* Reliqui duo reſpondent ברוך שאכלנו משלו ובטובו חיינו *Benedictus ille, de cujus rebus comedimus, & ex cujus bonitate viximus.* Teſtatum ita faciunt ſe paratos eſſe. Tum hæc ipſa verba repetit is qui indicit, & deinde gratiarum actionem perſequitur. ברוך הוא ברוך שמו &c. *Benedictus ille, Benedictum nomen ejus* &c. Jam ſcis quid ſit זמן, ſive *gratias indicere.*

2 *Rem dubiam.*] Id eſt, rem de qua non conſtat utrum adhuc deſumptæ ſint decimæ. De hac deſumenda erat primo pars centeſima, ſive decimæ decima Sacerdoti danda, quæ hic dicitur primitiæ. Deinde decimæ ſecundæ Hieroſolymis comedendæ. Non autem tenebatur nec ad decimas primas, nec ad decimas pauperum, ut infra uberius oſtendam ad Dem. I. 1. De hac ſi quis comederit primitiis iſtis ante deſumtis, non autem decimis ſecundis, utcunque non debuerit, pro eo indicendum.

3 *Decimas primas.*] Ut locum plene capias, de primitiis & decimis ſic habe. Ex toto frugum proventu, poſt גמר מלאכתן, i. e. poſtquam plene elaboratæ ſunt, & in uſum ita humanum accommodatæ, priuſquam in uſum communem cederent, deſumendæ erant variæ primitiæ & decimæ hoc ordine. Primo תרומה גדולה, *ἀφαίρεμα μέγα, delibatio*, vel *primitiæ majores* Sacerdoti dandæ. Has ex Lege arbitrio permiſſas, Magiſtri voluerunt conſiſtere inter quadrageſimam & ſexageſimam totius proventus partem. Ex reſiduo auferebant מעשר ראשון *decimas primas* Levitæ donandas. Et ex illis Levitæ ſolvebant Sacerdoti מעשר המעשר *decimarum decimas*, dictas etiam מעשר מן המעשר *decimas ex decimis*, & תרומת מעשר *primitias decimarum.* Denuo ex reſiduo auferebant מעשר שני *decimas ſecundas* Hieroſolymis abſumendas; quæ tamen ſingulis tertio & ſexto annis Heptaeteridis in מעשר עני *decimas pauperum*, pauperibus & Levitis

SURENHUSIUS.

(a) Quando tres congregati fuerint qui una comederunt tenentur לזמן, id eſt, *benedicere in numero plurali* exponente R. Bartenora, quorum unus dicit נברך שאכלנו משלו *benedicamus quod comedimus de illius* bonis, ratio eſt, quod Deus magis glorificatur à multis quam ab uno, propterea David Pſal. 34:4. גדלו ליהוה אתי ונרוממה שמו יחדיו. Sic etiam Deut. 32:3. כי שם יהוה אקרא הבו גדל לאלהינו Gemara. Hæc optime applicuit doctiſſimus Lichtfotus ad Matt. 26:36. ubi verbotenus refert verba Bartenoræ quo ſenſu ea in voce לזמן ſupra dicta ſunt, adeoque immerito culpatur à Guiſio noſtro qui ſemper nodum in ſcirpo quærit, quando dicit quod זמן non ſumitur pro *benedicere* ſed *pro indicere*, ſed omnes Rabbini mecum dicunt quod *benedicere* ſignificet, & quod ea benedictio in ſe continet adhortationem ſive indictionem cujus formulam ſupra dedimus, videatur quoque Miſna tertia capitis ſequentis in hoc tractatu. Et quia unus benedicit & cæteri reſpondent definito ipſis tempore, ideo hæc benedictio זמן à זימן quod in Targum ſæpius occurrit pro מועד *tempus ſtatutum & condictum*; item pro פעם *vices*, & *temporis articulus*, Præterea non bona fide agit Guiſius cum Lichtfoto, quando de Lichtfoto affirmat eum ſcripſiſſe זמן notare *gratias agere pro toto cœtu*, nam hæc verba *pro toto cœtu* non extant, quaſi Lichtfotus diſtinguere neſciviſſet inter benedictionem, quæ fit בזמנין, id eſt, præſentibus decem vel pluribus perſonis in Sacris, & inter benedictionem cibi ſive זימון quando unus ex tribus benedicit. Quanta ergo eſt illa controverſia Guiſii cum Lichtfoto? eſt tantum unius פעם *articuli temporis*: quinam eſt ille temporis articulus? eſt ille ubi is qui benedicere inſtituit pervenerit ad reliquos duos qui reſpondent *benedictus ille de cujus (bonis) comedimus & cujus bonitate viximus.* In quo igitur terminatur controverſia? in eo quod Lichtfotus loquitur de momento poſteriori, & Guiſius de priori ſive præparatione ad benedictionem, id quod à Lichtfoto quoque non negatur ſed maximè includitur, hæc enim trita & vulgaria ſunt ei qui tantum leviter imbutus literatura Ebraica, multo magis Lichtfoto.

oppidatim in portis exhibendas conversæ. Proventus ita ut dixi elaboratus, primitiis & decimis nondum desumtis, dicebatur מבל quod *Illibatum* interpretor; aliquando etiam ודאי *manifestum*, de quo certo constat dona ista nondum desumpta; quod opponitur τῷ דמאי *Rei dubiæ*: idem ודאי מבל *manifesto illibatum* apud Bertinorium ad Dem. V. 9. Debebat ita Levita regulariter decimas accipere demum post solutas primitias majores. Sin autem comederit decimas primas, quas ipse in spicis acceperat à proprietario, adeoque Sacerdotem majoribus primitiis fraudaverat, utpote quæ nondum ei competebant, dummodo primitias decimarum solverit, pro eo indicendum. 4 *Quæ redemta fuerint.*] Simpliciter; non superaddita quinta, ut Lege cautum. 5 *Cuthæum.*] Οἱ κατὰ μὲν τὴν ἑβραίων γλῶτταν Χουθαῖοι, κατὰ δὲ τὴν ἑλλήνων σαμαρεῖται. Joseph. IX. 14. Ita vocarunt Judæi conflugem istam turbam, quam maximam partem ἐκ χούθου vel χουθᾶς, vel χουθίας, (ut diversimode scribitur apud Josephum) traduxit Salmanassar in Samariam, loco decem tribuum in Mediam deportatarum. II. Reg. XVII. 24. Regionem istam, uti & fluvium cognominem in Perside locat Josephus: attamen vir maximus Isaacus Vossius in epistola ad Andream Colvium ex Carmania deserta arcessitos olim Cuthæos tradit. Quippe Χοῦθοι ibi locantur à Ptolemæo. Ptolemæi locum ita leges ex MSS. duobus codicibus in Archivis Seldenianis, quorum unus antiquus & optimæ notæ, alter recentior. κατανέμονται δὲ τῆς ἐρήμου τὰ μὲν μεσημβρινὰ ἰσατίχαι, καὶ χοῦθοι, τὰ δὲ μέσα γαδανώπυδρες. Editiones omnes Ζοῦθοι, quanquam Mercator *Cuthi* in tabulis. Carmania deserta Persidi ab ortu contermina, imo vere ἐνδοτέρω τῆς περσίδος καὶ τῆς μηδίας, ut alibi loquitur Josephus de Cuthæorum sede X. 11. ut scias etiam bene hac in re Josepho & Ptolemæo convenire. Quod ad hunc & alia Misnæ loca attinet, ubi Cuthæorum mentio, Maimonides notat ad hujus Tituli VIII. 8. Judæos olim credidisse, eos in Religionem suam concessisse, donec facta indagine à Sapientibus reperti sunt honorem præstantes monti Garizitano, adeoque Idolo ibi collocato forma columbæ. Quapropter sicubi in Misna prærogativa illis tribuatur præ reliquis gentibus, ut hic & alibi non infrequenter, id intelligendum de tempore indaginem istam prævertente; siquidem post detectam Idololatriam & reliquis gentibus locum cedunt. Videsis R. Azariam cap. XXI. & R. Davidem Ganz ad annum MMMDCCCLXXXI. præter nostros satis obvios.

ב נשים ועבדים וקטנים אין מזמנין עליהם עד כמה מזמנין עד כזית רבי יהודה אומר עד כביצה:

2. Propter (b) fœminas, servos, & minores non indicunt. Ad quantillam quantitatem indicunt? usque ad quantitatem olivæ. R. Juda censet, usque ad quantitatem ovi.

R. OB. DE BARTENORA.

וקטנים *& parvuli*, intelliguntur istiusmodi qui nondum intelligunt cui benedictio fiat, sed si id intelligunt, benedictionem sodalitii cum iis dicunt. (quæ fit si ad minimum tres sunt convocati.) Sunt autem nonnulli doctores qui dicunt, non dictum esse, dicere benedictionem sodalitii cum istiusmodi parvulis qui sciunt cuinam fiat benedictio, sed cum parvulo tredecim annos & unum diem nato; qui nondum habet duos pilos, ille quoque vocatur קטן פורח *parvulus florescens*; sed si istis minores sunt ætate, cum iis non dicunt benedictionem sodalitii, etiamsi sciant cui benedicitur. At in Talmude Jerosolymitano adducitur decisio juris, quod nullo modo benedicendum cum parvulis in sodalitio, nisi usque dum sunt majores ætate, ac habent duos pilos. Mulieres vero benedictionem dicunt invicem, una post alteram, pari modo etiam servi; sed non licitum est mulieribus benedicere unà cum servis, propter petulantiam & lasciviam. עד כזית *quantitatem olivæ*, & sic est decisio juris; non autem juxta R. Jehudam, qui dicit, *usque ad quantitatem ovi.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non est decisio juris juxta R. Jehudam. Et quod Mischna dicit, קטנים אין מזמנין עליהם *non benedicendum cum parvulis*, id intelligendum est de istiusmodi parvulis, qui nondum intelligunt sensum benedictionis, qui est gloria, & exaltatio Dei benedicti. Sed si intelligunt cuinam benedicunt, dicunt benedictionem publicam cum iis, sed mulieres dicunt invicem, una cum altera.

SURENHUSIUS.

(b) *Propter mulieres non benedicunt ex condicto*, ne quidem maritis præsentibus, quia societas earum non quadrat cum viris, propterea quod intentionem impediunt; neque *propter servos*, quia vitiis & sceleribus immersi sunt ut non sint attenti præsentibus viris, multo magis quando mulieres adsunt non attendent propter proterviam; hæc R. Jona è Gemara notat; vide quoque Misnam septimam capitis octavi tractatus Pesachim.

(c) עד כזית *usque ad quantitatem olivæ*, hæc est sententia magistri Abai in Gemara, qui id quod dicitur Deut. 8: 10. ואכלת ושבעת *quando comederis & satiatus fueris* exponit de cibo & potu, & quantitatem cibi dicit olivam. Cæterum R. Jehuda illud אכלת ושבעת tantum de cibo exponit usque ad satietatem sumpto, cujus quantitas est ovum.

ג כיצד מזמנין בשלשה אומר נברך בשלשה והוא אומר ברכו בעשרה אומר נברך לאלהינו בעשרה והוא אומר ברכו אחד עשרה ואחד עשרה רבוא במאה אומר נברך לייי אלהינו במאה והוא אומר ברכו באלף אומר נברך לייי אלהינו אלהי ישראל באלף והוא אומר ברכו ברבוא אומר נברך לייי אלהינו אלהי ישראל אלהי הצבאות יושב הכרובים ברבוא והוא אומר ברכו כענין שהוא מברך כך עונין אחריו ברוך ה׳ אלהינו אלהי ישראל אלהי הצבאות יושב הכרובים על המזון שאכלנו· רבי יוסי הגלילי אומר לפי רוב הקהל הן מברכין שנאמר במקהלות ברכו אלהים

3. Quomodo indicendum si adsint tres? Insit, *Benedicamus*: si adsint tres præter ipsum indicentem, insit, *Benedicite*. Si adsint decem, insit, *Benedicamus Deo nostro*: decem præter ipsum, *Benedicite*. Perinde se habent decem, atque decem myriades. 1 Si adsint centum, insit, *Benedicamus Domino Deo nostro*: centum præter ipsum, *Benedicite*. Si adsint mille, insit, *Benedicamus Domino Deo nostro, Deo Israelis*: mille præter ipsum, *Benedicite*. Si adsint decem millia, insit, *Benedicamus Domino Deo nostro, Deo Israelis, Deo exercituum, insidenti Cherubinis*: decem millia præter ipsum, *Benedicite*. Prout ipse benedixerit vicissim respondent post eum, *Benedictus Dominus Deus noster, Deus Israelis, Deus exercituum, insidens Cherubinis, pro cibo quem comedimus.* R. Joses Galilæus ait, secundum multitudinem congregationis benedicunt

אלהים ה׳ ממקור ישראל אר״ע מה מצינו בבית הכנסת אחד מרובין ואחד מועטין אומר ברכו את ה׳ רבי ישמעאל אומר ברכו את ה׳ המבורך׃

dicunt, quia dictum eſt (Pſ. LXVIII. 27.) *In congregationibus benedicite Deo, Domino, de fonte Iſraelis.* Inquit R. Akiba, quidnam comperimus in Synagoga? perinde eſt ſive plures fuerint, ſive pauciores; *Benedicite Domino.* infit, R. Iſmael, ſic, *Benedicite Domino benedicto.*

R. OB. DE BARTENORA.

בשלשה והוא *ſi ſint tres & ipſe*, tum dicet, *Benedicite* &c., quatenus etiam ſine eo adeſt numerus perfectus ad dicendum benedictionem conſortii; id ipſum etiam intelligendum eſt in cæteris.

אחד עשרה ואחד עשר רבוא *ſive ſint decem, ſive decem myriades*, hæc eſt ſententia R. Akibæ, qui dicit, *rem ſe habere juxta numerum qui reperitur in Synagoga, à decem uſque ad plures non eſſe differentiam benedicendi inter multos & paucos.

במאה אומר נברך ליהוה אלהינו *ſi ſint centum, dicit, benedicamus Domino Deo noſtro*, hæc eſt ſententia R. Joſe Galilæi, qui dicit, benedicendum eſſe juxta numerum congregationis. Deciſio juris vero eſt, à tribus ad decem benedicendum eſſe hoc modo, *Benedicamus quod comedimus de ſuo*, cæteri omnes reſpondentes, *Benedictus quod comedimus de ſuo, & vivimus bono ejus.* Si vero ſunt decem & plures, is qui pronunciat benedictionem, dicit, *Benedicamus Deo noſtro quod comedimus de ſuo*, cæteri omnes reſpondent, *Benedictus quod comedimus de ſuo, & vivimus bono ejus.* R. Iſmael dicit, *Benedictus Dominus benedictus*; ſed deciſio juris eſt juxta R. Iſmael.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicitur in hac Miſchna אחד עשרה ואחד עשר רבוא *Sive ſint decem, ſive decem myriades*, eſt ſententia R. Akibæ, & quicquid ſequitur eſt ſententia R. Joſe Galilæi, qui dicit juxta numerum congregationis benedicendum eſſe; at deciſio juris eſt, ut unus è tribus uſque ad decem benedicat, dicens, *Benedicamus eo quod comedimus de ſuo*; cæteri reſpondentes, *Benedictus is de cujus* (cibo) *comedimus.* Sed a decem & pluribus unus benedicit, dicens, *Benedicamus Deo noſtro quod comedimus de ſuo*, id quod cæteri reſpondent, *Benedictus Deus noſter quod comedimus de ſuo, & vivimus bono ejus*; Deciſio juris eſt juxta R. Iſmael.

GUISIUS.

3 *Si adſint centum.*] Iſta ex privata opinione R. Joſis Galilæi.

SURENHUSIUS.

(d) נברך לאלהינו *benedicamus Deo noſtro*, notat Toſephot & R. Iſak quod non legendum ſit לאלהינו ſed אלהינו ſine præfixo (ל) quia hoc modo invenitur quando vox conjungitur cum ברכו *benedicite*, ſic invenimus Pſal. 66: 8. ברכו עמים אלהינו. Et Pſal. 68: 27. במקהלות ברכו אלהים. Præterea notat auctor Bet Joſeph quare dicitur נברך שאכלנו משלו *benedicamus quod comedimus de illius* (bonis,) non autem נברך למי שאכלנו משלו *benedicamus ei quod comedimus de illius* (bonis,) quia tum ſenſus eſſet perinde ac ſi unus alteri gratias ageret, cum unus ſocius alteri præparat cibos, hoc ſenſu, *benedicamus ei de cujus* (rebus) *comedimus*, ſcil. homini illi; quod falſum eſt quia Deo benedicitur tantum. Propterea Guiſius noſter culpandus quod in notis ſuis ad Miſnam primam hujus capitis ad vocem לזמן exponit benedictionis formulam נברך שאכלנו משלו hoc ſenſu, *benedicamus ei de cujus rebus comedimus*, addendo למי *ei*; & ſic iterum decipitur magnus ille Criticus. Præterea quoque adfertur ratio quare in benedictione hac benedicatur לאלהים *Deo*, at in benedictione Legis ליהוה *Domino*, nimirum, quia in benedictione cibi Deus conſideratur ut conſervator creaturarum ſuarum; at in datione Legis ut miſericors erga nonnullos tantum prætermiſſis gentibus, quibus in viis eorum conceſſit ambulare teſtante Davide in Pſalmis.

ד שלשי שאכלו כאחד אינן רשאי ליחלק וכן ארבע׳ וכן חמשה ששה נחלקין עד עשרה ועשרה אינן נחלקין עד שיהיו עשרים׃

4. Tres qui ſimul comederint dividundi non ſunt, uti nec quatuor, nec quinque: ſex dividi poſſunt decem uſque: at decem dividi non debent donec fuerint viginti.

R. OB. DE BARTENORA.

אינן רשאי ליחלק *non licet ſe dividere*, quia in eos cadit obligatio dicendi benedictionem ſodalitii, ſic etiam ſe res habet, ſi quatuor aut quinque ſint congregati, tres non dicunt benedictionem ſodalitii, & unus ille ſeparatur, quoniam & ille obligavit ſe benedictioni ſodalitii. ששה נחלקים *ſex dividunt ſe*, tres dicunt benedictionem ſodalitii, & tres reliqui eodem modo, uſque decem; ſed decem non dividunt ſe, quia ſunt obligati de benedictione in qua mentio de nomine יהוה. Dicit porro עד שיהיו עשרה *uſque dum ſint decem*, tum ſe dividant in duo ſodalitia ſi velint, licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio hujus rei ſatis clara eſt, nimirum, ſi numerus à decem perveniat ulterius, tum etiam toties accreſcere benedictionis verba, ut jam diximus.

SURENHUSIUS.

(e) Quæritur in Gemara quid ſibi volunt illa verba שלשה שאכלו כאחד *tres ſi comederint ſimul*? cum ea jam dicta ſunt in principio capitis? reſpondetur quod hæc verba hic denuo proferuntur, quod, ſi tres ad comedendum conſederint etiamſi non comederint, non debent ſeparari in benedicendo, imo etiamſi quilibet comederit panem ſuum, vel tres venerint è tribus ſodalitiis ſingulis tribus perſonis conſtantibus.

ה שתי חבורות שהיו אוכלות בבית אחד בזמן שמקצתן רואין אלו את אלו הרי אלו מצטרפין לזמון ואם לאו אלו מזמנין לעצמן ואלו מזמנין לעצמן׳ ואין מברכין על היין עד שיתן לתוכו מים דברי ר׳אליעזר והכמים אומרים מברכין׃

5. Bina ſympoſia, quæ in eadem domo cibum ſumſerint, dummodo ex utriſque aliqui ſe invicem contueri poſſint, conflantur ad indictionem: alioquin hi ſeorſim, & illi ſeorſim indicunt. Non benedicunt pro vino antequam affuſa ſit ei aqua. Ita R. Eliezer: at Sapientes benedicendum volunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם לאו אלו מזמנין לעצמן *si autem non se tangunt ordines*, *benedicunt seorsim*, eo tempore quo idem famulus inservit duobus sodalitiis, qui servitio suo ea jungit, etsi cæteroquin non jungantur per se. אין מברכין על היין *non benedicunt vino*, nimirum, *Qui creat fructum vitis*.

עד שיתן לתוכו מים *usque dum addiderunt aquam*, quia vinum eorum erat admodum acre, ut non potuerint id bibere sine intermixta aqua; quia autem nondum melius redditum erat vinum, ideo non mutabant benedictionem suam primam; benedicunt autem hoc modo, *Qui creat fructum arboris*, uti dicunt super uvas, & non est decisio juris juxta R. Eliezer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando dicitur, *Et si non se tangunt*, *dicunt benedictionem seorsim*, id intelligas de duobus sodalitiis quibus non est idem famulus, sed si utrumque sodalitium unum eundemque habet servum, etiamsi per se non conjungantur, attamen conjunguntur per istum famulum, ad benedicendum simul in uno sodalitio. Vinum vero, de quo hic sermo fit, istis temporibus valdè efficax erat, adeo ut sine aqua bibi non posset, quæ hac de causa semper addebatur in magna copia, & propterea in hoc loco dicitur non benedicendum super vinum, *Benedictus qui creat fructum vitis*, juxta R. Eliefer, usque dum temperarunt id aquis, nam ante temperamentum istud non erat propriè vinum, eo quod bibi non poterat. Decisio juris non est juxta R. Eliefer.

פרק ח אלו דברים שבין בית שמאי ובית הלל בסעודה בית שמאי אומרים מברך על היום ואחר כך מברך על היין ובית הלל אומרים מברך על היין ואחר כך מברך על היום :

Caput 8. Hæ sunt res controversæ inter Sammæanos & Hillelæos in refectione. 1 Sammæani & censent benedicendum esse pro die, ac postea pro vino. Hillelæi benedicendum pro vino, ac postea pro die.

R. OB. DE BARTENORA.

מברך על היום *benedicit super die*, hæc verba intelligenda de principio sanctificationis, & consecrationis diei.

ואחר כך מברך על היין *& postea benedicet super vino*, dicens, *benedictus qui creat fructum vitis*, quia sanctificatio diei præcedit, & postea adfertur in mensam vinum diei gratia; & quemadmodum dies præcedit de introitu suo, sic etiam præcedit in benedictione.

מברך על היין *benedicit vino*, prima vice, & sic etiam se habet quando sanctificat diem super pane, quia vinum & panis est in causa sanctificationis diei, nam si non reperiatur panis aut vinum, non potest peragere sanctificationem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מברך על היום *benedicit super diem*, nimirum sanctificationem Sabbati, aut festorum dierum. Schola Schamai anteponit sanctificationem fructibus vitis, quia non opus esset vino, nisi propter honorem diei. Schola Hillelis vero antepo-nit benedictionem vini benedictioni diei, quia sine vino non peragatur sanctificatio diei.

G U I S I U S.

1 *Sammæani censent.*] Pesac. X. 2.

ב בית שמאי אומרים נוטלים לידים ואחר כך מוזגין את הכוס ובית הלל אומרים מוזגין את הכוס ואחר כך נוטלין לידים :

2. 2. Sammæani ajunt, affundunt (f) manibus, & postea miscent calicem. Hillelæi autem, miscent calicem, & postea affundunt manibus.

R. OB. DE BARTENORA.

ב"ש אומרים נוטלין לידים *schola Schamai dicit lavant manus*, & deinde implent vasculum, hac de causa, ne quis dicat vasculum implendum esse prius, timendum est, ne liquores cadentes in exteriores partes vasculi immundas redderent manus, quia manus ante lotionem habent jus immunditiei primæ, & polluunt liquores, ut illi iterum sint causa prima in immunditie, polluentes exteriorem partem vasculi, liquores enim qui sunt immundi, illi immunda reddunt vasa juxta Sapientes; Sed allevarunt in hac immunditie, quia vasa, quorum exteriores partes immundæ sunt factæ per liquores immundos, non polluunt ideo ejus concavitatem, neque ansam vel manubrium. Est vero opinio Scholæ Schamai vetitum esse uti vase, cujus exterior pars immunda est, etiamsi ejus concavitas sit munda, ut non spargerent guttas ex concavitate ad inferiores partes, & sic liquores fierent immundi propter inferiores vasis partes, & illi polluerent manus. Quia igitur non licet ministrare istiusmodi vasculo, cujus inferiores partes immundæ sunt factæ, idcirco prius lavant manus & deinde implent vas, ne liquores in exteriori parte vasis accipiant immunditiem propter nondum lotas manus quæ jam immundam reddiderant exteriorem partem; & cum prohibitum est ministrare vasculo quod in exteriori parte sua recepit immunditiem, ideo prius lavant manus & postea adimplent vas, ne exterior pars polluatur manibus. Schola Hillelis vero putat non vetitum esse ministrare vase cujus exterior pars est polluta, & propterea prius adimplent vasculum & ebibunt, ac deinde lavant manus. Nam si dicas, quod prius lavant manus & postea adimplent vas, & eo modo exteriores partes vasis fieri posse immundas, tum timendum esset ne vasculi exteriores partes sint pollutæ, & manus ejus non benè exsiccatæ ac abstersæ liquoribus suis immundas reddant exteriores partes vasis, & illi liquores iterum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Hillelis dicit non lavari manus antequam calix quo benedicitur sit impletus vino, ne postea calicem immundum reddant liquoribus immundis, nam quando calicem tenet manibus, & illæ non desiccatæ sunt, polluuntur aquæ cadentes in manus ex exteriori calicis parte, quo polluuntur manus; sed quando manus sunt desiccatæ, non polluuntur per exterius latus calicis. Scholæ Schamai verò sententia est, istiusmodi calicem non aptum nec licitum esse ut eo peragatur ritus; sed necessariam pronunciat Schola Schamai lotionem manuum ante Sanctificationem diei, quia manus non sunt inquinatæ eo in tempore ut immundent liquores qui reperiuntur ad exteriorem calicis partem, & illi liquores immundent calicem. Fundamentum vero quæstionis est; nimirum, de impuritate manuum & liquorum, quomodo in exteriori parte immundum reddunt vasculum; sic etiam, quomodo polluuntur liquores ut non polluatur homo, hic exponi nequit, quandoquidem id necessarium est exponere in pluribus quam decem foliis. Sed omnia prolixius explicabuntur suo loco in tractatu Taharoth, & Para, ut Micvaot, Jadaim, & Tibbul jom, in quibus tractatibus videbis nostras expositiones hæc fundamenta tibi exponentes.

iterum immundas reddant manus, ut eo modo edat manibus impuris? attamen non refert, cum liceat uti vaſculo cujus exteriores partes pollutæ ſunt.

GUISIUS.

2 *Sammæani ajunt, affund.*] Sammæanorum ratio hæc eſt, ne forte illotis manibus polluatur humor calici adhæreſcens, ejuſque interventu ipſe calix. Hillelæorum hæc; ne exterior pars calicis immunda, interventu humoris qui poſt manuum lotionem non plene abſterſus, ipſas manus polluat. Ulterior hujus & ſequentis Paragraphi explicatio dependet à plurimis de pollutionibus minutiis, quas ſexto demum Ordine explicatas do.

SURENHUSIUS.

(f) נוטלין לידים *manibus affundunt*, quæritur quare Miſchnæ auctor dixit נוטלין לידים & non potius dixerit רוחצין ידים *lavant manus*? & reſpondetur hoc vocabulo potius uſum eſſe ut nobis ritum lotionis eo melius indicaret, nimirum quod aqua capi debet manibus, quemadmodum de ramo Lulabh in feſto tabernaculorum capiendo dicitur Levit. 23:40. ולקחתם לכם *& capietis vobis*, quamvis tamen fundamentum lotionis ſit רחיצת הידים *lotio manuum*. Præterea volunt hanc vocem derivatam à נטלא *gutturnium*, vide Targum ad Exod. 30:19. & Num: 5:17. unde poſtea lotio manuum ex quocunque vaſe dicta fuiſſet נטילת ידים, quamvis alii in Gemara putent tum dici debere נטלת ידים ſine litera Jod.

ג בית שמאי אומרים מקנח ידיו במפה ומניחה על השלחן וב"ה אומרים על הכסת:

3. Sammæani ajunt, abſterſis manibus mappam deponunt ſuper (g) menſam. Hillelæi malunt, ſuper 1 pulvinar.

R. OB. DE BARTENORA.

מקנח ידיו במפה *abſtergit manus mappa*, à lotione prima.

ומניח על השלחן *& deponit eam in menſam*, abſtergens ea ſuas manus à ſordibus decoctorum, ſed non deponit mappam ſuper pulvinar cui incumbit, ne pulvinar ſit prima cauſa immunditiei, neve liquor dependens à mappa ex abſterſione manuum, quando tangit pulvinar, conficiat primum immunditiei gradum, quia liquores ſemper primi ſunt in immunditie, qui iterum inquinant manus quum abſterguntur mappa. Sed de menſa non licet ita ſtatuere, quia prohibitum eſt uti iſtiuſmodi menſa quæ ſecunda in immunditie. Schola Hillelis vero putat licitum eſſe miniſtrare cum iſtiuſmodi menſa quæ ſecunda eſt in immunditie, & propterea non deponi mappam ſuper menſam, ne liquores mappæ polluantur per menſam, & liquores illi polluant eos qui comedunt. Si vero mappam deponit ſuper pulvinar, non refert eo modo manus futuras eſſe immundas, quia etiam melius eſt ut immundæ fiant manus, cum non continentur ſub fundamento Legis de hac controverſia loquentis, & quia manuum lotio in comedendis profanis etiam non eſt de Lege, neque ea impuri fiunt cibi qui continentur ſub fundamento Legis, quia prima cauſa immunditiei parit ſecundam in profanis, juxta Legem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקנח eſt idem quod מנגב *abſtergit, deſiccat*: מפה eſt id quod expandunt ſuper menſam, tegumentum.

כסת eſt pulvinar cui incumbunt, quod confectum ex lana, aut ex ſerico, vel lino. Schola Schamai vero dicit, fieri poſſe ut pulvinar ſit immundum, & immundi fiant liquores qui inveniuntur in mappâ, & ſic quicunque ſe abſtergit ad mappam illam polluet manus ſuas. Schola Hillelis dicit fieri poſſe, ut menſa facta ſit immunda, & illa immundos reddat liquores mappæ, & ſic polluantur comedentes. Schola Schamai dicit, iſtiuſmodi menſam immundam ineptam eſſe ad miniſterium, & hæc omnia nituntur fundamentis, de quibus mentionem fecimus in tractatibus ſupra à nobis citatis.

GUISIUS.

1 *Pulvinar.*] Super quod diſcumbitur. Hic autem Paragraphus & ſequens tranſponuntur in MS.

SURENHUSIUS.

(g) ומניח על השלחן *& deponit in menſam*, & non in pulvinar, ſcribit ad hæc Bartenora שמא יהיה הכסת ראשון לטומאה *ne forſan pulvinar ſit primum in immunditie*, quia illo uti licet, cum primus immunditiei gradus non polluit mappam, quæ inſtrumentum eſt, neque hominem ipſum, quemadmodum adfertur in Gemara. Sed Raſchi exponit, cum manus per pulvinar pollui poſſunt, (vide caput primum in tractatu Jadaim,) propterea cavet ſibi ne tangat pulvinar. Cæterum quod Schola Scamai vetat uti menſa quæ ſecundus eſt immunditiei gradus, exponit Gemara quod id fit ut ii qui Trumam comedunt non uterentur illa; ſed Schola Hillelis, putat quod ii qui Trumam comedunt ſine dubio ſibi cavebunt ne utantur ejuſmodi menſa. Ratio autem, quod lotio manuum inſtituta eſt in rebus profanis, etſi manus quæ tantum ſunt ſecundus in immunditie gradus non faciant tertium in rebus profanis, uti explicatur capite ſecundo Miſna tertia Taarot, eſt propter ſequelam Trumæ edendæ, nimirum, ut ii qui Trumam comedunt aſſueti & expediti eſſent ad lavandum manus; vide Gemaram ad caput octavum tractatus Chulin fol. 106.

ד בית שמאי אומרים מכבדין את הבית ואחר כך נוטלין לידים ובית הלל אומרים נוטלין לידים ואחר כך מכבדין את הבית:

4. Sammæani ajunt, everrunt domum, ac poſtea affundunt manibus. Hillelæi volunt affundendum manibus, ac poſtea everrendam domum.

R. OB. DE BARTENORA.

מכבדים את הבית *everrunt domum*, locum illum quo comedunt everrunt, ac purgant à fruſtulis panis quæ illic ſparguntur.

ואחר כך נוטלין לידים *& poſtea lavant manus*, hæc lotio ultima poſt comeſtionem; quia miniſtrare poteſt ſervus plebejus, qui removet omnia panis fruſtula quantitatem olivæ continentia. Si autem dixeris, quod prius lavant manus, tum damnum inferetur cibis, quia ultimæ aquæ diffunduntur ſuper cibos, ſic ſpernerentur. Schola Hillelis autem putat, quod non licet uti ſervo plebejo, quia ſervus qui non eſt plebejus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכבדים את הבית *everrunt domum*, ad removendas micas panis quæ cecidere inter edendum. Tota autem res eo redit, quod, ſi invenerit fruſtula panis adinſtar quantitatis olivæ, prohibitum eſt tum lavare manus, niſi poſtquam remota ſunt illa fruſta. Schola Schamai dicit licitum eſſe uti ſervo gentili vel plebejo, qui neſcit quid ipſi removendum, & eo modo licitum eſſe lavare manus; & propterea dicit, non lavari manus niſi totus locus ſit purgatus. Schola Hillelis dicit, non licitum eſſe uti ſervo plebejo & ruſtico, propterea dicit prius lavandas eſſe manus, quatenus ſervus ille non lavat

bejus, non tollit frusta panis quæ continent quantitatem olivæ, sed projicit illa; etsi effusæ sunt aquæ super frusta illa panis quæ non continent quantitatem olivæ, nihil refert, quatenus frusta non continent illam quantitatem olivæ, licitum est projicere ut pereant. Decisio juris est penes Scholam Schamai in eo quod licitum est uti ad mensam servo plebejo.

lavat manus, nisi postquam omnia removit quæ continent quantitatem olivæ, decisio est penes Scholam Schamai.

ה בית שמאי אומרים נר ומזון ובשמים והבדלה ובית הלל אומרים נר ובשמים ומזון והבדלה בית שמאי אומרים שברא מאור האש ובית הלל אומרים בורא מאורי האש :

5. Sammæani dicunt, 1 Lucerna, (h) & Cibus, Aromata; & Separatio. Hillelæi, Lucerna, & Aromata, Cibus, & Separatio. Sammæani dicunt; 2 *Qui creavit facem ignis.* Hillelæi sic, *Qui creas faces ignis.*

R. OB. DE BARTENORA.

Candela & cibus &c. is qui comedit ad vesperam Sabbati, advenientibus tenebris, quando necdum absolvit merendam, & cui non est vinum, nisi quantitas unius mensuræ tantum.

Schola Schamai dicit, candela, cibus, aromata & Hafdala, omnes consentiunt Hafdalam dici in fine, quatenus exitus diei Sabbati debet dilatari, ne appareat esse onus; neque contrariantur, nisi de candela & aromatibus. Nam Schola Schamai dicit, *candela, cibus,* & postea *aromata.* Schola Hillelis vero dicit, *candela* & *aromata* junctim, nam istiusmodi benedictiones sunt quæ peragi possunt, ut non appareant onus, uti sunt, de *candela* & *aromatibus*, ideo eas anteponunt benedictioni cibi.

Schola Schamai dicit, שברא *qui creavit*, in præterito, non autem בורא in futuro: מאור האש *luminare ignis*, non autem מאורי האש *luminaria ignis* in plural. quatenus una lux est in igne. Schola Hillelis dicit, בורא *qui creat*, quod etiam est in præterito. מאורי האש *luminaria ignis*, quia multi apparent colores in flamma, ut rubri, albi & subvirides.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In Gemara unanimiter conveniunt in eo quod benedictio cibi sit omnium prima, & separatio sive benedictio de separatione diei festi à profano omnium ultima. Sed contrarii sunt discipuli Scamai & discipuli Hillelis in præferentia candelæ & aromatum, nam Schola Schamai præfert candelam, Schola Hillelis autem aromata; benedictio super cibum merendæ includit benedictionem de Separatione diei sancti à profano, ad docendum hoc modo, quomodo se habet ordo, si incipiat comedere die Sabbati & non perfecit ante exitum ejus. Præterea etiam docetur, illa verba, de quibus Misna 1. hujus capitis controvertitur inter Scholam Schamai & Hillelis, intelligenda esse de cibo, ideo non prius meminit de controversia super Hafdala, quam ut includeret benedictionem cibi una cum Hafdala i. e. *separatione diei sancti à profano.*

GUISIUS.

1 *Lucerna.*] Ordinem notant quo recitandæ sunt benedictiones in exitu Sabbathi. Sammæani volunt benedictionem recitari primo pro lucerna, deinde pro cibo, deinde pro aromatibus, denique benedictionem הבדלה dictam, de qua supra. Hillelæi contra. Cæterum in utroque Talmude notatur hac Misna litem inter eos non recte repræsentari. Nobis Gemaristarum nugis non vacat immorari. Lucerna, de qua hic agitur, grandis cereus est, quem vocant נר הבדלה *Lucernam separationis*, quam sub exitu Sabbathi accendunt ad dirimendum inter diem sanctum qui præcessit, & profestos qui sequuntur. 2. *Qui creavit.*] Nempe in formula benedictionis istius cerei.

SURENHUSIUS.

(h) Scribit R. Jona quod super lucerna quam introducunt, & statim utuntur abortis tenebris primò benedicere licet, & postea super cibo quem jam comederunt. Schola Hillelis vero putat quod aromata sequi debent statim post lucernam, quia hæc quoque pertinent ad essentiam Sabbathi cum illis utuntur ad recreandum animum; propterea quod donum Spiritus Sancti hoc die ipsis concesso jam abiit, ut contristentur ob illius absentiam, ideoque juxta illius sententiam præponenda esse aromata.

ו אין מברכין לא על הנר ולא על הבשמים של גוים ע"כום ולא על הנר ולא על הבשמים של כתי ולא על הנר ולא על הבשמים שלפני ע"א אין מברכין על הנר עד שיאותו לאורו :

6. Non benedicunt neque pro lucerna, neque pro aromatibus gentilium; neque pro lucerna, neque pro aromatibus defunctorum; neque pro lucerna, neque pro aromatibus quæ idolo opponuntur. Haud benedicunt pro lucerna, donec lumine ejus (g) fruantur.

R. OB. DE BARTENORA.

לא על הנר ולא על בשמים של גוים *non super lucernam neque super aromata gentilium*, non super candelam, quia non quievit die Sabbati, gentilis enim sua agit cum luce ejus: Nos autem pro fundamento tenemus non licere benedicere super lucem non quietam, quandoquidem in eo peccat; aromata gentilium vero hic sunt illa aromata quæ comestioni jam sunt destinata. Quod autem in fine Misnæ dicitur *neque super candelam, neque super aromata pro idololatris*, in eo latet hæc ratio, nimirum, si dixeris, quænam est ratio quod non benedicunt super aromatibus gentilium? resp. eo quod ordinariè congregationes gentilium fiunt cultui idolorum, quibus tum aromata ad modum bellariorum apponuntur. *Neque super candela mortuorum*, quia istiusmodi candelæ non factæ sunt ad lucem ejus, sed ad honorem. *Neque super aromata mortuorum*, quia istiusmodi confecta sunt ad ingratum odorem expellendum. *Neque super candelam & aromata idololatriæ*, quia non licitum est iis aliquatenus uti. *Usque dum utantur lumine ejus*, usque dum uti possint lumine ejus si velint, non autem quando proprie eo jam utuntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Satis jam constat ex Lege, quod vetitum est ulla re frui, quæ idololatriæ consecrata est, & hoc est quod dicitur Deut. 13: 17. ולא ידבק בידך מאומה מן החרם. Lucerna autem gentilis prohibita est, ad dicendum cum ea benedictionem de separatione diei sancti à profano, quia non ritè quievit die Sabbati. Tenemus enim pro fundamento, quod non benedicatur super lucerna, super qua non benedicitur die Sabbati. Super aromata gentilium non benedicunt, quia omnes ejus generis res continentur sub nomine idololatriæ. Porro dicit benedictionem lucernæ non dici nisi usque dum utantur luce ejus, vult dicere, tum esse permissum dicere benedictionem super eam ad exitum Sabbati.

SURENHUSIUS.

(g) עד שיאותו *donec fruantur*, Bartenora exponit יהנה ab הנאה vel הנה *utilitatem cepit*. In Talmude Jerusolymitano Rabh dicit יאותו uti hic, & nititur eis quæ dicuntur Gen. 34. 15. אך בזאת נאות לכם. Schemuel vero dicit יעותו, & nititur, eis quæ dicuntur Jesaiæ 50: 4. לדעת לעות את יעף דבר cujus radix est עות *tempestive loqui*; & hoc à עת *tempus*, atque adeo sensus est de tempore quo accendenda est vesperi lucerna.

ז מי שאכל ושכח ולא ברך בית שמאי אומרים יחזור למקומו ויברך ובית הלל אומרים יברך במקום שנזכר עד אימתי הוא מברך עד כדי שיתעכל המזון שבמעיו :

7. Qui comederit, si oblitus non benedixit, Sammæani dicunt, reversus ad locum benedicat. Hillelæi vero, benedicat eo loco quo recordatus est. 2 Quamdiu tenetur benedicere? dum absumatur cibus qui in visceribus ejus est.

R. OB. DE BARTENORA.

כדי שיתעכל המזון שבמעיו *usque dum concoctus sit cibus in stomacho ejus*, quamdiu post comestionem illam non sentit famem, tamdiu cibus nondum est concoctus. Quando autem *oblitus* (h) *est* benedicere non redeat ad locum ubi recordatus est. Juxta Scholam Hillelis. De industria vero si non benedixerit, juxta omnium sententiam revertendum est ad locum suum, dicatque benedictionem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כדי שיתעכל המזון שבמעיו *usque dum concoctus sit cibus in stomacho ejus*, quantitas hujus temporis est totum illud spatium per quod quis non esurit postquam comedit.

GUISIUS.

2 *Quamdiu.*] Id est, quamdiu manet ista obligatio? Perimitur autem obligatio lapsu temporis, cum cibus iste penitus è corpore abscesserit.

SURENHUSIUS.

(h) Quando Bartenora dicit ורפקא בשכח *& eo ipso si oblitus fuerit*, vult etiam comprehendere sententiam esse de eo qui oblitus fuerit, quamvis id Misna non exprimat, uti quidem id expressit in sententia Scholæ Schamai.

ח בא להם יין לאחר המזון ואין שם אלא אותו הכוס בית שמאי אומרים מברך על היין ואחר כך מברך על המזון ובית הלל אומרים מברך על המזון ואחר כך מברך על היין עונין אמן אחר ישראל המברך ואין עונין אמן אחר הכותי המברך עד שישמע כל הברכה :

8. Illato vino post cibum, si unus duntaxat præsto sit calix, Sammæani dicunt, benedicendum pro vino, & postea pro cibo. Hillelæi censent benedicendum pro cibo, & postea pro vino. Respondent *Amen* post Israelitam benedicentem: non autem respondent *Amen* post Cuthæum benedicentem, nisi tota demum audita benedictione.

R. OB. DE BARTENORA.

מברך על היין ואחר כך מברך על המזון *benedicat super vino & postea super cibo*, quia benedictio super cibo non indiget poculo. Schola Hillelis putat benedictionem super cibo indigere poculo, ut eo benedicatur.

עונים אמן אחר ישראל *respondent Amen post Israelitam*, etiamsi non nominaverit nomen יהוה, sed tantum finem benedictionis, quatenus certum est eum gratias agere יהוה.

עד שישמע כל הברכה *usquedum audiat totam benedictionem*, donec audiatur non esse benedictionem quam recitant in monte Gerizim.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שישמע כל הברכה *usquedum audiat totam benedictionem*, hoc sensu, ne respondeat *Amen* ad benedictionem Samaritani, nisi donec audiat eum qui respondet *Amen* per totam benedictionem; explicabo hac occasione historiam Samaritanorum. Hi erant quos Sancherib de Cuthæa captivos secum duxerat ad civitates Samariæ inhabitandas, vid. 2. Reg. 17. ubi de civitate illa dicitur את יי היו יראים ואת אלהיהם היו עובדים. Sed præterito deinde tempore receperunt legem literali sensu, & præcepta quæ recipiebant accuratè admodum observabant, ut inde tantam apud Israelitas fidem acceperint, eos credere Dei Legi, & non colere idola, usque dum Sapientes Israelis inquisiverint de ipsis, qui eos comperiebant honorem exhibentes monti Garizim, ubi inveniebant imaginem columbæ quàm colebant, & ab eo tempore eos habuere pro idololatris. Quidquid autem invenitur in Mischna de Cuthæis, id intelligas de istiusmodi qui sunt excellentiores idololatris, sed inferiores Israelitis, uti ante dictum in superioribus, nimirum, *dicunt benedictionem sodalitii cum Cuthæo*, &, *Cuthæus dicit benedictionem*, &c. vide. Sed hoc dictum volo quando inquisiverunt de ipsis, aliter enim non licet; & hoc intelligas in omnibus locis ubi fit mentio de Cuthæis.

פרק ט הרואה מקום שנעשו בו נסים לישראל אומר ברוך שעשה נסים לאבותינו במקום הזה מקום שנעקרה ממנו ע"ז אומר ברוך שעקר ע"ז מארצנו :

Caput 9. Qui locum aspicit in quo edita sunt Israeli miracula, dicit, *Benedictus, qui patribus nostris in hoc loco miracula edidit.* Locum unde extirpatus est 2 cultus extraneus, dicit, *Benedictus, qui cultum extraneum è terra nostra* (a) *extirpavit.*

R. OB. DE BARTENORA.

מקום שנעשו בו נסים לישראל *locus quo Israeli facta sunt miracula*, uti sunt transitus per mare rubrum, & fluvium Arnon, & Jordan; lapis cui insedit Mosche in bello contra Amalekitas, & similia, uti sunt miracula publica; super istiusmodi omnibus obligantur benedicere. Sed super miraculis particularibus, quando venit ad locum ubi sibi ipsi factum est miraculum; tenetur dicere hanc benedictionem, *Benedictus sit*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקום שנעשו בו נסים לישראל *locus in quo facta sunt miracula Israeli*, uti sunt mare, fluvius, amnis, aut lapis cui insedit Mosche in bello contra Amalekitas, & similia loca. Diximus jam antè, quod ubicunque dicitur, *Benedicite*, intelligenda sunt hæc sequentia, scil. *Benedictus sit Dominus Deus noster mundi Rex.*

is qui mihi fecit miraculum in hoc loco; ſic etiam filii & nepotes tenentur dicere, *Benedictus qui fecit miraculum patribus meis in hoc loco.* In omnibus benedictionibus in Miſna occurrentibus memorandum eſt nomen יהוה, & regni ejus, adeo ut benedictio nulla valeat in qua mentio non fit de nomine Domini, & regni ipſius.

GUISIUS.

2 *Cultus extraneus.*] Subinde in Miſna occurrit pro ipſo idolo.

SURENHUSIUS.

(a) Has gratias dicit ſuper extirpatione terræ Iſraelis tantum; cæterum ſuper loco extra terram Iſraelis dicit ברוך שעקר עכ"ום ממקום הזה *benedictus qui idololatriam extirpavit ex hoc loco*, notante Talmude Jeruſolymitano.

ב על הזיקין ועל הזועות ועל הברקים ועל הרעמים ועל הרוחות אומר ברוך שכחו וגבורתו מלא עולם על ההרים ועל הגבעות ועל הימים ועל הנהרות ועל המדברות אומר ברוך עושה בראשית רבי יהודה אומר הרואה את הים הגדול אומר ברוך שעשה את הים הגדול בזמן שרואה אותו לפרקים על הגשמים ועל הבשורות הטובות אומר ברוך הטוב והמטיב ועל בשורות רעות (ס"א שמועות) אומר ברוך דיין האמת :

2. Propter cometas, & terræmotus, fulgura, tonitrua, & ventos dicit, *Benedictus, cujus virtute & potentia impletur orbis.* Propter montes, & colles, maria, flumina, & ſolitudines dicit, *Benedictus, qui fecit* 1 *rerum naturam.* R. Juda dicit, qui conſpicit mare magnum dicit, *Benedictus, qui fecit mare magnum*: nempe quum videt illud per intervalla. Propter imbres & bonum nuncium dicit, *Benedictus Bonus & benefaciens.* At propter malum nuncium dicit, *Benedictus Judex verax.*

R. OB. DE BARTENORA.

זיקים ſunt ſtellæ apparentes ac ſi cœlum eſſet apertum, errantes ex uno loco in alium; eſt etiam ſtella quæ apparet ac ſi haberet caudam oblongam.

זועות *ſunt terræ motus*, quando terra ſe adeo movet ut tremiſcat: רעמים *tonitrua*, eſtque ſonus ille qui auditur ex colliſione nubium effundentium aquas ſe invicem magna vi prementes, ut dicitur Jerem. 10: 13. לקול תתו המון מים בשמים.

ועל הרוחות *Et ſuper ventos*, qui magna cum tempeſtate ac furore veniunt, nec durant niſi pro tempore.

ברוך שכחו מלא עולם *benedictus cujus virtute repletus eſt mundus*, ſi autem poterit dicere benedictionem, *benedictus qui fecit opera creationis*, dicat, quia omnia hæc ſunt opera creationis, ut dicitur Jerem. 10: 13. & Pſal. 135. 7. ברקים למטר עושה. Sed ſuper *montes* & *colles* &c. dicet benedictionem tantum eam, *Qui fecit opera creationis*, & non eam, *Cujus potentia impletus eſt mundus*, quatenus montes &c. non conſpiciuntur per maximam mundi partem, ſed in aliquibus tantum locis. *Mare magnum* notat hoc loco oceanum qui mundum circumit totum, *Benedictus qui fecit mare magnum*, propter magnitudinem ac excellentiam ejus, conſtituitur benedictio ejus ſeorſim. פרקים notat intervallum triginta dierum. *Super pluvias dicet*, *benedictus qui eſt bonus & facit bonum*, hoc dicit quando ipſi eſt terræ pars in commercio cum aliis ut τὸ *bonus* referatur ad ſe, ſed τὸ faciens bonum ad ſocios ſuos. Sed ſi nullatenus ipſi eſt terræ pars propria, dicet, *Gratias agamus Domino Deo noſtro pro omni gutta quam nobis facit deſcendere* &c. Si autem ſibi ſoli eſt campus, dicat, *Benedictus qui nos vivificat* &c.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זיקים ſunt cometæ, ſive potius ſcintillæ ad modum figuræ ſtellarum in cœlo apparentium, quibus conjuncta eſt forma caudæ.

זועות eſt vox ſtrepitus ac tumultus quæ auditur in aëre, ad inſtar vocis molæ circumvolitantis in gyrum.

Senſus vocabulorum רעמים, ברקים, & רוחות notus eſt, vult igitur Miſchna benedicendum eſſe quando vehementiores inſurgunt venti qui non ſunt ordinarii. Et quod dicit ſuper montes & colles &c. benedicendum ſit, *Benedictus qui fecit creationis opera*, ideo fit, ne aliam dicat benedictionem. Sed ſuper præcedentia ſcil. cometas &c. benedicet, *Benedictus qui fecit opera creationis*, aut illam, *Cujus virtute repletus eſt mundus.* Et quod R. Jehuda dicit לפרקים, ſenſus eſt, ſi viderit id poſt intervallum triginta dierum, ſed non eſt deciſio juris penes R. Jehuda.

G U I S I U S.

1 *Rerum naturam.*] Ita abutuntur prima voce Geneſeos ad hunc ſenſum.

ג בנה בית חדש וקנה כלים חדשים אומר ברוך שהחינו מברך על הרעה מעין הטובה ועל הטובה מעין הרעה· הצועק לשעבר הרי זו תפלת שוא כיצד היתה אשתו מעוברת ואמר יהי רצון שתלד אשתי זכר הרי זו תפלת שוא היה בא בדרך ושמע קול צוחה בעיר ואמר יהי רצון שלא יהיו אלו בני ביתי הרי זו תפלת שוא :

3. Qui novas ædes exſtruxit, vel nova utenſilia comparavit, dicit, *Benedictus, qui vita nos donavit, & ſuſtentavit, & ad hoc tempus perduxit.* 1 Benedicendum pro malo ob ſpeciem boni, & pro bono ob ſpeciem mali. Si quis ſupplicat pro eo quod præteritum eſt, hæc quidem vana eſt precatio. Quomodo? Veluti ſi uxore prægnante dixerit, *Faxit Deus ut uxor mea maſculum pariat*, hæc quidem vana eſt precatio. Si is, qui iter faciens audivit clamorem in urbe, dixerit, *Velit Deus ne mei ſint domeſtici*; hæc quoque vana eſt precatio.

R. OB. DE BARTENORA.

בונה בית חדש וקנה כלים חדשים *Qui ædificat domum novam & emit vaſa nova*, ſive ea ad ſe pertineant ſive non per-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על הרעה מעין הטובה *ſuper malum per modum boni*, hoc ſenſu, quando ipſi accidit caſus malus qui in exitu poteſt

pertineant, dicet, *Qui vivificavit nos* & conſervavit ac venire fecit in hoc uſque tempus.

על הרעה מעין הטובה *ſuper malo per modum boni*, declarat Gemara id ipſum hoc ſenſu, quando aquæ tegunt terram tuam quæ inundant proventum anni, etiamſi aquæ irrigent ſuperficiem terræ, ut ager ejus fertilis reddatur ad ferendum fructus futuro anno, tum ex malo fit bonum, & dicet benedictionem hanc, *Benedictus veritatis judex.*

ועל הטובה מעין הרעה *& ſuper bonum per modum mali*, E. G. ſi quid invenerit quis, & id innotuerit Regi, percutiet eum virgis, aut alia morte eum afficiet, tum bonum cedit in malum, & tenetur dicere, *Benedictus is qui bonus eſt & facit bonum.*

הצועק לשעבר *qui exclamat ſuper eo quod jam præteriit*, ſi quis habet orationem ſuper eo quod jam factum.

זו תפלת שוא *hæc oratio vana eſt*, quoniam id quod factum eſt infectum eſſe nequit.

teſt fieri bonus, benedicat ſuper eo, *Benedictus judex veritatis*, ſic vice verſa, ſi ipſi accidat caſus bonus cujus finis fieri poterit malus, dicat, *Benedictus qui bonus* eſt, *& qui facit bonum.* Comparatio primi caſus ſic illuſtratur, ſi E. G. inundatus ſit ager ejus, is caſus eſt malus, etiamſi finem poſſit habere bonum, quando irrigavit terram ejus, & ſic inundatio illa agrum reddet fertiliorem. Comparatio membri ſecundi eſt deſumta ab eo qui aliquid invenit quod oſtendit alii cuiquam ſe inveniſſe, hic quidem bonus eſt caſus, etiamſi in exitu ſuo poſſit fieri malus, quia is cui oſtendit iſtum quem invenit theſaurum, rem deferet ad Regem vel præfectum, qui affliget & male tractabit eum, ut plus inde ſibi adferatur damni quam lucri. Ratio autem, quare ſuper rebus quæ inveniuntur dicet benedictionem juxta ſtatum principii, & non attendet ad ſucceſſionem uſque ad finem, hæc eſt, quia iſtiuſmodi accidentia ſunt contingentia, ut poſſint eſſe vel non eſſe. הצועק לשעבר *qui exclamat ſuper eo quod præteriit*, ejus ſenſus eſt, ne habeat orationem ſuper eo quod factum & cujus jam tranſiit tempus quod ipſi decretum erat, ſed orabit tantum de eo quod inſtat.

GUISIUS.

1 *Benedicendum pro malo.*] Id eſt, utcunque res in ſe mala ſit, nec fieri fere poſſit quin in malum abeat, ſi tamen primo intuitu ſpeciem habet boni, utendum eſt formula *Benedictus qui bonus es & benefacis*: ſin res in ſe bona ſit, & bonum eventum, quantum conjici poteſt, habitura, dummodo primo intuitu ſpeciem mali præ ſe ferat, utendum eſt formula, *Benedictus Judex verax.* Ita locum interpretor, qui multis crucem fixit. Gemara Babilonica ſenſu plane contrario hæc cepit. מברך על הרעה כו': היכי דמי כגון דשקל בדקא בארעא אעג"ד טבא היא לדידיה דמסקא ארעא שירטון ושבהא השתא מיהא רעה היא: ועל הטובה כו': היכי דמי כגון דאשכח מציאה אעג"ד דרעה היא לדידיה דאי שמע בה מלכא שקיל לה מיניה השתא מיהא טובה היא Benedicendum pro malo *&c. Quemadmodum? Veluti ſi terram inundaverit torrens, utcunque in ſe bonum ſit, quia limum συρτὸν egerit terra, adeoque melioratur, nunc nihilominus malum eſt.* Et pro bono *&c. Quemadmodum? Veluti ſi quis theſaurum reperiat, utcunque per ſe malum eſſe poſſit, quia ſi quid de eo Regi inaudiverit, extorquebit, nunc tamen bonum eſt.* Fateor me nullatenus capere, quomodo hæc cum textu Miſnæ congruere poſſint; niſi forſan ſic vertenda ſit Miſna. *Benedicendum pro malo, utcunque in bonum abeat; & pro bono utcunque in malum.* Sed hoc nullo modo ferri poteſt. Exempla autem quæ affert Gemara, ſi inverſa accommodentur ad ſenſum loci, quem dedimus, rem non parum illuſtrabunt. Fruſtra hic conſulas R R. Jarchium, Maimonidem, Bertinorium &c. Omnes pariter Gemaram ſequuntur; & omnes pariter deſipiunt. Error idem omnibus, quod in primo caſu רעה *malum*, pro malo tantum apparenti; & in ſecundo טובה *bonum*, pro bono tantum apparenti habuerint; cum ejus contrarium verum ſit; & רעה *malum* in primo, & טובה *bonum* in ſecundo, illud ſit malum, quod habeat ſpeciem vel apparentiam boni, & illud bonum quod ſpeciem habeat mali. Si ad rem attendat Lector, fatebitur me luculenter expoſuiſſe locum, in quo miſerrime hallucinati ſunt, quotquot ſunt Judæorum interpretes.

ד הנכנס לכרך מתפלל שתים אחד בכניסתו ואחד ביציאתו בן עזאי אומר ד' שתים בכניסתו ושתים ביציאתו ונותן הודאה לשעבר וצועק לעתיד לבוא:

4. Qui ingreditur in urbem munitam bis, precatur; ſemel in introitu, & ſemel in exitu. Ben Azzai dicit, quater; bis in introitu, & bis in exitu. 2 Gratias agit pro eo quod præteriit, & ſupplicat pro eo quod futurum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

שתים בכניסתו ושתים ביציאתו *bis in ingreſſu & bis in egreſſu*, in ingreſſu dicet, *placeat tibi quod me intrare facis in hanc civitatem cum pace*; quum ingreſſus eſt, dicit, *ago tibi gratias quod me introduxiſti in hanc urbem cum pace*, iſtæ ſunt orationes duæ in ingreſſu ſuo. Si volet, exire dicit, *ſit tibi beneplacitum ut me educas in pace ex hac civitate*; poſtquam verò exivit, dicit, *ago tibi gratias quod me eduxiſti ex hac civitate in pace*; ſed omnia hæc quorſum? ut homo gratias agat Deo creatori ſuo pro bono quod ipſi largitus eſt, & oret quoque, ut id quod futurum eſt ſibi cedat in bonum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כרך *civitas*, quod hoc loco dicitur *precandum eſſe*, id non intelligendum eſt de oratione quæ peragitur cum accurata illa attentione verſus Orientem verſa facie; neque etiam de benedictione propriè dicta; ſed eſt petitio, qua tempore ingreſſus petit Deum, ut eum conſervet & cuſtodiat in illa civitate; & tempore egreſſus ſui Deo agit gratias, quod eum in pace eduxit. Ben Azai autem duas addit in ingreſſu, ſcil., ut gratias det Deo ac laudem, quod conſervavit eum in via uſque dum pervenit in illam civitatem cum pace; & pari modo quando egreditur petat à Deo, ut eum conſervet in via quam ingreſſurus eſt. Concluſio autem horum caſuum eſt, ut gratias agat Deo pro bono quod ipſi tribuit in itinere peracto, & petat ut cuſtodiat eum in itinere futuro; & deciſio juris eſt juxta Ben Azai.

GUISIUS.

1. *Gratias agi.*] Utrobique, in introitu, & in exitu: ita quater.

ה חייב אדם לברך על הרעה כשם שהוא מברך על הטובה שנאמר ואהבת את ה' אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך ובכל מאדך בכל לבבך בשני יצריך ביצר טוב וביצר רע ובכל נפשך אפילו הוא נוטל את נפשך ובכל מאודך בכל ממונך· דבר אחר בכל מאודך בכל מדה ומדה שהוא

5. Tenetur quilibet benedicere pro malo pariter, & pro bono; quia dicitur (Deut. VI. 4.) *Et diliges Dominum Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua, & totis viribus tuis. Toto corde tuo*, utraque propenſione tua, bona, & mala: *tota anima tua*, ſi vel animam tuam auferat: *totis viribus tuis*, omnibus opibus tuis. Aliter. *Totis viribus tuis*: 1 pro ſingulis demenſis quæ tibi demenſus eſt,

שהוא מודד לך הוי מודה לו במאד מאד׃ לא יקל את ראשו כנגד ושער המזרח שהוא מכוון כנגד בית קדשי הקדשים לא יכנס להר הבית לא במקלו ולא במנעלו ולא בפונדתו ולא באבק שעל רגליו ולא יעשנו קפנדריא ורקיקה מקל וחומר׃ כל חותמי ברכות שהיו במקדש היו אומרים מן העולם משקלקלו האפיקורוסים ואמרו אין עולם אלא אחד התקינו שיהיו אומרים מן העולם ועד העולם והתקינו שיהא אדם שואל את שלום חברו בשם שני והנה בעז בא מבית לחם ויאמר לקוצרים ה׳ עמכם ויאמרו לו יברכך ה׳ ואומר ה׳ עמך גבור החיל׃ ואומר אל תבוז כי זקנה אמך ואומר עת לעשות לה׳ הפרו תורתך רבי נתן אומר הפרו תורתך משום עת לעשות לה׳ :

quantas poteris maximas illi agas gratias. Ne 2 leviter se gerat quis ante portam orientalem, quæ domum Sancti Sanctorum ex adverso respicit. Neque ingrediatur montem domus cum baculo, vel calceis, vel 3 funda, vel cum pulvere pedibus adhærente; nec faciat eum 4 viam compendiariam; nedum conspuat. In omnibus benedictionum clausulis in Sanctuario dicere solebant, *à seculo.* Ex quo corruptelas invexerunt 5 Hæretici, unicum tantum seculum asserentes, dicendum statuerunt, *à seculo in seculum.* Statuerunt etiam, ut se invicem salutarent *Dei* nomine, quia dicitur (Ruth. II. 4.) *Ecce autem Boaz veniens de Bethleemo dixit messoribus, Dominus vobiscum; & illi responderunt, Benedicat tibi Dominus.* Alibi dicitur: (Jud. VI. 12.) *Dominus* (d) *tecum vir fortissime.* Alibi: (Prov. XXIII. 22.) 6 *Ne contemnas, cum senuerit, matrem tuam.* Alibi: (Ps. CXIX. 126.) 7 *Tempus agendi Domino, irritam fecerunt legem tuam.* R. Nathan dicit; *Irritam fecerunt legem tuam,* quia *tempus agendi est Domino.*

R. OB. DE BARTENORA.

חייב אדם לברך על הרעה *tenetur homo benedicere super malo* &c. Quando dicit benedictionem, *Benedictus veritatis judex*, super malo, tenetur benedicere cum gaudio & bono animo, ac si dicat benedictionem, *Benedictus qui bonus & qui benefacit*, super bono.

בכל מאדך *cum omnibus viribus*, id est, cum omni מדה *mensura* qua admetiatur tibi Deus sive illa sit bona sive mala.

לא יקל אדם את ראשו *non superbe attollet homo caput suum*, quia id parum honestum ac decorum, & contra morem incedendi.

כנגד שער המזרח *portam orientalem versus*, quæ erat extra montem templi in muro inferiori ad pedes domus sive templi ad orientem, quatenus ea porta spectat versum sanctum sanctorum, & reliquæ portæ sic deinceps spectant una versus alteram, uti porta orientalis, porta atrii mulierum, & porta atrii Israelitarum, porta Ulam & porta palatii, & sancti sanctorum in templo primo.

באפונדתו *cum cingulo suo*, hoc cingulo cingebant se ad pecuniam secum portandam. Vel juxta alios est vestimenti genus quod induebant super carnem sudoris causa, ne eo inficerentur alia vestimenta, nec tamen decorum ut istiusmodi vestimento solo incedat quisquam.

קפנדריא *compendia*, hoc sensu, quando intrat per hanc portam & exit per illam quæ est è regione ejus ad abbreviandum viæ terminum; Est itaque facere compendium, circumire muros & ingredi aliâ quam debebet porta, Megilla fol. 28. & 29.

רקיקה *sputum*, emittere sputum non erat licitum in monre templi, per consequentiam, cum calceamentis prohibitum esset accedere, quod non fit cum contemtu â minori ad majus ergo non licebat spuere in monte templi quia in eo continetur contemtus.

כל חותמי ברכות שהיו במקדש היו אומרים מן העולם *omnes olim in sanctuario concludebant preces suas* (voce) *à seculo*, is qui orabat dicebat in fine uniuscujusque benedictionis, *Benedictus Dominus Deus Israelis â seculo ad seculum qui sapientiam dat gratis*; & eodem modo in omnibus benedictionibus. Qui vero respondebat, dicebat, *Benedictum sit nomen gloriæ regni sui à seculo ad seculum.* Sed non respondebant Amen post omnem benedictionem in sanctuario, uti liquet ex Nehem. 9: 5. ubi dicitur קומו וברכו את יהוה אלהיכם מהעולם ועד העולם, & deinde post. ויברכו שם כבודך unde liquet eos dixisse hæc sequentia, *Benedictum sit nomen gloriosum regni sui a seculo ad seculum.* Sed stante templo primo dicebant, *Benedictus Dominus Deus Israelis â seculo*, non addita voce *ad seculum.*

משקלקלו המינים *Quando perverterunt hæretici*, istiusmodi

qui

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כשם שהוא מברך על הטובה *quemadmodum super bono benedicit*, eo sensu, ut benedictionem super malo dicat cum lætitia & bono animo & supprimat indignationem suam, quum dicit *Benedictus veritatis judex*, ac si dicat benedictionem super bono, *Benedictus qui est bonus & facit bonum.* Et hoc est quod plurimi nostri statuunt philosophi, dicentes, מה דעביד מן שמיא לטוב *omne quod facit Deus cedit in bonum*; & hæc est causa rationalis apud philosophos rationales, attamen non minus etiam in scriptura confirmata, quæ testatur de multis rebus quæ in principio apparebant malæ, at in finem exiere bonum, propterea indignum est quemquam se affligere quando â Deo castigatur, quandoquidem eum latet finis. Pari modo sapientes nostri vetarunt multiplicare lætitiam & risum, nisi quando est lætitia in rebus spiritualibus, nimirum in operibus charitatis, Eleemosynarum ac justitiæ, quod adeo manifestum est omnibus sacræ scripturæ locis, ut non opus sit id pluribus confirmare. Ratio autem hujus veritatis est, ne quis sibi imaginetur se semper honore ac rebus secundis fruiturum, sed ea aliquando alium posse tenere cursum, quo deprimatur ac humilietur ne continua illa prosperitate infletur ac bonis vitæ futuræ privetur, propterea dicitur Proverb. 14: 12. יש דרך ישר לפני א׳ש ואחריתה מות, idcirco hominem intendat animum oportet ac gratias Deo agat super eo quod ipsi obvenit sive id sit bonum sive malum, ideo dicitur, ביצר טוב וביצר רע *figmento bono & figmento malo*, hoc sensu, ut amorem Dei in animum inducat suum etiam in tempore transgressionis & afflictionum, uti dicitur Prov. 3: 6. בכל דרכיך דעהו. Quod dicitur בכל מדה *cum omni mensura*, id est, in omni casu qui ipsi obvenit, Deo agat gratias ac laudet.

קלות ראש est contrarium כובד ראש צ״ד *demissionis capitis*, id quod in antecedentibus expositum est, ejus sensus est, ne magnopere cachinnum excitet ac ridiculè se gerat.

שער המזרח *porta orientalis*, est porta orientalis portarum atrii, quæ etiam vocatur porta Nicanoris, & Sanctum Sanctorum erat versus occidentem atrii è regione portæ illius.

מקל est idem quod מטה *baculus*, cui innititur defessus. אפונדה est evestimentum quod induebatur super carnem ad recipiendum eo sudorem ne vestes pretiosiores inquinentur eo, nec moris erat id portare nisi sub aliis vestibus.

קפנדריא *compendia*, compendia faciebant abbreviandæ viæ gratiâ, si E.G. aliam portam ipsi propinquiorem intret prætermissa ordinaria illa quam ingredi necessum erat, quod illicitum, quatenus nemo locum intrat honoratum cum præcipitantia per viam privatam, præsertim ubi compellat Deum precibus.

ורקיקה מקל וחומר *neque cum sputo consequenter*, id vult illicitum esse secum adferre sputum, ac sputum etiam emittere

in

qui non credebant resurrectionem mortuorum, dicentes non esse seculum post hoc seculum, ordinavit Ezra ejusque collegium, ut dicerent in posterum *à seculo usque ad seculum*, eo sensu, quod sunt duo secula, seculum hoc & seculum futurum, ad contrariandum opinioni hæreticorum dicentium non esse resurrectionem mortuorum.

שיהא אדם שואל לשלום חברו בשם *ut homo salutet proximum suum in nomine Jehovæ*, nam non dicimus inferre contemtum nominis Jehovæ propter honorem creaturarum, qui nomen Dei vocant super se per pronunciationem istius, quod liquet ex historia Boas qui messoribus dixit יהוה עמכם. Si autem dixeris, quod Boas id fecit juxta opinionem suam & non licitum esse id imitari? ad id respondemus, eum qui de hac veritate dubitat, probationem ejus petere posse ab ipso Angelo dicente Gideoni יהוה עמך *Jehova tecum* Judic. 6:12. Si vero instes dicendo, quod angelus ille id non dixit ex se ipso sed Dei instinctu Gideonem salutavit in nomine Jehovæ, ideoque id â nemine imitandum? sed respondemus contrarium probari ex eo quod dicitur Proverb. 23. *Ne contemnas quando consenuerit mater tua*, eo modo non contemnendum esse Boas, dicendo, quod propria auctoritate id fecit, & propterea semper addiscendum esse â senioribus populi tui, quia apud eos invenitur quo innitaris, uti dicitur Psal. 119. *est tempus operandi Domino* (Jehovæ) *irritam fecerunt Legem tuam.* R. Nathan vero hoc modo exponit illum textum, irritam fecerunt Legem tuam aliquoties quando cessare fecerunt Legis verba, ideo tempus est operandi Jehovæ; exinde etiam intelligi potest salutandum esse proximum in nomine Jehovæ, hoc enim Jehovæ voluntas est, uti dicit Psal. 34: 15. *Quære pacem & assequere eam*, idcirco licitum est solvere aliquando Legem, & facere quod apparet vetitum.

in istiusmodi locum, quod probatur per argumentum â minori ad majus, nimirum si non licet intrare locum cum calceis qui sunt ad usum pedis, multo minus licet illic emittere sputum, quia est res immunda & polluens.

מינים sunt qui negant Scripturam, & non credentes mundum fore futurum, de quo in tractatu Sanhedrim amplius dicturi sumus.

משקלקלו *quando perverterunt*, corruperunt fidei dogmata. Illi, qui statuerunt salutandum esse in nomine Dei, id fecerunt, eo quod vocabulum שלום est unum ex nominibus Dei benedicti, & probant id ex dictis Boas, qui dixit messoribus יהוה עמכם *Dominus vobiscum*, & quod dicitur in Proverbiis, *ne contemnas quando consenuerit mater tua*; id non probat contrarium sed confirmat potius, ut non contemnat constitutiones Sapientum etiam in provectiori ætate, & hoc est quod Salomo intendit in illo loco. Deinde Mischna constitutiones Sapientum negantibus adfert locum ex Psal. 119. quo eos confutat, dicens, instare tempus quo Deus vindictam sumet ab iis, eo quod *irritam reddiderunt Legem ejus* &c., sed si quis non legit versum juxta ordinem suum, eumque legit hoc ordine, *est tempus operandi Domino, irritam reddiderunt Legem tuam*, nimirum quando tempus vindictæ veniet super improbos, indicium erit filios hominum irritam reddidisse Legem, & propterea eos puniri juxta meritum. Hic sensus nimium est profundus & a nemine potest apprehendi, quia ingreditur Secreta Dei benedicti quæ sunt supra hominis captum; ideoque ne extorqueas ex me sensum hujus loci, cuinam tempori sit ille applicandus, sed tantum sententiam Sapientum, idque modo admodum simplici ac claro; quia Sapientum verba in hac materia sunt perquam confusa. Sed fundamentum rei est Deum præmia distribuere bonis, & castigare malos, id Sacræ Scripturæ conforme est, juxta id quod dicitur Deut. 32:4. Neque mortalium ullus est capax judiciorum Dei, cum nec ejus Sapientiam intelligit per quam operatur, si itaque ignorat causam, quomodo noscat ejus effectum? & hoc est quod insuper confirmatur ex Esaiæ. 55: 9. כי גבהו שמים מארץ וגו׳ Et huic fundamento innitendum ne aberret animus curiose profunditates Dei perscrutando, uti fuerunt etiam ex nostris philosophi qui talia conati sunt, sed operam ac oleum perdiderunt, ideo non extra oleas dixêre quondam Sapientes nostri, צללה במים אדירים והעלה חרס בירך istiusmodi curiosos rerum perscrutatores se *immisisse in profundum aquarum validarum*, *sed nihil inde attulisse nisi nudam testam*, si autem quis inspiciat verba eorum qui de hac materia scripserunt, comperiet ea quidem primo intuitu valdè verisimilia, at si exacte omnia ad unguem examinaverit, deprehendet ea falsissima, ac fucata ut lamina auro contexta, rejicietque eorum libros ut omnino inutiles ac nullius pretii. Attamen si quis legat Platonicorum philosophorum libros, saniorem philosophiam comprehendentes, inveniet in iis multa profunda & omni admiratione digna, & necessaria ad apprehendendas rerum scientias, & istiusmodi quæ conferri possunt cum his quæ occurrunt Deut. 30:15. ראה נתתי לפניך היום את החיים ואת הטוב וגו׳. Si contempletur ea de verbo ad verbum, videbit hanc dictam philosophiam optime in hoc fundamento cum Sacro hoc loco convenire. Siquis adhuc plura de hac materia clariora & subtiliora cupit intelligere, videat Tractatum Abhot, ubi inveniet philosophorum Platonicorum placita quam maximè convenire cum Sapientum nostrorum sententiis, & Sacræ Scripturæ. Non vero hujus loci est ea omnia huc transferre, sed intentio mea est exponere tantùm paucis ea quorum hic facta est mentio, quia mihi visum fuit docere Articulos fidei ex fundamentis Legis, utpote quæ firmiora omnibus aliorum hominum ratiociniis.

GUISIUS.

1 *Pro singulis demensi.*] Paronomasia est in vocibus Hebræis מודה, מודד, מודה & כאר, quæ in versione perit.

2 *Leviter se gerat.*] Quid sit קלות ראש *Levitas capitis* supra diximus. Inde הקל ראשו *caput suum leve facere*, est leviter se gerere.

3 *Funda.*] Vox Mishnica varie scribitur, & magis varie interpretantur eam. Scribitur פונדה & אפונדה. Quod ad interpretationem attinet, Maimonides hic, & ad Shab. X. 3. uti etiam ad Chel. XXIX. 1. & alibi, vult esse vestem, quam quis carni proximam gerit ad sudorem à vestibus pretiosis propellendum. Arabice vocat מערקה. Dixeris non male *Interulam sudatoriam*. An ita erit Græcum ἐπενδύτης, quod legitur Joh. XXI. 7.? Suidas, ἐπενδύτης, τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃ καὶ ὑποκάμισον λέγεται. Ita etiam is qui Novum Testamentum in vulgarem sermonem Græcum transtulit, pro τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο, habet ἐζώσθη τὸ ὑποκάμισον. At vero Theophylactus, ἔστιν οὖν ὁ ἐπενδύτης λινοῦν τι ὀθόνιον, ὃ οἵ τε Φοίνικες καὶ οἱ Σύροι ἁλιεῖς περιελίττουσιν ἑαυτοῖς, εἴτε γυμνοὶ ὄντες, εἴτε ἐπὶ τοῖς ἱματίοις τοῦτο ἐπιτιθέντες, ἁπλῶς ἢ εἰπεῖν, οἷον οἱ ζωγράφοι ποιοῦσι τοὺς ἀποστόλους ἐπάνω τῶν ἱματίων περιειλιγμένους. Vocem hanc affert Julius Pollux ex Sophocle, Thespide, & Nicochare; ita tamen ut non facile sit determinare quod genus vestimenti fuerit. Addit Maimonides ad Shab. X. 3. & ex eo R. Tanchum, interulam hanc loculis esse instructam, & su-

SURENHUSIUS.

(b) באפונדה *cum cingulo* sive *cum interula sudatoria* non licebat intrare sanctuarium, tum quia mercaturam olet si quis cingulo pecunia repleto incedat, tum etiam quia interula sudatoria polluit vestimenta exteriora, vel aliorum hominum vestimenta si illa nude geratur; utroque igitur sensu vetitum erat intrare Sanctuarium propter illius munditiem & sanctitatem. Et multo minus *cum pulvere ad pedes*, *& cum sandaliis*, quemadmodum dicitur, Exod. 3: 5. של נעליך מעל רגליך כי המקום אשר אתה עומד עליו אדמת קדש הוא Sic etiam non licebat intrare במקלו *cum baculo*; ut se eo magis humiliaret coram Rege seculorum, eumque timeret, cum baculus solet esse signum dominii, vel levitatis, ideoque cum eo coram Rege & Domino non conveniret comparere. Tandem neque per Sanctuarium non licebat *ire per compendium*, nimirum, si quis per hanc viam citius negotia sua peragere posset, & venire eo quo tendebat, quia hoc modo usus illius, qui tantum sanctus est, fieret profanus, & communis, perinde ac reliquorum locorum, ideoque prohibitum est.

(c) כל חותמי ברכות שהיו במקדש היו אומרים מן העולם משקלקלו המינים ואמרו אין עולם אלא אחד התקינו שיהיו אומרים מן העולם ועד העולם In omnibus benedictionum clausulis in Sanctuario dicere solebant *à seculo*. Ex quo corruptelas invexerunt hæretici, unicum tantum seculum asserentes, dicendum statuerunt *à seculo in seculum*. Sic etiam servator noster apud Matt. 6. in clausula orationis suæ dicit εἰς τοὺς αἰῶνας *in secula*, non εἰς τὸν αἰῶνα *in seculum*. Quod plenè

& ſuperne geri חלוק, ſive *tunicam*. R. Nathan *tuniculam* eſſe vult ejuſmodi loculis inſtructam. Pomarius veſtem ſuperiorem militarem; *Sopraveſte de ſoldati, con molte cuſiture, per porvi danari, over altre coſe.* Alii volunt eſſe cingulum, in quo recondere ſolebant nummos, cujuſmodi ſunt ζῶναι iſtæ Matt. X. 9. Ita R R. Sal. & Obad. ita etiam Tanchum & Pomarius. Ut dicam, quod ſentiam; aliud eſt אפונדה, aliud פונדה, ut bene illa ſejunxit R. Nathan; quanquam Scribæ ſemper fere confundant. Eſt autem אפונדה Græcum ἐπενδύτης. Certe pro veſte palam ſumitur Chel. XXIX. 1. annumeratum *Sagis, ricis, tunicis, palliis, paragaudis* &c. פונדה vero eſt Latinum *Funda* i. e. marſupium reticulare, ſive ἀμφιβλήστρου forma. Utraque ſignificatione ſimul venit Shab. X. 3. quem locum ſic propterea legendum velim ובפונדתו ופיה למטה בין אפונדתו לחלוקו i. e. *Si quis efferat quid funda ſua ore inverſo: vel ſi efferat inter* ἐπενδύτην καὶ χιτῶνα. Primo loco habes *fundam* פונדה pro marſupio, ut apud Macrobium Satur. II. 4. *demiſſa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit.* Altero pro veſte tunicæ conjuncta, plane ut in Nicocharis Hercule Chorago, Φέρε νῦν ταχέως χιτῶνα τ' ἐπενδύτην. Hic loci Fundam præfero; quippe citat Gemara veterem δευτέρωσιν, ex qua hæc Miſna deſumta: לא יכנס אדם להר הבית לא במקלו שבידו ולא במנעלו שברגלו ולא במעות הצרורים לו בסדינו ובפונדתו מופשלת אחוריו *Non intrabit quiſquam in montem domus, neque cum baculo in manu, neque cum calceis in pedibus, neque cum nummis in pera conſtrictis, vel cum* פונדה *funda retro appenſa.* פונדה מופשלת אחוריו *Funda retro appenſa* plane illud eſt quod dixi; nempe reticulum à tergo appendi ſolitum. Horat. Serm. I. 1. ———— *ut ſi*

Reticulum panis venales inter onuſto
Forte vehas humero.

ne expreſſit Syrus cum tradit ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ *in ſecula ſeculorum.* Ita quoque paſſim in clauſulis orationum Apoſtoli dicunt εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων *in ſecula ſeculorum.*

(e) Quærit Gemara quare non ſuffeciſſet ad ſalutationem docendam locus ille de Boaſo יהוה עמכם *Dominus vobiſcum*, ut non opus ſit addere illum de ſalutatione angeli יהוה עמך *Dominus tecum*? & reſpondetur, quod ex hoc loco occurritur objectioni illius qui diceret Boaſum proprio ſuo inſtinctu id feciſſe, & non divino. Deinde ad majorem confirmationem adducitur locus Prov. 23. אל תבוז כי זקנה אמך *ne contemnas quando conſenuerit mater tua* hoc ſenſu, quod, quemadmodum non contemni debet mater ſi quid præceperit in ſenectute, ſic etiam non contemni debet ſalutatio Boaſi ut inſtitutum privatum; nam aliquis objicere potuiſſet ſalutationem angeli tantum fuiſſe particularem aliquam ſalutationem ac בשורה טובה *bonum nuncium* Gideoni adferendum, non aliis, ideoque non imitandum. Tandem ex Pſal. 119: 126. עת לעשות ליהוה הפרו תורתך occurritur quærenti, an homini peccatori & Legem Domini irritam reddenti ſit licitum ſalutare in nomine Domini? & reſpondetur quod licet, id R. Natan dicit, quod adhuc tempus eſt ſalutandi in nomine Domini etſi Legem illius irritam reddiderint.

4 *Viam compendiariam.*] Immerito ſe torſit Conſtantinus L'Empereur, ut vocem קפנדריא ex Græcis, neſcio quibus, κηπαίαν & ἀνδρα extunderet. Vox mere eſt Latina, *Compendiaria*: & cum hoc ſignificatu etiam Judæorum deſcriptio congruit. Quod autem eliditur נ vel מ ante פ, id fit pro more linguæ Hebrææ. Sic *erinaceum* vocant קפוד, quod Arabibus eſt قنفذ: & *ſcarabæum* חפושית, quod Arabibus eſt خنفسا & quod Hebraice eſt לפיד, Græci & Latini vocant λαμπάδα *lampadem.* 5 *Hæretici.*] Stulti Judæi, qui Miſnæ ſuæ antiquitatem tantopere deprædicant, tamen Hæreticos מינים à Manete Hæreſiarcha denominari ſcriptitant. Ita Elias Levita in מין; Abarbanel in Miphaloth Elohim II. 5. Gloſſator ad Talmud Hieroſolymitanum hoc in loco; & alii non pauci: ignorantes ſcilicet Manetem paucis tantum annis Diocletiani Cæſaris ævum ſuperare. Alii prudentiores eorum originem referunt ad Antigoni Diſcipulos Sadocum & Bythum, quos credunt jam ante Chriſti tempora Sadducæiſmi fundamenta jeciſſe. Ita R. Abraham bar Dior, & eum ſecutus R. Abraham Salmanticenſis Judæorum Hiſtorici. Uterque enim ſic ſcribit de ſeceſſu Sadoci & Bythi; *Et hæc fuit* תחלת המינות *origo Minæiſmi.* Maimonidem autorem habuiſſe videntur, qui ad Aboth. I. 3. poſt narratam Schiſmatis iſtius hiſtoriam ſic addit, *Atque exinde ortæ ſunt Secta iſtæ maledictæ* של מינים, *Hæreticorum.* Verum Maimonides מינים appellative ibi ſumit. Et certe Hæreſes apud Judæos multo ante fabuloſum iſtum Antigoni Diſcipulorum ſchiſma; ut nec ipſi ignorant Judæi. Schiſma autem illud mere fabuloſum; & ביתוס, ſive Bithi ipſius nomen ex Valentinianorum τερατολογίᾳ acceptum eſſe, quod hactenus doctiſſimos quoſque latuit, infra oſtendam. Sed hoc ſuo loco. R Obadias altius eorum originem petit. Aſſerit enim Ezram cum Collegis propter Hæreticorum המינים depravationes hoc inſtituiſſe. Sed nihil incertius eſt Hiſtoria Rabbinorum. Inter tot eorum ſententias diſcrepantes audiamus Hieronymum noſtrum in epiſtola ad B. Auguſtinum, quæ in Victorii editione numero eſt LXXXIX. Sic autem ille. *Uſque hodie per totas orientis Synagogas inter Judæos hæreſis eſt, quæ dicitur Minæorum, & à Phariſæis nunc uſque damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui credunt in Chriſtum filium Dei, natum de virgine Maria, & eum dicunt eſſe, qui ſub Pontio Pilato paſſus eſt, & reſurrexit, in quem & nos credimus: ſed cum volunt & Judæi eſſe & Chriſtiani, nec Judæi ſunt nec Chriſtiani.* Minæi ergo iidem cum Nazaræis Hieronymo, *qui ita* nempe *Chriſtum recipiebant, ut obſervationes legis veteris non amitterent*: ut de iis idem alibi. An ſoli autem Nazaræi Minæi dicti? Certe mirum in modum Hieronymum juvat Epiphanius, qui atrociſſimi Judæorum in Nazaræos odii hoc affert exemplum, quod ἀνιστάμενοι ἕωθεν, καὶ μέσης ἡμέρας, καὶ περὶ τὴν ἑσπέραν, τρὶς τῆς ἡμέρας, ὅτε εὐχὰς ἐπιτελοῦσιν ἐν ταῖς αὐτῶν συναγωγαῖς, ἐπαρῶνται αὐτοῖς, καὶ ἀναθεματίζουσι φάσκοντες, ὅτι ἐπικαταράσαι ὁ Θεὸς τοὺς Ναζωραίους. Nemini dubium eſſe poteſt, quin ברכת המינים, *Precationem contra Minæos* Gamalielis autoritate inter Octodenas receptam intellexerit; ut Epiphanio etiam Ναζωραῖοι idem ſint, qui Judæis מינים. Veriſimile tamen eſt nomen antiquis Judæis latius patuiſſe, & ipſos etiam veros Chriſtianos, ſed eos duntaxat qui a Judaiſmo defecerant, comprehendiſſe. R. Salomo ad Rosh. haſſ. 17. *a.* המינין תלמידי ישו הנוצרי אשר הפכו דברי אלהים חיים לרעה *Minæi Diſcipuli ſunt Jeſus Nazareni, qui in malum verterunt verba Dei viventis.* Ita ex Caſtigationibus ad Maimonidem, Hal. Tesh. III. reſtituo locum qui vulgo male habetur in editionibus, quæ cenſuram ſubiere. Alii codices hic habent אפיקורסין Epicuræos. Forſan melius, niſi per מינים hic intelligendi Sadducæi. At qui M S המינים habet. Sed ſolenne eſt Judæis hæc nomina confundere, ut Cenſoribus fraudi ſint. Judæorum ſubtiliores diſtinctiones inter מינים *Hæreticos*, אפיקורסים *Epicuræos*, כופרים *Abnegantes*, משומדים *Apoſtatas*, פורשים מדרכי צבור *Schiſmaticos*, מסורות *Proditores* &c. videat, qui volet, apud Maimonidem Hal. Tesh. III. Nicolaus Fullerus מין à מאן dictum vult, ut appellative ſonet *Abnegans fidem*: quod mihi non diſplicet. 6 *Ne contemnas.*] Jam ab antiquo mos ille invaluit: ne autem contemnas veterum mores. Ac ſi hic eſſet ſenſus γνώμης iſtius Salomonis. 7 *Tempus agendi.*] Si contemnas &c. tempus agendi erit. R. Nathan aliter hunc textum expoſuit. Intelliges, ſi apponam verba Gemaræ. אמר רבא האי קרא מרישיה לסיפיה מדריש מסיפיה לרישיה מדריש &c. *Inquit Rabba, Hic textus exponitur vel* πρότερον ὕστερον, *vel* ὕστερον πρότερον. *Exponitur* πρότερον ὕστερον, *veluti* tempus agendi eſt Domino; *quænam ratio eſt? quia* irritam fecerunt Legem tuam. *Exponitur* ὕστερον πρότερον, *ut* irritam fecerunt legem tuam; *quænam ratio eſt? quia* tempus agendi eſt Domino. Hac ultima expoſitione intelligunt R R. Jarchius & Kimchius violationem legis à Prophetis olim uſurpatam vel permiſſam ob, ſpecialem aliquam eo duntaxat tempore cauſam. Ita Elias legem violavit, & ſacrificium obtulit extra Hieroſolymam in monte Carmelo. Sed ſuberat eo tempore cauſa ſpecialis: tempus agendi erat Domino: trucidandi erant Prophetæ Baalis.

Finis tractatus de Benedictionibus.

Tra-

מסכת פאה

פרק א אלו דברים שאין להם שיעור הפאה והבכורים והראיון וגמילות חסדים ותלמוד תורה· אלו דברים שאדם אוכל פירותיהן בעולם הזה והקרן קיימת לו לעולם הבא· כיבוד אב ואם וגמילות חסדים והבאת שלום בין אדם לחבירו ותלמוד תורה כנגד כולם :

Tractatus de Angulo.

CAput I. Hæc ſunt illa quibus nulla eſt ſtata menſura: (a) Angulus, & 1 Primitiva, & 2 Comparitio, & Beneficentia, & Doctrina Legis. Hæc ſunt illa, quorum uſumfructum percipit homo in hoc ſeculo, & ſors illi manet in ſeculum futurum: Honor patri matrique præſtitus, Beneficentia, Conciliatio pacis inter homines. Doctrina (b) autem Legis inſtar eorum omnium.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו דברים שאין להם שיעור *hæ ſunt res quibus* (Lex) *non dedit menſuram*, ſed conſtitutiones Sapientum iis dederunt quantitatem menſuræ, propterea infra de ipſis dicitur Miſna 2. אין פוחתין לפיאה מששים *non minus dari de angulo quam ſexageſimam partem.*

הפאה *angulus*, eſt illa pars agri quam tenentur relinquere pauperibus in fine campi, uti dicitur Levit. 23: 22. לא תכלה פאת שדך.

והבכורים Et *Primitiæ*, uti dicit textus Exod. 23: 19. ראשית בכורי אדמתך תביא בית יהוה אלהיך, Lex ergo non dedit illis menſuram, quantum dandum ſit vel non dandum.

והראיון & *Apparitio*, tenetur enim quilibet apparere ter in anno Jeruſolymis, ut ſcriptum eſt, שלש פעמים בשנה יראה כל זכורך, huic autem apparitioni non data eſt menſura, quia unuſquisque, ſi volet, aſcendat ut compareat & abeat, ſatisfacit obligationi. Alia expoſitio, ſacrificio, holocauſto apparitionis & pacificis Chagigæ quæ tenetur adferre juxta id quod ſcriptum eſt ולא יראו פני ריקם illis, inquam, non data eſt menſura, uti dicitur Deut. 16: 17. איש כמתנת ידו, ſed Sapientes impoſuerunt illis menſuram, ut, holocauſto centum argenteos nummos, Chagigæ duos nummos argenteos.

גמילות חסדים *charitas*, quam facit corpore, ut, ſi viſitet ægrotos & ſepeliat mortuos; ſed ſi redimat captivos, veſtiat nudos, & cibum porrigat eſurientibus, quod fit pecunia, iſtiuſmodi actionibus impoſita eſt menſura, ut, quoties id contingat, det quintam partem ex lucro ſuo, ſed ulterius non obligatur, uti dicitur in Gemara, המבזבז אל יבזבז יותר מחומש *qui erogat aliquid in pauperes ex bonis ſuis non eroget ultra quintam partem*, vid. Ketubhot fol. 50. 1. Ideo quilibet tenetur ſeponere ex lucro ſuo, ut id in promptu habeat quoties ipſi occaſio offeratur exercendi charitatem, & eo modo ſatisfecerit.

תלמוד תורה *ſtudium Legis*, id non admittit menſuram, uti dicitur Joſ. 1: 8. והגית בו יומם ולילה. Quod dicitur de ſtudio Legis כנגד כולם, ſenſus ejus eſt, id tanti eſſe momenti ac cætera omnia beneficia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus tractatus ſcopus eſt agere de præcepto Anguli agri qui relinquendus eſt pauperibus tempore meſſis, uti ex ſequentibus id melius conſtabit. Quod autem Miſchna dicit אין להם שיעור *non eſt ipſis menſura*, id intelligendum eſt, ex Lege, ſed juxta Sapientes data eſt illis menſura, quæ eſt, ne detur minus quam ſexageſima pars, uti dicetur inferius.

הראיון *apparitio*, juxta id quod dicitur Exod. 23: 17. שלש פעמים בשנה יראה כל זכורך, de quo dicitur verſ. 15. לא יראו פני ריקם, ubi non limitatur quantitas ſacrificiorum quæ offerenda erant quum aſcenderent Jeruſolyma, id quod etiam exponitur in Tractatu Chagiga. Sunt præterea etiam res aliæ quibus non impoſita eſt menſura, uti ſunt pulvis commixtus cum aquis Sothæ quæ adhibebantur in inquiſitione mulieris de adulterio ſuſpectæ, & ſaliva fratriæ, & cinis vaccæ rufæ, & ſanguis avis pro leproſo, quæ tamen hic non recenſentur, quia, etſi ea etiam ſint magni ponderis, nihilominus tamen non continent in ſe retributionem mercedis, ſed ea quæ hic enumeravit Miſchna adferunt obſervanti præmium juxta quantitatem incrementi.

וגמילות חסדים *& charitas*, hoc vocabulum comprehendit duos præceptorum ſenſus, unus eſt ut homo proximum adjuvet bonis ſuis, uti eſt dare eleemoſynas & redimere captivos, alter eſt, ut proximum adjuvet quodad corpus, uti eſt conſolari lugentes, viſitare infirmos, ſequi funus & accedere ad thalamos ſponſales, & ejus generis alia. Quod vero dicitur, *Charitatem non admittere menſuram*, id intelligendum eſt de charitate adjuvandi quodad corpus ſive per id quod ſua perſona efficit, ſed charitati, quæ opibus & bonis demonſtratur, impoſita eſt menſura, quæ eſt quinta bonorum ſuorum pars, & ulterius non tenetur, niſi ſingulari quodam zelo aliquid extraordinarii velit cuiquam conferre. Narratur in Gemara, in Uſa ordinaſſe Sapientes ut quilibet de bonis ſuis ſeponeret quintam partem ad opera charitatis ſuæ demonſtranda; expoſitio autem hujus juris eſt ea quam modo dixi, nimirum ſi videat captivum, ſe tum teneri eum redimere, uti præcepit benedictus Deus, aut ſi videt nudos, eſurientes & malè affectos ut eos veſtiat & quovis modo ſuccurrat, juxta id quod dicitur Deut. 15: 8. די מחסרו אשר יחסר לו, quorum verborum ſenſus eſt, quemlibet, ſi aliquid deſit quintæ bonorum ſuorum parti ad redimendos captivos, obligari tantum addere donec quintam partem compleverit. Sed quando ipſi dandum eſt magis quam quinta pars, tum dabit quintam partem tantum, & excuſabit ſe de reliquo; neque ea de cauſa incurret pœnam delicti, quatenus neceſſitas illorum pauperum & captivorum magis quam quintam partem deſiderat. Si autem non poſſideat tot opum ut quintam partem ſeponere poſſit ex iis, ſeparet eam ex lucro ſuo, ut id impendat neceſſitatibus quas præcepta commendant. Et quod dicitur אוכל פירותיהן בעולם הזה והקרן קיימת לו לעולם הבא id intelligas eo quo diximus modo, nimirum, quia præcepta dividuntur in duas partes, quorum prima pars ſpectat ad hominem quodad officia ſui ipſius quæ intercedunt in ſe ipſum ac Deum, uti ſunt præcepta de Siſit, Thephillin, & Sabbatho, & ejus generis ſimilia. Secunda comprehendit officia utilitatis quæ unus alteri debet, uti ſunt admonitio furti & fraudis, & odium; ſic etiam præcepta de amore in proximum, ne damnum inferat ipſi, ne ſtet ad ſanguinem proximi effuſum, & honor quem debet patribus & Sapientibus qui omnium patres habentur; ſic etiam quando homo fecerit præcepta quæ ipſi intercedunt cum Deo creatore ſuo, quæ ipſi reputabuntur in juſtitiam, quæque Deus benedictus rependet in mundo futuro, uti expoſuimus capite undecimo Sanhedrin; & quando quis obſervaverit præcepta quæ intercedunt uni cum altero, ſimiliter id ipſum reputabitur ipſi in juſtitiam in mundo futuro, eo quod obſervavit præceptum Dei inveniet bonum in mundo præſenti, quia ſe benè geſſit inter homines ut aliis fuerit exemplar, propterea etiam condecorabitur præmio. Omnia vero præcepta continentia officia hominis erga proximum comprehenduntur ſub charitate. Contigit aliquando ut Hillel ille ſenior, quando ipſi dixerit gentilis quidam, doceas me Legem juxta compendium, reſponderit ipſi, id quod malum eſt non facies proximo tuo, hoc ſi perpenderis invenies doctrinam Legis eſſe inſtar omnium, quatenus per doctrinam Legis homo id omne acquirit ſibi, uti expoſuimus in præfatione noſtra, quod ſtudium Legis ſecum portat opera ejus.

GUISIUS.

1 *Primitiva.*] Ita voco בכורים, quæ LXXII. Interpretibus ſunt πρωτογεννήματα, Joſepho πρωτέλεια, ſecutus Vulg. L. Exod. XXIII. 16. Poſſem etiam *fruges præcoces*: nam tales revera erant, ut infra patet ex Bicc. III. 1. Errant meo judicio, qui *Primitias* reddunt. Id potius eſt תרומה. Sed Scriptores plerique è noſtris nihil penſi habent hæc confundere. Cæteri, dum בכורים vertunt *Primitias*, pro תרומה ponunt *Truma*, nec eloqui quidem auſi Latine.

2 *Comparitio.*] Solennis coram Deo in tribus πανηγύρεσιν. Hic autem ponitur pro Sacris, quæ in ipſa comparitione, ſive πανηγύρει, adducere tenebantur ex præſcripto Legis, Deut. XVI. 16. *Non comparebit vacuus coram Domino.*

De Spicilegio, & Manipulo oblivione prætermiſſo; item de Racematione vineæ, de Acinis inter vindemiam agendam deciduis, & de decuſſivis oleis, ex vi præceptorum, Lev. XIX. 9. 10. XXIII. 22. *Deut.* XXIV. 19, 20, 21. *Item de decimis pauperum, & eleemoſynis.*

SURENHUSIUS.

(a) Occurrit hic tractatus de Angulo agri pauperibus relinquendo ſtatim poſt eum qui de Benedictionibus, & cæteros omnes antevertit, eo quod omnia dona reliqua quæ homo de ſeminibus debet tantum poſt meſſim danda ſunt, cum donum Anguli datur in ſegete cum ſemina nondum demeſſuerunt. Quæritur in Talmude Jeruſolymitano quare Miſnæ auctor, quando dicit *hæ ſunt res quibus non data eſt menſura*, etiam non recenſet תרומה *oblationem primam*? reſpondet autem R. Amai id non fieri quia una Truma differt ab alia, cum Trumæ de decimis poſita eſt menſura ex Lege, non Trumæ magnæ, & propterea auctor Miſnæ non poterat tradere ſimpliciter ותרומה *& oblationem primam*, quia etiam includeret Trumam de decimis cui data eſt menſura, & cui nihil addi poteſt ſuperflui, uti nec Trumæ magnæ; nam ſi quis ei quicquam addiderit tranſgreſſus eſt, quia טבל *rem illibatam* cum illa miſcet, quæ à ſacerdote comeditur pro Truma, quod vetitum eſt ob Trumam de decimis quæ in ea continetur. Præterea quis agrum ſuum integrum facere poſſet angulum ſi vellet, at non poſſet integrum ſuum acervum vel horreum facere Trumam &c. vide ulterius ea quæ adferuntur in Additamentis Gemaræ capite primo tractatus Nedarim, & Chagigæ capite primo folio 6. (b) תלמוד תורה כנגד כולם *ſtudium Legis eſt inſtar omnium*, quia ſtudio Legis homo acquirit omnes illas virtutes quarum hic fit mentio, & præterea cæteras quoque virtutes quas Lex inculcat, uſque adeo ut homo omnibus Divinis virtutibus perfectè inſtruatur; propterea *ſtudium Legis eſt inſtar omnium.*

ב אין פוחתין לפאה מששים ואף על פי שאמרו אין לפאה שיעור הכל לפי גודל השדה ולפי רוב העניים ולפי רוב הענוה :

2. Haud minus relinquunt pro angulo quam ſexageſimam. Quantumvis dictum ſit, Angulo nulla eſt menſura, tamen tota res fit pro magnitudine agri, multitudine pauperum, & proventus ubertate.

R. OB. DE BARTENORA.

אין פוחתין לפאה מששים *non minus dant quam partem ſexageſimam*, & hoc juxta conſtitutiones Sapientum, etiamſi dictum ſit ſupra, *Angulo non impoſitam eſſe menſuram.*

לפי גודל השדה *juxta magnitudinem agri*, i. e. ſi ager ſit amplus & pauperes pauci, addet ſupra partem quinquageſimam juxta magnitudinem agri ſui; ſi vero ager exiguus & pauperes multi, addet ſupra quinquageſimam partem juxta magnitudinem pauperum.

ענוה exponi poteſt per *humilitatem*, ut ſenſus ſit, eum daturum pauperibus juxta humilitatem ſuam. Maimonides autem vocem ענוה deducit a ענה *reſpondere*, ſcil. ut det id quod reſpondeat terra, ſive parum ſive multum. Sunt etiam qui vocem ſcribunt cum beth hoc modo ענב *granum adultum*, eo ſenſu, ut, ſi ſpicæ in uno loco plenæ ſint; in altero loco vero non plenæ ac bonæ, non det omnes malas pro angulo, ſed unam partem bonam, alteram vero malam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפי רוב הענוה *juxta multitudinem granorum*, notandum quod vox ענוה legitur cum Vav, cujus ſenſus eſt, dandum eſſe *id quod reſponderit terra, ſive parum ſive multum*, aliter enim proprie legendum erat ענב per beth, ut notat Talm. Hieroſolym. cap. 2. Sanhedrin; & notat grana adulta, aut tenuia & mala fructuum, & hi duo ſenſus veritati proximi ſunt. Elicitur ergo ex hiſce explicationibus mentem Miſchnæ eſſe, nimirum, ſi quis habet amplum agrum & pauperes ſunt numero pauci, ut tum det juxta magnitudinem agri; ſi autem ager exiguus & pauperes multi, det juxta multitudinem pauperum; ſic etiam ſe res habet ſi terra produxerit multa grana & ſemina, & pauperes fuerint multi, det multum; & ex iis quæ diximus reliqua erunt clariora.

SURENHUSIUS.

(c) אין פוחתין מששים לפאה וכו *Haud minus relinquunt pro Angulo quam ſexageſimam partem; quantumvis dictum ſit* (Miſna præcedenti) *Angulo nulla eſt menſura*, nam ex Lege illi nulla data eſt menſura, at ſexageſima pars eſt ex inſtitutione Sapientum tantum, vide Miſnam ſecundam capitis undecimi tractatus Chulin, & in Gemara fol. 137.

ג נותנין פאה מתחלת השדה ומאמצעה רבי שמעון אומר ובלבד שיתן בסוף כשעור רבי יהודה אומר אם שייר קלח אחד סומך לו משום פאה ואם לאו אינו נותן אלא משום הפקר :

3. Angulum dant vel in prima agri parte, vel in media. R. Simeon ait, ita tamen, ut detur etiam in fine quantum determinatur. R. Juda cenſet, ſi relictus fuerit vel culmus unicus, ei innitendum fore anguli nomine: ſin minus, in commune duntaxat collatum eſſe cenſetur.

R. OB. DE BARTENORA.

מתחלת השדה ומאמצעה *è principio agri & medio ejus*, non eſt neceſſe ut Angulus relinquatur in fine campi, juxta id quod ſcriptum eſt Levit. 19:9. לא תכלה פאת שדך לקצור, ex quibus nihil aliud elicitur, niſi ut Angulus detur conſiſtentibus adhuc in campo granis.

ובלבד שיתן בסוף כשיעור *ut det eum juxta menſuram in fine,*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Opinio primi Doctoris eſt eum poſſe relinquere Angulum in loco quo ipſi placuerit; R. Schimeon vero dicit Angulum quidem poſſe relinqui in quo loco ipſi placuerit, ſed tum non ſatisfieri præcepto ſi non reliquerit eum in fine agri, qui eſt locus agri legitimus pro Angulo relinquendo, & hoc propter fraudulentos qui angulum agri demetunt, qui, ſi interrogamus

fine, etiamſi Lex multiplicaverit ritum in principio & medio campi angulum relinquendi, nihilominus tamen non liberat eum hoc modo, niſi det eum angulum in fine campi cum quantitate ſexageſimæ partis una cum eo quod reliquit in medio & principio, uti confirmatur ex Talmude Jeruſolymitano. R. Moſche vero exponit, ut det angulum in fine campi juxta menſuram, quæ eſt ſexageſima ejus pars, præter id quod reliquit in medio & principio.

אם שייר קלח אחת *ſi relictus fuerit culmus unus*, ſcil. ſi in fine campi eum reliquerit pro Angulo. סומך לו *innititur illi*, quod vult, omne id quod reliquit in medio & principio campi teneri de jure anguli juxta Scripturam. ואם לאו *ſi verò non*, ſubintellige reliquit culmum neque in fine campi pro angulo, ſed in medio aut principio, non habetur Angulus verus, at potius locus communis. Sed hoc contrarium eſt R. Schimeoni, quod nihilominus habetur Angulus, etſi non liberet poſſeſſorem agri hoc modo; & Deciſio quæſtionis eſt juxta R. Schimeon.

mus eos ubinam relinquent eum, reſpondent in alio loco relinquemus eum, & ſic reſpondent omnibus, demetentes interim totum campum. R. Jehuda vero dicit Angulum poſſe relinqui in quo loco placuerit, ſive in fine ſive etiam in medio, ſed nullatenus eum eſſe legitimum & ſancitum, at communem potius; & propterea propriè non eſſe Angulum ſi relinquatur in medio aut in principio; at ſi in fine reliquerit etiam unum culmum, reputabitur ipſi in Angulum, quando eum adjecerit ei loco qui ipſi eſt relinquendus, & hoc eſt quod dicitur in textu סומך לו משום הפאה *adjiciet eum ſcil. culmum de jure Anguli.* הפקר eſt id quod eſt commune & non ſanctificatum eſt, ſive id quod unicuique relinquitur in uſum ſuum, uti expoſitum eſt in hoc tractatu. Scias ergo totum hunc Angulum eſſe pro pauperibus, & quod dicitur משום intelligas *hoc & illo modo.* Et quod dicitur, *Angulum quem reliquerit in principio aut medio campi eſſe communem*, ſenſus eſt, iſtiuſmodi angulum eſſe liberum unicuique. R. Schimeon vero dicit, Angulum nihilominus eſſe legitimum etſi non relinquatur in fine.

SURENHUSIUS.

(d) נותנין פאה מתחלת השדה ומאמצעה *dant angulum è principio agri, & è medio*, nam vox פאה ſtrictè notat angulum in extremitate, ita ut dici nequeat, id quod in medio agri relictum eſt pro angulo obligatum eſſe ad decimas.

(e) ובלבד שיתן בסוף כשעור *dummodo det in fine juxta menſuram*, R. Schimeon concedit quidem è medio agri quoque poſſe dari angulum, at ſub ea conditione ut in fine quoque relinquatur juxta menſuram, cujus juxta Maimonidem ſenſus eſt ut relinquatur angulus qui debetur pro toto agro &c., præter id quod relictum eſt in principio & in medio. Sed in Jad Chazaka capite ſecundo de Donis pauperum ſcribit, quod neceſſe eſt ut angulus relinquatur in fine agri juxta menſuram convenientem cum reliqua parte agri quam nondum demeſſuit quis, poſtquam jam ſeparavit angulum pro altera parte agri quam jam demeſſuit; & hoc quadrat cum eo quod dicitur in Talmude Jeruſolymitano, angulus primus quinam? Reſp. ex eo quod dicit Miſna, *ecce hic angulus eſt* &c. vult dicere eum quem reliquit prius in medio ſanctificari nomine anguli. Jam rogat Lipman, quomodo intelligendum eſt id quod Miſna dicit כשעור *juxta menſuram*? an de menſura totius agri, an vero de menſura partis reliquæ nondum demeſſæ? & reſpondet, de menſura reliquæ partis quam deinde metit, & hoc rectum eſt.

ד כלל אמרו בפאה כל שהוא אוכל ונשמר וגדוליו מן הארץ ולקיטתן כאחד ומכניסן לקיום חייב בפאה והתבואה והקטניות בכלל הזה:

4 Regulam generalem de angulo tradiderunt. Quodcunque in eſcam cedit, & cuſtoditur, & è terra incrementum habet, & ſimul colligitur, reconditurque ut ſervetur, tenetur de angulo. Atque hac regula comprehenduntur frumentum & legumina.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שהוא אוכל *omne quod comeditur*, ad excludendum ſpecies ſponte renaſcentium ſeminium croci vel Indici, quæ etiamſi habeantur cibi tempore neceſſitatis, nihilominus tamen non dicuntur propriè אכל, & non tenentur de Angulo, quia dicitur Levit. 23:22. ובקצרכם quando *demetitis*, at non datur meſſis niſi in rebus quæ conceduntur in cibum. ונשמר *& id quod cuſtoditur*, ad excludendum id quod eſt commune & non cuſtoditur, quod liberum eſt de Angulo, juxta locum citatum לעני ולגר תעזב אותם, ſi autem ſit relictum i. e. deſtinatum pauperi & peregrino, non amplius eſt commune.

וגדוליו מן הארץ *cujus alimentum eſt ex terra*, ad excludendum genera fungorum ac boletorum quæ non agunt in terra radices ſed aluntur ex aëre, & hæ quoque eximuntur, juxta id quod dicitur קציר ארצכם *meſſis terræ veſtræ.* Dicit Miſchna ולקיטתו כאחת *cujus collectio fit eodem tempore*, ad excludendum ficus & ſimiles arbores quarum fructus unus poſt ab alterum matureſcunt, ideo dicit Scriptura קציר *meſſis* Levit. 23:22. quæ metuntur plerumque una vice. ומכניסו לקיום *id quod durabile eſt*, ad excludendum olera quæ non durant diu, ſed marceſcunt ſtatim, ideo dicit Scriptura פאת שדך בקצרך, olera autem non demetuntur. והתבואה והקטניות *& proventum ac legumina*, per proventum intelliguntur quinque ſpecies, uti ſunt triticum, hordeum, ſpelta, & avena ac ſecale; קטניות *legumina* ſunt fabæ, piſa, & lentes, & ſimilia ejus generis. בכלל הזה *ſub hac regula*, ſcil. ut obligentur de Angulo quod ad omnes conditiones & circumſtantias ante dictas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit hic de אוכל *cibo* ad excludendum כופר quod idem cum אלחנה & הלגלוגה quæ ſunt plantæ quibus conficiunt colores, & iſtiuſmodi non obligantur de Angulo, juxta Levit. 23: 22. ubi dicitur ובקצרכם *quando metitis*, at vox *meſſis* non cadit niſi in res quæ comeduntur. נשמר *quod cuſtoditur*, quia omne id quod commune eſt non cuſtoditur & idcirco non tenetur de Angulo, quia Scriptura dicit תעזב אותם *relinques ea*, commune autem non *relinquitur* i. e. deſtinatur aliquibus, ſed omnibus ſine diſcrimine datur. וגדוליו מן הארץ *quorum alimentum ex terra*, iſtiuſmodi quorum radices ſunt in terra implexæ ac intricatæ, & eo modo efflореſcunt, ad excludendum fungos & boletos qui non obligati ſunt de Angulo juxta id quod dicitur ולקיטתו כאחת׃ מקציר ארצכם *quæ colliguntur eodem tempore*, i. e. quæ colliguntur una vice, & tum erunt obligata de Angulo, ad excipiendum ficus & ſimiles qui non colliguntur una vice ſed matureſcunt diverſo tempore unus poſt alterum, idcirco non obligantur de Angulo, tum etiam quia in iſtiuſmodi non cadit vox קציר *meſſis.* ומכניסו לקיום *id quod conſtans ac durabile eſt*, i. e. ut conſervari poſſit, ad excipiendum olera & herbas, quia nulla res ſubjecta eſt Angulo niſi ea quæ reponi poteſt pro tempore ac ſe conſervat, uti ſunt triticum, hordeum &c. juxta id quod dicit Scriptura פאת שדך בקצרך, at non convenit oleribus vox *meſſis.* תבואה *proventus*, hæc vox quadrat in quinque ſpecies, uti ſunt tritici duæ ſpecies; hordeorum autem tres ſpecies quæ conficiunt quinque, quæ memorantur ubique. קטניות *legumina*, ſunt fabæ & piſa & lentes, & ſimilia בכלל הזה *ſub hac regula*, quando inveniuntur in iis iſtiusmodi conditiones quæ obligant de Angulo, tum comprehendentur ſub jure Anguli.

ה ובאילן האוג והחרובין והאגוזים והשקדים והגפנים והרמונים והזתים והתמרים חייבין בפיאה :

5. Inter arbores rhus, & ſiliquæ, & nuces, & amygdalæ, & vites, & mali punicæ, & oleæ, & palmæ tenentur de angulo.

R. OB. DE BARTENORA.

אוג eſt arbor proferens fructus colore rubros, & Italicè vocatur Cornioli. Scias præterea non ſolum illas arbores quas Miſchna enumeravit obligatas eſſe de Angulo & non alias etiam, ſed iſtæ & ſimiles iſtis obligatæ ſunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אוג eſt arbor quæ alia voce appellatur סומאק quæ invenitur in terra Iſraelis, & adhibetur ac aptanda ap tingenda coria Cordubana, cujus radices ſimiles radicibus vitis, qui & comeduntur. חרובין *ſiliquæ*, nota vox eſt; ſic etiam אגוזים & שקדים, & in illis arboribus reperiuntur omnes conditiones dictæ de jure Anguli, & propterea angulum dent neceſſe eſt.

ו לעולם הוא נותן משום פאה ופטור מן המעשרות עד שימרח ונותן משום הפקר ופטור מן המעשרות עד שימרח ומאכיל לבהמה ולחיה ולעופות ופטור מן המעשרות עד שימרח ונוטל מן הגורן וזורע ופטור מן המעשרות עד שימרח דברי רבי עקיבא׃ כהן ולוי שלקחו את הגורן המעשרות שלהם עד שימרח המקדיש ופודה חייב במעשרות עד שימרח הגיזבר :

6. 1 Quolibet tempore datur nomine anguli, quod etiam à decimis liberum, uſquedum perpoliatur. Et in commune confertur, quod etiam à decimis liberum, uſquedum perpoliatur. Et pabulum præbetur pecoribus, feris, & volucribus, quod etiam à decimis liberum, uſquedum perpoliatur. Et de area ſumtum ſeritur, quod etiam à decimis liberum, uſquedum perpoliatur. 2 Verba R. Akibæ. Si Sacerdos & Levita aream coemerint, decimæ ipſorum ſunt 3 ante expolitionem. Qui conſecraverit, ſi redimat tenetur de decimis, 4 niſi expoliverit 5 Præfectus Ærario.

R. OB. DE BARTENORA.

לעולם הוא נותן משום פאה *ſemper dabit propter Angulum*, is qui non reliquit Angulum de eo quod collegit in campo, tenetur ſeparare pro Angulo ex eo quod evulſerit, ſed id liberum eſt à decimis.

עד שימרח *donec ventilaverit*, antequam collegerit in cumulum proventum ſuum, ſed ſi poſt purificationem ſeparet pro Angulo, neceſſum eſt ut prius Trumam & décimas ſeparet, & poſtea pro Angulo, quia nihil liberum eſt â decimis niſi angulus quem ſeparavit ante purificationem.

נותן הפאה משום הפקר *qui dat angulum de communi*, ſi quis fecerit proventum ſuum communem, & venerit qui eum ſecum portat, is non tenetur decimas dare de eo quod ſecum portarit; nam id quod dicitur Deut. 14:29. ובא הלוי כי אין לו חלק ונחלה עמך excludit id quod commune eſt in quo tibi cum Levita eadem poteſtas, ſed qui communem facit proventum ſuum poſt depurationem, tum proventus iſte non eſt liber à decimis.

מאכיל לבהמה *cibum præbens quadrupedibus*, ſibi ipſi licitum eſt comedere cibum accidentalem i. e. quem fortuito capit, ante purificationem, ſed beſtiæ etiam edunt tempore ſtatuto.

נותן מן הגורן וזורע *dans de area aut ſemine*, nam juxta Legem ſemen liberum eſt â decimis, etiam poſt purificationem, juxta id quod extat Deut. 14: 22. עשר תעשר ואכלת, at de ſemine non dicitur ואכלת *& comedes*, ſed juxta conſtitutiones Sapientum tenetur dare ut putat R. Akiba, nam ante purificationem etiam liberum eſt â decimis juxta Sapientes, & deciſio quæſtionis non eſt juxta R. Akiba.

שלקחו את הגורן *qui comparaverunt ſibi aream*, qui emerunt proventum in area, & multam impoſuerunt Sapientes ut ſint obligati ad ſeparandum Trumas & decimas, eaſque dent ſacerdotibus & Levitis reliquis, ne ſacerdotes emerent proventus aut vinum aut aream & ſimilia loca: Si autem emerunt ante purificationem & determinationem proventuum quod ad decimas, tum ad eos pertinebunt decimæ.

המקדיש ופודה *qui redimit id quod ſanctum fecit*, is qui ſanctificat aream ſuam & eam poſtea â theſaurario redimit, ſi ea conſiſtet ex frumento aut ſegete, quæ nondum quod ad decimationem taxata ſunt quando ea ſunt in poteſtate ſanctitatis, tum tenetur redemtor ex iis ſeparare decimas, ſed ſi area per theſaurarium purificata eſt, & tempus decimationis interim venit quando eſt in poteſtate ſanctitatis, tum redemtor tenetur decimas ſolvere, nam quando eſt in poteſtate Sanctitatis non dantur decimæ, quia Sanctitas liberat.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Scias quod de Angulo non dant decimas, & obſerva hoc fundamentum, eum, qui totum demeſſuerit campun non relicto Angulo, teneri dare Angulum de eo quod demeſſum eſt. Sic etiam ſi nullos reliquerit culmos demeſſos, detrahet de tritico poſtquam trituratum eſt ac ventilatum, imo etiamſi molitum ſit detrahet de farina. Origo autem hujus fundamenti petitur ex tractatu Maccot, id quod ſemper in memoria tenendum eſt, nimirum, quod id quod commune eſt non tenetur de decimis.

מרח idem eſt quid ברר *purgare*, quando triticum purgatur â palea ut fiat purum & aptum ad reponendum in certum locum, quo facto, ſeparare tenetur de frumento & ſeminibus iſtis Trumam & decimas, & deinde detrahere pro angulo, idque dare pauperibus; ſed ante purificationem & triturationem tenetur prius ſeparare pro Angulo, & deinde pro decimis, at ipſe Angulus immunis eſt â decimis. Sic etiam poterit aliquid facere commune è ſemine quantum voluerit ante purificationem; ſed poſt purificationem non poterit commune reddere vel tantillum etiam, niſi ſeparaverit decimas. R. Akiba vero dicit, permiſſum eſſe ſumere triticum trituratum ante purificationem ejus ad ſeminandum. Tenemus etiam pro fundamento, ſacerdotem & Levitam, ſi emerint triticum poſt triturationem, meſſem, & purificationem, teneri dare Trumam & decimas ad liberandum iſtud ſemen, idque dare ſacerdotibus ac Levitis reliquis, pro multa ipſis irrogata. Sic etiam dicitur קנס קנסו בהם *multando multarunt eos*, ne ſcil. intrarent aliorum loca ad emendum frumentum. Propterea hoc in loco dicitur, decimas non pertinere ad illos quamdiu nondum in aream adductum eſt ſemen, & hoc innuitur in Miſchnæ textu, quando dicit כשימרחו אתו *donec ventilarunt id*, ſed id quod ſanctificatum eſt non obnoxium eſt ullis donis ſive Trumæ ſive decimis.

גזבר eſt nomen præfecti ac deputati cuſtodientis rerum Sanctarum emolumenta, dicimus ergo, eum qui ſanctificarit id quod venit in aream, poſtea vero id redemerit e manu Theſaurarii, quando adhuc eſt ſeges aut meſſis, teneri ſeparare decimas; ſi vero Theſaurarius id ventilaverit, & redemerit poſtea poſſeſſor ejus, non erit obligatus de decimis, quia eo tempore quo veniebat ſub debitum decimarum, fuit in poteſtate ſanctitatis, ubi non datur obligatio decimarum, ſed non eſt deciſio juxta ſententiam R. Akibæ.

GUISIUS.

1 *Quolibet tempore.*] Etiam poſt meſſem; ita ut ſi demeſſuerit quis totum agrum, nec angulum in ſegete reliquerit, obligetur de ſpicis deſectis ſolvere, vel & de frumento trito & molito, quod etiam à decimis liberum habetur, ſi modo ante מירוח. Poſt מירוח autem decimæ primum delibandæ. Quid autem ſit מירוח non ſatis convenit inter Judæos. RR. Salomoni, Nathani, & Obadiæ dicitur, *cum acervus frumenti pala complanatur.* Maimonidi ſonat Arabice אלרלך i. e. *politura:* & metaphoram eſſe vult à politura vaſorum, quod ultimum circum ea opus. Hoc probo. Non probo autem, quod diſtinguat à תצפירה *purgatione.* Nec ita ſibi ſatis conſtat. Recte meo judicio R. Tanchum, ועלי אלתשביה באלרלך יסמו כל תבסיט או תלייס או תנציף מירוח פיערף כל מלאן בהכב מענאה *Metaphora à politura deducta vocant quamlibet expanſionem, vel lævigationem, vel purgationem* מירוח; *ubique autem dignoſcitur ex ſenſu loci.* Hic ergo eſt frumenti ultima expurgatio. Eodem ſenſu *expolire*, & *repolire* legas apud optimum Latinitatis autorem Columellam. A decimis autem libera ſunt, quia nondum competit obligatio de decimis, niſi frugibus demum expolitis. Angulus vero, & ager qui communis juris fit, immunes ſemper à decimis habentur, niſi extiterit obligatio, antequam alter pro angulo ſepararetur, alter communis juris fieret. Eadem ratio eſt frumenti in pabulum dati.

2 *Verba R. Akibæ.*] Iſta nempe de ſatione frumenti de area ſumti, ex illius privata opinione: nam ad quartum membrum hoc referendum.

3 *Ante expolitionem.*] Quidni & poſt, cum jam uſu ceperint? Quia hanc multam illis irrogarunt Sapientes, ut extorquerentur decimæ, poſtquam ipſi fruges ita mala fide emtas expoliverint, ne qui eorum intempeſtive in areas & lacus involarent, adeoque cæteros decimis fraudarent.

4 *Niſi expoliverit.*] Quippe Deo conſecratum immune habetur à decimis; adeoque, ſi apud Præfectum Ærario ante redemtionem expolitum fuerit, jam tempus ſolvendi decimas citra ullam obligationem præteriiſſe cenſetur.

5 *Præfectus Ærario.*] גזבר vox origine Perſica, poſt captivitatem demum Judæis nota. *Gaza* enim Perſis *theſaurus*, ut ex Curtio, Mela, & Servio notum; i. e. גנזא *Ganza*, quæ vox in Ezra duntaxat & Ezechiele occurrit, & vel hodie in lingua Perſica, uti & in Armena eodem modo cum N epenthetico extat. Perſis enim گنج, & Armenis գանձ *theſaurus* eſt. Inde etiam Arabicum كنز, eodem, ſignificatu. בר autem, ſive *var*, terminatio eſt, qua & hodie etiam Perſæ poſſeſſiva in lingua ſua formant, وار & ور literis à Saracenis mutuatis ſcribunt. Armeni πλατύτερον ւոր *vôr*. Inde fit גנזבר *Ganzavar*, quod vel hodie Perſæ dixerint گنجوار, & Armeni գանձաւոր quam ipſam vocem eodem ſenſu habet Interpres Armenus 1 Eſdr. II. 11. i. e. ὁ ἐπὶ τῆς γάζης. Eliſo autem vel liquefacto elemento N fit גזבר *Gazavâr*. Chaldæis idem גדבר, ז in ד mutato pro more iſtius linguæ. Hinc גדבריא Dan. III. 2, 3. Ejuſmodi eliſiones iſtius literæ oppido familiares. Ita Hebræi *ſpicam* vocant שבולת. Arabes سنبلة: *araneam* Hebræi עכביש, Chaldæi עכבית, Arabes عنكبوت: *capram* Hebræi עז, Arabes, عنز: & ne plura exempla afferam, ipſum Chaldæorum, ſive Perſarum גנזא, Syri efferunt ܓܙܐ *Gaza*.

Tres autem erant hujuſmodi גזברין, Præfecti, vel Quæſtores Ærarii ſacri.

פרק ב ואלו מפסיקין לפאה הנחל והשלולית ודרך היחיד ודרך הרבים ושביל הרבים ושביל היחיד הקבוע בימות החמה ובימות הגשמים והבור והניר וזרע אחר והקוצר לשחת מפסיק דברי ר׳מאיר וחכמים אינו מפסיק אלא אם כן חרש :

Caput 2. Hæc 1 diſterminant quodad angulum; alveus, & 2 rivus, & 3 via privata, & via publica, & ſemita publica, & ſemita privata tam æſtate quam hieme trita, & ager rudis, & novale, & ſata alius generis. Qui in pabulum deſecat, diſterminat. Ita R. Meïr. At Sapientes dicunt, non diſterminat niſi etiam aret.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו מפסיקין *hæc dividunt*, inter campum & campum, & reputantur pro duobus campis in jure Anguli, ut neceſſe ſit duos relinquere angulos pro iſtis duobus campis, ideo Scriptura dicit, פאת שדך, *angulus agri tui*, ut non relinquat Angulum in uno campo ad liberandum eo alium.

השלולית notat *canalem aquarum*, quæ decurrentes alios in rivulos, qui illis continuo adimplentur ne exareſcant. *Via particularis* continet quatuor ulnas in latitudine. *Via communis* continet ſedecim ulnas, & hæc monentur propter finem, quia ſub finem dicit, quod omnia hæc non dividunt in cauſa arborum, propterea docet nos, quod, etſi via communis ſedecim contineat ulnas, non faciat diviſionem inter arbores.

שביל הרבים ושביל היחיד *ſemita communis & ſemita particularis*, *ſemita* notat viam admodum anguſtam & continuo tritam; docet ulterius viam communem, ſi ea æſtate & hieme, id eſt plurimis anni temporibus teratur, in meſſe & in ſemente dividere inter agros ſeminatos, ſi autem non ſe habet juxta id quod diximus, non facere diviſionem.

בור eſt ager incultus & non ſeminatus.

זרע אחר *ſemen aliud*, ſi duo campi tritico ſunt ſeminati, & inter illos duos datur alius conſitus ſemine alio. Quantitas vero agri inculti, & aratro ſubacti, & ejus qui conſitus ſemine alius ſpeciei eſt ſpatium trium ſulcorum de eo quod aratum.

וקוצר לשחת מפסיק *qui demetit pabulum pro beſtiis, dividit*, quia hoc pro fundamento ponit Miſchna quod pabulum non habetur meſſis; שחת eſt proventus qui non crevit ex tertia parte, quem metunt in cibum pro beſtiis; deciſio juris non eſt ſecundum R. Meyer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אלו מפסיקין לפאה *hæc dividunt Angulum*, ut fiant duo campi, hoc ſenſu, ſi reliquerit unum angulum pro duobus campis, non ſatisfecerit juri Anguli, ideo dicitur פאת שדך, ſed Sapientes dixerunt, hac conditione ne de uno campo relinquat angulum ad liberandum alium.

שלולית ſunt *aquæ ductus*, aut *aquarum devolutiones*, quæ deducuntur ad alios agros irrigandos; præterea ſic expoſuere interpretes hanc vocem, decurſus aquarum qui aquas ſuas devolvit in alias aquas.

ודרך היחיד *& via particularis*, continet quatuor cubitos.

דרך הרבים *via communis* continet ſedecim cubitos.

שביל הרבים *ſemita communis*, ושביל היחיד *& particularis ſemita*, eo ſenſu, quando datur via inter duos campos qui ſunt unius viri, qui per eam intrat in hortum aut agrum ſuum, ea eſt ſemita particularis: Aut *ſemita communis*, etiamſi illa ſit admodum anguſta, attamen teratur hieme & æſtate; at ſi iſtis temporibus non ſemper conculcatur, non dividit inter duos campos, niſi contineat tantum ſpatium quantum ſupra inſtituimus. Et ſic inſtruimur de particulari & communi via, quatenus eæ omnino ſunt neceſſariæ in hoc propoſito. Nam ſi dixerimus viam particularem tantum facere diviſionem, quia poſſeſſor non habet aliam viam, & propterea eum ſemper eam ire & redire; at viam communem non facere diviſionem, quia multæ ſunt viæ communes præter hanc per quas incedere poteſt hac relicta, ideo docet viam communem etiam facere diviſionem. Et ſi quis opponat dicens, cauſam, quod via communis dividat, eſſe, quod ea continet ſpatium ſedecim cubitorum in latitudine, ſed viam pri-

vatam non continere tantum ſpatium, ideo Miſchna docet ambas vias facere diviſionem in jure Anguli. בור eſt *ager incultus*, & non ſeminatus, vaſtus & deſertus. ניר eſt terra aratro ſubacta, eſtque vox biblica. וזרע אחר *& alia ſemina*, quando ſeminavit alius ſpeciei ſemen, id dividat inter duo ſemina, E. G. ſi inter triticum diviſerit per ſemen fabæ aut lentis, & ſimilia. Hæ tres voces ſcil. *fabæ*, *lentes*, & *ſemen aliud*, non dividant Angulum, niſi in latitudine contineant ſpatium trium ſulcorum de eo quod aratum eſt. שחת notat herbam reſectam in pabulum beſtiarum; deciſio non eſt juxta R. Mejer.

GUISIUS.

1 *Diſterminant.*] Ita agrum dividunt, ut non amplius pro uno habeatur, adeoque plures relinqui debeant anguli.

2 *Rivus.*] Quid ſit שלולית diſceptatur in Gemara, Baba kama 61. *a* Alius vult eſſe מקום שמימי גשמים שוללים שם, *locum ubi aquæ pluviæ decurrunt*, i. e. *torrentem*. Alius, אמת המים שמחלקת שלל לאגפיה *rivum aquæ, qui prædam impertit agris ad ripam ſitis*. Recte hic, utcunque non recte capiatur à Maimonide, fortean prava lectione decepto; nam pro לאגפיה legit לחברותיה, *rivum aquæ qui prædam impertit aliis*. Hinc שלולית exponit, סאקיה מא אכרי מואצעא בהא ליסקי ארדע מנהא תמתר, *canalem aquæ, unde rivi derivantur ad alia loca irriganda.* Hæc ſecutus Buxtorfius. Sed שלולית eſt ipſe rivus ad agrum irrigandum ex amne derivatus, ut recte Doctor ille Gemariſta, utcunque in Etymologia, dum à præda ita dictum vult, non parum ineptiat. Illam melius petas ex lingua Arabica, ubi metaphora ab enſe petita dicitur إستل النهر جدول اذا انشق منه *Evaginavit amnem rivus, cum ab eo derivatur*, inquit Zamachsharius. Inde vetus Poeta Dhurrumma, يستلها جدول كالسيف منصلت *Evaginavit amnem rivus, enſis inſtar eductus*. Hinc ipſe rivus سلالة, quod ipſiſſimum eſt noſtrum vocabulum שלולית.

3 *Via privata.*] Ea quatuor cubitos lata; publica ſedecim.

ב אמת המים שאינה יכולה להקצר כאחד רבי יהודה אומר מפסקת וכל ההרים אשר במעדר יעדרון אף על פי שאין הבקר יכול לעבור בכליו הוא נותן פאה לכל :

2. Canalis aquæ 1 quæ nequeat ſimul meti, ex ſententia R. Judæ diſterminat. Et de 2 *quibuſcunque montibus, qui ligone fodiuntur*, utcunque nequeant boves cum inſtrumentis pertranſire, angulum dant pro toto unum.

R. OB. DE BARTENORA.

אמת המים שאינה יכולה להקצר כאחר *foſſa aquarum quæ nequit meti ſimul*, quæ adeo lata eſt ut meſſor ſtans in medio ejus nihilominus eam ab hac & illa parte demetere nequeat. R. Jehuda dicit מפסקת *quod dividit*, contradicens primo doctori qui Miſna præcedenti de שלולית dixit eam notare foſſam aquarum אמת המים, quæ omnimodè dividit. Sed R. Jehuda putat foſſam aquarum non dividere ſi una cum agro demeti poteſt; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

וכל ההרים אשר יעדרון *& omnes montes qui ſulcati ſunt*, montes excelſi & præcipites, quos adire nequit vacca cum vaſis & inſtrumentis quæ portat, dividentes inter duos campos.

הוא נותן פאה לכל, *dabit Angulum pro omnibus illis*, nimirum, ut det angulum unum pro duobus illis campis, ſine diviſione; quoniam illi montes ſulcati ſunt eodem inſtrumento quo ſulcatur campus, ideoque non datur diviſio, quia, ſi quis eo veniet, dicet, non eſt hic ager incultus, ſed intra paucos dies demetetur ac conſeretur, & iſti duo agri habentur unus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אמת המים שאינה יכולה להקצר כאחד *foſſa aquarum quæ ſimul meti nequit*, foſſa quæ adeo lata ut meſſor ſtans in medio ejus nequeat demetere eam ab utroque latere; R. Jehuda dicit מפסקת *dividit*, quæſtio ipſi eſt cum doctore primo &c. (vid. Bartenoram.)

וכל ההרים אשר במעדר יעדרון *& omnes montes qui ſulcati ligone*, etiamſi locus ita durus ſit ut vacca aut bos nequeat eum ſecare impoſitis ipſi inſtrumentis aratoriis, ſed qui nihilominus ſubigitur eodem inſtrumento ferreo quo ſubigitur campus, & hoc ſenſu dicitur de iſtiuſmodi montibus quod cenſentur campi etiamſi armentum vix poſſit eos aſcendere, ſi ſiti ſunt inter duos campos non dividunt inter duos illos campos, quia ope manuum fodi & arari poteſt, ideoque dandus eſt angulus unus pro omnibus. Ratio vero hujus rei hæc eſt, quod, quando conſeritur iſtiuſmodi terra, effòdiunt eam ope manuum; quum vero aliquis eam videt terram quæ non perfoſſa eſt, non dicet eam eſſe terram incultam, & dividere agrum ab agro, ſed dicet potius eam perfodiendam eſſe poſtea, quia fieri nequitur perfodiatur una vice, hoc modo expoſuere antiqui doctores hunc locum. Ego vero eum explicarem hoc ſenſu, ſcil. quod hic locus non ſit planities quædam adeo dura inſtar ſilicis ut ſecari nequeat, ſed eſſe potius altos montes, id quod probo ex eo quod dicitur in textu, Eſa. 7:35. *Et omnes montes qui ſarculo ſarriuntur*, unde conſtat locum eſſe qui aſcendit, & qui exarari nequit inſtrumento aratorio cum uno ſulco, quia in eo inveniuntur loca excelſiora & depreſſiora, verum in diverſis eum exarabit locis, & propterea non cenſeat eum efficere diviſionem, ut Angulum det de unoquoque monte, ſed unum Angulum dabit de omnibus, quia omne quod ſeminavit, uno eodemque tempore ſeminavit, ideoque unum omnino ſemen cenſendum, & deciſio eſt penes R. Jehudam.

GUISIUS.

1 *Quæ nequeat.*] cujus latera nequeant.

2 *Quibuſcumque montibus.*] Verba iſta leguntur Eſai. VII. 25. Intelligunt præruptos montes, qui utcunque arari nequeant, adeoque agrum hinc inde aratum intercipiant, nihilominus diſterminare non cenſentur, quia paſtino vel ligone verti poſſunt.

SURENHUSIUS.

(a) אמת המים שאינה יכולה להקצר כאחד רבי יהודה אומר מפסקת *canalis aquæ quæ ſimul nequit meti*, *R. Jehuda dicit, dividit*, ad quæ verba R. Bartenora exponit, *ſi meſſor ſtans in medio ejus, attamen eam nequeat demetere ab utraque parte*; & hæc ſunt verba R. Schimeonis, dicentis, אמת המים היינו שלולית *canalis aquæ eſt Schelulit*, de quo Miſna prima dictum quod ſemper diſterminat ſine ulla limitatione, ſed hic additur limitatio quod hoc tantum intelligi debet, ſi is qui in medio illius conſiſtit eam ab utraque parte nequeat demetere, quemadmodum innuitur in Toſephot. Nihilominus tamen in Toſephot obſervatur, quod *Schelulit & canalis aquæ* &c. diſtinguuntur, adeoque res diverſæ ſunt? ſed reſpondemus hic triplicem inveniri errorem, nam (1) pro eo quod legitur de R. Schimeone שאם עומד באמצע legendum eſt שאם אינו עומד באמצע (2) pro eo quod Bartenora legitur עד שהעומד באמצע וכו' legendum eſt עד שאינו עומד באמצע (3) pro eo quod occurrit apud Maimonidem in Ceſeph Miſne Hilchot Maaſer Anti שהולכת legendum eſt שחולקת. Hæc ex Lipmanno attuli, quem ulterius conſulere operæ pretium eſt; deciſio itaque eſt juxta R. Jehudam.

ג הכל מפסיק לזרעים ואינו מפסיק לאילן אלא גדר ואם היה שער כותש אינו מפסיק אלא נותן פאה לכל :

3. Omnia ista disterminant in satis. Verum in arboribus haud quicquam disterminat præter maceriam. Et si frondes collidantur, nec illa disterminat; sed datur angulus pro toto.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל מפסיק לזרעים *omne dividit inter sementem*, exponit Talmud Jerusolymitanum, quod vox הכל hic etiam includit rupem campum totum transeuntem; quod, si necessarium fuerit ad submovendum aratrum ab uno latere ad ponendum illud ad alterum latus, dividit.

גדר est murus decem palmas altus.

שער כותש rami arborum vocantur שער *pilus vel pili*; & additur כותש à כתש *contundere*, eo quod rami supra murum implicati sunt ad modum pistilli in mortario.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכל מפסיק *omne dividit*, subintellige omne id quod duabus præcedentibus Misnis dictum.

גדר vox nota est, sed requiritur ut maceries istiusmodi sit decem palmas alta, tum dividet inter arbores, ut det angulos duos pro utraque parte.

שער כותש notat arborum ramos supra murum se invicem implicantes, quo modo censentur ac si essent ex una arbore prognati. Dicitur in Gemara כעלי במכתשת *sicut pistillum in mortario*, cujus sensus est, sic crescere ramos supra parietem.

ד ולחרובין כל הרואין זה את זה אמר רבן גמליאל נוהגין היו בית אבא שהיו נותנין פאה אחת לזיתי שהיו להם בכל רוח ולחרובין כל הרואין זה את זה רבי אליעזר ברבי צדוק אומר משמו אף לחרובין שהיו להם בכל העיר :

4. Pro siliquis, 1 quatenus unus alterum videt. Inquit Rabban Gamaliel, Paterna domus mea in more habebant angulum unum dare de oleis, quas habebant ad quemcunque cardinem: de siliquis, quousque unus alterum videret. R. Eleazar R. Sadoci filius nomine ejus refert; etiam de siliquis, quas in tota habebant urbe.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הרואין זה את זה *omnes qui spectant ad alios*, quando quis stat ad quandam arborem, & videre poterit aliam, etiamsi inter illas sit sepes, non dividit; sed Angulum dabit de arbore una pro altera.

לזיתים שהיו בכל רוח *de olivis quas habebant ad omnes partes*, dabant angulum unum pro olivis ad plagam orientalem civitatis, alterum vero dabant pro iis quæ erant ad plagam occidentalem.

שהיו להם בכל עיר *quas habebant per omnem civitatem*, non dabant nisi unum angulum pro omnibus arboribus, etiamsi ab una alteram non videre possent. Decisio non est juxta R. Eliefer fil. Zadok, qui locutus est nomine ejus, sed est juxta sententiam R. Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל הרואין זה את זה *omnes qui spectant unus ad alterum*, ne sit aliquid inter arbores quod occultat visum ex una ad alteram, sed ut sit distantia inter eas, ut si stet aliquis juxta unam videat alteram.

בכל רוח *ad omnem ventum*, i. e. ad omnem plagam, & latera urbis, separabant unum angulum ex omnibus olivis versus plagam urbis orientalem, & unum angulum ex olivis versus occidentalem. Et non est qui contradicit R. Gamalieli; decisio juris non est juxta R. Eliefer fil. Zadok.

GUISIUS.

1 *Quatenus unus.*] Pro toto isto spatio quo visus terminatur, utcunque intervenerit maceria, unicus tantum datur angulus.

ה הזורע את שדהו מין אחד אף על פי שהוא עושהו שתי גרנות נותן פאה אחת זרעה שני מינין אף על פי שעשאה גורן אחד נותן שתי פאות הזורע את שדהו שני מיני חטין עשאן גורן אחד נותן פאה אחת שתי גרנות נותן שתי פאות :

5. Qui agrum severit unica specie, quantumvis in binas convehat areas, unicum dat angulum. Si eundem severit duabus speciebus, utcunque in unicam aream convehat, (b) duos dat angulos. Qui severit agrum duabus speciebus tritici, si in unam aream convehat, unicum dat angulum; si in duas, duos.

R. OB. DE BARTENORA.

שני מיני חטין *duas tritici species*, uti est triticum rubrum, triticum album.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שני מיני חטין *duas species tritici*, notum est diversas dari tritici species, uti sunt crassiores & tenuiores, viridiores & rubicundiores; porro hæc res satis clara est.

SURENHUSIUS.

(b) עשאן גורן אחד וכו׳ *si exinde duas fecerit areas* &c. dicitur in Talmude Jerusolymitano, quod non habetur ratio *intentionis*, qua quis cogitat de una aut duabus areis conficiendis, etsi postea rem alio modo confecerit, ut, si messuerit prius dimidiam partem tritici albi & dimidiam partem tritici rubri, ad conficiendum indè aream unam, at deindè animum mutaverit, & confecerit duas, non licet separare de albo pro rubro, neque in principio neque in fine agri; & vice versa. Et propterea ratio habenda est *facti*, id est, illius quod fecerit, non illius quod intenderit, & non fecerit; sive unam sive duas confecerit areas, dabitur angulus juxta numerum arearum. Et hoc intelligendum est si non dederit angulum in segete, sed expectaverit donec perpoliatur, quo sensu dictum est capite superiori Misna sexta לעולם הוא נותן משום פאה עד שימרח *semper dari potest angulus donec perpoliatur*; aliter enim tenetur eum dare in segete.

ו מעשה שזרע רבי שמעון איש המצפה לפני רבן גמליאל ועלו ללשכת הגזית ושאלו אמר נחום הלבלר מקובל אני מרבי מיאשא שקבל מאבי שקבל מן הזוגות שקבלו מן הנביאים הלכה למשה מסיני בזורע את שדהו ב׳ מיני חטין אם עשאן גרן א׳ נותן פאה אחת שתי גרנות נותן שתי פאות :

6. Caſus, quod ſerente R. Simeone Maſphatite coram Rabban Gamaliele, ingreſſi ſunt in Conclave cæſi lapidis, & diſquiſiverunt. Dixit Nahum Librarius, Traditione accepi à R. Meaſe, qui à patre meo accepit, qui à 1 Conjugatis, qui à Prophetis; Conſtitutionem eſſe à Moſe de Sina; Qui agrum ſerit duabus tritici ſpeciebus, ſi in unicam aream convehat, unicum dat angulum; ſi in duas, duos.

R. OB. DE BARTENORA.

זוגות *pares*, pares ſunt bini Sapientes qui in tractatu Abot capite primo ſemper bini loquuntur, qui bini acceperunt à binis ex ore Schimeonis juſti vocati.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זוגות *pares*, ſunt duo qui receperunt traditionem, ut ſunt Hillel & Schamai qui acceperunt à Samaia & Abtalion, qui duo acceperunt à Jehuda filio Tabai & Schimeone fil. Satach, quemadmodum exponitur in tractatu Abot.

G U I S I U S.

1 *Conjugatis.*] Συζύγοις. Illi ſunt, qui bini recenſentur in Serie Deuterotarum, Pirke ab I.

ז שדה שקצרוה עכ״ום קצרוה לסטין קרסמוה נמלים שברתה הרוח או בהמה פטורה קצר חציה וקצרו לסטים חציה פטורה שחובת הפיאה בקמה :

7. Ager, quem demeſſuerint Gentiles, quem demeſſuerint latrones, quem populaverint formicæ, quem contriverit ventus, vel pecus, immunis habetur. Si demeſſo ejus dimidio, alterum dimidium demetant latrones, immunis habetur; quia obligatio de angulo erat in ſegete.

R. OB. DE BARTENORA.

שדה שקצרוה גוים *ager quem meſſuerunt gentiles*, ſi meſſuerunt pro ſe, non autem ſi meſſuerunt pro Iſraelitis, quia tum cenſetur ac ſi ipſe Iſraelita meſſuiſſet.

קרסמוה נמלים *ſi ruperunt eum formicæ*, per modum circumciſionis, uti vox notat à radice נמל, ſolent enim formicæ incidere culmum ſpicarum ab inferiori parte, ideo vocantur קרסום, quo ſenſu quo dicitur Pſal. 80: 13. יכרסמנה חזיר מיער. Dicit porro Miſchna פטורה *liberum eſſe* ſcil. agrum ſi dimidium ejus per latrones demeſſum fuerit, quia dicitur in ſcriptura ובקצרכם *quando metitis*, neceſſarium eſt itaque ut *vos meſſores* ſitis, & non alii.

שחובת הפאה בקמה *quia debitum anguli continetur in ſegete*, eo ſenſu, ut angulum, quem debet de iſto campo, relinquat in ſegete; ſi autem totum demeſſuerit campum, reddit debitum anguli ad manipulos à quibus detrahatur. Idcirco quis diceret, etſi latrones rapuerint reliquam ſegetis partem, nihilominus det angulum de manipulis quos antea collegit? Reſp. quod non tenetur dare angulum de manipulis niſi ipſe poſſeſſor totam ſegetem demeſſuerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרסמוה *ruperunt eum*, ac ſi ſcriptum eſſet כרסמוה cum caph, eſtque idem quod כרת *ſcindere & findere*, & ſunt hæ duæ locutiones in lingua Sancta, ſcil. per koph & caph idem quod כרת notantes. Dicit autem textus ſcripturæ de præcepto Anguli ובקצרכם *quando metitis*, quod vult actionem illam debere fieri voce קצירה, & hoc per Iſraelitas.

Et quod dicitur וקצרוה הגוים *& ſi meſſuerunt eum gentiles*, nimirum quando eum agrum demeſſuerunt pro ſe, aut ut damnum inferant; ſed ſi emerint eum gentiles, aut meſſuerint pro poſſeſſore agri, tum poſſeſſor tenetur dare angulum.

ח קצרו לשתי חציה וקצר הוא חציה נותן פאה ממה שקצר קצר חציה ומכר חציה הלוקח נותן פאה לכל קצר חציה והקדיש חציה הפודה מיד הגיזבר הוא נותן פאה לכל :

8. Si dimidio à latronibus demeſſo, proprietarius reliquum demetat dimidium, dat angulum pro eo quod demeſſuit. Si demeſſo dimidio, alterum dimidium vendat, emtor dat angulum pro toto. Si demeſſo dimidio alterum dimidium conſecret, qui illud redimit à Præfecto Ærario, dat angulum pro toto.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח נותן פאה לכל *emtor dabit angulum pro toto*, quia debitum anguli eſt in eo quod meſſuit, & relinquitur in illo dimidio quod emit emtor, & res ſe habet, ac ſi non vendidiſſet ipſi præterquam id quod relictum eſt in agro, poſtquam eduxit ex eo angulum quem ager iſte debet. Sic etiam ſe res habet, ſi quis redemerit frumentum à præfecto ærarii, ut e dimidia parte educat angulum qui debetur pro toto agro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando emtori notum quod dimidium agri demeſſum eſt, tenetur is ipſe totum dare Angulum qui pro iſto agro debetur, quia non licet venditori id quod ſanctificatum eſt vendere, utpote donum Dei benedicti; & propterea ſe res habet ac ſi non vendidiſſet ipſi niſi id quod relictum eſt in agro poſtquam detractus angulus quem iſte ager debet; ſic etiam is qui redimit à præfecto ærarii detrahet totum angulum ex media illa parte quam redemit.

פרק ג מלבנות התבואה שבין הזיתים בית שמאי אומרים פאה מכל אחת ואחת ובית הלל אומרים מאחת על הכל ומודים שאם היו ראשי שורות

CApur 3. De areolis frumenti inter oleas Sammæani cenſent, dandum angulum de ſingulis. Hillelæi autem, de una pro omnibus. Conſentiunt


צורות ממסכת פאה
TAB. 1
TAB. 2
TAB. 6
מלבנות תבואה שבין הזיתים ראשי שורות
ושכחו לפניהם ולאחריהם
מראש השורה
ולאחריו
ושכח לפניו
כובעות
כומסאות
עמרים

ע' יצחק ספר

TABULÆ

Aliquot e tractatu de Angulo in unum collectæ, in quibus de donis pauperum e segete, manipulis, & vinea ipsis cedentibus, agitur.

TAbula Prima occurrit capite tertio Misna prima, hoc sensu, מלבנות התבואה שבין הזיתים ב"ש פאה מכל אחת ואחת בית הלל אומרים מאחת על הכל *de areolis in formam Lateris proventu consitis Schola Schammai censet, anguli donum de singulis. Schola Hillelis, de una pro omnibus.* Quare vero vocabantur מלבנות, docet Bartenora, cum dicit, בשביל שעשויות כדפוסי הלבנות *eo quod facta erant juxta typum Laterum.* Si ergo quis hoc modo agrum suum distinxerat, quæritur, si, exempli gratia, in una areola melior vel maturior seges quam in altera crevisset, an de pejori vel serotino pauperibus relinqui posset angulus ad liberandum melius? respondetur quod non, quia quælibet areola censetur ager singularis, cum areolarum capita non sunt contigua, ideoque de singulis areolis angulus relinquendus erat.

TAB. Secunda eodem quo superior extat loco, & repræsentat areolas proventus in formam laterum dispositas, quarum capita vel anguli contigua sunt, ut quatuor areolæ in unum agrum conflentur, quamobrem omnium unum est jus anguli, qui de una relinqui potest ad liberandum alias. Et hic est sensus illius quod in fine Misnæ dicitur, ומודים שאם היו ראשי שורות מעורבין שהוא נותן פאה על הכל *Consentiunt autem,* (Schamai & Hillel) *quod, cum capita areolarum commista sint, angulus dari debeat de una pro omnibus;* quia tum omnes areolæ unum tantum conficiunt agrum. Cæterum, si arbores in campo longius a se invicem distent, & campus ille contineat quinquaginta ulnas in quadrum, arborumque numerus non attingat denarium, omnes concedunt angulum dari de qualibet areola; nam, cum arbores a se invicem sint remotiores, constat areolas arborum causa non esse factas.

TAB. Tertia extat Misna secunda cap. 3. & repræsentat agrum variegatum, & variis areolis ac maculis instar pardi distinctum, quare & שדה מנומר, & is qui hoc modo conserit, מנמר dicitur, a נמר *pardus;* ita Maimonides, מנמר הוא שיזרע מקומות מקומות מן השדה כדמות עור הנמר שהוא נקודות נקודות Jus vero illius ita erat, si quis de agro hoc modo consito in locis quibusdam stercore obductis, ubi frumentum primum maturescebat, culmos quosdam demessuerat; & postea reliquos culmos ob immaturitatem suam relictos demetere vellet, juxta R. Akibam de singulis culmis partem pauperibus cedere tenebatur; at juxta Sapientes de una pro omnibus.

TAB. Quarta diversos proponit frumenti colligendi modos, vide Misnam octavam capitis quinti, quorum primus fiebat לקובעות *in formam galearum;* Secundus לכומסאות *in formam galerorum* vel *sirorum*, qui non eo acumine gaudet quo primus; tertius לחררה *in formam placentæ*, qui est cumulus cæteris multo laxior, ac diffusior. Et hujusmodi colligendi modi, nec non is qui fiebat לעמרים *in manipulos*, liberi erant a jure oblivionis, i. e. si in locis, ubi talis frumenti collectio peracta erat, quid prætermissum erat, non cedebat pauperibus; juxta regulam illam generalem המעמר למקום שאינו גמר מלאכה אין לו שכחה *qui manipulos colligit in locum, ubi non est consummatio operis, de eo non datur prætermissum;* sed inde in aream, datur; quia ibi fit consummatio operis. Præterea etiam moris erat in signum lætitiæ messis e culmis conficere quæ capitibus imponebant, vide Bartenoram.

TAB. Quinta, hujus argumentum invenias Misna secunda cap. 7. זית שנמצא עומד בין ג' שורות של שני מלבנים ושכחו אינו שכחה *olea quæ reperitur stans inter tres ordines duarum areolarum, si oblivione relinquatur, non sumitur pro prætermissa.* Casus illic ita se habet, si tres sint olearum ordines inter quos duæ sunt areolæ quadratæ, & media olea medii ordinis ab olivante relicta sit, non tenetur jure oblivionis; quia aliæ oleæ eam ita undique tegunt, ut olivitoris oculum facile fugiat. Perinde ac si pauperes ante eam consisterent, vel stramine obtegerent; & eodem jure continetur quo olea quæ Netupha dicitur, vide Misnam antecedentem.

TAB. Sexta, hæc pertinet ad Misnam quartam cap. 6. ואלו ראשי שורות שנים שהתחילו באמצע השורה זה פניו לצפון וזה פניו לדרום ושכחו לפניהם ולאחריהם את שלפניהם שכחה ואת שלאחריהם אינה שכחה *Et hæc sunt ordinum initia; quum duo inchoaverint a medio ordine, hic ad septentrionem, ille ad meridiem conversus, si obliti*

pra-

prætermittant tum antrorſum tum retrorſum ; quod ante eſt , habetur pro prætermiſſo ; quod pone , non habetur pro prætermiſſo. Primum eſt verum prætermiſſum , quod recolligere non debeat , eo quod tranſgreditur id quod dictum eſt Deut. 24, 19. לא תשוב *non reverteris.* Poſterius non habetur prætermiſſum, quia unus confidit alteri ſe id deinceps collecturum ; quod fieri poteſt ſine transgreſſione præcepti.

TAB. Septima , hæc ad eandem , ad quam præcedens , pertinet Miſnam , hiſce verbis , יחיד שהתחיל מראש השורה ושכח לפניו ולאחריו שלפניו אינו שכחה ושלאחריו שכחה מפני שהוא בבל תשוב Unicus ſi inchoaverit ab ordinis initio , & oblitus prætermiſerit antrorſum & retrorſum , quod ante eſt , non habetur pro prætermiſſo ; quod pone , habetur pro prætermiſſo ; quia comprehenditur interdicto (Deut. 24, 19) *Non reverteris.* Hæc enim regula generalis eſt , quicquid comprehenditur interdicto, *Non reverteris* , habetur pro prætermiſſo : quod vero non comprehenditur interdicto , *Non reverteris* , pro prætermiſſo non habetur. Ita enim Miſna , זה הכלל כל שהוא בבל תשוב שכחה ושאינו בבל תשוב אינו שכחה

TAB. Octava , in hac de jure pauperum in uvas agitur , & quomodo racemationes in botris dignoſcendæ erant. Poſtquam ergo proprietarius ſucciderat אשכול *botrum* , pauperis erat animadvertere an in eo remanſiſſet כתף ונטף *humerus vel ſtiria* ; nam ſi humerum vel ſtiriam haberet, proprietarii erat ; ſin dubium, pauperum erat. Propterea Miſna quarta capitis ſeptimi rogat איזוהי עוללת כל שאין לה לא כתף ולא נטף אם יש לה כתף או נטף של בעל הבית *quid eſt racemus?* &c. vide illic. Sed quid eſt כתף ? reſpondet Bartenora ſubſequentibus hiſce verbis ,

כתף השרביט האמצעי של האשכול מחוברים בו אשכולות קטנות הרבה וכשהן שוכבים זה על זה כמשאוי שעל כתפו של אדם הוא נקרא כתף וכשהן מפוזרים בשרביט אחד לכאן ואחד לכאן אין כאן כתף Ceteph eſt ramus botri medius, cui alii botri minores plurimi annexi ſunt, & cum hi botri ſibi invicem innituntur, veluti onus hominis humero impoſitum, idcirco vocatur nomine כתף *humerus.* Quando autem uvæ per ramum ſunt diſperſæ, & raræ , tum dicitur אין כאן כתף *non eſt hic Ceteph.* Porro de Neteph hoc ſenſu idem auctor נטף הם גרגרים של ענבים מחוברים בסוף השרביט שרגילים להיות תלוים שם ענבים הרבה ועל שם שענביו נוטפות למטה נקרא נטף ובלשון מקרא קורא לאשכול שאין לו כתף ולא נטף Neteph denotat uvarum baccas in extrema parte baculi i. e. rami connexas, ut illic plures pendeant uvæ ; & quia uvæ deorſum ſtillant liquores ſuos propterea eo nomine deſignatur, a נטף *ſtillare* : Scriptura vero אשכול appellat id in quo non invenitur כתף neque נטף. Tandem de voce עולל *racemus* ita loquitur, עולל לפי שהוא לפני שאר אשכולות כעולל לפני האיש *racemus dicitur* עולל, *eo quod ille reſpectu botrorum ſe habet ut parvulus reſpectu viri.*

שורות מעורבין שהוא נותן פארה מאחת על הכל׃

ſentiunt, (a) quod ſi capita areolarum (b) permiſta ſint, angulus datur de una pro omnibus.

R. OB. DE BARTENORA.

מלבנות ſunt *areolæ frugum quadratæ*, quæ ita vocantur eo quod habent formam לבנות *laterum*.

שבין הזיתים *quæ ſunt inter olivas*, eodem modo ſe res habet in cæteris arboribus; utitur autem textus voce זיתים, ad indicandum quod olivæ etiam comprehenduntur ſub jure Anguli, & non faciunt diviſionem juxta Scholam Hillelis; multo magis reliquæ arbores quæ non ſunt ſub jure Anguli non dividunt.

Schola Schamai dicit פאה מכל אחת ואחת *angulum de unaquaque*, de qualibet areola, quia, ſi areolæ illæ diviſæ ſunt & non commiſcentur una cum altera, dividunt juxta Scholam Schamai; at ſi extremitates ordinum inter ſe commiſcentur, non dividunt. Quando autem arbores una ab alia ſunt remotiores in campo, qui continet ſpatium ſati quod conficit quinquaginta ulnas per quadratum, & non ſunt in eo decem arbores, concedit Schola Hillelis angulum dari de qualibet areola, quando enim arbores à ſe invicem ſunt remotiores, conſtat quod areolæ illæ non ſunt factæ arborum cauſa; & quum arbores ſunt conjunctæ, & decem inveniuntur in ſpatio unius ſati, concedit Schola Schamai dandum eſſe unum angulum pro omnibus. Et non eſt quæſtio inter duos illos doctores, niſi quando decem arbores inveniuntur in unius ſati ſpatio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מלבנות ſunt *areolæ frugum quadratæ*, ſimiles formæ juxta quam conficiunt lateres. Jam expoſuimus vocabulum תבואה dici de quinque frumenti ſpeciebus. Quæſtio autem inter Hillelem & Schamai eſt, quando hæ arbores à ſe invicem diſſitæ fuerint, ut, ſi decem arbores reperiantur in ſpatio quinquaginta, ulnarum per quadratum; ſed ſi remotiores reperiantur, tum non eſt quæſtio inter illos, quia tenetur angulum dare de unaquaque. Sic etiam non eſt controverſia inter illos, quando ſibi invicem ſunt propiores, quam determinatum illud ſpatium, quia tum dandus eſt angulus de una ſpecie pro omnibus.

SURENHUSIUS.

(a) Dicitur in hac Miſna quod Schola Scamai convenit cum Schola Hillelis in eo, quod, ſi capita areolarum permiſta ſint, angulus datur de una pro omnibus; ſed dices quid intereſt an ſciam quod Scamai & Hillel conveniunt, cum tamen deciſio non eſt juxta illos, ideoque non opus erat hæc monere? ſed ſimilem locutionem obſerves velim capite quinto Miſna quarta Trumot, ubi R. Elieſer & Sapientes diſputant de ſententia Scamai; vide quoque in principio tractatus Scheviit, & capite ſecundo Miſna tertia Oholot.

(b) ראשי שורות *capita areolarum*, quærit R. Schimeon quare dicat ראשי מלבנות *capita areolarum*, uti in principio Miſnæ? ſed reſpondet, quod מלבנות non vocentur *areolæ*, eo quod in formam laterum ſitæ ſunt, ſed à שדה לבן *ager albus*, id eſt, qui maturo proventu albeſcit, & propterea de *areolis cæparum*, quoque dici מלבנות הבצלים. Præterea etiam addit, quod omnis ager apertus, & in quo non efficitur umbra ab arboribus vocatur שדה לבן. Vide Talm. Jeruſolymitanum ad hunc locum.

ב המנמר את שדהו ושייר קלחים לחים רבי עקיבא אומר נותן פאה מכל אחד ואחד וחכמים אומרים מאחד על הכל ומודים חכמים לרבי עקיבא בזורע שבת או חרדל בשלשה מקומות שהוא נותן פאה מכל אחד ואחד׃

2. Qui pardi more (a) agrum maculis diſtinxerit, relictis culmis virentibus, R. Akiba ait, dat angulum de ſingulis. Sapientes autem, de una pro omnibus. Verum Sapientes aſſentiunt R. Akibæ de eo qui anethum vel ſinapi 1 tribus locis ſeverit, dare eum angulum de ſingulis.

R. OB. DE BARTENORA.

המנמר *qui variegat*, dicitur is qui agrum ſuum hinc indè variis in locis conſerit, & metit proventum primò maturum, ut ſe habeat adinſtar pardi variegati.

ושייר קלחים לחים *& relinquens culmos humidos*, iſtos qui nondum pervenerunt ad juſtam maturitatem.

מכל אחד ואחד *de unaquaque*, quando iterum colligit culmos antea nondum maturos relictos, quia variegatio dividit, & cenſetur eadem cum principio meſſis.

בזורע שבת *ſi ſeminet anethum*, eſt herba quam vernaculè vocant *anetho*.

נותן פאה לכל אחד ואחד *det angulum pro unaquaque*, quia non eſt moris ad conſerendum agrum unum variis ſpeciebus, ideo omnes illæ areolæ habendæ ac ſi quælibet areola eſſet unus ager; porro anethum & ſinapi continentur ſub jure Anguli, etiamſi de oleribus non detur angulus, quia illa cenſentur tantum ſemina, at ſemina non dant angulum; deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המנמר *qui variegat*, qui conſerit agrum diverſis in locis, ut ager appareat מנומר *variegatus* adinſtar נמר *pardi*, cui eſt cutis variegata; exponit Gemara quod hæc ſimilitudo in eo conſiſtit, quod aridum eradicat & humidum relinquit, & hoc notatur quando dicit ושייר קלחים לחים *relinquens culmos humidos*, vult dicere quod eradicavit aridos, & reliquit humidos. שבת notat *anethum* Latinè. Sed Arabicè אלשבת.

חרדל *ſinapi* Arabicè dicitur אלכרדל, ſed vernaculè ſenauro. Ratio autem hujus rei hæc eſt, ſcil. quod homines ſolent conſerere agros ſuos per diverſa loca hinc indè, & hoc eſt, quod dicitur in Gemara שדרכן לזרוע ערוגות ערוגות *quorum mos eſt diverſas ſerere areas*; deciſio juris non eſt juxta R. Akibam.

GUISIUS.

1 *Tribus.*] Al. *duobus vel tribus.* Atque ita citatur locus in Gemara Nid. 51. *a.*

SURENHUSIUS.

(a) Bartenora illud המנמר exponit per שקצר התבואה שנתבשלה ראשון ראשון *ſi quis meſſuerit proventum primo maturum*, & in Talmude Jeruſolymitano adfertur ratio, quod in locis ſtercoratis prius provenire ſolet proventus quam in cæteris, qui quamprimum maturuerit meti ſolet, prætermiſſo illo qui adhuc vireſcit; ideoque de ſingulo proventu datur angulus, tam de eo qui jam maturuit, quam de eo qui nondum maturuit, & in agro relinquitur uſque ad maturitatem ſuam. Nam ex eo quod capite primo Miſna quarta dictum eſt, regulam generalem eſſe ut non detur angulus de proventu qui non eodem tempore colligitur, non argumentandum eſt, quaſi non daretur angulus de proventu & leguminibus diverſis temporibus matureſcentibus, quia eodem tempore nequeunt colligi. Nam illud לקיטתו באחת *cujus collectio fit eodem tempore* non intelligendum eſt de collectione fructuum totius campi, vel totius arboreti, ſed de collectione fructuum totius areolæ, vel totius rami, ac totius propaginis qui uno tempore matureſcunt, & colliguntur.

liguntur. Propterea R. Smuel ex Talm. Jerusol. adfert אין הראשון ממתין לאחרון *primus* (proventus) *non expectat ultimum*, quod ad ritum anguli.

ג המחליק בצלים לחים לשוק וקיים יבשים לגורן נותן פאה לאלו לעצמן ולאלו לעצמן וכן באפונין וכן בכרם המדל נותן מן המשואר על מה ששייר והמחליק מאחת יד נותן מן המשואר על הכל:

3. Qui 1 deglabrat cæpas virentes in forum, aridis in aream servatis, dat angulum pro utrisque seorsim. Similiter de ciceribus. Atque ita in vinea, qui disrarat, de residuo dat pro eo quod reliquit: sed qui deglabrat ab una parte, de reliquo dat pro toto.

R. OB. DE BARTENORA.

מחליק sunt qui hanc vocem explicant eo sensu quo dicitur Gen. 27:11. ואנכי איש חלק *& ego vir glaber*, quia, postquam evulsæ sunt cepæ, locus relinquitur glaber. Alii vero מחליק sensu partitionis explicant, nimirum, si capit partem ceparum viridium ad vendendum, alteram vero partem siccam relinquit ad conservandum.

נותן פאה לאלו לעצמן ולאלו לעצמן *det angulum pro quolibet seorsim*, quia ut duæ species tritici habentur; sic etiam se res habet, si vindemiaverit uvas, ideo dicit וכן בכרם *& sic cum vinea.*

נותן מן המשואר על מה ששייר *det de relictis super eo quod reliquit*, quando semina junctim sunt seminata, sumit inde unam cepam ex mediis, propterea ut reliquæ accrescant luxuriosiores, ac densiores, & hæc actio vocatur מדל *attenuatio vel rarefactio*, quia nonnullas evellit ex loco suo quo cæteræ fiant rariores. Dicit Mischna, quid est מדל? *qui capit unam cepam, duas vero relinquit*, & evellit quasdam ut aliis det spatium laxius ad melius crescendum, tum illæ quas evulsit liberæ sunt ab angulo, quia beneficium est pro reliquis ut copiosius crescant, ideo det angulum tantum de iis quæ relictæ sunt, & id quod evulsum est liberum est ab angulo, quia non censetur קצירה *messis.* המחליק מאחת יד *qui incidit de uno latere*, potius, *uno modo*, aut in totum sit pro area, aut in totum ad efferendum emtoribus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המחליק *qui evellit* est idem quod המחתך *per partes excidere*, sic Esa. 41:7. מחליק פטיש.

אפונים *pisa*, *cicera*, quæ sunt species seminum.

כרם מדל est *vinea attenuata ac rarefacta*, pars vero relicta ad calcandum, aut arefaciendum, tum dabit angulum de eo quod reliquit, non autem de tota vinea. Et hoc est quod locum habet, si uvas undiquaque à vinea vindemiaverit, sed si unam partem vindemiaverit eamque! vendiderit, reliquam vero partem reliquerit, det angulum de eo quod reliquit pro tota vinea; & hæc est explicatio verborum המחליק מאחת יד *si vindemiaverit ad unum latus*, id est, הקוצר מצר sive הבוצר מצר אחד.

GUISIUS.

1 *Deglabrat.*] Non potuit melior contigisse hujus loci interpres quam ipsa Misna Sheb. IV. 4. ubi docet מדל eum dici, qui oleas singulas, vel binas subinde avellit; utpote qui rariores faciat, attenuetve; i. e. disraret, uti loquitur Columella in consimili argumento de arundineti veteris castratione: qui ternas continuas, מחליק; utpote qui tot auferendo in causa est, ut glabretum appareat.

ד האמהות של בצלים חייבות בפאה ורבי יוסי פוטר מלבנות הבצלים שבין הירק ר׳ יוסי אומר פאה מכל א׳ וא׳ וחכ״א מאחת על הכל:

4. 2 Matres cæparum tenentur de angulo. R. Joses liberat. Areolis cæparum inter olera positis. R. Joses censet angulum relinquendum de singulis; Sapientes de una pro omnibus.

R. OB. DE BARTENORA.

האמהות של בצלים *matres ceparum*, sunt cepæ grandiores quæ asservantur pro semine, & quandoquidem eas in terra relinquunt, non valent ad comedendum, nisi in causa necessitatis, propterea eas ab angulo liberas pronunciat R. Jose; sed non deciditur juxta R. Jose.

מלבנות הבצלים *areolæ ceparum*, putat R. Jose quod olera sunt ejusdem naturæ ac alia semina, quia non est moris serere cepas inter olera. Dicit autem Mischna cap. secundo, quod *semen aliud vidit*, at non decisio juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האמהות של בצלים *matres ceparum*, sunt cepæ quas reservant pro semine: non est decisio juris in duabus istis caussis juxta R. Jose. *Guisius. 2 Matres.*] Id est, Cæpæ seminales.

ה האחין שחלקו נותנין ב׳ פאות חזרו ונשתתפו נותנין פאה א׳ שני׳ שלקחו את האילן נותנין פא׳ אחת לקח זה צפונו וזה דרומו זה נותן פאה לעצמו וזה נותן פאה לעצמו המוכר קלחי אילן בתוך שדהו נותן פאה מכל א׳ וא׳ אמר רבי יהודה אימתי בזמן שלא שייר בעל השדה אבל אם שייר בעל השדה הוא נותן פאה לכל:

5. Fratres qui diviserint dant duos angulos. Denuo sociati unicum dant angulum. Duo qui arborem coëmerint, unicum dant angulum. Si alter partem ejus borealem, alter australem emerit, unusquisque dat angulum pro se. Si quis vendat arborum stipites in agro suo, datur angulus de singulis. Ecquando vero? inquit R. Juda. Cum nihil sibi reliquit agri dominus; sin quicquam sibi reliquit agri dominus, ille dat angulum pro toto.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים שלקחו את האילן *duo si emerint arborem*, hæ intelliguntur arbores quæ cap. 2. memoratæ sunt sub jure anguli.

המוכר

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלחי אילן sunt *plantarum radices* quæ continentur sub jure anguli, non autem arbores sunt, eo sensu exponitur in Gemara,

המוכר קלחי אילן *qui vendit radices arboris*, intellige radices plantarum quæ obnoxiæ ſunt angulo, ſi ergo vendidit radices & non ſimul terram, emtor tenetur dare angulum de qualibet radice.

בזמן שלא שייר *quando non reliquit*, i.e. ſi nondum incepit poſſeſſor metere, aut colligere fructus, tum tenetur emtor dare angulum; at ſi poſſeſſor campi inceperit metere antequam vendiderit, & reliquerit fructus aliquos in campo non meſſos, tum det poſſeſſor campi angulum pro toto, quia ab eo tempore quo incepit metere, & colligere fructus, tenetur mara. Quod dicitur, *angulum eſſe dandum de qualibet radice*, id referendum eſt ad emtorem. Verba R. Jehudæ eo ſenſu intelligas, ſcil. quando campi poſſeſſor incepit metere, tum tenetur dare angulum ſi vendiderit & reliquerit; quia ſcritura dicit, ובקצרכם את קציר ארצכם quod loquitur de principio temporis quo incepit metere, & tum eum teneri dare angulum pro toto campo, R. Jehuda verò, qui interrogatione quadam exponit antecedentia, non contrariatur huic ſenſui, & expoſitio ejus rectè ſe habet. dare angulum pro toto campo. R. Jehuda vero intendit declarare verba prioris doctoris; & ſic ſe habet jus.

SURENHUSIUS.

(a) בזמן שלא שייר *quando nihil reliquerit*, ſenſus eſt, poſtquam poſſeſſor agri inceperit metere parumper ante quam vendiderit meſſem, & reliquerit aliquid de meſſe poſtquam vendiderit eam, tum tenetur angulum dare de eo quod meſſuerit, & reliquerit, quia donum anguli continetur in eo quod reliquit. Verum, ſi poſſeſſor dimidiam partem demeſſuerit, & dimidiam partem vendiderit, emtor tenetur dare angulum de toto, quia poſſeſſor nihil reliquit; uti docetur Miſna octava capitis ſuperioris.

ו רבי אליעזר אומר קרקע בית רובע חייב בפאה רבי יהושע אומר העושה סאתים רבי טרפון אומר ו׳ על ששה טפחים ר׳ יהודה בן בתירא אומר כדי לקצור ולשנות והלכה כדבריו רבי עקיבא אומר קרקע כל שהוא חייב בפאה ובבכורים ולכתוב עליו פרוזבול ולקנות עמו נכסים שאין להם אחריות בכסף ובשטר ובחזקה :

6. R. Eliezer ait, Fundus qui 1 quadrantem capit, tenetur de angulo. R. Joſua dicit, qui reddit duo ſata. R. Tarphon dicit, qui quadratus eſt palmorum ſenum. R. Juda ben Beteira, qui tantus eſt, ut ſecundo demum ictu demetatur. Et juxta mentem ejus obtinet Conſtitutio. R. Akiba cenſet, fundum quantulumcumque teneri de angulo, & de primitivis; *ſufficere* etiam, ut ſuper eum ſcribatur 2 judicialis cautio, & ut una acquirantur 3 bona non pignoratitia, vel numeratis pecuniis, vel inſtrumento, vel uſucapione.

R. OB. DE BARTENORA.

קרקע בית רובע *campus quadratus*, eſt locus qui continet ſpatium in quo ſeminari poteſt quarta pars cabi; præterea exponunt de hac menſura quod illa continet, quando ſeminatur, ſpatium decem cubitorum cum dimidio, ſuper decem cubitos cum dimidio circumcirca.

העושה סאתים *proferens duo ſata*, R. Joſua dicit, id non dici reſpectu ſeminis, ſed agri proferentis duo ſata, quæ ſunt 12. cabi.

לקצור ולשנות *metere, & iterare*, ſolent meſſores capere plenitudinem volæ manus de meſſe & ſegete, uti dicitur Pſal. 129: 7. שלא מלא כפו קוצר. Si vero in ſegete invenerit quantitatem volæ manus duplicem, tenetur dare angulum.

קרקע כל שהוא חייב בפאה *campus cujuſcunque quantitatis tenetur de angulo*, putat hoc probare ex eo quod dicitur in Scriptura פאת שדך *angulus campi tui*, quod innuit agrum cujuſcunque quantitatis, & contradicit omnibus R. Akiba.

בכורים *primitiæ*, quia de iis dicit textus Exod. 23: 19. ראשית בכורי ארמתך, hæc verba vero intelliguntur de primitiis tritici, & hordei, ſed de primitiis arborum non tenentur dare angulum, niſi ager contineat ſedecim cubitos circum arborem, quæ eſt menſura ſummitatum ramorum teneriorum.

לכתוב עליה פרוזבול *ad conſcribendum de eo Perosbol*, Hillel ordinavit ſcribere Perosbol quando vidit divites pauperibus nolle mutuo dare, anni ſeptimi cauſa qui remittit debitum, ideoque ordinavit ut obligationes ſuas deferrent domum Judicii, ſcriberentque, *ego reſtituo vobis N. N. judicibus totum meum debitum, quod mihi eſt apud N. ut illud exigere poſſim quocunque tempore voluero*; & ſubſcribunt judices ipſi in teſtimonium, quo facto annus ſeptimus non remittit debitum. Hoc autem tantum intelligitur, quum debitori campus eſt quantuluſcunque, quia tum cenſetur ac ſi debitum per Domum judicii jam eſſet exactum, & ulterius non poſſum applicare לא יגש Deut. 15: 2. & reputatur campus quantuluſcunque valere tantum, quantum valet totum debitum, quia non eſt defraudatio in campis.

ולקנות עמה נכסים שאין להם אחריות *ad acquirendum cum ea ſimul facultates ad quas non datur reditus*, quia mobilia acquiruntur ope fundi. Quod dicitur, *argento, obligatione, & poſſeſſione acquiri*, id ulterius proſequuntur cap. 1. Kidduſcin.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בית רובע *locus quartæ partis*, locus qui quarta cabi parte conſeritur, ulterius quoque hæ erunt exponendæ menſuræ in fine hujus tractatus.

לקצור ולשנות *ad metendum & iterandum*, quando demetit duos ſpicarum faſciculos, quos pro magnitudine in uno faſciculo nequit tenere manu ſua.

ובבכורים *& primitias*, ac ſi dicas, *adductionem primitiarum*; præterea in fine hujus tractatus exponitur, quod non tenetur adducere primitias niſi is cujus eſt ager.

פרוזבול *Perosbol*, eſt ſcripti genus quod non ſcribitur niſi ſuper *fundo* i.e. immobilibus; ſed ulterius explicatur hæc vox in Tractatu Schebignit. Tenemus etiam pro fundamento, quod omnes facultates præter agrum, ut ſunt res mercatoriæ, aurum, argentum, lapides pretioſi, etiam vocentur, *res ad quas non datur reditus*. Et ſenſus verborum, *facultates ad quas non datur reditus*, eſt, quod ſunt facultates quæ non poſſunt repeti; & hoc fit, cum quis habet debitum aliquod, & vendit ſua bona quæ accepit poſtquam in ſe recepit debitum; poſtea vero dicit, quod non eſt de ſolvendo, tum creditori non datur reditus ad bona quæ vendidit debitor, poſtquam ipſi debuerat hoc debitum, & poſtquam exierant è poteſtate emtoris. Sed ſi quis, cui eſt debitum, vendiderit agrum ſuum poſtquam in ſe recepit debitum, & dixerit, quod non eſt de ſolvendo, ibit creditor ad emtorem, & educet agrum illum è poteſtate ejus, hac de cauſa fundus appellatur *facultates ad quas datur reditus*. Tenemus quoque pro fundamento, quod facultates ad quas non datur reditus, etiam vocantur *mobilia*, & non acquiruntur argento, neque obligatione, ſed acquiruntur apprehenſione pignoris, talia itaque & referenda ſunt ad ea quæ legitimè poſſunt acquiri. Fundus autem acquiritur argento & obligatione continente conditiones venditionis, & uſus campi, & hoc eſt ejus *poſſeſſio*; propterea ſi quis ſibi acquirit fundum, & una acquiſitione etiam mobilia, & ſi acquiſivit campum, uno ex his modis, etiam acquiſivit mobilia. Omnia iſta fundamenta eorumque probationes, ac perfectio juris, prolixius exponentur in tractatu Kidduſchin, ſed voluimus hæc tantum brevibus attingere, ne quid hic dubii occurreret; deciſio eſt juxta R. Akiba.

GUISIUS.

1. *Quadrantem.*] Menſura minima in aridis, quæ Logo in liquidis æqualis. Dicitur autem רובע reſpectu Cabi, cujus quadrans eſt. Fundus quadrantis frumenti ſerendi capax definitur quadratum cubitorum 10. cum ſemi quam proxime. Cæterum cum menſurarum frequens mentio exiſtat in his libris, & uſus pene perpetuus, Judæorum hac de re doctrinam ſemel aperiam, ut huc recurrat Lector quando opus fuerit. Judæi eas omnes ad ova mediocria, i. e. (ut ipſi volunt) gallinarum maxima revocare ſolent. Maimonides autem diligentiſſimus hujus rei æſtimator, ovis explicuiſſe non contentus, pondus etiam drachmis Ægyptiacis, quæ ſingulæ 61. grana hordeacea quam proxime æquant, dimenſionem autem pollicibus cubicis æſtimat. Menſuras notatu digniores juxta illius ratiocinium ſic habe. Reliquæ ex his ſatis liquebunt. L liquidorum, A aridorum menſuram deſignat.

	pendet *dr.*	capit *ova*	continet. *poll. cub.*
L. *Quartarius*	26	1½	10⅘
L. *Logus* } A. *Quadrans* }	104	6	43⅕
A. *Cabus*	416	24	172⅘
A. Omer	748⅘	43⅕	311 1/25
L. Hin	1248	72	518⅖
A. Satum	2496	144	1036⅘
L. Batus } A. Epha }	7488	432	3110⅖
A. Corus	74880	4320	31104

Sic in aridis Corus capit decem Ephas, Epha tria Sata, vel decem Omeres, qui & ideo עשרונים, Ἀσσαρῶνες Joſepho, i. e. *dextantes* vocantur; Satum ſex Cabos, Cabus quatuor quadrantes; nam רובע ſemper intelligitur *quadrans Cabi*. In liquidis autem Batus, Ephæ æqualis, capit ſex Hines, Hin duodecim Logos, qui totidem quadrantibus in aridis æquales; Logus quatuor quartarios; nam רביעית ſemper intelligitur quarta pars Logi, quam *quartarium* ideo dico, ut à *quadrante*, Logo æquali, diſtinguam. Sunt etiam in liquidis *ſemiſſis*, *triens*, *quadrans*, *& ſextans Hinis*, & *octans Logi*, quæ ex jam dictis ſatis innoteſcunt. לתך in aridis ſemicorus eſt: Unum addo, pondera hic drachmis definita intelligi debere de vino vel oleo, quantum capiunt iſtæ menſuræ. Rectè enim animadvertit Maimonides non ſolum aliarum rerum, ſed & liquorum etiam pondera ſpecifice differre. Ideoque ipſe notat ad Edai. I. 2. Quartarium vini pendere 26. dr. aquæ 27. frumenti 21. farinæ 18. quam proxime. Reliqui numeri, ut iſta fert proportio, vel augendi, vel minuendi. R. Joſeph ben Acanin, qui tractatulum de menſuris Arabice ſcripſit, noſtros numeros ſecutus eſt. Alius quidam R. David, qui ſextus à Maimonide eſſe dicitur, eandem materiam brevi commentariolo complexus, Quartario tribuit drachmas tantum 25.; & eandem proportionem ſervat in reliquis, quod monuiſſe ſat eſt. Interim ſcio hæc omnia longe diverſa eſſe ab iis, quæ ex Joſepho de menſuris Hebræorum diligenter & erudite diſſerit Georgius Agricola; quod mihi documento erit, ne menſuras Atticas vel Romanas pro Hebræis ſubrogare contendam. Ut autem menſuram Romanam Hebrææ æquipollentem aſſignem, exiſtimo modium ad ſatum quam proxime accedere. Nam cum modius, ſi ad Agricolæ rationes æſtimetur, vini plenus drachm. pendeat 2968. olei 2133. circiter; Maimonidis calculus indifferenter oleo & vino æſtimatus, medius fere inter hos numeros conſiſtit. Hinc Syrus Evangeliorum Interpr. pro μόδιος ſemper ponit *ſatum*.

2 *Judicialis cautio.*] פרוזבול Cautio πρὸς βουλευτὰς, vel coram judicibus interpoſita, de debito etiam poſt annum remiſſionis vindicando. Cautio iſta interponebatur oppignorato fundo. Vide Sheb. X. 3, 4, 6.

3 *Bona non pignoratitia.*] Bona dividuntur in נכסים שיש להם אחריות & שאין להם אחריות *bona quibus competit oppignoratio, & quibus non competit*. Prioris generis ſunt fundi vel prædia, (à *prede* etiam Latinis dicta; utrumque à *præſtando*, ut Varroni placet) quæ ſemper pignori oppoſita cenſentur; adeo ut ſi quis ea, ut creditorem eludat, alteri vendat, evictioni locus ſit, quo creditori ſuccurratur. Alterius generis ſunt bona mobilia; quæ non ſupponuntur creditori pignori nexa, in quibus emtor nullum evictionis periculum ſubit. Græci dixerint, ἔγγυος οὐσία, vel ἔγγυα κτήματα: & οὐσία ἀνέγγυος, κτήματα ἀνέγγυα. Bona autem ἀνέγγυα non aliter acquiruntur, quam במשיכה *tractione*; niſi una cum ἐγγύοις væniant, ut eorum etiam conditionem ſequantur. Illa autem acquiruntur tribus, qui hic dicuntur, modis. v. Kidd. I. 5. & Baba bath. IX. 7.

ז הכותב נכסיו שים שייר קרקע כל שהו׳ מתנתו מתנה לא שייר קרקע כל שהו׳ אין מתנתו מתנה הכותב נכסיו לבניו וכתב לאשתו קרקע כל שהוא אבדה כתובתה רבי יוסי אומר אם קבלה עליה אע״פ שלא כתב לה איבדה כתובתה:

7. Qui ſcripto donaverit bona ſua morbo decumbens, ſi fundum reliquit quantulumcunque, donatio ejus rata eſt: ſi ne tantillum reliquit, 1 irrita. Qui ſcripto donaverit bona ſua filiis, ſi uxori etiam donaverit fundum quantulumcunque, 2 dotem perdidit. R. Joſes ait; ſi ea in ſe receperit, utcunque ille non donaverit, dotem perdidit.

R. OB. DE BARTENORA.

שכיב מרע *lectum tenens præ infirmitate ſua* &c., שייר קרקע כל שהו *reſervans ſibi agrum quantulumque* omnia hæc verba Miſchnæ hujus uſque ad finem capitis, propriè non notant fundum, ſed etiam mobilia cujuſcunque quantitatis: ſed quia in principio, ubi de Angulo, Primitiis, & Peroſbol, dixerit de *campo quantulocunque*, propterea in cæteris omnibus eodem modo loquitur.

מתנתו מתנה *donum ejus eſt donum*, ſi aliquid acquirunt præter donum illud, non poterit id repetere etſi ſanitati reſtitutus; ſed ſi reſervavit ſibi campum &c., inde liquet quod non mortis cauſa donum id dederit & legaverit.

Non relinquens ſibi fundum quantulumcunque, eo ſenſu, in animum inducit ſuum certa de cauſa nullum fore hominem qui ſe ipſum nudum relinquet; ſi vero non, ſe certè moriturum, non dono dabit omnia ſua bona; idcirco ſanitati reſtituetur, ac ea repetere poteſt, etiamſi alii ab ipſo acquiſiverint.

Qui uxori ſuæ legat fundum quantulumcunque, *periit dos ejus matrimonialis*, hic ſenſus de infirmo tractat, qui opes ſuas diſtribuit filiis, conſcribens uxori partem quandam inter liberos, illa vero hæc audiens ſilet, nec dicit, *exigo ego dotem meam*, tum perdit dotem.

R. Joſe

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שכיב מרע eſt is qui morbo laborans lectum præ infirmitate tenet, quando is ſibi reſervat campum vel fundum quantulæcunque quantitatis, indè indicium eſt, eum ſperare de morbo ſuo reconvaleſcere, ideo id quod reliquit, ſibi ipſi reliquit; hac de cauſa firmum erit id quod legavit, nec revocare poterit ſi de morbo ſuo reconvaluerit; at ea conditione ſi id *acquiſiverint* ab ipſo *in poſſeſſionem*, ſed ſi nondum id ab ipſo *acquiſiverint* hæredes, tum poterit revocare. Si vero nullum ipſi reſervavit fundum, & poſtea ſanitati reſtitutus, revocare dona ſua poterit, etiamſi ab aliis jam acquiſita ſint; quia, ſi nihil ſibi reſervavit, manifeſta fit ejus intentio, quod dona illa promiſit mortis cauſa.

Quod ulterius Miſchna dicit, *quando legaverit uxori ſuæ fundum quantulumcunque quo illa perdit dotem ſuam*, hic caſus duas habet conditiones, una eſt, quæ includit partitionem facultatum cum filiis, ut, ſi E. G. tantum N., & tantum N., illa vero hæc audiens ſilet, & nihil contradicit cum debebat dicere, *poſco ego dotem meam*. Eſt etiam notandum quod Miſchna dicit אבדה כתובתה non autem איבדה, ac ſi ille ſcil. maritus perire feciſſet contractus matrimoniales, ſed quod illa tacuerit quando maritus bona legaret filiis, adeoque ſilentium fuiſſe in cauſa perditionis eorum bonorum, quæ ipſi debeban-

R. Joſe dicit אם קבלה עליה *ſi in ſe receperit*, ut velit eſſe ſocia cum liberis in diſtributione bonorum, etiamſi non acquiſiverint ab ipſa poſſeſſionem, neque maritus præceperit ut eo modo pro illa ſcriberent, perdit uxor contractus ſuos matrimoniales, neque eos repetere poterit; deciſio juris non eſt juxta ſententiam R. Joſe.

bebantur vi contractus matrimonialis. Altera vero conditio eſt, quod infirmus quamdiu eſt, id quidem procedit, at ſi reconvaluerit, uxor recipit id omne quod vi contractus matrimonialis ipſi debebatur, niſi ille ſurripuerit contractus quos illa dedit, aut recepit.

Quod R. Joſe dicit, אם קבלה עליה *ſi receperit in ſe*, hoc non vult, quod illa receperit ea bona per acquiſitionem, & conſenſerit in hac parte, quatenus in eo non eſt contradictio; ſed vult, quod, ſi illa in ſe recepit ſociam fore inter filios, ut cum illis hæreditet, etiamſi non acquiſiverit neque hæc hæreditas teſtamento fuerit conſcripta, perdit dotem ſuam; deciſio vero non eſt juxta R. Joſe.

GUISIUS.

1. *Irrita.*] Quia ita prodit, ſe ideo duntaxat donaſſe, quia putaverat ſe protinus moriturum.

2. *Dotem perdit.*] Si prudens ſciens acquievit.

ח הכותב נכסיו לעבדו יצא בן חורין שייר קרקע כל שהוא לא יצא בן חורין ר"ש אומר לעולם הוא בן חורין עד שיאמר הרי כל נכסי נתונין לאיש פלוני עבדי חוץ מאחד מריבוא שבהן:

8. Si quis bona ſervo ſuo ſcripto donet, ille in libertatem exit. Si reliquerit fundum quantulumcunque, non exit liber. [1 R. Joſes exiturum cenſet.] R. Simeon dicit; omnino liber exit, niſi ſic dixerit, (a) *Omnia bona mea dono data ſunto N ſervo meo, præter partem eorum* 2 *decies milleſimam.*

R. OB. DE BARTENORA.

הכותב כל נכסיו לעברו *qui legat ſervo ſuo omnia bona*, ut ſcribat, *omnia hæc bona mea data ſint ſervo meo N. N.*, tum ſervus comprehenditur ſub bonis, ut dominus ipſi quaſi ſuam det perſonam; & quod dicit de *meo ſervo*, i.e. qui fuit meus ſervus. שייר קרקע כל שהוא *ſibi reſervans agrum cujuſcunque quantitatis*, לא יצא בן חורין *non exibit è ſervitute ſua*, nam quando dominus ſibi aliquid reſervat, dicamus eum etiam reſervare ſibi aliquam partem in ſervo; & quando dominus ſervo dicit, *omnia mea bona erunt tua*, id dictum putes de maxima bonorum parte, eumque id adulationis gratia dixiſſe, ut eo melius inſerviat ipſi, ac non feciſſe eum libertum, quia non dixit ipſi, *tua perſona & mea bona erunt tibi*; deinde, etſi domino non ſit præter fundum & ſervum, nihilominus tamen ſervus non exit in libertatem, quia fieri poteſt ut id quod dixit dominus, *omnia mea bona erunt tibi*, non ſit ipſi ſufficiens, quia exceptionem patitur in acquiſitione libertatis, & conſequenter neque bona, neque ſuam perſonam ſibi acquirit, atque adeo irrita res eſt, neque acquiret perſonam ſuam, nec bona.

R. Schimeon dicit לעולם הוא בן חורין *ſemper ille ſit libertus*, ſive non ſunt ipſi alia bona præter ſervum, & campum quem reliquit, ſive ipſi ſunt etiam alia bona, ſervus ſemper ſit libertus; & confirmamus illa verba כל נכסי *omnia mea bona* de ſolo ſervo intelligenda, quando domino non ſunt alia bona; & non dicimus quod per exceptionem irritum ſit id quod dixit, *omnia mea bona*, nam dividimus illa verba, & confirmamus ea de ſervo, quod exit ex ſervitute ſua.

חוץ מאחד מרבוא *una excepta parte de decies milleſima*, non exponit quid ſibi reſervavit, ſed dicimus nos, quod una illa pars de decies milleſima, ſit ſervus, & quod dominus eum non pluris æſtimavit quam unam de decies milleſima parte ſuorum bonorum, etiamſi multo pluris valeat; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכותב נכסיו לעברו יצא בן חורין *qui legat ſervo ſuo omnia bona exit è ſervitute*, quia ſervus continetur ſub bonis illis, & ſeipſum jam ſibi acquiſivit. Si vero dominus reſervet campum quantulæcunque quantitatis, & dicat ſervo, *omnia bona tibi data ſunt, excepto quodam loco*, tum non exit è ſervitute, juxta ſententiam doctoris primi, quia ejus ſententia eſt, ſermonis nexum non eſſe ſolvendum, & quod propterea illa conditio dependet â corpore ſervi, & ſe res habet, ac ſi conditionem iniiſſet dominus cum uno membrorum illius, ita ut ſcripturam de libertate ſua teneatur præbere, quam ſi non habet, non cenſetur è ſervitute exiiſſe; neque acquiret ſibi bona ullo modo, etiamſi dicaverit dominus ipſi locum in quo pactum aut conditionem iniverunt, quanto autem magis, ſi non dicaverit locum. R. Ioſe vero hic in diverſam it ſententiam & laudat R. Schimeonem qui dicit, connexionem verborum eſſe diſſolvendam. Nam dicere non poſſumus, dominum, quando pactus eſt de bonis ſuis, ſimul etiam pactum eſſe de ſervo ſuo, ſed, ſi dixerit, *omnia mea bona tibi erunt excepto quodam loco*, tum ſervum libertate eſſe donatum, & acquiſiviſſe ſibi omnia bona, excepto quodam loco, etiamſi non ſint domino bona alia præter dictum illum locum, de quo cum ſervo pactus eſt. Et quamvis ipſi non ſit acquiſitio, vel opes aliæ quas ſibi acquiſivit dominus, poſtquam pactus eſt de omnibus facultatibus, præter ſervum, nihilominus ſervus exit è ſervitute ſua, & hic eſt ſenſus verborum R. Schimeonis, dicentis, לעולם בן חורין הוא *ſemper ſit libertus*, quod intelligas, eum ſemper fieri libertum quando dominus non expreſſis verbis diſpoſuit de perſona ejus, ſive diſpoſuerit de parte bonorum ſuorum, quorum pars aliqua debetur ſervo, ſive diſpoſuerit de omnibus bonis quorum nulla pars cedit ſervo; ſed ſi diſpoſuerit de re quadam tantum, vel minima etiam, & dixerit, *excepta una de decies milleſima parte bonorum meorum*, tum ſine dubio perſona ſervi ingreditur illam portionem, quia ille recenſendus eſt inter bona domini; & tum dicimus hoc ſenſu, ad libellum; non pronunciatur deciſio juxta R. Schimeonem. Scitu neceſſarium id quod dixit Miſna ſeptima *decumbens præ infirmitate*, ſi *legat bona ſua filiis aut etiam ſervo ſuo, reſervans agrum quantulæcunque quantitatis*, & ſic etiam ſi reſervavit ſibi mobilia, omnia eſſe ejuſdem juris, ſed uſus eſt Miſchna imprimis voce קרקע *fundus*, quia in ſuperioribus jam locutus erat de *fundo quantulæcunque quantitatis*, quandoquidem ergo in principio uſus eſt voce קרקע, propterea quoque utitur in fine propoſiti ſui, quia non datur angulus ubi non eſt ager.

GUISIUS.

1 *R. Joſes.*] Ex MS. reſtitui, & ex Maimonide. Abſunt ab impreſſis.

2 *Decies milleſimam.*] Expreſſè ſibi reſervans quotamcunque partem: quippe ita exceptio ad ipſum ſervum extenditur.

SURENHUSIUS.

(a) Si Herus dixerit ſervo, *omnia bona tibi data ſunto, excepto quodam loco*, tum ſervus non donatus eſt libertate, juxta ſententiam Doctoris primi, nam putat herum per id quod dicit, *excepto quodam loco*, intelligere ipſum ſervum qui comprehenditur ſub bonis ſuis, perinde ac cæteræ res, atque adeo eſſet amphibolia in voce *loco quodam*, quandoquidem non expreſſit quinam locus exciperetur. Nam quoque fieri potuiſſet, ut ipſi non ſit alius locus præter hunc ſervum, ut per *locum* nihil aliud intelligere potuerit præter ſervum.

פרק ד הפאה ניתנת במחובר לקרקע בדלית ובדקל בעל הבית מוריד ומחלק לעניים רבי שמעון אומר אף בחליקי אגוזים אפילו צ"ט אומרי' לחלק ואחד אומלבוז לזה שומעין שאמר כהלכה:

Caput 4. Angulus datur de eo quod fundo adhæret. De vite ſuſpenſa & palma paterfamilias delatum pauperibus diſtribuit. R. Simeon idem cenſet de 1 nucibus glabris. Si nonaginta novem dividundum poſcant, & unus aliquis diripiendum, huic auſcultant, quippe juxta Conſtitutionem poſcit.

R. OB. DE BARTENORA.

הפאה ניתנת במחובר *angulus datur de ſegete*, juxta id quod dicit Scriptura לעני ולגר תעזוב *pauperi & pergrino relinques*, ac ſi dixiſſet, relinque angulum coram eis, ut illi ipſi demetant eum.

דלית eſt vitis extendens ſe ſuper ligna, & arbores. מוריד ומחלק *decerpit, & dividit*, quia Scriptura dicit תעזוב אותם *relinques ea*, ea ſcil. fructuum genera quæ non ſunt periculo expoſita, relinquet coram illis, non autem relinquet ea quæ periculo ſunt obnoxia, ſed ea decerpet de arbore, & diſtribuet pauperibus.

חליקי אגוזים *læves nuces*, ita vocantur hæ nuces eo quod omnes arbores ejuſmodi proferentes nuces ſunt læves, ſine nodis, non ut cæteræ quidem arbores, ſed non eſt deciſio juris juxta R. Schimeon. אפילו תשעים ותשעה אומרים *etiamſi nonaginta novem dicant*, hæc ſpectant ad priora ubi de angulo, qui dandus eſt fructu nondum demeſſo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura לא תכלה פאת שדך *non demetes angulum agri tui*, docet nos angulum eſſe relinquendum antequam ager demeſſus ſit; & hoc intelligendum eſt de ſegete, ſimilibuſque ſementis generibus, quæ â quovis parvo & magno capi queunt.

דלית eſt nomen vitis: דקל eſt תמר *palma*: חליקי אגוזים *nuces fragiles*, quæ â nomine quodam loci פרך *Perach* etiam cognominantur *nuces de Perach*, quæ vox fragilitatem notat; hæ porro nuces ſe maximè in altum erigebant. Senſus vocis לבוז eſt, quod eas capit ſingulas quas poterit; ſed non eſt deciſio juxta R. Schimeon.

GUISIUS.

1\. *Nucibus glabris.*] Corylos intelligere videtur. Læviſſimæ enim columnæ ſoboles. Maimonidi חליקי אגוזים ſunt גוז אלפרך, i.e. *nucis ſpecies procera arbore*, ut ipſe explicat. R. Tanchum גוז נאעם ליין הין אלכסר והו אלדי יסמי גוז פרך אי אנה ינכסר באלפרך, *Nux mollis, lævis, fractu facilis, quæ ideo dicitur Nux* פרך, *quia etiam frictu frangitur.* Si hæc componas, *nucem molluſcam* intellexiſſe videbuntur. An aliqua ſit nux, quæ Arabibus dicatur جوز الغرك, κάρυον εὐθρυβές, mihi non conſtat. Certe nihil tale reperio apud Arabum medicos, vel herbarios, Ebn Jazlam, Avicennam, Ebn Al-Cabatium, ſive autorem libri Malayeſæ, & Beitharidem. Verum ad calcem Tituli Orla III. 7. mentio habetur *nucum* פרך, ubi Maimonides פרך palam ſumit pro nomine proprio.

ב בדלית ובדקל אינו כן אפילו צ"ט אומרים לבוז ואחד אומר לחלק לזה שומעין שאמר כהלכה: ג נטל מקצת פאה וזרקה על השאר אין לו בה כלום נפל לו עליה ופירש טליתו עליה מעבירין אותה הימנו וכן בלקט וכן בעומר השכחה:

2\. In vite ſuſpenſa & palma aliter ſe res habet. Si nonaginta novem diripiendum poſcant, & unus aliquis dividundum, huic auſcultant, quia juxta Conſtitutionem poſcit.

3\. Si quis arripiat anguli partem, eamque in reliquum projiciat, illi nihil inde competit. Si in illum ſe immittat, vel pallium ſuperne expandat, 1 auferunt ab eo. Pariter in ſpicilegio, & in prætermiſſo.

R. OB. DE BARTENORA.

בדלית ובדקל אינו *cum vite, & palma res aliter ſe habet*, eo quod illæ evellantur atque excerpantur oportet, & donum anguli earum continetur in evulſo.

נוטל מקצת פאה *capiens partem anguli*, ſi pauper quidam abſtulerit partem anguli, & texerit quoque reliquam partem, ut eam eodem modo ſibi acquirat, tum nihil ipſi cedet, etiam de eo quod jure colligere potuiſſet; & præterea ipſi hæc pœna infligitur ut id quod meſſum eſt & non meſſum relinquat.

נופל לו עליה *ſi conjecerit ſe ſuper eos* ſcil. fructus, etiamſi permiſſum ſit quatuor hominis cubitos ſibi acquirere in ſemita particulari, & in lateribus loci publici, nihilominus hic ubi de agro particulari agitur, non ordinarunt Sapientes quod licet ſibi acquirere ſpatium quatuor cubitorum, præterea etiam quia ſe conjecit ſuper partem reliquam, indè apparet intentio ejus, ac ſi in animo haberet eo in loco acquirere eo quod ſe conjecit ſuper partem illam, non autem ut ope aliorum acquirat ſibi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando pauper ceperit partem anguli ſui, qui ipſi debetur, contexerit autem aliam etiam partem, tum totum quod cepit ipſi ſurripiunt, tum etiam id quod ipſi jure debebatur, & hæc eſt pœna ejus. Sic etiam dixêre, eum multari, ac ſurripi ipſi omne id quod evulſum, atque id quod nondum evulſum, aut meſſum fuerit de terra, puta ſegetem & manipulum per oblivionem relictum, id quod in ſequentibus exponetur.

GUISIUS.

1\. *Auferunt ab eo.*] Al. *eum inde retrahunt.* Ita etiam Maimonides. Matt. an. II. 18. & Moſes Cottienſis Præc. Neg. 284.

SURENHUSIUS.

(a) Dicit Maimon capite ſecundo Hilchot Maaſer Ani, ſi pauper abſtulerit partem anguli, & extenderit ſe ſuper eo quod reliquum eſt, aut ceciderit ſuper eo, aut pallium ſuum extenderit ſuper eo, multant ipſum, & propellunt eum, ac ſurripiunt illi id quod jam collegit, idque dant alii pauperi, ita ut omni ſenſu ipſi ſurripiatur id quod abſtulerat, propter pœnam. Sed hæc omnia ex hac Miſna non videntur conſtare, nam illud אין לו בה כלום *non cedit illi quicquam ex eo*, tantum extenditur ad duos ſenſus præcedentes, nimirum, נטל מקצת פאה וזרקה על השאר *ſi abſtulerit partem aliquam anguli, & extenderit ſe ſuper eo quod reliquum eſt*; non autem ad ea quæ ſequuntur, quando ceciderit in angulum, & pallium extenderit in illud, nam tum adjungitur מעבירין אותה הימנו *removent illam partem ab ipſo*; eam ſcilicet partem tantum in quam ceciderit, vel pallium extenderit, non eam quam antea collegerat; vide Lipmannum.

ד פאה אין קוצרין אותה במגלות ואין עוקרין אותה בקרדומות כדי שלא יכו איש את רעהו:
ה שלש אבעיות ביום בשחר ובחצות ובמנחה רבן גמליאל אומר לא אמרו אלא כדי שלא יפחתו רבי עקיבא אומר לא אמרו אלא כדי שלא יוסיפו של בית נמר היו מלקטין על החבל ונותנים פאה מכל אומן ואומן:

4. Angulum non demetunt falcibus, nec ſecuribus extirpant, ne alter alterum feriat.

5. Tres 1 perquiſitiones habentur de die; mane, meridie, & tempore pomeridiano. Rabban Gamaliel ait; Hoc non alio fine dictum, quam ne pauciores habeantur. R. Akiba dicit, Non alio fine, quam ne plures. Bethnamarenſes legebant ad funem, & angulum dabant de unoquoque ordine.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש אבעיות *tres inquiſitiones*, hæc vox occurrit Obad. 1:6. נבעו מצפניו. Dicit ergo tres inquiſitiones, eo quod paterfamilias ter de die ſe in agro conſpiciendum dat, cum in finem ut pauperes ſibi ſumant angulum. Primum tempus dicitur inſtitutum *mane*, eo quod mulieres quæ nutriunt tum habent occaſionem exeundi, utpote parvulis earum manè dormientibus, fit ut ipſis ſit otium colligendi. Secundo *meridie*, quia tunc temporis nutrices exire ſolent ad colligendum angulum. Tertio *ad veſperam*, quia provectiores ætate inniti ſolent baculo, ad accelerandum gradum ſuum, quia aliter venire nequeunt in campum.

שלא יפחתו *ne minus quam ter veniant ad colligendum*, jus enim fert, ut tribus iſtis vicibus accedant ad colligendum angulum, ut ne infra vel ſupra tres dictas vices adveniant.

Domus Namer, eſt nomen loci, uti extat Num. 32:36. את בית נמרה. Porro moris erat ligare funem ad latus ſegetis, juxta quem incedebant metentes uſquedum perfeciſſent funiculum illum, relinquentes angulum pro toto illo funiculo, & eodem modo faciebant ſemper uſque dum ager demeſſus erat, & eo ſenſu dicitur מכל אומן ואומן ſcil. *de unaquaque linea*, & שורה *ſerie*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגלות *ſunt falces meſſoriæ*, idem quod חרמישים juxta Scripturam. קרדומות ſunt genera פטישים *malleorum*.

שלש אבעיות *tres conquiſitiones*, hæc vox eo ſenſu occurrit Jeſ. 21. 12. אם תבעיון בעיו. Dixerunt itaque angulum dari manè mulierum nutricum cauſa, quæ cibum capiant neceſſe eſt manè; ſecundò ſtatuerunt collectionem meridie, eo quod parvuli ſolent dormire manè & poſtea incedere otioſi uſque ad meridiem; Tertiò ad veſperam, propter ætate provectiores qui non citius niſi circa veſperam ſolent redire ad civitatem.

Domus Namer eſt nomen loci cujuſdam. Quod dicit על החבל *juxta funem*, id eſt, ac ſi dixiſſet על קו מישור *juxta lineam rectam*, quæ extenditur à principio uſque ad finem campi.

מכל אומן ואומן *de unaquaque linea*, i. e. de unaquaque ſerie, erat enim moris unumquemque meſſorem metere juxta ſeriem, unum poſt alterum, & unaquaque ſeries, vel linea vocatur אומן; deciſio juris non eſt juxta R. Gamaliel, neque juxta R. Akiba. Tria vero illa tempora ad colligendum angulum inſtituta ſunt, ut horæ iſtiuſmodi fixæ omnibus eſſent pauperibus ad congregandum.

GUISIUS.

1. *Perquiſitiones.*] Id eſt ſtata tempora, quibus ſpicilegium &c. perquirendi facultas conceditur pauperibus. De hac voce in varias partes eunt Judæorum Interpretes. Verſionem meam tueor ex Paraphraſte Chaldæo, qui Eſai. I. 8. ſic παρaφρáζει. *Sicut umbraculum in vinea, poſt racemationem; ſicut lectulus diverſorius in cucumerario, poſtquam* אבעיוהי *perquiſiverunt.* Ubi קטף *racemare* in vinea, & אבעי *cucumerum reliquias ſectari, & perquirere* in cucumerario, plane opponuntur. Ad iſta verba Paraphraſtæ ſic R. Salomo, והוא לשון המשנה שלש אבעיות ביום. *Et illa Miſnæ phraſis eſt, ceu Tres perquiſitiones habentur de die.* Forſan *miſſiones* rectius verterem, ut actio referatur ad proprietarium, qui tribus vicibus de die pauperes in agrum mittit. Ita מבעה Bab. kam. I. 1. is eſt, qui pecudem ſuam in agrum alienum pabulatum mittit, ut ibi dicturi ſumus.

ו נכרי עכ"ום שקצר את שדהו ואחר כך נתגייר פטור מן הלקט ומן השכחה וכן הפאה רבי יהודה* מחייב בשכחה שאין השכחה אלא בשעת העומר:

6. Alienigena qui agro demum demeſſo fit proſelytus, immunis habetur à ſpicilegio, prætermiſſo, & angulo. R. Juda teneri cenſet de prætermiſſo, quia non obtinet prætermiſſum, niſi tum demum cum fiunt manipuli.

R. OB. DE BARTENORA.

נכרי שקצר את שדהו: *gentilis qui metit agrum ſuum*, quia Scriptura dicit in loco ubi de ſpicilegio & angulo, ובקצרכם id quod excludit meſſem gentilis, nam dicitur *quando vos metitis*; de manipulo oblivionis vero dicit Scriptura, *quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus fueris manipulum tuum*, idcirco dicit Miſchna, gentilem, ſi meſſuerit agrum ſuum, etiamſi poſtea proſelytum factum, liberum eſſe.

אין השכחה אלא בשעת העומר *non datur oblivio niſi tempore manipuli*, ſed ſi tempore collectionis manipuli jam factus fuerit proſelytus, tum obligatur de omnibus præceptis. Sapientes vero putant dari oblivionem manipuli, & ſegetis, uti ſcriptum eſt ושכחת עמר בשדה ad includendum, ita ut id quod obligatur de oblivione ſegetis, etiam obligetur de oblivione manipuli. Hic autem gentilis non obligatus fuit de oblivione ſegetis, quia eo tempore erat gentilis; & etiamſi poſtea factus fuerit proſelytus, non propterea tenetur de obligatione manipuli oblivionis; deciſio juris non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עומר השכחה: *manipulus oblivionis*, de eo dicitur Deut. 24: 19. *quando demeſſueris agrum tuum, & oblitus fueris manipulum in agro, non redibis ad demetendum eum, pro peregrino, pro orphanis, & viduis erit*, & hoc accipiendum eſt quando manipulos deferunt de uno loco in alterum, uti exponetur. Opinio autem Sapientum eſt, omnem ſementem, quæ non obligatur de jure ſegetis & meſſis, uti eſt angulus & ſpicilegium, etiam non teneri de manipulo oblivione relicto; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ז הקדיש קמה ופדה קמה חייב עומרין ופדה עומרין חייב קמה ופדה עומרין פטורה שבשעת חובתה היתה פטורה:

7. Si is, qui conſecraverit in ſegete, idem redimat in ſegete, tenetur: in manipulis, & redimat in manipulis, tenetur. In ſegete, & redimat in manipulis, immunis eſt; quia quo tempore incidiſſet obligatio, immunis erat.

R. OB. DE BARTENORA.

Si ſanctificaverit ſegetem, & redemerit eam dum facta eſt in manipulos, liber eſt, nam quatenus Scriptura exemit ſegetem gentilis, eatenus nos etiam excipimus ſegetem ſanctificatam, de qua dici nequit קצירך *meſſis tua*, quia jam venit ſub poteſtatem ſanctitatis. De ſpicilegio oblivionis diſſentiunt R. Jehuda & Sapientes, nempe ſi quis ſanctificaverit ſegetem, & redemerit eam in manipulos factam, uti etiam in eo quum gentilis meſſuerit ſegetem ſuam, & poſtea eam redemerit quam factus eſt proſelytus.

ח כיוצא בו המקדיש פירותיו עד שלא באו לעונת המעשרות ופדאן חייבין משבאו לעונת המעשרות ופדאן חייבין הקדישן עד שלא נגמרו וגמרן הגזבר ואחר כך פדאן פטורין שבשעת חובתן היו פטורין׃

R. OB. DE BARTENORA.

עד שלא באו לעונת המעשרות׃ *antequam venerint ſub tempus decimarum*, intelligitur id tempus quo præparantur & à palea purificantur, ſi vero eo tempore fuerint in poteſtate theſaurarii, liberi ſunt; ſi vero non, non liberantur per ſanctitatem. וגמרן הגזבר *& perfecerit eos theſaurarius*, id eſt, quod perfecti ſunt dum erant in poteſtate theſaurarii.

ט מי שלקט את הפאה ואמר הרי זו לאיש פלוני עני רבי אליעזר אומר זכה לו וחכמים אומרים יתנה לעני שנמצא ראשון הלקט והשכחה והפאה של נכרי חייב במעשרות אלא אם כן הפקיר׃

ROB. DE BARTENORA.

R. Elieſer dicit זכה לו *acquirit ipſi* ſcil. pauperi, diſputationis controverſia inter R. Elieſer & Sapientes eſt de divite, qui legit angulum ut eum acquirat pauper. R. Elieſer intendit, duos dari modos acquirendi, 1. ſi quis velit bona ſua facere communia & ipſe ſit pauper, angulus pertinebit ad ipſum, quia antea pertinuit ad ipſum. 2. Si vero poteſt ea acquirere ſibi, poterit etiam ea acquirere pro proximo ſuo. Sapientes autem dicunt, primum quidem procedere, at non ſecundum, nec de eo quicquam dixere, ſed de uno paupere ad alium i. e. ſi unus colligit pro alio, procedit res juxta omnium ſententiam, & deciſio eſt juxta Sapientes.

של נכרי חייב *ſi pertineat angulus ad gentilem, tenetur de decimis*, nam etſi gentilis non obligetur de ſpicilegio, manipulo oblivionis & angulo, nihilominus tenetur de decimis in omni proventu.

אלא אם כן הפקיר *niſi agrum fecerit communem*, tam pro divitibus quam pauperibus, quia id quod commune eſt & publicum, liberum eſt de decimis. Putat autem R. Meyer, gentili non eſſe poſſeſſionem in terra Iſraelis, & propterea eum non poſſe irritam reddere obligationem de decimis, ſed ſegetem, manipulum & angulum totius proventus teneri de decimis; at deciſio non eſt juxta R. Meyer.

GUISIUS.

1. *Spicilegium &c.*] Immunia iſta vulgo à decimis. Sed ſi percipiantur ex agro alienigenæ, decimæ inde perſolvendæ; quia ad eum nihil ſpectat lex de angulo, ſpicilegio, & prætermiſſo, nec dare tenetur: ager autem illius in terra Iſraelis à decimis non habetur immunis. Hoc totum ex ſententia privata R. Meiri, cujus hæc regula אין קנין לגוי בארץ ישראל להפקיע מן המעשרות *Non eſt poſſeſſio Gentili in terra Iſraelis ad reſcindendas decimas.* Vide infra Dem. V. 9.

י איזהו לקט הנושר בשעת הקצירה היה קוצר קצר מלא ידו תלש מלא קמצו הכהו קוץ ונפל מידו לארץ הרי הוא של בעל הבית תוך היד ותוך

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si ſanctificet ſegetem, & *poſtea redimat ſegetem*, obligatur de angulo & ſpicilegio; & ſi ſanctificet manipulos, & redimat manipulos, obligatur de oblivionis manipulo. Sic etiam quando ſanctificaverit ſegetem, & quæſtor rerum ſanctarum eam fecerit in manipulos, redemerit autem poſſeſſor eos poſtea, non tenetur de angulo, & ſpicilegio oblivionis. Hæc eſt ſententia Sapientum, juxta id quod diximus de fundamentis quæ recipimus.

8. Eodem modo, ſi quis conſecraverit fruges ſuas priuſquam pervenerint ad tempeſtatem decimandi, deinde redimat, tenentur: poſtquam pervenerint ad tempeſtatem decimandi, deinde redimat, tenentur. Si conſecraverit antequam elaboratæ fuerint, deinde à Præfecto Ærario demum elaboratas redimat, immunes habentur; quia quo tempore incidiſſet obligatio, immunes erant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עונת המעשרות׃ *tempus decimarum*, eſt tempus illud quo debitum de decimis ingrediuntur. Tempus verò id variat prout variant ſegetes, id quod exponitur in tractatu de decimis. Et quod dicitur וגמרן הגזבר *& perfecerit eos quæſtor*, intelligas, eos fructus eſſe præparatos dum erant in poteſtate quæſtoris.

9. Si quis angulum legat ita fatus; *Eſto hoc in uſum N pauperis.* R. Eliezer ait, ei jus obtinuiſſe cenſetur. At Sapientes dicunt, dabit pauperi qui primum occurret. 1 Spicilegium, prætermiſſum, & angulus alienigenæ tenentur de decimis, niſi ſi communis juris fecerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui legit angulum dicens, hoc erit pro N. N., ſi hic qui legit ipſe pauper ſit, ad eum pertinebit hic angulus; nam non eſt in eo quæſtio quod ut acquiſivit ſibi, & itidem alteri, etiamſi illic non ſit præſens alter; quandoquidem, ſi dicamus eum habere poteſtatem acquirendi ſibi, etiam ipſi eſt poteſtas acquirendi alii qui eſt pauper. Sed controverſia inter R. Elieſer & Sapientes eſt, quando is qui colligit dives eſt; R. Elieſer putat, quod ſi habet poteſtatem omnia ſua bona facere communia & comedere angulum, etiam habet poteſtatem ea acquirere pro alio qui eſt pauper. Sapientes vero dicunt, non dari hos duos modos, ut, ſi poſſit bona ſua reddere communia, ſe res habeat ac ſi facta fuerint communia; & poſtea, quod ſi bona ſua fecerit communia, ad eum pertinebit angulus, & quod poterit etiam pro aliis acquirere. R. Meyer autem pro fundamento tenet, quod gentili non eſt poſſeſſio de terra Iſraelis ad abrumpendum obligationem de decimis, & propterea ſpicilegium, manipulos oblivionis, & angulum gentilis teneri de decimis. Sed non ita deciditur, nam ſi fecerit bona ſua communia, non obligatur de tota cauſa decimarum, juxta id quod diximus, quod res communis non obligatur de decimis; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

10. Quid eſt ſpicilegium? Quod inter metendum decidit. Si meſſor demetat plenum manipulum, vel evellat plenum pugillum, & feriat eum ſpina, ita ut de manu decidat, hoc pertinet ad proprieta-

ותוך המגל לעניים אחר היד ואחר המגל לבעל הבית ראש היד וראש המגל רבי ישמעאל אומר לעניים רבי עקיבא* אומר לבעל הבית :

prietarium. De media manu vel de media falce pauperum eſt: de poſteriore parte manus vel falcis, proprietarii: de extrema manu vel falce, R. Iſmael cenſet pauperum eſſe; R. Akiba, proprietarii.

R. OB. DE BARTENORA.

הנושר בשעת הקצירה *quod cadit inter metendum*, intellige ſpicas quæ decidunt tempore meſſis. הכהו קוץ *percuſſerit eum ſpina*, omne id quod cadit de neceſſitate aliqua non habetur ſpicilegium, juxta id quod Scriptura dicit ולקט קצירך *& ſpicilegium meſſis tuæ*, non eſt itaque ſpicilegium niſi per meſſem.

תוך היד *intra manum*, ſubintellige vocem נפל, hoc ſenſu, *ſi inciderit quid intra manum & intra falcem*, id vero quod cecidit intra manum & falcem eſt pro pauperibus; ſed id quod cecidit è poſteriori manus parte cauſâ movendæ manus, & è poſteriori falcis parte movendæ cauſa illius, eſt pro domino agri, quia hoc non cecidit ordinario meſſis modo, ſed fortuitò. ראש היד *caput manus*, quando manus adimpleta eſt, & ſpicæ reperiuntur inter digitos ejus, quæ decidunt è particulis digitorum volæ manus; ſic etiam ſe res fere habet cum eo quod ceciderit כראש המגל *è capite vel puncto falcis*, quod R. Iſmael dicit dari pauperibus, quia id cenſetur, uti id quod cecidit intra manus & intra falcem; R. Akiba dicit id ipſum dandum domino vel poſſeſſori agri, quia cenſet hoc ſe habere ut id quod *retrorſum è falce ceciderit*, nempe לאחר המגל & אחר היד *retro è manibus*; deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנושר eſt id quod decidit. הלש eſt id quod evellitur è terra. תוך היד ותוך המגל *intra manum & intra falcem*, eſt id quod decidit è medio manus & falcis, ſcil. ſpicilegium. Id vero quod decidit è manus & falcis poſteriori parte eſt pro domino agri. Sic etiam id quod ceciderit è manus & falcis extremitate; illud autem quod cadit inter extremitates, cum eo non quadrat vox תוך *inter*, neque vox אחור *poſterior pars*, eſtque diſputatio inter R. Iſmael & R. Akiba; & deciſio eſt juxta R. Akiba.

יא חורי הנמלים שבתוך הקמה הרי הן של בעל הבית שלאחר הקוצרים העליונים לעניים והתחתונים של בעל הבית רבי מאיר* אומר הכל לעניים שספק לקט לקט :

11. Formicarum cavernulæ in media ſegete proprietarii cenſentur; pone meſſores ſuperiore parte pauperum, inferiore proprietarii. R. Meir totum pauperum eſſe cenſet, (b) quia quod dubium eſt in ſpicilegio, ſpicilegium eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

חורי הנמלים *foramina formicarum*, ſolent formicæ congregare proventum in foramina illa.

שבתוך הקמה *id quod in medio ſegetis*, intellige ſemina quæ reperiuntur in foraminibus iſtis antequam inceperint metere. של בעל הבית *ad patremfamilias* ſive poſſeſſorem pertinent, quia pauperibus non eſt ulla pars de ſegete.

לאחר הקוצרים *id quod poſt meſſores invenitur*, ſi poſtquam inceperint metere reperiantur grâna tritici, ſuſpicari poteſt formicas ea adduxiſſe eo, ideo grana ſuperiora quæ ſunt in foraminibus illis, aut ſpicæ ſuperiores cedunt pauperibus, quia ibi obtinet jus ſpicilegii. Sed grana inferiora cedunt poſſeſſori, quia ibi obtinet jus ſegetis; porro ſuperiora ſunt candidiora, at inferiora ſunt viridiora accedentia ad nigredinem, quo cognoſcuntur veteriora.

R. Meyer dicit הכל לעניים *totum cedere pauperibus*, quia non poteſt grana adducere in aream, quin inter illa reperiantur etiam viridia, & illa viridia poſſe eſſe de proventu novo, quem meſſuerunt modò, in quo partem tenent pauperes. שספק לקט לקט *quia ſpicilegium dubium, eſt ſpicilegium*, quia Scriptura dicit, *pauperi & peregrino relinques ea*, i. e. relinque coram eis id quod tuum eſt, etiamſi ſpicilegium dubium; deciſio eſt juxta R. Meyer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חורי הנמלים *foramina formicarum*, ſunt foramina quæ formicæ fodiunt in terra, deferentes eò ſemina; iſtiuſmodi autem ſemina, ſi in medio ſegetis reperiuntur, cedunt poſſeſſori agri, quatenus pauperes nullo modo participant de ſegete; ſed quando aliquid cecidit poſt meſſores, quia illic valet jus pauperis, dicit Miſchna ſemina ſuperiora, quæ ſunt candidiora, eſſe pro pauperibus. Inferiora vero ſemina quæ ſunt nigriora cedunt poſſeſſori agri, & propterea dicimus ea eſſe veteriora, & præteriti anni ſemina. R. Meyer autem dicit, poſſe fieri ut etiam novus proventus ſit niger, quia vix fieri poteſt ut inter ſemen bonum non reperiatur etiam malum; & cum hæc ſit res dubia, ideo dicamus, quod *ſpicilegium dubium habeatur ſpicilegium*, ut Miſna dicit; deciſio pronunciatur juxta R. Meyer.

SURENHUSIUS.

(b) Quod R. Meyer dicit שספק לקט לקט *quod ſpicilegium dubium eſt ſpicilegium*, hoc ipſi conceditur à Sapientibus, ſed diſſentiunt tantum in eo, quod Sapientes dicunt, inferiora grana quoque ſine dubio â formicis in foramina delata eſſe, adeoque ea cedere poſſeſſori agri, ſed R. Meyer dicit, dubium eſſe an eo delata ſint â formicis, & propterea ea cedere pauperibus, quia dubium ſpicilegium eſt ſpicilegium.

פרק ה גדיש שלא לוקט תחתיו כל הנוגע בארץ הרי הוא של עניים הרוח שפזרה את העמרים אומדין אותה כמה לקט היא ראויה לעשות ונותן לעניים רבן שמעון בן גמליאל אומר נותן לעניים בכדי נפילה :

1. Caput 5. Metæ ſubter quam non lectum eſt, quicquid (a) ſolum, tangit pauperum fit. Si ventus manipulos diſperſerit, conjectura æſtimandum eſt quantum ſpicilegium facere poterit, & illud dandum pauperibus. Rabban Simeon filius Gamalielis pauperibus dandum cenſet 1 pro modo (b) ejus quod decidit.

R. OB. DE BARTENORA.

גדיש שלא לוקט תחתיו : *meta ſubter qua non eſt collectio facta*, ſi quis collegit manipulos in medio campi loco, quo pauperes nondum collegerunt ſpicilegium ſuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גדיש שלא לוקט תחתיו : *meta frumenti ſub qua non collectum eſt*, quando collegerit acervos tritici in loco quodam ubi non collegit ſpicilegium pauperum, at ſi collegerit acer-

כל הנוגע בארץ לעניים *omne quod tetigerit terram, pro pauperibus est*, multam imposuerunt ei Sapientes, quia metam posuit super locum spicilegii, & etiamsi meta tritici collecta sit super locum spicilegii hordei, nihilominus omne id, quod ex tritico tangat terram, sit pro pauperibus. *Et ventus si sparserit manipulos*, supple super locum spicilegii.

בכדי נפילה *quantum ceciderit*, quantum tempore messis ceciderit, quæ mensura est quatuor Caborum pro Coro seminis, Corus autem continet triginta sata. Quia vero primus doctor dixit אומדים כמה לקט ראויה לעשות *considerant quantum spicilegii (id quod dispersum est) posset facere*, docet nos Rabban Schimeon fil. Gamalielis, dicens, hæc res non relinquitur tuæ considerationi, quia jam limitatum est, eam esse quantitatem ejus quod tempore messis ceciderit, scil. quod de triginta satis seminis tempore messis cadere solent quatuor cabi, & tantundem dandum esse pauperibus.

vum & posuerit eum supra spicilegium, tum illi pœnam imposuerunt Sapientes, ut det de acervo illo omne id quod de ipso tetigit terram, junctum cum eo quod ibi reperietur spicilegio.

אומדין *considerant*, taxant accuratè quantum id sit quod per ventum dispersum est. בכדי נפילה *quantum ceciderit*, quantum seminis tempore sementis seminaverit; decisio non est juxta R. Schimeonem filium Gamalielis.

GUISIUS.

1 *Pro modo ejus quod decidit.*] Ita sonant Hebræa בכדי נפילה. RR. Samson & Obadias intelligunt de eo quod in messe decidit; sed ita frustra conantur distinguere inter sententiam Rabban Simeonis, & Deuterotæ prioris. Maimonides intelligit de eo quod in semente decidit, vel spargitur, i. e. de quantitate seminis quam capit solum ubi manipuli dispersi; ut vertere sic possem, *pro modo seminis jacti.* Hoc modo palam sumitur hæc phrasis Baba metz. IX. 5. אם יש בה כדי נפילה, *si sit in proventu, quantum fuerat in jacto semine.* Ita etiam פאה לבית בנופל" מכר אחד *Pars vicesima quarta ejus quod cadit in agri satum:* i. e. quod seritur. Chil. II. 2.

SURENHUSIUS.

(a) כל הנוגע בארץ הרי הוא של עניים *quicquid tetigerit terram, ecce hoc pauperum est*, quæritur quomodo possessor agri spicas terram tangentes sub meta frumenti dare possit pauperibus pro spicilegio, cum etiam in frumento contineatur id quod tenetur ad decimas, hìc autem pauperes omnia tollunt nomine spicilegii, & non dantur decimæ? resp. in Talmude Jerusolymitano exponitur id quod â Synedrio redditur publicum & commune, liberum esse â decimis, propterea hìc spicæ è meta frumenti decidentes non tenentur ad decimas, utpote quæ jam factæ sunt הפקר, ut in commune distribuantur.

(b) בכדי נפילה *quantum ceciderit*, quod juxta Bartenoram intelligendum est de quantitate quæ inter demetendum ceciderit, nam illud בכדי נפילה quod hoc loco extat non intelligi debet ut illud בכדי נפילה quod in Bava Mezya capite 9: 5. dicitur, quia illìc sermo est de quantitate serendi, sed hìc de quantitate quod inter metendum decidit. Quamvis Maimon hoc loco explicet de quantitate serendi, attamen in Jad Chasaka hanc sententiam retractavit, & decisionem pronunciavit juxta R. Schimeon.

ב שבלת שבקציר וראשה מגיע לקמה אם נקצרה עם הקמה הרי היא של בעל הבית ואם לאו הרי היא של עניים שבלת של לקט שנתערבה בגדיש מעשר שבלת אחת ונותן לו אמר רבי אליעזר וכי היאך העני הזה מחליף דבר שלא ברשותו אלא מזכה את העני בכל הגדיש ומעשר שבלת אחת ונותן לו :

2. Spica quæ est in demesso, cujus caput pertingit ad segetem, si demeti possit cum segete, pertinet ad proprietarium; sin minus, ad pauperes. Si spica spicilegii metæ sit immista, 1 decimat spicam unam, eique dat. Inquit R. Eliezer. At quomodo pauper iste 2 rem permutat, 3 quæ nondum in potestatem ejus venit? quin potius pauperi 4 jus impertit ad totam metam; 5 deinde decimat spicam unam, eamque ei dat.

R. OB. DE BARTENORA.

שבלת שבקציר *spica messis*, si reliquerit unam spicam quam non demessuit, & caput istius spicæ tetigerit segetem, si spica illa demetatur una cum segete, tum illa erit pro domino agri, quia seges eam liberavit, ut de ea dici nequeat לא תשוב לקחתו *non reverteris ad accipiendum eam.*

מעשר שבולת אחת ונותן לו *decimet spicam illam unam & det ipsi*, quia pauperi dare debet id quod ritè perfectum est, uti spica spicilegii quæ libera est â decimis; præterea, etiamsi nondum purgatum sit frumentum, cadit tamen in id decimatio, uti sunt decimæ primæ quæ in spicis antevertunt, etiamsi spicæ istiusmodi nondum purgatæ sint. Sed quæritur quomodo id fiat? hoc modo, adducit duas spicas de acervo illo cum quo commixta est spica spicilegii, & dicit super illas, *si hoc sit spicilegium, bene habet; si vero non sit spicilegium, decimæ dantor de illa secunda spica, at prima detur pauperi.* In Talmude Jerusolymitano vero argumentantur, fieri posse ut illa secunda spica, in quam cadit decimatio, sit de spicilegio, quod, si ita fiat non cadit in eam decimatio, quia libera est â decimis; de eo vero quod liberum est non potest separari super eo quod obligatur? Resp. sumendam esse adhuc tertiam spicam, & dicendum, *si secunda spica in quam cadit decimatio sit spicilegium, & non obnoxia decimis, de tertia dantor decimæ pro prima.* R. Eliesêr vero quærit, *Quomodo hoc se habeat*, an *pauper ille commutet rem quæ non venit sub potestatem suam?* sed hæc verba R. Eliesêris referenda sunt ad verba Sapientum, ipsi contradicentium in causa divitis colligentis angulum pro paupere, de quo R. Eliesêr dicit divitem etiam acquirere sibi; Sapientes vero, non acquirere sibi: ad hoc R. Eliesêr iterum, quomodo pauper ille commutet rem quæ non venit in potestatem ejus, quia dominus agri juxta vos nequit acquirere sibi spicilegium, unde fiet ut hoc spicilegium non veniat in potestatem pauperis; at juxta vestram sententiam pauperi acquirit totum acervum possessor agri, ea conditione ut postea restituat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandò messuerit spicas fieri potest, ut una spica in terra remaneat quæ è falce ceciderit, demetatur autem tota seges circumjacens, & ille dicat, *si ea spica tangat segetem, erit jus ipsius ut jus segetis*, nempe ut sit pro patrefamilias; at si caput ejus non tangat segetem, habetur spica illa spicilegium cedens pauperibus.

מעשר שבלת אחת *decimet unam illam spicam*, hoc jam explicuimus. Si vero capiat duas spicas de acervo illo, & accipiat unam illarum duarum, dicatque, *si erit hæc spica spicilegium, bene habet; si vero non sit spica spicilegii, decimæ dantor, prout de istiusmodi sint dandæ*; deinde unam dat spicam pauperi; alteram vero sacerdoti. R. Eliesêr dicit, pauperi non esse partem in spica illa, nisi donec pro ea acceperit aliam, & cum ita se habet, det ipsi totam sementem ea conditione ut ad se redeat, & hic mos obtinet apud nos, dona, si dentur cum conditione ut redeant ad possessorem, haberi vera dona; atque tum fiet ut illa spica spicilegii veniat in manum pauperis, & simul poterit sumere aliam, uti modo diximus; decisio non est juxta R. Eliesêr.

ſtituat ipſi poſſeſſori, quod donum habeatur donum, ea conditione ut redeat, atque eo modo fiet ut ſpica illa ſpicilegii veniat in poteſtatem pauperis, quam ſpicam commutare poterit pro altera? Sapientes vero dicunt, quod eum, qui in hujuſmodi caſu nequit acquirere, fecerunt ut eum qui acquirit ſibi, & quod reputatur iſta ſpica ſpicilegii, perinde ac ſi veniat in poteſtatem pauperis, quamvis ille in hoc caſu non per ſe ſed per alium acquiſiverit ſibi ut eam poſſit commutare; deciſio eſt ſecundum Sapientes.

GUISIUS.

1 *Decimat ſpicam &c,*] Id eſt, Proprietarius ſpicam unam aliquam ex acervo deſumtam decimis liberat, & pauperi dat pro ſpica iſta ſpicilegii acervo immiſta. Decimis liberat, quia ſpicilegium à decimis immune. Id autem ſic fit. Acceptis duabus ſpicis ſic infit, *Si hæc ſpica ſpicilegii ſit, bene eſt; ſin minus, ſtatuantur decimæ de ea debitæ in hac altera.* Eam deinde pauperi tradit.

2 *Rem permutat.*] Spicam ſpicilegii pro alia qualibet.

3 *Quæ nondum &c.*] Juxta veſtram ſententiam ſuperiore capite, parag. 9. expoſitam. Objectio enim R. Eliezeris eſt merum argumentum ad hominem: non ex ſua ſententia.

4 *Jus impertit.*] Ea lege ut reſtituat.

5 *Deinde.*] Poſt reſtitutionem.

SURENHUSIUS.

(a) מעשר שבלת אחרת ונותן לו *decimat ſpicam unam, atque dat eam ipſi*, ſed quamobrem hìc nulla mentio Trumæ magnæ facta eſt, cum ea primo tempore ante purgationem dari debet? reſp. quod hìc non fit mentio Trumæ magnæ, ex eo non ſequitur quod poſſeſſor liber eſt ab illa, dum decimas dat quando frumentum adhuc eſt in ſpicis. Nam id quod dicitur eum liberum eſſe à Truma magna quando decimas dat de frumento adhuc exiſtente in ſpicis, (vide ea quæ data ſunt ad Berachot capite 7: 1.) intelligendum eſt quod decimæ tantum liberæ ſunt à Truma magna, at non integra frumenti meta.

ג אין מגלגלין בטופח דברי רבי מאיר וחכמים מתירין מפני שאפשר:

3. Non 1 inducunt uliginem. Ita R. Meir. At Sapientes permittunt, quia fieri poteſt *****

R. OB. DE BARTENORA.

טופח: eſt ſpecies leguminis tenuis, quod Arabicè vocant גילבאן *gilban*. R. Meyer dicit non conjungi hanc ſpeciem cum ſpeciebus aliis ad eas ſimul demetendas, quia ſpicilegium quod ceciderit de aliis ſpeciebus, potuiſſet etiam cadere de hac ſpecie ſimul, atque damnum eo modo inferret pauperibus neceſſe eſt. Sapientes vero concedunt, quia tam ſpicilegium aliorum ſeminum cadere poteſt, quam ſpicilegium *Topach*; & deciſio juris pronunciatur juxta Sapientes. Alia expoſitio, communi ſententia dicitur, non deduci aquam per devolutionem ex ciſterna ad irrigandum agrum, ut irrigatur *Topach* eo tempore quo pauperes veniunt ad colligendum ſpicilegium ſuum, quia talis irrigatio damnum infert pauperibus; at Sapientes hoc concedunt, quia ſi contingat ut hoc modo damnum inferatur pauperibus, poſſeſſori agri imponatur multa, pro eo quod pauperes ſua perdiderunt illâ irrigatione. R. Meyer vero dicit, non deduci aquam eo modo, ne damnum inferatur poſſeſſori agri, qui id pauperibus abripiat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגלגלין: eſt nota vox, טופח *Topach*, eſt ſpecies granorum, at quod ad figuram & indolem apparens ut hordeum, medici vero *Tophach* Arabicè vocant קרטומן *kortoman*. R. Meyer dicit reſervandum eſſe aliquid de hac ſpecie, ne eam una cum aliis ſeminibus demetant, & eo modo damnum inferat pauperibus, ſi ſpicilegium iſtius ſpeciei cadere potuerit. Sapientes autem permittunt, quandoquidem illi dicunt fieri poſſe ut ſpicilegium cadat tam de ſemine optimo, quam de iſta ſpecie, deciſio non eſt juxta R. Meyer.

GUISIUS.

1 *inducunt uliginem.*] Id eſt, Non rigant arva uligine molis aquariis inducta, ne pereat ſpicilegium. Secutus ſum hic R. Danielem veterem Interpretem Nathanis Lexicographi fratrem, cujus expoſitioni favet etiam Talmud Hieroſolymitanum. Utriuſque verba citantur à R. Nathane: ſed non ſine gravi mendo in codicibus vulgatis. Locum ſic reſtituo. פירש ר' דניאל זל"ה שלא ירבין שרהו כל כך שתהי טופח על מנת להטפיח מפני שמזיק לעניים· ירושלמי המרבץ שרהו עד שלא ירד העני &c. *Sic exponit R. Daniel p. m. quod non eatenus rigabit quis agrum ſuum, dum ita udus ſit, ut aliud udum reddat, quia pauperibus nocet. Talmud Hieroſolymitanum: Ut riget quis agrum ſuum antequam in eum deſcendant pauperes, ſi damnum ejus eorum damnum ſuperat, licet: ſin pauperum damnum illius damnum ſuperet, illicitum. R. Juda dicit, ſive hoc ſit, ſive non, ſuper maceriam ponit, & accedens pauper, quod ſuum eſt tollit.* Longe aliter hunc Miſnæ locum ſumit Maimonides, cui גלגל hic denotat אלאתכאמה & אלאנדריאג, *devolutionem, & ſupererogationem* in rebus agendis; ut in complexu unius rei fiat alia. טופח autem eſt אלקרטמאן, quod frumenti genus eſt, ni fallor, melicæ ſpecies, de quo infra VI. 7. ut ſic ſonent verba, *Non una metunt melicam*; ſcilicet cum alio frumento. Hoc autem vetari cenſet ne ſpicilegium de melica i.e. deteriore ſpecie cadat, adeoque damnum patiantur pauperes. Vix dici poteſt quam frigidum hoc ſit commentum. Paragraphus hic in fine plane mancus eſt, quod tamen craſſiores ſunt Judæi, quam ut intelligant.

ד בעל הבית שהיה עובר ממקום למקום וצריך ליטול לקט שכחה ופאה ומעשר עני יטול וכשיחזור לביתו ישלם דברי רבי אליעזר וחכמים אומרים עני היה באותה שעה:

4. Paterfamilias qui itinere egeſtate premitur, capiet ſpicilegium, prætermiſſum, angulum, & decimas pauperum; deinde domum reverſus rependet. Ita R. Eliezer. At Sapientes dicunt, Pauper erat iſto tempore.

R. OB. DE BARTENORA.

עני היה באותה שעה: *ſi pauper fuerit eo tempore*, tum liber eſt à reſtitutione earum rerum, quia paupertas liberat; & deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis in via collegerit manipulum oblivionis, & angulum, etiamſi ipſi ſint bona, non tenetur ea reſtituere quando domum venerit, niſi ſua ſponte ea velit ſanctitati deſtinare.

ה המחליף עם העניים בשלו פטור ובשל עניים חייב

5. Si quis permutaverit cum pauperibus, quod ſuum

חייב שנים שקבלו את השדה באריסות זה נותן לזה חלקו מעשר עני וזה נותן לזה חלקו מעשר עני המקבל שדה לקצור אסור בלקט שכחה ופאה ומעשר עני אמר ר׳ יהודה* אימתי בזמן שקבל ממנו למחצה לשליש ולרביע אבל אם אמר לו שליש מה שאתה קוצר שלך מותר בלקט ובשכחה ובפאה ואסור כמעשר עני׃

ſuum eſt 1 immune habetur; quod pauperum, tenetur. Duorum, qui agrum conduxerint ad 2 culturam partiariam (a), hic illi dat partis ſuæ decimas pauperum, & ille huic partis ſuæ decimas pauperum. Qui agrum metendum conduxerit, ei interdicitur ſpicilegio, prætermiſſo, angulo, & decimis pauperum. Ecquando vero? inquit R. Juda. Si conduxerit ad dimidiam, tertiam, vel quartam partem. Sin ſic convenerit, *Tertia pars 3 ejus quod demetis tui eſto*, permiſſa ei cenſentur ſpicilegium, prætermiſſum, & angulus; (b) interdicitur autem decimis pauperum.

R. OB. DE BARTENORA.

המחליף עם העניים *qui commutat quid cum pauperibus*, pauper proventum aut fructus dat per commutationem ejus quod collegit. שלו פטור *ſuum eſt liberum*, nempe de decimis, id quod dedit ipſi pauper eſt id quod collectum de ſpicilegio, aut manipulo oblivionis, aut angulo.

ושל עניים חייב *pauperis vero reum eſt*, id quod agri dominus dedit pauperi de proventu, quod tenetur de decimis, antequam id dederit pauperi. *Duo qui receperint agrum in ſocietate*, ſupple duo pauperes.

באריסות *in ſocietate* pro dimidia, tertia, aut quarta parte, quo illi conſtituuntur domini agri, ſi igitur dominus agri fuerit pauper, prohibetur â ſpicilegio iſtius agri, uti ſcriptum eſt Levit. 19: 10. לא תלקט לעני *non colliges, pro paupere erit*, hiſce monetur pauper ne colligat ſpicilegium ſuum, ſed ut ſeparet decimas pauperis, & eas det alii pauperi, unuſquiſque in parte ſua faciens, uti dominus agri ſolet facere, at non ita in parte ſocii, & propterea permittitur ut unus det alteri decimas pauperis.

שקבל ממנו למחצה *ſi quis receperit ab eo pro dimidio*, tum acquiſivit de ſegete agri, ſed ſi dominus agri dixerit ipſi, *id quod meſſueris erit tuum*, tum meſſor non tenet partem niſi in ea parte quæ evulſa eſt, & obligatur de ſpicilegio, manipulo oblivionis, angulo, & omni eo de quo obligatur dominus agri; nam etiamſi oblivio manipulorum contineatur in eo quod evulſum eſt tempore collectionis manipulorum, nihilominus tamen hìc liber eſt, quia non dicatur de eo vox קצירך *meſſis tua*, quia non tenet partem niſi in ea quæ evulſa eſt. Gentilis vero qui factus eſt proſelytus poſtea quam agrum ſuum meſſuerit, tenetur oblivionis manipulo, uti ſupra diximus, juxta verba R. Jehudæ; & hoc propterea fit, quia dicamus שדך *ager tuus*, quamvis eadem ratione non obligamus eos qui ſunt peregrini de ſpicilegio, quia fundamentum ejus eſt in ſegete, ſive in eo quod adhuc in terra creſcit.

GUISIUS.

1 *Immune.*] A decimis, quia pauperum erat, adeoque à decimis liberum.

2 *Culturam partiariam.*] Coloni Judæis, pariter ac Romanis duum ſunt generum: qui agrum colendum conducunt pacti certam penſionem, & qui conducunt pacti aliquotam partem proventus. Priores qui penſionem determinatam proprietario reddunt, ſi penſio ſit in frugibus vocantur חוכרים vel חכירין, & penſio dicitur חכור; ſi in pecuniis numeratis שוכרים & שכירין. Unde illud ex Titulo Demai R. Nathani citatum מה בין שוכר לחוכר השוכר במעות והחוכר בפירות. *Quid intereſt inter* שוכר & חוכר? *hoc, quod* שוכר *ſit nummis conducens*, חוכר *frugibus*. Quæ tamen verba in Miſna non extant; ſed in Baraita iſtius Tituli, ut inde citantur à Maggid Miſna ad Maimonidis Hal. Sechir. VIII. 1. Utrique recte comprehenduntur Juriſconſultis Romanis nomine *colonorum qui nummis colunt*. L. *Si apes*. Dig. *De furtis*. Ubi vide Dionyſium Gothofredum. Nos diſtinctionis ergo pro חוכרים ſemper ponimus *penſione conducentes*, pro שוכרים, *nummis conducentes*. Qui partibus colunt, dicuntur אריסין, *Coloni*, vel *Redemtores partiarii*, ut loquitur Cato de Re ruſtica, 137. qui aliquotam partem proventus Domino fundi pendunt. Tales γεωργοὶ iſti parabolæ Evangelicæ, Matt. XXI. 33. & in locis parallelis Marci & Lucæ. Interpres Chaldæo-Samaritanus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis commutaverit quid cum paupere, id quod jam collegerit liberum eſt â decimis, quia antea id erat pauperis qui non tenetur de decimis; id autem quod venerit in poteſtatem pauperis (tenetur,) quia poſſeſſoris agri bonum eſt qui tenetur decimis.

אריסות eſt conventio de ineunda ſocietate quod ad terræ fructus, & talis ſocietas vocatur אריס, eo ſenſu, ſi quis culturam agri in ſe ſuſcipiat ut ipſi cedant fructus. Jam antea diximus, quod ſacerdos & Levita, ſi emant agrum pro ſe, tenentur prius de eo dare decimas, etiamſi ad ſe ipſos pertineant, & eas dent aliis neceſſe eſt. Sic etiam ſe res habet cum pauperibus, ſi enim pauper acquiſiverit agri ſemina, aut etiam per ſocietatem de cultura initam, tenetur ſeparare decimas de eo quod eſt in illius poteſtate, eaſque dare pauperibus aliis. Et propterea nos Miſchna inſtruit, ſi duo pauperes in ſocietate receperint agrum pro cultura, non educenda eſſe dona pauperum è poteſtate eorum, ſed quemque ſuam partem decimarum pauperum dare poſſe ſuo ſocio, in qua parte obligatur. Verba vero Sapientum exponuntur verbis R. Jehudæ, & expoſitio eorum hæc eſt, quando pauper receperit agrum ad eum colendum pro dimidia parte proventus, aut etiam pro tertia, quarta aut quacunque potuerit parte, ut totus ager conſtituatur in ſuam poteſtatem & poſſeſſionem, tum tenetur ſpicilegio, manipulo oblivionis & angulo; ſed ſi poſſeſſor dixerit ipſi, *una pars quam meſſueris erit pro te*, tum nulla pars ipſi cedit præter eam quam meſſuerit, neque ager venit in ſuam poteſtatem; at permittitur ipſi ſpicilegium, & manipulus oblivionis, ac angulus, nihilominus tenetur decimis pauperum, quas debet de eo quod meſſuit, quia ipſe ejus particeps eſt; deciſio juris eſt juxta R. Jehuda, qui verba Sapientum exponit.

SURENHUSIUS.

(a) Quod Bartenora ad vocem באריסות *in ſocietate* dicit poſſeſſorem agri qui pauper eſt teneri ad ſpicilegium, idque probat ex Levit. 19: 10. ubi de ſpicilegio ſermo eſt, cum tamen de decimis pauperis id probare debuiſſet, quia in Miſna fit mentio decimarum pauperis, non ita intelligendum perinde ac ſi liber eſſet â decimis, quia capite 1. Gittin fol. 11. dicitur quod agri poſſeſſor qui eſt pauper nequit ſibi reſervare cætera dona, & propterea cætera dona comprehenduntur ſub dono ſpicilegii. Sed quæras quare Miſna tantum loquitur de decimis pauperum, & non de ſpicilegio? reſp. quiæ decimæ pauperum ſunt aliquid præter ſpicilegium, ita ut quis facilè cogitare potuiſſet poſſeſſori pauperi licitum eſſe ſibi ſumere decimas pauperum, propterea docet quod ex loco Levit. 19: 10. לא תלקט לעני ולגר colligitur, decimas pauperum quoque comprehendi, quia inter dona nulla eſt differentia.

(b) אסור במעשר עני *tenetur decimis pauperis*, quando pauper aliquis in ſe receperit agrum demetere pro parte quadam illius quod demeſſum eſt, tum licet ſibi ipſi ſumere ſpicilegium, manipulum oblivionis, & angulum, quia non eſt poſſeſſor ſegetis, ſed ejus quod demeſſum eſt. Verum non licet decimas pauperis ſibi ipſi ſumere, quia decimæ pauperis dari debent de eo quod demeſſum eſt, cujus ipſe jam particeps eſt, & poſſeſſor aliquatenus.

ritanus ponit hanc vocem pro מס; Gen. XLIX. 25. [Samaritan] · [Samaritan] · [Samaritan] Interpres Latinus inepte, *Et fuit convivis pastor.* Verto, *Et factus est vectigalis colonus.* [Samaritan] enim hic *Colonus* est, ut alibi apud eundem Interpretem verbum [Samaritan] est *colere*, Deut. XXVIII. 39. & [Samaritan] *agricultura*, Genes. IX. 20. [Samaritan] autem speciem determinat, ut sit *Colonus partiarius* vel *vectigalis*. Vide etiam Deut. XX. 11. Similiter Arabibus اريس & اريسي ejusmodi colonus esse videtur, quanquam Phiruzabadius simpliciter exponat الأكار, *agricola.* Verbum in II. conjugatione اريس *talem colonum adscivit*, i.e. استخدمه, ut idem Camusi Author, quod non satis intellexisse videtur Cl. Golius; saltem non satis exprimit, dum sic exponit, *Operam alicujus & ministerium expetivit, eoque usus fuit.* اريس enim est اريسا استخدمه *pro colono usus est*: atque ita intelligi voluit & debuit Phiruzabadius. Hinc nostrum אריסות *Cultura partiaria*: quæ & alibi dicitur קבלנות; uti קבלנותא *Cultura partiaria*, & חכרנותא *Conductio ob pensionem* opponuntur Gem. Bab. Baba metz. 104. *a.* Unde etiam מקבל & קבלן *Colonus*, vel *redemtor partiarius.* Quamvis קבל latius subinde pateat, & recte referatur ad Conductionem omne genus. Non me latet R. Tanchumum מקבל Coloni speciem diversam ab אריס constituere, hac differentia, ut אריס is sit colonus, cui mercedis loco partem proventus aliquotam Dominus fundi paciscitur, ipse interim impensas culturæ & meliorationis suppeditans; ut forsan ita *Villicum* non male intelligas. מקבל is, qui agrum ea lege colendum conduxit, ut aliquotam frugum partem Domino pendat, ipse autem impensas omnes culturæ & meliorationis sustineat. Sed hæc nescio qua veterum authoritate nituntur. Certe usu didici, non semper tutum esse R. Tanchumo fidem præstare. Perlegesis Dem. VI. & ibi Gemaram Hierosolymitanam. Baba metz. IX. Maimonidem Hal. Sechir. VIII. & ad Bicc. I. 2. item R. Nathanem in חכר, præter recentiores. Quod autem ad originem vocis אריס, minime probo sententiam Musaphiæ, qui Græcam esse vult, & ista lingua *custos* denotare. Intelligit, ni fallor, ἐπ᾽ ὤμῳ Humeri. Sed hoc nimis alienum. R. Nathan affert עריסי pro אקירי ex Baba bath. 46. b. (non 42. ut male notatur in codd.) atque hinc est quod Cohen de Lara conferat cum Arabico غريس, & *villicum* exponat. Sed غريس nusquam significat *villicum* Arabibus; quanquam غارس ita significare possit, ut in Arabe Erpeniano Joh. XV. 1. غرس *plantavit.* Sed neutrum horum mihi probatur.

2 *Ejus quod demetis.*] Ut ita jus ei competat demum post messem: dum fruges terræ adhærent, nullum.

ו המוכר את שדהו המוכר כותר והלוקח אסור לא ישכור אדם את הפועלים על מנת שילקט בנו אחריו מי שאינו מניח את העניים ללקוט או שהוא מניח את אחד ואחד לא או שהוא מסייע את אחד מהן הרי זה גוזל את העניים על זה נאמר אל תסג גבול עולים :

6. Si quis agrum 1 divendat, venditori permissa sunt, emtori interdicitur. Non conducet quispiam operarium ea conditione, ut filius ejus post eum legat. Qui non permittit pauperes legere; vel qui alterum permittit, alterum vero non; vel qui aliquem eorum adjuvat; ille deprædatur pauperes. De ea re dicitur, (Prov. XXII. 28. & XXIII. 10.) *Ne retro agas terminum* 2 *ascendentium.*

R. OB. DE BARTENORA.

המוכר את שדהו : *qui vendit agrum suum*, qui vendit agrum una cum segete ejus, sed si tantum messem vendat & sibi retineat agrum, duo illi prohibentur à spicilegio, manipulo oblivionis, & angulo, quia de unius parte dici potest שדך *ager tuus*, de alterius autem קצירך *messis est tua*, ut unus de agro, alter vero de messe obligetur. המוכר מותר *venditor liber est*, scil. de spicilegio manipulo & angulo, si sit pauper.

על מנת שילקט בנו אחריו *ea conditione ut filius colligat post eum*, ut eo modo operarius diminuat conductionem, ut solvat debitum suum de eo quod pauperis est.

אל תסג גבול עולים *ne dimoveas terminum adscendentium*, legit עולים *adscendentium* pro עולם *mundi.* Nonnulli vocem *ascendentium* jungunt cum Ægypto, ut sensus sit, non dimovebis præcepta Legis data ascendentibus ex Ægypto. Alii autem exponunt vocem עולים de hominibus qui descenderunt i.e. privati sunt bonis suis, pauperes scil., iique vocantur עולים per ironiam, uti is qui cœcus est vocatur סגי נהור *magnum lumen.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic casus istiusmodi est, qui vendiderit campum totum una cum proventu & venditor ille pauper fuerit, ipsi cedit spicilegium, manipulus oblivionis & angulus; emtor autem prohibetur à spicilegio, oblivionis manipulo, & angulo, etiamsi nondum solverit argentum, vel etiamsi mutuo acceperit argentum illud. Quando autem operarius emerit ea conditione ut filius suus spicilegium colligat cum ipso, surripit pauperibus; & id quod dicit Misna גבול עולים & Scriptura exprimit per גבול עולם *terminum mundi*; & ne dubitaveris de hoc sensu per modum allegoriæ; est enim unum ex fundamentis linguæ sanctæ literas quiescentes inter se permutari, easque cadere interdum è Scriptura euphoniæ gratia, & ad sensum ejus illustrandum. עולים *adscendentium*, scil. ex Ægypto, ac si dicat, non dimovebis terminum eorum præceptorum quæ Deus commendavit populo exeunti ex Ægypto.

GUISIUS.

1 *Divendat.*] Atque ita pauper fiat.

2 *Ascendentium.*] Ita editiones pleræque, & MS. hic & infra VII. 3. legunt עולים. Atque ita olim lectum fuisse constat ex Talmude Hierosolymitano רב ירמיה ורב יוסף חד אמר אלו עולי מצרים וחרנה אמר אלו שירדו מנכסיהן לסמיא צווחין סגיא נהוריא. *Magistrorum Jeremiæ & Josephi, alter dicit hos esse* ascendentes *ex Ægypto, alter eos qui opibus suis exuti sunt: ita* per similem antiphrasin *cæcum vocant* πολυφεγγῆ. Ita illi, nullo respectu habito ad hodiernam & meliorem lectionem, עולם *æternum*, quam secuti sunt omnes veteres Interpretes.

ז העומר ששכחוהו פועלים ולא שכחו בעל הבית שכחו בעל הבית ולא שכחוהו פועלים עמדו

7. Manipulus, cujus obliti sunt operarii, non autem proprietarius; cujus oblitus est proprietarius, non autem operarii; ante quem steterint pauperes, vel

עמרו עניים בפניו או שחיפוהו בקש הרי זה אינו שכחה :

vel ſtipula contexerint, non habetur pro prætermiſſo.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא שכחו בעל הבית : *& non reliquerit eum dominus agri*, quando agri poſſeſſor eſt in agro præſens, tum acquirit ſibi manipulum, at ſi fuerit in civitate, tum cenſetur manipulus per oblivionem relictus, etiamſi poſſeſſor agri non oblitus fuerit eum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חפוהו בקש : *contegit eum ſtramine*, ſi eum manipulum ſub palea & ſtraminibus occultaverint, ne in viſum domini incurrat.

ח המעמר לכובעות ולכומסאות לחררה ולעמרים אין לו שכחה ממנו ולגורן יש לו שכחה המעמר לגדיש יש לו שכחה ממנו ולגורן אין לו שכחה זה הכלל כל המעמר למקום שהוא גמר מלאכה יש לו שכחה ממנו ולגורן אין לו שכחה למקום שאינו גמר מלאכה אין לו שכחה ממנו ולגורן יש לו שכחה :

8. Si quis cogat in 1 galeas, 2 ſiros, placentam, vel manipulos, de eo non eſt prætermiſſum: inde in aream, de eo datur prætermiſſum. Si quis cogat in metam, de eo datur prætermiſſum: inde in aream, non datur. Hæc eſt regula generalis. Si quis cogat in locum, ubi eſt operis conſummatio, de eo datur prætermiſſum; inde in aream, non datur. In locum ubi non eſt operis conſummatio, de eo non datur prætermiſſum; inde in aream, datur.

R. OB. DE BARTENORA.

לקובעות : *in tiaras*, ad faciendum ex manipulis id quod formam habet pilei, *Bonnet*, moris enim erat conficere capitis coronamenta ex iſtiuſmodi ſpicis.

לכומכאות *in galeros*, hi galeri non erant alti admodum, aſcendentes ſurſum ut pileus *Bonnet*, ſed deorſum ſe incurvantes & intorquentes ne penitus poſſent conſpici, & derivatur a כמום vid. Deut. 32.

ולחררה *& ad modum placentæ*, ſi meſſuerit pauxillum, & collegerit tantum manipuli quantum ad perficiendam placentam ſufficit ſuper prunas. Alia expoſitio, ſunt qui dicunt meſſores proventum demetentes ſolere eum omnem colligere in acervum uno in loco, & deindè eum deferre ad locum triturationis ſcil. aream, qui locus vocatur גורן; at id quod in agro acervant vocatur קובעות, quia ſe habet ut forma pilei, vel tiaræ quam imponunt capiti; quod autem acervant è ſpicis in cavitates terræ inciſis, vocatur כומכאות à כמם *abſcondere* vid. Deut. 32. 34. Id autem quod acervant in modum lapidis molaris vocatur חררה, eo quod חררה *placenta* rotunda eſt. ולעומרים *& in manipulos*, conficit manipulos parvos, ut deinde ex duobus aut tribus conficiat unum magnum.

אין לו שכחה *non obnoxium eſt oblivioni*, id ſcil. quod undiquaque ex diverſis campi locis collegit in unum locum non obligatur de jure oblivionis, quia Scriptura dicit, *ſi meſſueris meſſem tuam in agro, & oblitus fueris manipulum*; at quid eſt meſſis? poſt quam non datur alia meſſis, ſic etiam collectio manipuli poſt quam non datur collectio ita ut excludantur iſtiuſmodi loca de quibus poſtea iterum de manipulis inquiritur. ממנו לגורן *ex eo ſcil. loco ad aream*, illic obtinet oblivio, ſi deferat ex uno iſtorum locorum ad aream & obliviſcatur manipulum in uno illorum locorum, iſte eſt oblivionis manipulus. המעמר לגדיש *qui manipulos colligit in acervum*, ſi reliquerit in eo loco & illic trituraverit, tenetur de oblivione. ממנו ולגורן *ex eo loco & pro area*, ſi detulerit prius ad hunc locum, & poſtea detulerit ad alium locum ut trituretur, non obnoxium eſt oblivioni.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Moris eſt triticum metere idque facere in manipulos in diverſis locis uſque dum collegerit omne ad unum locum, & ex illo loco in aream ubi trituretur, qui locus vocatur גורן; id autem quod ex manipulis ſuper terram in acervum colligunt vocatur קובעות, quia ſe habet inſtar tiaræ aut pilei; id omne vero quod colligunt è terræ cavitatibus, vocatur כומכות, quæ vox derivatur à כמום *reconditus*, vid. Deut. 32: 34. Et id quod colligunt ad formam circularem ſimilem molæ vocatur חררה, & eo ſenſu etiam exponit Gemara.

ולעומרים *& in manipulos*, quando colligat faſciculos demeſſos ut indè faciat manipulos magnos, hæc actio vocatur לעומרים *in manipulos*, & omne id quod adducunt de meſſe ad locum unum, ſi ex eo aliquid è manipulo decidat, non eſt verus oblivionis manipulus; ſi etiam ex iſtis locis aliquid ferant ad aream triturationis, & relinquant aliquid in iſtis locis, id cenſetur manipulus oblivionis, & eo ſpectat id quod dicitur, *ſi ex eo ſcil. loco detulerit in aream, in eo obtinet oblivio*; & id quod dicitur, *qui manipulos colligit ad faciendum acervum*, & hoc clarum eſt.

למקום שהוא גמר המלאכה *ad locum quo abſolutum eſt opus*, ejus ſenſus eſt, ad iſtiuſmodi locum ad quem non niſi manipulos detulêre, & quo poſtea non colligunt manipulos, ad faciendum ex iis manipulos magnos. Dicit Scriptura Deut. 24: 19. *quando meſſueris meſſem tuam & oblitus fueris manipulum in campo*, ac ſi dicat, quid eſt meſſis? poſt quam non eſt meſſis; ſic etiam manipulus, poſt quem non datur collectio manipuli, & tum obtinebit jus de oblivione.

GUISIUS.

1 *Galeas.*] Acervos turbinatos inſtar galeæ.

2 *Siros.*] כומכאות, Vox quam non alibi temere reperias. Maimonides חפרה פי אלארץ *foveam in terra* exponit. Quod ſi verum, nec ego multum à vero abludo. Heſychius, Σιροῖς, ὀρύγμασιν, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα. Mox σιροὺς exponit τάφρους ἐσκεπασμένας. Similia ferè apud Suidam, niſi quod ſcribat σειροὺς, & σιῤῥοὺς. Varro de Re ruſtica bis σειροὺς, I. 57. 63. Hinc Columella, *Poſſunt etiam defoſſa frumenta ſervari, ſicut tranſmarinis quibuſdam provinciis, ubi puteorum in modum, quos appellant ſiros, exhauſta humus editos à ſe fructus recipit.* Forſan tamen aliud eſt כומכא. Certe كمر Arabice eſt *manibus congeſſit coegitve rem in rotundiorem formam.* Inde كمرة *Conglobata dactylorum maſſa. Cumulus rotundior arenulum aut terræ*: ut Camuſum eleganter & fideliter exprimit Golius. Sequitur חררה, i.e. *placenta.* Hic autem intelligitur acervus πλακουντώδης.

פרק ו בית שמאי אומרים הפקר לעניים הפקר וב"ה אומרים אינו הפקר עד שיופקר אף לעשירים כשמיטה

Caput 6. Sammæani dicunt, Res pauperibus in commune collata 1 communis eſt. Contra Hillelæi non cenſent communem fore, niſi divitibus etiam

כשמיטה כל עומרי השדה של קב קב ואחד של ארבע קבין ושכחו ב"ש אומרים אינו שכחה וב"ה אומרים שכחה:

etiam communis fiat, uti annus remiſſionis. Si ſinguli in agro manipuli ſingulorum caborum ſint, præter unum qui quaternos capiat, iſque oblivione prætermiſſus ſit, Sammæani dicunt non haberi pro prætermiſſo. Hillelæi cenſent haberi pro prætermiſſo.

R. OB. DE BARTENORA.

Schola Schamai dicit הפקר לעניים *commune faciens pro pauperibus*, quod intelligendum eſt quando aliquis quid commune fecerit non pro divitibus ſed pauperibus, id tenetur ad jus rei communis, & liberum eſt à decimis, quia Scriptura dicit, *de ſpicilegio, & angulo*, לעני ולגר תעזוב אותם *pauperi & peregrino relinques ea*, ubi non erat neceſſarium, ut dicatur *relinques ea*; at hoc fit ut doceamur de alio etiam relinquendi modo, qui eſt, ſi quid factum fuerit commune id cenſendum eſſe ſe habere eodem modo, ſcil. ut detur pauperibus, at non divitibus; ſic etiam ſe habet cum eo quod commune in alio loco dicitur, ut ſit לעניים *pauperibus*, at non לעשירים *divitibus*.

אף לעשירים כשמטה *etiam divitibus ut anno remiſſionis*, quia de remiſſione ac quiete terræ Scriptura dicit והשביעית תשמטנה ונטשתה *& ſeptimo ſcil. anno intermittes, & relinques*, at non erat neceſſum dicere ונטשתה *& relinques*, ſed eo nos vult docere, dari etiam alium relinquendi modum, nimirum, ejus quod quis fecerit commune, eſſe eandem naturam quæ eſt ejus quod reliquerit anno ſeptimo, nimirum, uti fructus remiſſionis anni ſeptimi ſint pro pauperibus, & divitibus, ſic etiam id quod fecerit commune tam ſit pro divitibus, quam pro pauperibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam antea expoſuimus id quod factum eſt commune liberum eſſe à decimis, & id quod quis fecerit commune pro pauperibus tantum, juxta ſententiam Schamai commune, & liberum à decimis, quod probare conatur ex Scriptura dicente, Levit. 19: 10. *pauperi & peregrino relinques ea*, ex quibus juxta ipſum innuitur alius relinquendi caſus, qui eſt pro pauperibus, & non pro divitibus. Schola Hillelis autem dicit, quid ſibi vult Scriptura cum dicit השביעית תשמטנה ונטשתה *anno intermeſſiones intermittes & relinques*? Exod. 23. 11. ubi non erat neceſſarium dicere ונטשתה *& relinques*, unde docemur etiam aliam dari relinquendi formam, quæ ſe habet ut illa. Eſt igitur neceſſe ut intelligas, quod juxta Schamai, id quod quis fecerit commune non pro beſtiis ſed hominibus, pro Iſraelitis & non pro gentilibus, pro pauperibus hujus civitatis, & non pro pauperibus illius civitatis, id omne eſſe commune, & non obligari de decimis.

GUISIUS.

1 *Communis eſt.*] Ideoque à decimis immunis. Hic & ſequens paragraphus extant iterum infra Edai. IV. 3, 4.

SURENHUSIUS.

(a) Quæritur quomodo Hillel intelligit id quod dicitur Levit. 19: 10. לעני ולגר תעזוב אותם *pauperi & peregrino relinques ea*, juxta ſententiam Scamai, undè utique probatum eſt, quod etiamſi tantum ſit commune pauperibus, liberum eſt à decimis pauperum, & Hillel dicit, quod tam divitibus quam pauperibus commune debeat eſſe? reſp. Hillel dicit, quod locus תעזוב אותם *relinques ea* continet exceptionem, nimirum, ut manipulus oblivionis, & ſpicilegium ac angulus ſit commune pauperibus tantum, non divitibus; ſed id quod Exod. 23: 11. relinquendum dicitur, tam divitibus quam pauperibus debeat commune eſſe. Denuo quæritur quomodo locus Exod. 23: 11. תשמטנה ונטשתה *intermittes & relinques* intelligatur Scamai, undè probatum eſt tam divitibus quam pauperibus commune eſſe, quamvis Scamai dicat liberum eſſe à decimis, etſi pauperibus tantum commune ſit? reſp. Scamai putat illud תשמטנה ונטשתה continere exceptionem, nimirum, ut id quod anno ſeptimo relinquitur commune ſit tam divitibus quam pauperibus, adeoque liberum à decimis; ſed id quod Levit. 19: 10 dicitur תעזוב אותם *relinques ea*, & ſi tantum pauperibus ſit commune, & non divitibus, nihilominus liberum eſt à decimis.

(b) Quando unus manipulus quatuor Caborum relictus fuerit inter alios manipulos unius Cabi, dicit Scamai quod iſtiuſmodi non tenetur jure oblivionis, quia ex hoc manipulo quatuor confici poſſunt, & ſi exindè quatuor manipuli poſſunt confici, tum pertinent ad poſſeſſorem agri, dicente Scamai Miſna tertia hujus capitis. Sed Hillel dicit, quod unus tantum manipulus habendus ſit, etiamſi major ſit manipulo ordinario, & propterea æque ac alii ſubjicitur juri oblivionis, ſi relictus fuerit; hæc adducit Lipman ex Talmude Jeruſolymitano.

ב העומר שהוא סמוך לגפה ולגדיש לבקר ולכלים ושכחו ב"ש אומרים אינו שכחה וב"ה אומרים שכחה:

2. Manipulus juxta 1 portam, metam, boves, vel inſtrumenta oblivione relictus, Sammæani dicunt, 2 non habetur pro prætermiſſo. Hillelæi cenſent haberi pro prætermiſſo.

R. OB. DE BARTENORA.

גפה: eſt *murus lapideus*, cujus lapides unus ſupra alterum poſiti ſunt, ſine calce. Per כלים intellige vaſa ſive inſtrumenta aratoria.

Schamai dicit non eſt oblivio, controverſia Scamai & Hillelis eſt de manipulis, quos quis acquiſiverit ad deferendum in civitatem, & depoſuerit ad latus muri, aut acervi, quo eos obliviſcitur, de quo Scamai dicit, non eſſe oblivionem, quatenus eos jam de jure ſibi acquiſivit; Hillel vero dicit, eſſe oblivionem; & id quod Miſna in ſequentibus dicit, *manipulus quem ſibi quis acquiſivit ad deferendum eum in civitatem, & eum fuerit oblitus, juxta ſententiam utriuſque Schamai & Hillelis non eſt oblivionis manipulus*, id intelligendum eſt, quando non reliquit manipulum ad latus muri, aut acervi. Alia expoſitio, *Schamai dicit non eſt oblivio*, etiam in manipulo quem nequaquam ſibi jure acquiſivit non habet locum oblivio, quia poterit eum reliquiſſe juxta ſignatum aliquem locum, ut de eo recordetur. *Hillel dicit eſt oblivio*, quamdiu non jure eum acquiſiverit ſibi, & conſentit Hillel, quod ſi jam jure acquiſiverit ſibi, & poſtea eum fuerit oblitus, non dari oblivionem, uti dicitur in ſequentibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גפה: eſt *murus lapideus*, à radice גוף *claudere*, vid. Nehem. 7: 3. גדיש eſt *acervus manipulorum*. כלים *inſtrumenta* ſupple aratoria; expoſuimus in Gemara, non eſſe inter eos controverſiam, uti apparere cæteroquin poſſet ex hac Miſchna, non dari oblivionem in tali caſu; ſed diſſentiunt in eo, ſi quis acceperit manipulos ad deferendos eos in civitatem, & oblitus fuerit manipulum in uno ex iſtis locis jam in præcedentibus dictis, quem Schamai dicit poſſe capi, & juſtè acquiri, utpote non manipulum oblivionis; at Hillel contrarium affirmat.

GUISIUS.

1 *Portam.*] נפרה Maimonidi est מגלק אלחריקה, *porta horti*, latior nempe & depressior, vecturis accommodata. R. Juda Harizius, qui Maimonidis præfationem in hunc Ordinem, & commentarium in quinque Titulos priores Hebraice expressit, inepte hoc vertit שער העגולה *portam circuitus*. Bertinorius נפרה vult esse *parietem ex cæmentis structum sine luto*; & hanc interpretationem repetit ad Chil. II. 8. & Edai. IV. 4. Verum ad Baba metz. II. 2. rectius meo judicio, & appositissime quidem נפרה exponit סתימת כותל של עץ או של קנים *clausura parietis lignea vel arundinea*: ut sit porta, qualem diximus, clathrata vel cratitia.

2 *Non habetur.*] Quippe censent, ipsum locum argumento esse, manipulum istum jampridem à proprietario occupatum fuisse, utpote à quo illuc delatus sit: at cùm semel occupaverit proprietarius, jam non amplius valet Lex de prætermisso, ut mox sequitur.

ג ראשי שורות העומר שכנגדו מוכיח העומר שהחזיק בו להוליכו אל העיר ושכחו מודים שאינו שכחה :

3. Ordinum initia manipulus qui ex adverso est 1 coarguit. Manipulus, qui prehensus fuerat, ut in urbem portaretur, si deinceps oblivione relictus sit, consentiunt, quod non habetur pro prætermisso.

R. OB. DE BARTENORA.

ראשי שורות : *principia ordinum*, est locus in sequentibus exponendus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העומר שכנגדו מוכיח : *manipulus qui est è regione demonstrat*, ordo Mischnæ hic esset, si manipulus sit oblivionis, principium ordinis è regione ejus demonstrat an sit manipulus oblivionis, aut non. Et quod dicitur, *consentiunt non esse oblivionis manipulum*, intelligas, quando non oblitus est manipulum juxta murum, aut acervum, uti diximus.

GUISIUS.

1 *Coarguit.*] Id est, indicat utrum manipulus sub lite ad initium ordinis avecti pertinuerit, ut ita pro prætermisso habeatur; an vero ad initium ordinis deinceps auferendi, ut sic non habeatur pro prætermisso. Quippe adversus manipulus monstrat, utrum hic extra ordinem sit necne.

ד ואלו הן ראשי שורות שנים שהתחילו מאמצע השורה זה פניו לצפון וזה פניו לדרום ושכחו לפניהם ולאחריהם את שלפניהם שכחה ואת שלאחריהם אינו שכחה יחיד שהתחיל בראש השורה ושכח לפניו ולאחריו שלפניו אינו שכחה ושלאחריו שכחה מפני שהוא בבל תשוב זה הכלל כל שהוא בבל תשוב שכחה ושאינו בבל תשוב אינו שכחה :

4. Ita se habent ordinum initia. Quum duo inchoaverint à medio ordine, hic ad septentrionem, ille ad meridiem conversus, si obliti prætermittant tum antrorsum tum retrorsum, quod ante est, habetur pro prætermisso; quod pone, 1 non habetur pro prætermisso. Unicus autem, qui inchoaverit ab ordinis initio, si oblitus prætermisit antrorsum & retrorsum, quod ante est, non habetur pro prætermisso; quod pone, habetur pro prætermisso; quia comprehenditur interdicto (Deut. XXIV. 19.) *non reverteris*. Hæc est regula generalis. Quicquid comprehenditur interdicto, *non reverteris*, habetur pro prætermisso: quod non comprehenditur interdicto, *non reverteris*, pro prætermisso non habetur.

R. OB. DE BARTENORA.

שנים שהתחילו מאמצע שורה : *duo qui inceperint è medio ordinis*, supple manipulorum, unus suam faciem vertens ad septentrionem, alter vero ad meridiem.

ושכחו לפניהם *& obliti fuerint id quod ante faciem eorum*, postquam inceperint colligere manipulos transierunt unum manipulum, cumque obliti fuerunt, censetur oblivio, quia dicitur *non reverteris ad capiendum eum*.

ולאחריהם אינו שכחה *at post illos non datur oblivio*, quando unus verterit faciem ad septentrionem, alter vero ad meridiem, & inceperint ad colligendum manipulos, ut relinquatur unus manipulus inter eos quem obliviscuntur; אינו שכחה *non est oblivio*, quia unus confidit alteri, & sic obliviscuntur.

Si unicus inceperit à principio ordinis, hoc exponitur per id quod Mischna dixit in præcedentibus, ut, *principia ordinum, manipulus qui ante eum demonstrat*, nimirum, si sint decem ordines decem manipulorum in unoquoque ordine ordinatorum à septentrione ad meridiem, & si tum inceperint colligere manipulos in principio unius ordinis, & obliti fuerint unum manipulum post eos, is censetur oblivionis manipulus, quia eum transilivit, & collegit manipulum proximè adjacentem, huic applicatur quod dicitur *non reverteris ad capiendum eum*; sed si unum aut duos oblitus fuerit manipulos in principio ordinis ante eum, eosque relinquens inceperit colligere in principio secundi ordinis, non obtinebit oblivio, quia ei non applicatur *non reverteris ad capiendum illum*, quatenus dicamus in-

tentio-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit את שלפניהם שכחה *id quod est ante eum oblivio est*, ejus sensus est, id quod reperitur ante unumquemque eorum est post tergum alterius, & prohibitum est ipsi ut se vertat retrorsum, & colligat illic manipulos, uti dicetur in sequentibus.

לאחריהם אינו שכחה *post eos non est oblivio*, i. e. cum manipulo quem reliquerunt in loco quo inceperunt metere, quia ille adhuc jungitur manipulis terræ infixis, qui ordinati ac constituti sunt ab oriente ad occidentem, res se habet ac si incepissent alterum ordinem ad occidentem aut orientem, & hujus est sensus, quando dicitur Misna 3. *manipulus qui ante eum est demonstrat*. Hi autem ordines sunt manipulorum, ego vero dedi punctorum figuras in loco ubi de manipulis, ut hic casus exponatur, & hoc quidem modo erunt figuræ illæ manipulorum, quomodo se habet jus eorum. Quod dicitur לא תשוב *non reverteris*, id vult, quod eo modo transgreditur Scripturæ verba, quæ sonant לא תשוב לקחתו *non reverteris ad capiendum eum*, *sed peregrino*, *orphano*, *& viduæ erit*.

tentionem ejus esse ad faciendum alium ordinem ex illis quos reliquit manipulos, ab oriente ad occidentem, hoc est quod Mischna dicit, *manipulus qui ante eum demonstrat*, quia manipuli aliorum ordinum demonstrant super eos quos reliquit, quod eos non oblitus est, quia censendi sunt inter eos qui sunt in alio ordine. *Guisius.* 1 *Non habetur.*] Quia pertinet ad ordinem transversum.

ה שני עומרים שכחה וג׳ אינם שכחה שני צבורי זיתים והחרובין שכחה וג׳ אינן שכחה שני הוצני פשתן שכחה וג׳ אינן שכחה שני גרגרים פרט וג׳ אינן פרט שתי שבלים לקט וג׳ אינן לקט אלו כדברי בית הלל ועל כולן ב״ש אומרים ג׳ לעניים וד׳ לבעל הבית:

5. Duo manipuli habentur pro prætermisso; tres non habentur pro prætermisso. Duo olivarum, vel siliquarum acervi habentur pro prætermisso; tres non habentur pro prætermisso. Duo lini 1 fasces habentur pro prætermisso; tres non habentur pro prætermisso. Duo acini habentur pro 2 acinilegio; tres non habentur pro acinilegio. Duæ spicæ habentur pro spicilegio; tres non habentur pro spicilegio. Hæc ad mentem Hillelæorum. Verum de universis Sammæani; Terna pauperibus cedunt, quaterna proprietario.

R. OB. DE BARTENORA.

הוצני פשתן: sic vocantur lina quando evelluntur è terra eo quod se habent ut הוצין *spinæ*.

Duo acini decidui juxta Hillelem, quod probat quia scriptum est, *pauperi & peregrino relinques*, i.e. unum pro paupere, & alterum pro peregrino, ubi duo. Schola Schamai vero dicit, *tres esse pro pauperibus, quatuor autem esse pro possessore*, & hoc, quia Scriptura dicit *peregrino, orphano & viduæ erit*, ubi numerantur tres personæ, ideoque tres esse relinquendos, pro unoquoque unum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צבורי notat *acervos*. הוצני פשתן sunt linorum calami antequam evulserint eos. פרט notat id quod dicitur Levit. 19: 10. ופרט כרמך לא תעולל & *uvas deciduas vitis tuæ non recolliges*, sunt igitur acini isti quasi uvarum particularitas. Hillel autem probare conatur ex Scripturæ loco, ubi dicitur, *pauperi & peregrino relinques*, duo semper esse relinquenda, quia ibi de duabus personis mentio fit. Schamai vero probat ex eo quo dicitur *peregrino, orphano & viduæ erit*, & propterea semper tria ex unaquaque specie esse relinquenda.

GUISIUS.

1 *Fasces.*] Corrigendi codices impressi, qui habent הוצני; quomodo etiam legunt Commentatores recentiores. Vox nihili est. R. Nathan olim legebat חוצני; atque ita MS. Maimonides, & R. Tanchum. Est autem חצן vox ex Bibliis satis nota, quanquam haud scio an satis explicata. Ut aliorum interpretationes præteream, vera vocis notio patet ex lingua Arabica, ubi حضن est, definientibus eorum Criticis, ما دون الابط اي الكشح *pars corporis inter axillam & hypochondrium.* Hinc احتضن, *rem ad partem istam corporis applicatam gestavit*, i. e. sub axillam, inter brachium & latus. Hinc etiam حضن, & Hebræis חצן *locus inter brachium & latus* ubi ita gestatur. Ps. CXXIX. 7. וחצנו מעמר, *nec is qui manipulos vincit, suum* חצן. *Axillam* ibi habet vulgatus; & R. Salomo vernacule "אישלא״, proxime ad rem. Hinc denique nobis hic חוצן *fasciculus, quantum sub axilla ferre quis potest.* Et hoc etiam Arabibus suum حضن. Zamacsharius, اعطاه حضنا من البرّ اي قدر ما احتمله في حضنه *Dedit illi* حضنا *frumenti*, i. e. *quantum ferre potuit inter brachium & latus.*

2 *Acinilegio.*] פרט proprie singulares, vel ut plurimum bini acini sunt qui inter vindemiam deteruntur. Hinc LXXII. pro פרט Lev. XIX. 10. simpliciter ponunt ῥῶγας.

ו העומר שיש בו סאתים ושכחו אינו שכחה בי עומרים ובהם סאתים ר״ג אומר לבעל הבית וחכמים אומרים לעניים אמר ר״ג וכי מרוב העומרים יופי כחו של בעל הבית או הורע כחו אמרו לו יופי כחו אמר להן ומה אם בזמן שהוא עומר אחד ובו סאתים ושכחו אינו שכחה שני עומרים ובהם סאתים אינו דין שלא יהו שכחה אמרו לו לא אם אמרת בעומר אחד שהוא כגדיש תאמר בשני עמרים שהן ככריכות:

6. Manipulus duo continens sata oblivione relictus non habetur pro prætermisso. Duo manipuli qui duo continent sata, Rabban Gamaliel ait, proprietarii esse censentur. At Sapientes volunt pauperibus cedere. Inquit Rabban Gamaliel: nunquid igitur ex auctiore manipulorum numero melior fit conditio proprietarii, an deterior? Agnoverunt meliorem fieri. Quibus ille: Quid ergo, si unus manipulus duo continens sata, quum oblivione relictus sit, non habeatur pro prætermisso; duo manipuli qui duo continent sata, nonne æquum est, ut non habeantur pro prætermisso? Responderunt; Nequaquam. Si illud affirmaveris de unico manipulo, qui metam æquat; nunquid & idem affirmabis de duobus, qui fasciculorum sunt instar?

R. OB. DE BARTENORA.

העומר שיש בו סאתים אינו שכחה: *manipulus in quo sunt duo sata non est oblivio*, quia Scriptura dicit, *non reverteris ad capiendum eum*, intellige manipulum quem quis poterit hume-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod dicit R. Gamaliel וכי מרוב העומרים *si sint manipuli multi*, interrogative intelligas, ac si dicat, si sint manipuli multi in campo relicti, estne in eo incrementum an vero damnum

humero levare totum una vice, & deferre eum humero, id quod excludit manipulum continentem duo ſata, quem una vice humero imponere nequit, ut eum ferat. Quod dixerunt Sapientes Gamalieli יפה כחו *melior eſt potentia ipſius*, uti diximus, vult, duos cenſeri oblivionem, at tres manipulos non cenſeri oblivionem. Porro reſpondent Sapientes, dicentes nequaquam eſſe oblivionem habendam, ſi unus manipulus contineat duo ſata, quia iſtiuſmodi habetur ut acervus, at in acervo non habet locum oblivionis jus; ſed ne idem dicas de duobus manipulis, quia illi ſunt cenſendi ut reliqui manipuli minores. כבריכות ſunt faſciculi minores.

dammum pro poſſeſſore? reſponderunt Gamalieli affirmando, nimirum, multitudinem relictorum manipulorum prodeſſe poſſeſſori, & non obtinere jus oblivionis, ſi fuerint multi; cum vero in hac parte conveniſſent Sapientes cum Gamaliele, objicit iterum Gamaliel ex eorum verbis, dicens, quomodo vos dicatis multitudinem manipulorum cenſeri damnum poſſeſſoris, quia dicitis non obtinere oblivionem quando unus tantum fuerit relictus manipulus, at ſi duo, obtinere jus oblivionis? reſpondent ipſi Sapientes, ſi fuerit unicus manipulus, ſe rem habere uti cum acervo, Scriptura dicente *quando oblitus fueris manipulum*, non autem acervum, ſi autem fuerint duo manipuli relicti, tum ſe res habet uti cum manipulis minoribus. Et præterea dicit Scriptura *non reverteris ad capiendum eum*, manipulus quem manu tua apprehendere potes, excludit eum quem non potes apprehendere manu, & tecum ferre; deciſio non eſt juxta R. Gamaliel.

ז קמה שיש בה סאתים ושכחה אינה שכחה אין בה סאתים אבל היא ראויה לעשות סאתים אפילו היא של טופח רואין אותה כאלו היא עגורה של שעורים :

7. Seges, quæ continet bina ſata, oblivione relicta non habetur pro prætermiſſo. Si non contineat bina ſata, verum tanta ſit, ut deberet bina ſata facere, ſi vel 1 typhæ ſit, eo habent loco, ac ſi foret proventus hordeaceus.

R. OB. DE BARTENORA.

Seges, quæ continet duo ſata, ſi obliviſcantur eam, non cenſetur oblivio, docemus enim oblivionem ſegetis ex oblivione manipuli, nimirum, uti manipulus duo proferens ſata ſeminis non eſt oblivioni obnoxius, ſic etiam ſeges duo proferens ſata non eſt obnoxia; præterea oblivionem ſegetis docemus ex eo quod dicitur, ושכחת עומר בשדה *& oblitus fueris manipulum in agro*, includimus etiam *oblivionem ſegetis*.

טופח *Tophach* eſt ſpecies leguminis valdè tenuis quod Arabicè vocatur גילבאן; tractat autem textus de ſegete hordei uredine tacta, cujus grana attenuarunt ut *Tophach*, etiam hoc modo conſiderandi ea grana, ac ſi eſſent denſiora ut reliqua grana hordei; ſi autem ea habeant ut grana hordei denſiora, reputent neceſſe eſt ea etiam continere duo ſata, etiamſi illa quæ uredine tacta ſint & non contineant duo ſata, non reputentur oblivioni obnoxia. At non dicendum eſt grana Tophach propriè habenda ut grana hordei denſiora, ſed ut grana hordei uredine tacta, & ad inſtar *Tophach* facta, uti dicitur in Talmude Jeruſolymitano, *conſiderant grana quæ uredine tacta, ac ſi eſſent plena.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sciendum eſt oblivionem tam in ſegete quam in manipulis obtinere locum ſuum, quia Scriptura dicit, *& ſi oblitus fueris non accipies*. Jam expoſuimus vocem *Tophach* notare ſpeciem granorum quæ Arabicè vocatur קורטמן, hac ſpecie grani ſi campus conſeratur magnus producet parum ſeminis, & maxima ejus pars conſtabit ſtramine, & ſtipulis, ideo dicitur etiam poſt triturationem, & ventilationem non colligi ex eo duo ſata, conſiderando iſtiuſmodi ſpicas ut grana hordei, cujus grana denſiora ſunt; in hoc igitur ſemine ſi inveniantur duo ſata, non erit hæc ſeges *Tophach* oblivioni obnoxia.

GUISIUS.

1 *Typhæ.*] Maimonides ubicunque occurrit טופח, intelligit Medicorum קרטמאן. Illud autem ſupra ad V. 3. & ad Tebul yom I. 2. vult eſſe granum viribus proxime accedens ad hordeum. Hic, adeo infrugiferum, ut area bene larga parum ſeminis producat, toto fere in ſtramen & ligna abeunte. Ad Chil. I. 1. granum candidum, rotundum, fractu difficile, natura ad hordeum proxime accedens. Ad Sheb. IX. 4. ſponte ſine cultura provenire. Melicæ vel ſorghi ſpeciem intelligere videtur, quam etiam Bellonius Arabibus *harcoman* appellari notat. Dixiſſe debuit *hartoman*. Idem هرطمان & قرطمان ut expreſſis verbis docent Beitharides & Author Malayeſæ. Apud Avicennam mendoſe legitur هرارطمان, pro quo Cremonenſis *hareoman*, adhuc corruptius. Inde forſan Bellonius ſuum *hareoman*. Procul dubio Avicenna ſcripſit هرطمان. Atque ita illi ſuppar Ebn Jazla. Ita etiam Bellunenſis & Plempius. Quid autem ſit هرطمان vel ڤهرطمان non ſatis convenit inter Arabes. Beitharides ei accommodat deſcriptionem bromi Dioſcoridis ex lib. II. Ebn Al-Cabatius in Malayeſa accuratius ut videtur هو حب يشبه الجلبان وبعضهم يجعله جلبانا وليس كذلك لان الهرطمان فيه حمرة وسواد وذلك يشوبه غبرة ونباته كالحنطة وثمرته في غلف مقسومة نصفين *Granum eſt piſo ſimile, quod & nonnulli pro piſo habent. Sed aliter res eſt. Quippe Horteman rubedine & nigredine diſtinguitur, admixtis etiam leviter aliis coloribus; culmus qualis tritici; fructus in tegumentis biſectis*. Et quidem טופח alicubi in Miſna generi frumentaceo, ut hic; alibi leguminoſo contribuitur ut Chil. I. 1. Hoc in cauſa fuiſſe videtur Maimonidi, ut קרטמאן eſſe vellet; quia id utrumque genus quodammodo refert. Sed ægre id mihi perſuaſerit. Certe ſi culmus ei frumentaceus, vix fieri poſſe videtur, ut Chil. I. 1. non haberetur diverſi generis à legumine. Ob hanc rationem repudiandam cenſeo iſtam Maimonidis ſententiam, quam toties ingerit. Hic ſumi videtur pro degeneri hordeo. Typham poſui; rectene an ſecus non ſatis ſcio. Sed ſonus convenit: & ita exponunt Muſaphias & Cohen de Lara. In Talmude Hieroſ. pro טופח ponitur מילותה, quod quid ſit neſcio. Locum autem in hodiernis codicibus non ſatis ſanum afferam ad Chil. I. 1.

ח הקמה מצלת את העומר ואת הקמה עומר אינו מציל לא את העומר ולא את הקמה אי זו היא קמה שהיא מצלת את העומר כל שאינה שכחה אפילו קלח אחד :

8. Seges 1 eximit manipulum & ſegetem. Manipulus non eximit, neque manipulum, neque ſegetem. Quænam ſeges manipulum eximit? quæcunque non habetur pro prætermiſſo, vel culmus unicus.

R. OB. DE BARTENORA.

הקמה מצלת העומר : *ſeges quæ liberat manipulum*, intellige ſegetem, quæ non cenſetur oblivio, ſed quæ poſita erat ad

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura כי תקצור ושכחת עומר *quando meſſueris & oblitus fueris manipulum*, dixêre Sapientes, manipulus, circa

ad latus manipuli quem obliti erant, eam liberare manipulum de oblivione, quia Scriptura dicit, *quando messueris & oblitus fueris manipulum*, ergo manipulus circa quem invenitur messis censendus est de oblivione relictus, at non manipulus circa quem seges.

ואת הקמה *& segetem*, si oblitus fuerit segetem, & culmi ejus fuerint juncti cum alia segete, quæ non censebatur oblivio, tum hæc seges quæ non erat oblivioni obnoxia, liberat segetem oblivione relictam, utpote cum ea junctam.

העומר אינו מציל *manipulus non liberat*, si manipulus sit relictus oblivione, aut seges in latere manipuli non oblivione relicti, tum manipulus qui non oblivione relictus non liberat, neque segetem, neque manipulum oblivione relictum.

circa quem invenitur messis, est manipulus oblivionis, at non manipulus circa quem seges; si oblitus fuerit manipulum cum segete junctum, non est oblivionis ille manipulus. Sic etiam se res habet, cum segetem oblitus fuerit, cujus spicarum capita attigerint aliam segetem, quæ contineat duo seminis sata, aut etiam magis, tum liberata erit ab oblivione seges illa cujus culmorum, aut spicarum capita attigerint aliam segetem, & id quod relinquitur cedet possessori agri; hoc sensu loquitur Mischna cum dicit מצלת העומר ואת הקמה *liberat manipulum & segetem*. At si oblitus fuerit manipulum conjunctum cum alio manipulo qui non oblivione relictus est, tum manipulus oblivione relictus reputabitur istiusmodi, at non alius ipsi junctus. Sic etiam se res habet cum segete qui non continet duo sata, & posita juxta latus manipuli, qui non censetur oblivione relictus, tum seges tantum tenetur oblivione, eo sensu dicitur העומר אינו מציל וכו' *manipulus non liberat, neque manipulum, neque segetem*. In sequentibus ulterius exponetur sati quantitas; סאתים notat *duo sata*. *Guisius*.

1 *Eximit.*] Periculo liberat, ne habeatur pro prætermisso.

ט סאה תבואה עקורה וסאה שאינה עקורה וכן באילן והשום והבצלים אינן מצטרפים לסאתים אלא של עניים הם רבי יוסי אומר באת רשות העני באמצע אינן מצטרפין ואם לאו הרי אלו מצטרפין:

9. Satum frumenti avulsi, & satum non avulsi (& similiter in arboribus, allio, & cæpis,) non conflantur [1 ad duo efficienda sata,] sed pauperibus cedunt.] R. Joses ait; Si interveniat dominium pauperis, non conflantur; alioquin conflantur.

R. OB. DE BARTENORA.

עקורה: idem est quod תלושה *evulsum è terra*. Et *non evulsum*, est id quod terræ infixum unde excrescit.

אין מצטרפין לסאתים *non conjungunt duo sata*, quia dicimus, quod non sunt sub jure oblivionis, sed si sint sub jure oblivionis, etiam habebuntur istiusmodi; & hoc ipsum intelligitur de duobus satis oblivione relictis, nam si oblitus fuerit eum qui evulsus, & eum qui nondum evulsus non oblitus fuerit, tum is qui nondum est evulsus ab oblivione liberat illum qui fuerit evulsus, & conjunctus cum altero.

וכן באילן *& sic se res habet cum arbore*, unum satum fructuum evulsorum conjunctum cum uno sato fructuum in terra crescentium non conjungitur, ut utrumque veniat sub jus oblivionis.

השומים והבצלים *allium & cepa*, unum satum de segete allii, & unum satum de segete ceparum non conjungantur, ut inde fiat seges duorum satorum; sic etiam satum allii evulsi, & satum ceparum nondum evulsarum; itidem unum satum ceparum evulsarum, & unum satum ceparum nondum evulsarum, non conjungantur. אם באת רשות העני באמצע *si veniat jurisdictio pauperis in medio*, nimirum si spicilegium reperiatur inter unum satum & inter alterum; & sic etiam se res habet cum vinea, si reperiatur uva decidua inter unum satum & alterum; at in fructibus arborum accidere nequit, ut jurisdictio pauperis veniat in medio duorum satorum, quia ibi non datur spicilegium, neque deciduum quid; decisio non est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus jam in præcedentibus duo sata non esse sub jure oblivionis, & si oblitus fuerit unum satum de segete, & unum de eo quod evulsum, non conjungetur unum cum altero, neque obnoxium erit juri oblivionis. Sic etiam se res habet cum arbore, si pars quantitatis unius sati in ea fuerit oblivione relicta, & altera pars fuerit evulsa ex terra; itidem si conjungat cepas & allium, quando reliquerit partem in terra, & pars fuerit jam evulsa, ut una tantum æstimetur oblivione relicta, non autem ea quæ nondum evulsa; neque dicendum est eas posse conjungi, ut eo modo utraque sit sub jure oblivionis. R. Jose dicit, quod possunt conjungi, nisi jurisdictio pauperis dividat inter eas partes, quod sit, quando pauper de jure sibi aliquid horum acquirit quæ evulsa sunt, aut etiam eorum quæ adhuc crescunt in terra, ut, si obliti fuerint unam partem, deinde cum ea una non conjungatur altera pars, ut per istam conjunctionem etiam juri oblivionis fiat obnoxia; decisio non est juxta R. Jose.

GUISIUS.

1 *Ad duo effic.*] Ut ita non obnoxia sint legi de prætermisso; quippe quod bina æquat sata, ista lege non tenetur. Verum uncis inclusa absunt à Talmude Hierosolymitano, & à MS. Videntur ex glossemate irrepsisse.

י תבואה שנתנה לשחת או לאלומה וכן באגודי השום ואגודות חשום והבצלים אין להם שכחה וכל הטמונים בארץ כגון הלוף והשום והבצלים רבי יהודה אומר אין להם שכחה והכ"א יש להם שכחה:

10. De frumento in pabulum defecto, vel in 1 tomices; atque ita de 2 tomicibus allii, item de fasciculis allii & cæparum; de his non habetur Prætermissum. De universis in solo occultis, veluti 3 de aro, allio, & cæpis, R. Juda ait, non habetur prætermissum. Sapientes haberi prætermissum volunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שנתנה לשחת: *quod datur in Schachat*, *Schachat* est herbæ species, quæ metitur dum adhuc viret, & viridis objicitur bestiis in pabulum.

לאלומה *in fasciculos*, qui metuntur ut cum iis colligantur manipuli alii, sic Gen. 37: 7. מאלמים אלומים. Porro dicit אגדי השום *fasciculi allii*, intellige allium quod colligitur ut inde conficiatur fasciculus alius allii.

אגודות

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam in superioribus exposuimus vocem שחת notare pabulum quod porrigitur bestiis; אלומה autem notat *fasciculum manipulorum*; & sensus est, si segetem omnem demessuerit, & inde confecerit fasciculos, at non conjunxerit manipulos cum illis fasciculis, quia fasciculi fiunt manipuli postquam in unum fuerint collecti, at *fasciculi allii* sunt conjunctiones allii in radicibus plantæ ejus, nam una planta multas in se con-

אגודות השום והבצלים *fasciculi allii & ceparum*, si eorum fasciculos oblitus fuerit, nihilominus tamen non tenentur oblivione, quia moris est ut ex allio & cepis conficiant fasciculos minores, è quibus quinque aut sex deinde conficiunt unum magnum fasciculum; jam autem de minoribus loquitur, quando dicit quod liberi sunt ab oblivionis jure, quia se res habet ac si manipulos colligat in quo nondum perfecta sunt opera, uti diximus supra in fine capitis quinti, quod non tenentur jure oblivionis. R. Jehuda dicit אין להם שכחה *non sunt sub jure oblivionis*, scil. omnia genera frugum quarum comestio fit in parte quæ contegitur terra, quia Scriptura dicit בשדך *in agro tuo*, id est agro aperto, quo excipitur ager septus ac undique clausus, ita ut hi fructus dicantur absconditi respectu agri etiam. *Sapientes dicunt quod tenentur de jure oblivionis*, quia Scriptura dicit בשדך *in agro tuo*, quo intelligatur ager apertus; præterea etiam dicit קצירך *messis tua*, quod etiam intelligendum est de agro aperto, ubi habeas exceptionem, post exceptionem, jam vero non datur exceptio post exceptionem, nisi ad multiplicandum quoque jus aliarum rerum, hac de causa includimus id quod absconsum est, uti sunt cepæ, allium, & raphani; decisio non est juxta R. Jehuda.

continet radices; præterea de natura allii est ut excutiantur ope manus antequam ex eo conficiant manipulos.

טמונים בארץ *abscondita in terra*, intellige istiusmodi genera quæ comeduntur quod ad partem sub terra crescentem, uti sunt cepæ, allium, & raphani quorum suprema pars non comeditur. לוף est species ceparum, quæ Schevignit cap. 7. dicitur *cepa stulta*. At decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Tomices.*) Maimonides *fasciculos*. Mittus bene.

2 *Tomicibus.*) אגידים Maimonides interpretatur *plurimas allii caules ex eadem radice ortas & naturaliter conjunctas.* Et hoc sine exemplo. אגידים, vel ut melius legitur in Talmude Hierosolymitano אינודים sunt tomices. R. Nathan ex Succa, הותר איגודו *soluta tomice* εἰρεσιώνης, quam gestare solent in festo Scenopegiæ.

3 *Aro.*) Centies in Misna recurrit לוף; & tamen nesciunt Judæi quid sit. Maimonides non dubitat speciem esse cæpæ. Hinc R. Tanchum נוע מן אנואע אלבצל אלבמי *Species quædam est cæpæ agrestis*; ignorans alibi etiam legi לוף שוטה, *fatuum vel agreste* לוף, ut ab hortensi distinguatur. Addit ואן כאן תם מן ירי אנה אלקלקאס לכן אלאול הו אלצחיח אלתפק עליה וקיל אנה בצל אלנצל *Quanquam non desint, qui habeant pro colocasia. Sed quod prius posui verum est, de quo etiam convenit. Dicitur etiam scillæ bulbum esse.* Sed לוף *arum* est. Dioscorides, Ἄρον τὸ καλούμενον παρὰ Σύροις λοῦφα. لوف etiam Arabibus *arum*. Medici eorum antiquiores duas species dant, lævem & crispam, quarum hæc Græcorum *dracontium*, illa *arum*. Ita Ebn Jazla & Avicenna. Ita etiam Pandectarius Arabs Serapio, & apud eum alii non pauci. Recentiores, Ebn Al-Cabatius in Malayesa, & Beitharides tertiam speciem addunt, *arisarum* Dioscoridis. Verum simpliciter لوف *Arum* est Abi-Hanifæ & aliis apud Pandectarium. Dracontium autem لوف الحية *Luph serpentis*. Atque hinc est, quod nonnemo apud R. Tanchumum, לוף exponat *Colocasiam*. Ita R. Daniel, Nathanis Lexicographi frater, quem forsan intelligit. Colocasiam intellige, non Dioscoridis, quæ vera est faba Ægyptiaca in Nilo nascens, & inter bulbosas nequaquam numeranda: sed bulbosam, quam memorant Palladius, Ætius, & alii veterum, & quam eo nomine describunt Herbarii vulgares, aro simillimam, vel forsan ipsum arum. Nota Dioscoridis de aro, ὃ Κύπριοι καὶ κολοκάσιον λέγουσι. Beitharides, اذان الفيل قيل انه القلقاس وقيل هو اللوف الابيض وهذا هو الاصح *Auricula elephantis colocasia esse dicitur, sed & luph majus* i. e. dracontium; *quod verius.* Auriculam elephantis dracontium esse vult Beitharides, & Græce dici فيلجوش. Sed juxta Ebn Jazlam فيلجوش utrumque لوف complectitur, arum, & dracontium. Nec vox Græca est, sed Persica. Zein al Attar Persa, فيلجوش بپارسي بيلكوش خوانند وان اوفست i.e. فيلجوش *Persice* بيلكوش, i. e. *aurem elephantis vocant*; *est autem* لوف. Et certe ari folia non parum referunt aures elephantis. Hoc ergo erat, quod nonnulli vocabant colocasiam; quod Beitharides non probat. Ignorabat enim colocasiam bulbosam, quæ species ari; aquaticam describit, quæ ab aro toto cœlo discrepat. Quod autem in Misna לוף semper fere conjunctum venit cum allio & cæpa; hoc etiam in arum bene quadrat. Ætius de sua colocasia, quæ ari species, παραπλήσια ταύτης ἡ ῥίζα καὶ δύναμίς ἐστι τοῖς γογγύλοις, καὶ κρομμύοις. Abu-Hanifa Dinurius apud Serapionem de aro, له بصل شبيه ببصل العنصل, *bulbum habet*, *qualis est scillæ bulbus.* Glossæ Jatricæ, κολοκάσιον, βολβὸς, ἢ σκιλλοκρόμμυον. Hinc ille à R. Tanchumo laudatus, pro vera habuit scilla.

יא הקוצר בלילה והמעמר והסומא יש להם שכחה ואם היה מתכוין ליטול את הגס אין לו שכחה אם אמר הרי אני קוצר על מנת מה שאני שוכח אני אטול יש לו שכחה:

11. Si quis noctu metit, vel vincit, vel cæcus, competit prætermissum. Si autem in mente habuit crassiuscule delibare, de eo non competit prætermissum. Si dixerit, 1 *Hac conditione messurus sum, ut si quid oblitus præteream, deinceps auferam*, de eo competit prætermissum.

R. OB. DE BARTENORA.

Is qui metit nocte, & qui colligit manipulos, supple nocte; *Et cæcus*, supple tam nocte quam die tenetur. *Si in animum induxerit facere crassiores manipulos*, si fuerit intentio ejus facere crassiores, fecerit autem tenuiores, non tenentur de jure oblivionis. *Ea conditione, ut, si id quod oblitus fuerit capiat, obligetur de jure oblivionis*, quia conditiones facit contra Scripturam, ideo ejus conditio non valet.

GUISIUS.

1 *Hac conditione.*] Quippe istiusmodi conditio irrita censetur, ut Legi contraria. Regula juris est: כל המתנה על

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Is qui metit &c., jam exposuimus in hoc capite cum qui metit obligari oblivionis jure quando obliviscitur segetem, sic etiam is qui manipulos colligit, si conditiones ineat ut revertatur & accipiat id quod oblitus est, conditio ejus de nullo est, quia pro fundamento tenemus, si quis conditiones ineat contra id quod scriptum est in Lege, ejus conditiones non valere, nisi fuerit in re pecuniaria, ut dicetur suo loco.

מה שכתוב בתורה תנאו בטל, *Si quis quidpiam paciscatur contra illud quod in Lege scriptum, pactum irritum censetur.*

פרק ז כל זית שיש לו שם בשדה אפילו כזית הנטופה בשעתו ושכחו אינו שכחה במה דברים אמורים

Caput 7. Quæcunque olea celebritatem adepta est in agro, 1 veluti olea Netophathæa suo tempore, si oblivione relinquatur, non tamen sumitur

אמורים בשמו ובמעשיו ובמקומו בשמו שהיה שפכוני או בישני במעשיו שהוא עושה הרבה במקומו שהוא עומד בצד הגת או בצד הפרצה ושאר כל הזיתי׳ שנים שכחה ושלשה אינן שכחה רבי יוסי אומר אין שכחה לזיתים :

tur pro prætermissâ. Quo sensu dicuntur hæc? Videlicet nomine, proventu, vel loco. Nomine, ut fuerit Saphconæa, vel 2 Besanæa. Proventu, ut fuerit fructu fœcunda. Loco, ut posita fuerit juxta torcular, vel prope effractam sepem. De cæteris omnino oleis binæ pro prætermisso habentur; ternæ non habentur pro prætermisso. R. Joses dicit, Non est prætermissum de oleis.

R. OB. DE BARTENORA.

כזית הנטופה *ut oliva nethupha*, vocatur hæc oliva istiusmodi nomine quod tempore suo stillat oleum, quamvis non stillet omni anno, hæ autem olivæ si oblivione relinquantur non tenentur de jure oblivionis, quia Scriptura dicit ושכחת עומר בשדה & *oblitus fueris manipulum in agro*, manipulus ergo quem semper oblivisceris, excludit olivam quam postea potes recordari.

שפכוני *saphchuni* est olivæ species quæ ita dicitur quia abundantissime effundit oleum à שפך *effudit*. בישני *Bischani* hæc ita dicitur quod omnes reliquas arbores pudefacit præ abundantia olei quod præ ceteris profert, radix ergo erit בוש *pudefieri*.

שנים שכחה *duæ sunt obnoxiæ juri oblivionis*. Mischna hoc loco consentit cum Hillel, qui supra dixit duas olivas si relictæ sint, esse pro pauperibus. R. Jose dicit אין שכחה לזיתים *non detur jus oblivionis in olivis*. R. Jose hæc dixit de temporibus imperatoris Adriani, qui totam destruxit terram Israelis ut perpaucæ invenirentur olivæ; sed quando multæ inveniuntur olivæ, concedit R. Jose jus oblivionis locum habere in olivis, imo etiamsi omnes olivæ fuerint de genere *Netuphæ*, *Saphchuni* aut *Biscani*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura *si oblitus fueris manipulum in agro*, at magistri dixerunt, manipulus quem semper oblivisceris, excludit eam arborem quam recordaris præterito deinde tempore, cum autem oblitus fuerit arborem quandam ipsi notam ex termino loci, aut ex multitudine olivarum quas proferre solet, aut ex abundantia olei, talis arbor non obnoxia est juri oblivionis, quia eam recordabitur præterito deinde tempore.

נטופה Netupha est nomen loci, solent enim sæpenumero arboribus indere nomina ex situ loci ejusque natura. שפכוני sunt olivæ quæ cognominantur de loco quo multum profert olei, & propterea dicitur vox derivari à radice שפך *effudit*.

בישני sic vocatur quædam oliva à nomine loci, & istiusmodi olivæ non proferunt multum olei à radice בוש *pudefieri*. Quod dicit. שהוא עושה הרבה *quæ profert multum*, supple multas olivas. Verba vero R. Jose sunt ex traditione, quia ea dixit de temporibus imperatoris Adriani, ubi inveniebantur olivæ admodum paucæ, quia destruxerat terram Israelis & exsciderat olivas, ut præ paucitate non subjectæ essent juri oblivionis, quia deinde in memoriam sibi poterant revocare si quæ olivæ essent relictæ, postea vero cum terram iterum excoluerant & olivæ multiplicatæ fuerant, sine controversia rursus venere sub oblivionis jure.

GUISIUS.

1 *Veluti.*] אפילו כזית legitur in editionibus, sed delendum אפילו, quod nec agnoscit MS., nec Maimonides. Irrepsit ex sequenti paragrapho.

2 *Besanæa.*] Appellative has voces sumunt Judæi ridicule. De שכתוני parum mihi constat. Attamen בישני denominatio gentilis est à בית שאן, quæ etiam Edrisio & Abulfedæ Geographis Arabibus celeberrimis, eliso elemento ת, dicitur بيسان. Ita etiam ביישנאי in Talmude Hierosolymitano, Megil. 73. *d.* sunt Bethsanenses, vel Scythopolitani. Talmud alterum Megil. 24. *b.* היפני ובישני לא ישא את כפיו. *Hifanæus, vel Besanæus non elevabit manus*: i. e. non pronunciabit benedictionem è suggestu. R. Salomo ibi exponit; *Sacerdos ex incolis Hifæ; vel ex incolis Bethsanæ.* Quia in ipsa Gemara statim sequitur אין מורידין לפני התיבה לא אנשי בית שאן ולא אנשי בית היפה *Non prodire jubent ante arcam neque incolas Bethsanæ neque incolas Beth-hifæ.* Oppidum illud in regione Decapolitana. Sed Decapolitanæ oleæ & Plinio etiam commendatæ. *Decapoli vero Syriæ perquam parvæ, nec cappari majores carne, oleo tamen commendantur.* Ita locum legit Dalechampius.

SURENHUSIUS.

(a) שנים שכחה ושלשה אינן שכחה *duæ tenentur ad jus oblivionis, tres vero non tenentur*, in hac Misha sermo est de arboribus olivarum, non de fructibus, juxta sententiam R. Schimeonis. Nam id quod superiori capite Misha 5. dictum est שני זיתים צבורי duas oleas non teneri ad jus oblivionis: intelligendum est de olivis decerptis, hic autem de illis quæ adhuc ab arbore pendent; & hujus sententiæ quoque est Maimon in Jad Chasaka. Sed R. Abraham Bar David contra Maimonidem in Ceseph Mishe putat, hic sermonem esse de olivis decerptis, quia vix credi potest ut tota arbor oblivioni traderetur in collectione fructuum. Cæterum Ceseph Mishe scribit, facile fieri posse ut una arbor inter centenas oblivioni tradatur; & hoc verissimum est.

ב זית שנמצא עומד בין שלש שורות של שני מלבנים ושכחו אינו שכחה זית שיש בו סאתים ושכחו אינו שכחה בד"א בזמן שלא התחיל בו אבל אם התחיל בו אפילו כזית הנטופה בשעתו ושכחו יש לו שכחה כל׳ זמן שיש לו תחתיו יש לו בראשו ר״מ אומר משתלך המחבא:

2. Olea quæ reperitur stans inter 1 tres ordines duarum areolarum, si oblivione relinquatur, non tamen sumitur pro prætermissa. Olea quæ duo habet sata, si oblivione relinquatur, non tamen sumitur pro prætermissa. Quo sensu dicuntur hæc? Dum nondum inchoatum sit. Sin inchoatum fuerit, utcunque sit instar oleæ Netophathææ suo tempore, oblivione relicta sumitur pro prætermissa. Quamdiu quicquam 2 ei restat subter oleam, restat & in summitate. R. Meir ait; 3 ex quo recesserit virga decussoria.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש שורות של שני מלבנים : *tres ordines duorum laterum*, tres ordines olivarum, & inter primum & secundum areola quadrata, ad formam lateris proventus qui positus est inter

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando tres sunt ordines arborum inter quos duæ sunt areolæ, si oblitus fuerit arborem tertiæ lineæ sive ordinis in medio, ista arbor non obligata est juri oblivionis quia aliæ arbores eam abscon-

inter olivas, uti expoſuimus juxta Miſchnam cap. 3. Hoc ergo modo ſe habet ordo inter ſecundum & tertium ordinem, ſi oblitus ſit arborem in medio ordinis medii, non eſt arbor illa juri oblivionis obnoxia, quia aliæ arbores circa eam poſitæ abſcondunt viſum ejus, perindè ac ſi abſconderent eam ſtramine, aut pauperes ante eam conſiſterent, iſtiuſmodi oliva libera eſt ab oblivione, juxta id quod ſupra jam dictum eſt.

במה דברים אמורים *de quo dicta ſunt hæc verba?* revertitur Miſchna ad ea quæ ſupra ſunt dicta, ſcil. uti oliva Netupha in ſuo tempore, libera eſt ab oblivionis jure; de quo hæc dicta ſunt verba? quando nondum incepit quicquam operari quod ad olivam, at ſi inceperit & oblitus fuerit, tenetur illa de oblivione, quamdiu in arbore duo fuerint ſata.

כל זמן שיש לו תחתיו יש לו בראשו *quamdiu inveniantur olivæ ſub arbore, ſunt ipſi ſcil. poſſeſſori olivæ, quæ inveniuntur in ſummitate arboris;* ſi poſſeſſor adhuc recordatur olivarum quas oblivione reliquit in arbore, quamdiu reperiuntur olivæ ſub arbore, poterit reverti ut capiat eas, & non cenſebitur oblivione relictum id quod relictum eſt in ſummitate arboris, niſi id faciat poſtquam non amplius ſub arbore relictæ ſint olivæ. R. Meyer dicit משתלך המחבא *quando receſſerit virga decuſſoria*, poſtquam inquiſiverit decuſſor omnes olivas abſconſas; tum id quod relictum fuerit pauperibus cedit, quando non inveniuntur ſub arbore olivæ quæ pertinent ad poſſeſſorem, ſed ſi nondum venerit decuſſor ad carpendum omnes abſconſas olivas, etiamſi non inveniantur ſub arbore, poterit reverti ut colligat eas; deciſio non eſt juxta R. Meyer.

abſcondunt. Expoſuimus jam in Gemara & Toſaphta id quod dicitur, *de quo dicta ſunt hæc verba* &c. referendum eſſe ad Miſnam 1. hujus capitis. Porro ſic ſe habet ordo verborum; omnis oliva quæ inſignitur nomine olivæ in agro, etiamſi ſit adinſtar olivæ Netuphæ in tempore ſuo, ſi oblivione relinquatur, non tenetur jure oblivionis; de quo ſunt hæc verba dicta? quando nondum incepit quicquam carpere ex illa arbore, at ſi incepit, & oblitus fuit quicquam olivarum, tenetur illa arbor jure oblivionis, quamdiu in ea reperiantur duo olivarum ſata.

כל זמן שיש לו תחתיו *omni tempore quo inveniuntur olivæ ſub arbore*, ſenſus eſt, quamdiu pauper jus habet in arborem illam ad capiendum id quod ſub ea relictum eſt oblivione, tamdiu etiam ipſi liberum eſt capere olivas ab arbore.

מחבא eſt lignum aliquod quo decutiunt olivas abſconſas inter folia, & propterea vocatur מחבא, eo quod revelat id quod abſconſum eſt; R. Meyer vero dicit, quod licitum ſit poſſeſſori ut capiat olivas oblivione relictas ſub arbore, quamdiu ab ea dependent fructus; quando autem fructus in arbore defecerit, ut nullæ inter decutiendum decidant, tum locum habeat id quod dicitur משתלך המחבא *quando receſſerit virga decuſſoria*, tum ſcil. non habent poteſtatem pauperes in id quod oblivione relictum eſt; at Sapientes dicunt, uſque dum defecerit ſub arbore fructus, & eo ſenſu Miſchnam dicere כל זמן שיש לו תחתיו יש לו בראשו: deciſio non eſt juxta R. Meyer.

GUISIUS.

1 *Tres ordines duarum areolarum.*] Id eſt in medio trium ordinum, inter quos duæ areolæ, ad hunc modum; ubi literæ o o &c. in lineas diſpoſitæ ordines deſignant arborum oleaginarum; ſpatia inter lineas, areolas; aſteriſcus oleam ab olivante intactam. Hæc pro prætermiſſa non habetur, quia reliquis arboribus ita undique tegitur, ut diligentiam olivitoris facile fugiat. Vide ſupra V. 7.

o o o o o o o o
o o o o * o o o
o o o o o o o o

2 *Ei.*] Proprietario.

3 *Ex quo.*] Exinde nihil reſtat proprietario; ſed totum quod ſupereſt pauperibus cedit.

ג איזהו פרט הנושר בשעת הבצירה היה בוצר עקץ את האשכול הוסבך בעלים נפל מידו לארץ ונפרט הרי הוא של בעל הבית המני' את הכלכלה תחת הגפן בשעי שהוא בוצר הרי זה גוזל את העניים על זה נאמר אל תסג גבול עולם:

3. Quodnam eſt acinilegium? 1 quicquid defluit tempore vindemiæ. Si vindemiator uvam decerpat, atque illa frondibus implexa è manu ejus decidens in terram diſcerpatur, ad proprietarium tamen pertinet. Qui caniſtrum viti ſupponit quo tempore vindemiam agit, deprædatur pauperes. De ea re dicitur, (Prov. XXII. 28. & XXIII. 10.) *Ne retroagas terminum 2 aſcendentium.*

R. OB. DE BARTENORA.

איזהו פרט: *quinam acini decidui?* uti dicitur in Lege Levit. 19:10. ופרט כרמך לא תלקט. Quod dicit הוסבך בעלים *implexum foliis*, ejus ſenſus eſt, quod colligatum & annexum eſt foliis, ut ea de cauſa cadat inſtar פרט *acinorum deciduorum*, & cedit domino vineæ, quia non decidit per modum vindemiæ. *Qui depoſuerit corbem ſub vite in tempore vindemiæ*, ſi ponat corbem ſubter uvas ut acini decidui incidant in eam; *is diripit pauperibus*, quia acini decidui pauperibus cedunt antequam pertingant terram.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus vocem נושר notantem *id quod ceciderit.* עקץ eſt finis rei, & conficiunt ex ea voce verbum עקץ quod hic notat *exſcindere petiolum.* כלכלה notat *corbem.* Quod dicitur Prov. 23:10. *Non removebis terminum aſcendentium*, jam expoſuimus ſupra, vid. caput quintum.

GUISIUS.

1 *Quicquid defluit.*] Intellige *acinorum ſingularium*, juxta ſupra dictum. VI. 5. Hinc pro פרט Chaldæi & Syrus habent נתרא, *defluvium.*

2 *Aſcendentium.*] Supra, V. 6.

ד איזהו עוללת כל שאין לה לא כתף ולא נטף אם יש לה כתף או נטף של ב"ה אם ספק לעניים עוללת שבארכובה אם נקרצת עם האשכול הרי היא של בעל הבית ואם לאו הרי היא של עניים גרגר יחידי רבי יהודה אומר אשכול וחכמים אומרים עוללת:

4. Quid eſt 1 racemus? uva cuicunque deeſt 2 humerus & 3 ſtiria. Si habeat humerum, vel ſtiriam, proprietarii eſt: ſi dubium ſit, pauperum. Racemus in eodem palmite cum uva ſimul ſucciſus proprietarii eſt, alioquin pauperum. Acinum ſingularem R. Juda pro uva cenſet habendum, Sapientes pro racemo.

R. OB. DE BARTENORA.

: איזו היא עוללות *quid est racematio?* id quod dicit Lex Levit. 19: 20. וכרמך לא תעולל *& vineam tuam non racemabis.* כתף est ramus medius botri, cui alii minores botri annexi sunt, cum hi botri inniuntur sibi invicem, ut onus impositum humeris hominis, ideo vocatur כתף; quando autem uvæ per ligna & fulcimina sunt dispersæ, tum dicitur אין כאן כתף *non est hic Ceteph.*

נטף sonat uvarum baccas cum extrema parte baculi connexas, ut eo plures illic pendeant uvæ, & quia uvæ deorsum stillant liquores suos, ideo eo nomine appellatur; at juxta Scripturam vocatur אשכול botrus in quo nec *Ceteph* nec *Neteph* invenitur. עולל *racematio*, quæ ita vocatur quia respectu aliorum botrorum se habet ut parvulus respectu viri. אם ספק *si dubium*, quando botri minores pendentes à baculo apparent ac si sibi invicem innitantur, attamen non inniuntur, tum dubia res est, an botri habeant Ceteph, necne. שבארכובה *quod est in Arcuba*, sic dicitur ramus palmitis à quo dependent multi botri, hic, si vindemiator eum abscindat, vocatur ארכובה; interdum etiam in eo inveniuntur racemi cum botris. נקרצת est id quod incisum ac amputatum, & hæc vox occurrit in tractatu Joma; & in Scriptura, sic Jirm. 46: 20. קרץ מצפון בא. Dicit porro ענב יחידי *bacca separatim pendens*, E. G. botrus è quo non excrescunt alii minores botri sibi invicem insidentes, sed baccæ quæ annexæ sunt baculo, intelligendæ sunt hoc vocabulo. *R. Jehuda dicit botrus*, uti scriptum est Esaiæ 17: 6. ונשאר בו עוללות כנוקף זיתים וגו'. Ergo duæ & tres baccæ sunt habendæ racematio, at si plures, botrus. *Sapientes dicunt racematio*, quia baccæ sibi invicem insidentes non habentur Ceteph; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

: כתף notat tenues propagines plenas uvis exeuntes ex botro, arbor autem se habet ut myrtus orientalis. נטף *Neteph* notat id quod stillat liquores, & incitat unam partem ad alteram, usque dum una elevetur super alteram; omne autem quod ab hoc genere excluditur vocatur עוללות *racematio* juxta Scripturam.

ארכובה est *ligamentum palmitum.* נקרצת est id quod incisum est, à radice קרץ vid. Jirm. 46: 20. Decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Racemus.*] Racemus & uva eodem modo differunt, quo ἐπιφυλλὶς & βότρυς, ut constat ex Glossis Cyrilli. Uvæ majores & crassioribus acinis, racemi minores & tenuioribus; unde *Columbinæ racemosissimæ* Plinio, ex Turnebi correctione, quia id genus vitis racemos, i. e. rariores uvas, plerumque parit. Colum. III. 18. *Ex quibus pampini pullulant vel steriles, vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios.* Recte ergo pro עוללות *racemum* pono, Vulgatum Latinum secutus, pro אשכול *uvam.* Siquidem Judæis ista pari modo differunt. Hinc עולל verbum est *racemari*, i. e. racemos legere, τὰς ἐπιφυλλίδας καλαμᾶσθαι.

2 *Humerus.*] Ita vocant βοτρύδια in superiori uvæ scapo confertim prominentia.

3 *Stiria.*] Ut conferti in inferiore scapi parte acini stiriæ speciem præ se ferant.

ה המדל בגפנים כשם שהוא מדל בתוך שלו כן הוא מדל בשל עניים דברי רבי יהודה ר"מ אומר בשלו הוא רשאי ואינו רשאי בשל עניים :

5. Qui vites disrarat, quemadmodum disrarat in parte sua, ita etiam disrarat in parte pauperum. Ita R. Juda. R. Meir; Jure quidem in sua; sed in parte pauperum non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

המדל בגפנים *qui rarefacit vites*, quando vites se nimium implicant, exscindit medias, & eo alias adjuvat. *Sic etiam rarefaciat pauperis vites*, etiamsi in iis reperiatur angulus, aut racematio pauperum, nihilominus licitum est eorum partem rarefacere, uti suam vitem; putat enim R. Jehuda, pauperes in hac re tenere jus societatis, ut, quemadmodum socius æque operatur in re socii ac in sua, sic etiam comparatum sit cum vite pauperis ad operandum in ea. *R. Meyer dicit cum sua sic poterit facere &c.*, putat ille, pauperes in sua parte tenere jus emtoris, ut, si vendiderit proximo suo decem botros, prohibitum sit ipsi attingere illos, & eodem modo se res habeat cum parte pauperis; decisio est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

: המדל *qui evellit*, sensus est, uti permissum est excidere flagella, eaque abjicere quando excidunt botros, sic etiam permissum est excidere racemos; decisio non est juxta R. Meyer.

ו כרם רבעי ב"ש אומרים אין לו חומש ואין לו ביעור ובית הלל אומרים יש לו בית שמאי אומרים יש לו פרט ויש לו עוללות והעניים פודין לעצמם ובית הלל אומרים כולו לגת :

6. 1 Vineæ quadrimæ Sammæani censent non opus esse quintæ vel pollucturæ. Hillelæi opus esse arbitrantur. Sammæani censent de eadem haberi acinilegium & racemos, quæ pauperes sibi 2 redimant. Hillelæi volunt 3 totam cedere in torcular.

R. OB. DE BARTENORA.

: כרם רבעי *vinea anni quarti*, qui plantaverit arborem qualemcunque ferentem fructus qui comedantur, anno quarto defert fructus Jerusolyma, ubi illi comedunt juxta sanctitatem decimarum secundarum, aut redimit eos & pecuniam defert Jerusolyma, uti dicit Scriptura, *anno quarto omnes fructus erunt sanctitas laudis*, ubi הלולים *laudis* idem est quod חלולים *profanos*, nimirum, ut fructus per redemtionem prius reddat profanos & postea eos comedat. Schola Schamai dicit, אין לו חומש *non teneri vineam de quinta parte addenda*, etiamsi teneantur de redemtione decimarum secundarum, nihilominus possessores non addunt quintam par-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura de omni arbore quam quis plantaverit Levit. 19: 23. *Tres annos obturata erit, non comedetur, anno autem quarto omnis ejus fructus erit sanctitas laudis Domino.* Jus autem se habet, ut domini suos fructus Jerusolymis comedant, ut decimæ secundæ. Hillel vero dicit, quando Deus benedictus proventum anni quarti vocat קדש הלולים *sanctitatem laudis*, & decimas quoque vocat קדש *sanctitatem*, id dici eo quod jus anni quarti se habet uti jus decimarum, quando autem fructus suos anni quarti quis redimat, addat quintam partem supra id quod valent, uti dicitur Levit. 27: 31. *Si redimendo redemerit quis decimas suas, quintam partem addet supra eas.*

partem, quia Scriptura ipsi non imposuit quintam partem; *neque tenetur de remotione*, intellige remotionem quæ peragitur vesperi paschatis anni quarti & septimi quando removent decimas, uti Scriptura dicit, *removi sanctum è domo mea.* Schola Hillelis dicit quod vinea etiam tenetur de additione partis quintæ, atque de remotione, Hillel enim docet vocem קדש per vocem קדש quæ conjungitur cum decimis, ideoque vineam perinde ac decimas teneri de additione quintæ partis & remotione. At Schola Schamai non docet idem per comparationem vocis קדש.

ביעור *remotio*, est remotio illa qua eos removeat è domo sua, quando tempus eorum est transactum, quod ulterius exponitur in tractatu, ubi de decimis secundis; & hoc ipsum est quod Scriptura dicit Deut. 26: 13. בערתי קדש מן הבית *removi sanctum è domo mea.* Schola Schamai vero nihil horum obligationi subjicit, quia nulla Scripturæ loca eo sensu adduci queunt, sed ea loca tantum mentionem facere de decimis, quæ non comparentur cum vite anni quarti.

Schamai dicit, *tenetur de acinis deciduis & racematione*, quia illi fructus habentur uti profani. העניים פודין לעצמם *pauperes redimunt pro se*, scil. acinos deciduos & racemationem quos collegerunt, comeduntque eos in loco solito; adferentes pecuniam Jerusolyma. Schola Hillelis dicit כלו לגת *omne pro torculari*, docet hoc Hillel ex decimis putans decimas secundas esse dona Dei, ut propterea pauperes de iis participare nequeant, sed racemationes una cum reliquo vino calcari, & possessores totum deferunt Jerusolyma.

GUISIUS.

1 *Vineæ quadrimæ.*] Arbores à prima satione per triennium ערלים habentur, juxta legem Lev. XIX. 24. ἀπερικάθαρτοι. LXXII. Interpretibus. Per illud tempus fructus, quos edunt, illiciti. Quarto demum anno Deo sacri habentur, ut sequitur v. 25. adeoque Hierosolymis in sanctitate comedendi. Hinc est, quod Hillelæi volunt fructus vineæ quadrimæ sequi conditionem decimarum secundarum, ut in adæratione pretio superaddatur pars quinta; & ut singuli, tertio, & sexto annis Heptaëteridis exeuntibus, i. e. pridie Paschatis annorum quarti, & septimi de domo penitus aboleantur. Vide Maas. she. V. ubi iterum occurrit hic paragraphus.

2 *Redimant.*] In usum communem, seposito pretio quod Hierosolymas pro sectis dapibus impendatur.

3 *Totam cedere.*] Proprietario, nulla inde parte pauperibus accedente. Quippe ממון גבוה *Dei peculium* illis censetur, ut pauperes nullam inde partem sibi jure vindicent.

ז כרם שכולו עוללות ריאליעזר אומר לבעל הבית רבי עקיבא אומר לעניים אמר רבי אליעזר כי תבצור כרמך לא תעולל אם אין בציר מניין עוללו׳אמר לו ר׳ עקיבי וכרמך לא תעולל אפילו עוללות אם כן למה נאמר כי תבצור לא תעולל אין לעניים בעוללות קודם הבציר :

7. Vinea quæ tota racemaria est, R. Eliezer ait, proprietarii censetur. R. Akiba pauperum esse vult. Inquit R. Eliezer; *Quum vineam tuam vindemiabis, non sectabere racemos.* (Deut. XXIV. 21.) Si nulla sit vindemia, undenam racematio? Ei R. Akiba: *Vineam tuam non racemabere.* (Lev. XIX. 10.) utcunque tota fuerit racemaria. Si ita, quare dicitur, *Quum vineam tuam vindemiabis, non sectabere racemos*? Nimirum, ne pauperibus competat racematio ante vindemiam.

R. OB. DE BARTENORA.

שכלו עוללות : *quando plena est racematione*, ut non inveniatur in tota arbore botrus cui est Ceteph aut Neteph. אם אין בציר *si non sit vindemia*, quanta est mensura vindemia? tres botri qui conficiunt quartam partem Logi. *Dicit ipsi R. Akiba & vineam tuam non racemabis*, etiam si plena sit racematione ut ipse addit, R. Eliezer vero dicit, concesso, quod pauperes non participant de racematione ante vindemiam, non propterea possessor vineæ sibi acquiret jus racemationis, eum in finem dici Levit. 19: 10. וכרמך לא תעולל.

ח המקדיש כרמו עד שלא נודעו בו העוללות אין העוללות לעניים משנודעו בו העוללו׳ העוללות לעניי׳ ר׳יוסי *או׳ יתנו שכר גידוליו להקדש אי זו היא שכחה בערי׳ כל שאינו יכו׳ לפשוט את ידו וליטלה וברגליות שיעבור הימנה :

8. Si quis vineam consecraverit antequam dignosci poterint racemi, racemi non pertinent ad pauperes: postquam dignoscerentur racemi, racemi 1 pauperum censentur. R. Joses ait: Incrementi tamen mercedem Sacrario pendunt. Quodnam est prætermissum in vitium pergula? 2 quicquid nequit exporrecta manu decerpi. In 3 pedestribus autem, 4 simul ac à vite recesserit vindemiator.

R. OB. DE BARTENORA.

משנודעו העוללות : *quando innotuerit racematio*, quando dignosci potest id quod est racematio, & id quod est botrus. עוללות לעניים *racemationes sunt pro pauperibus*, quia homo non potest sanctificare id quod suum non est.

יתנו שכר גידוליו להקדש *dant mercedem incrementi sanctitati*, de eo quod produxerit vinea, ab ea hora qua sanctificata est, sanctitati cedit, decisio est juxta R. Jose. עריס est vinea cujus vites elevantur super baculos, & derivatur vox à ערש notans lectum confectum super ligna. *Omne id quod non poterit apprehendere manu*, sensus est, postquam abierit à vinea quæ plantata in istiusmodi loco quo eam manu attingere non potest ut capiat uvas, de istiusmodi dicitur, לא תשוב לקחתו *non reverteris ad capiendum.* רגליות sunt vites super terram extensæ, quæ pede possunt conculcari. משיעבור ממנה *quando abierit ex ea*, supple tenetur de oblivione ejus quod relictum, quia omnis vitis habetur ordo aut series separata, prohibitum vero est reverti ab una serie ad alteram.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pro fundamento tenemus hominem non posse ullam rem sanctificare quæ non est sui, ideo statuitur quod ab eo tempore quo apparet racematio non poterit eam sanctam facere, quia sunt pauperis bona.

שכר גידוליו *mercedem incrementi sui*, intellige emolumenta fructuum quos produxit arbor tempore sanctificationis usque dum facti fuerint maturi. עריס notat vitem magnificam cujus vindemia peragitur in ramis arborum altarum, & Arabicè vocatur עריס. רגליות sunt vites quæ se extendunt super terram ut pedibus queant conculcari, uti omnes ferè sunt vineæ, & derivatur à voce רגל *pes*; decisio est juxta R. Jose.

GUISIUS.

1 *Pauperum censentur.*] Quippe Regula juris est: אין אדם מקדיש דבר שאינו שלו, *Nemo consecrare potest rem quæ sua non est.*

2 *Quicquid nequit.*] Quicquid ita præteritum sit, ut nequeat &c.

3 *Pedestribus.*] *Stratis*, vel *prostratis* Columellæ.

4 *Simulac à vite recesserit vindemiator.*] Supple, *quicquid restat sumitur pro prætermisso.*

פרק ח מאמתי כל אדם מותרין בלקט משילכו הנמושות בפרט ועוללות משילכו העניים בכרם ויבאו ובזיתים משתרד רביעה שניה אמר רבי יהודה והלא יש שאינן מוסקין את זיתיהם אלא לאחר רביעה שניה אלא כדי שיהא יוצא העני ולא יהא מביא בארבעה אסרות:

Caput 8. A quo tempore 1 omnibus jus competit ad spicilegium? Ex quo abscesserint 2 spicilegi seriores. Ad acinilegium autem & racemos, quamprimum pauperes qui iverant in vineam redierint. 3 Ad oleas, quum jam ceciderit 4 pluvia secunda. Inquit R. Juda; Annon autem nonnulli sunt, qui oleas non stringunt, nisi demum post pluviam secundam? Verum tum demum, quum pauper, si exeat, non referat 5 quaterna assaria.

R. OB. DE BARTENORA.

נמושות: *senes*, nonnulli exponunt hanc vocem de senibus cum baculo incedentibus, alii exponunt de collectoribus qui veniunt ultimi postquam primi jam abierint; aut etiam de senioribus pauperibus qui morantur per aliquod tempus ut deinde colligant omne quod reliquum est, nam id quod tunc temporis reperitur in agro commune est tam pauperi quam diviti.

רביעה שניה *pluvia secunda*, pluvia vocatur רביעה quia terram progignere ac producere facit per modum coitus, ut masculus coit cum fœmina in quadrupedibus vid. Levit. 18: 23. Alia expositio, vocatur רביעה eo quod pluvia conjungit pulverem eique incubat, ad producenda semina. Tempus vero quo cadit hæc pluvia secunda est in mediano anno, 23. die mensis Marchesvan.

מוסקים *amputantes*, hoc verbum מסק proprium est olivis, ut קצר proventui, & בצר uvis; item ut ארה ficubus, & גדר palmis. ולא יהא מביא אלא בארבעה אסרות, *& non adduxerit secum nisi quantitatem quatuor assariorum*, quatuor assaria valent duo pondiola, & pondiolum duo assaria, dicit autem Mischna non minus pauperibus de loco in locum euntibus dari, quam frustum panis unius pondioli, quod est alimentum ipsis pro duobus prandiis; si vero non collegit quantitatem quatuor assariorum, quæ ipsi est in duo prandia, & simul uxori suæ, non ibit ut colligat; decisio non est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit in hac parte Scriptura relinquendum esse *pauperi & peregrino*, quando autem pauperes cessarunt quærere reliquias; tum id quod reliquum est omni homini liberum capere, quia Deus qui est benedictus non præcepit ut relinquatur in perditionem, aut etiam pro avibus.

נמושות *senes*, sunt ætate provectiores, & hæc est vocis significatio propria, attamen hic accommodant eam vocem ad collectores post collectores, sive secundos collectores, eosque comparat Misna cum senibus quod ad moram & tarditatem eorum, utpote moram nectentes non nisi exiguum quid capiunt.

ורביעה השניה *& pluvia secunda*, vocatur *secunda* respectu temporis pluviæ secundæ istius anni; sumitur etiam vox רביעה pro tempore hyemali, quia producit semina & stirpes è ventre terræ, uti masculus per coitum cum fœmina, à quo vox propriè est desumta, hinc dixêre, pluviam secundam esse maritum terræ. Tempus vero pluviæ secundæ in terra Israelis in mediano anno, est vigesimo tertio die mensis Marchesvan; sed in anno matutino, decimo septimo Marchesvan; denique in anno serotino primo die mensis Cislev: pluvia vero quæ descendit ante decimum septimum diem mensis Marchesvan, & pluvia autumni, non autem ea quæ cadit in principio hyemis; omnia hæc dicuntur respectu terræ Israelis.

מוסקים *abscindentes* vel amputantes olivas, cui rei hoc proprium est verbum, uti עדר aratoriæ, & בצר uvis, & proventui קצר. Quantitas vero איסר *assarii* continet quatuor argenti grana; decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Omnibus.*] Divitibus simul & pauperibus, ut occupantis fiat.

2 *Spicilegi seriores.*] Ita fere exponunt vocem נמושות Judæi, iis rationibus adducti, quæ mihi minime satisfaciant. Maimonides: ונמושות הם אלשיוך אלטאענון פי אצל לגתהם ואסתעארוה הנא ללדין ילקטון בעד אללקאטין והם אללואקט אלתואני שבהוהם באלשיוך לבטאהם ואנהם לא יגדון אלא יסיר *Vox* נמושות *primario significatu* senes capulares *denotat; hic autem metaphorice ponitur pro iis qui spicilegium agunt post alios spicilegos; ut sint Spicilegi secundarii, senibus comparati ob tarditatem, & quia parum reperiunt.* Respicit, ni fallor, & in unum compingit binas expositiones in Gemara allatas Taan. 6. *b.* מאי נמושות אמר רבי יוחנן סבי דאזלי אתיגרא ריש לקיש אמר לקוטי בתר לקוטי? *Quinam sunt* נמושות? *Rabbi Johannes dicit, Senes qui baculo innixi incedunt: Res Lakis dicit, Qui spicilegium agunt post alios spicilegos.* Eadem habes Baba metz. 21. *b.* Benjamin Musaphias vocem Græcam esse putat הנמשות, qua significetur האוכל וחוזר האכילה לתוך פיו ואוכלה פעם אחר פעם *is qui cibum mandens denuo in os revocat, & secunda vice comedit*, i. e. ἀναμασώμενος ut ita metaphorice transsumatur ad senes denotandos, qui spicilegium post alios demum agunt. Vides ad quas nugas delapsi sint Judæi recentiores dialecti Mishnicæ ignorantia. Simpliciter Pomarius; נמש בקש כמו שעושין בלקט. *Vox* נמש *significat exquirere, ut faciunt in spicilegio.* Unde idem exponit נמושא *Raccoglitore, Quel che va cercando.* נמושות autem plurale est masculinum formæ רשושות, לקוחות, דרוכות, &c. quæ Grammaticis omissa. Cæterum Talmud Hierosolymitanum notat alios hoc loco legere משושות.

3 *Ad oleas.*] Ad analecta olearum.

4 *Pluvia secunda.*] Vide quæ hac de re disseremus infra ad Nedar. VIII. 5.

5 *Quaterna assaria.*] Analecta quæ tantum valeant.

ב נאמנים על הלקט ועל השכחה ועל הפאה בשעתן ועל מעשר עני בכל שנתו ובן לוי נאמן לעולם. אינן נאמנין אלא על דבר שבני אדם נוהגין כן:

2. 1 Fide digni habentur de spicilegio, prætermisso, & angulo suo tempore: & de decimis pauperum toto 2 anno suo. Levita habetur fide dignus omni tempore. Nulli fide digni habentur nisi de re, in qua ita assuescere solent homines.

R. OB. DE BARTENORA.

: נאמנים *fide digni*, ſupple pauperes, ſi dixêre, hoc triticum eſt ſpicilegium, oblivione relictum aut angulus, liberi ſunt à decimis. בשעתן *in tempore ſuo*, ſcil. tempore meſſis. בכל שנתו *in omni anno ſuo*, in anno tertio & ſexto quibus decimæ pauperum valent, & pauperibus cedunt. Filius Levitæ ſemper fide dignus eſt, quia decimæ primæ valent quolibet anno, ſi aut fiat ut dicant, hæ ſunt decimæ primæ, non cenſendum eſt eos non ſeparaſſe ab eis oblationem decimarum; quia ut Iſraelita non eſt ſuſpectus de Truma magna ſeparanda, ſic filius Levitæ non eſt ſuſpectus de Truma decimarum.

אלא על הדבר שבני אדם נוהגין כן *niſi ſuper re quam homines ita ſolent facere*, ſcil. de qua re ſoliti ſunt tantum dare, & non de re iſtiuſmodi de qua non ſolent aliquid dare, ſed hoc poſtea ulterius exponetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus jam ſupra dona pauperum non eſſe obnoxia decimis, ſic etiam Levita non tenetur de decimis quæ ipſi dantur excepta Truma decimarum, uti expoſuimus cap. 7. in tractatu Berachot. Porro dicit quod pauper ſit fide dignus in tempore meſſis, quando dixerit, illud eſt ſpicilegium, tum id accipietur ab ipſo, & non erimus obligati ad educendum decimas ab ipſo, reliquum vero Miſchnæ clarum eſt juxta hoc fundamentum. Et quod dicit, *non ſunt fide digni niſi in re quam homines ita ſolent agere*, ſenſus eſt, eos non eſſe fide dignos, ſi dixerint, ea eſſe dona ſua, ut ea res non eſſet decimis obnoxia, niſi fuerit conſuetudo aliquid de iſtiuſmodi re dare, ſed hoc ulterius exponendum erit in ſequentibus.

GUISIUS.

1 *Fide digni habentur.*] Pauperes: ut ſi meſſis tempore fruges, quas habent, ſpicilegio, prætermiſſo, vel angulo acceptas ferant, à decimis immunes habeantur.

2 *Anno ſuo.*] Tertio, vel ſexto Heptaeteridis, quum decimæ pauperum in locum ſecundarum decimarum ſuccedunt. His enim annis ex conſtanti & perpetua Juriſperitorum Judæorum ſententia decimæ ſecundæ in decimas pauperum converſæ. Ita expreſſiſſimis verbis docent Maimonides Hal. Matt. ani. VI. 4. commentario ad Dem. IV. 3. Macshir. II. 11. & alibi frequenter; & Moſes Cottienſis Præc. affir. 136. ut alios recentiores denſo agmine prætercam. Præceſſerant autem in eadem ſententia libri juridici apud eos ſummæ autoritatis. Siphre, & Peſicta zoterra, ad locum Deuteronomii XIV. 28. Gemara Babilonica Rosh. haſ. 12. *b.* Atque eadem doctrina clare ſatis inſinuatur in ipſa Miſna, Yada. IV. 3. Hallucinatur ergo graviſſime Joſephus Scaliger, qui in opuſculo de decimis Judæorum hac de re doctrinam complexus, decimas pauperum his annis in locum decimarum primarum ſucceſſiſſe ſcribit. Labantem Scaligerum male fulcit Sextinus ab Amama, author humi repens, & à Scaligeri ore pendens, frigidiſſimis ſuis argumentis in commentariolo de decimis Moſaicis. Non viderunt ita fieri, ut his annis tota fere Levitarum annona, pauperibus in conſortium admiſſis, interverteretur. Atque illud quidem ex vi illius Legis, qua, ut ipſis placet, augmento rei Leviticæ proſpectum voluit Deus. Sed Scaligeri errorem jamdudum detexit Seldenus noſter. Interim nolim ego litem determinare, rectene Judæorum Juriſconſulti doceant decimas ſecundas his annis in decimas pauperum converti; an rectius illi ſentiant, qui decimas pauperum alias ſuper decimas ſecundas ſtatuunt. Ita verbis perſpicuis, ut nonnullis videtur, Joſephus Archæol. IV. 8. Ita etiam Græcus Tobias I. 7. & ſi nonnullorum criticæ ſtandum ſit, LXXII. Interpretes Deut. XXVI. 12. Denique Aben Ezra ad Deut. XIV. 28. זה מעשר שלישי ולא יוציא בשנה הזאת מעשר שני ויש אומרים כי יוציא שלשתם *Hæ* (de quibus ibi loquitur textus) *ſunt decimæ tertiæ: hoc autem anno nullas deſumet decimas ſecundas; quanquam ſint qui aſſerant univerſas tres tunc deſumi debere.* Tamen ut receptam Ictorum Judaicorum ſententiam aliquantiſper defendam, dico. Primo pro illis facere videre textus Deut. XXVI. 12. *Cum jam plane decimaveris univerſas decimas proventus anno tertio, anno decimarum; dabis Levitæ, proſelyto, pupillo & viduæ, ut comedant in portis tuis, & ſaturentur.* Ubi univerſa decimatio anni tertii diſtribui videtur inter Levitarum decimas, ſive decimas primas, & alteras proſelyto, pupillo, & viduæ donandas ſive decimas pauperum. Secundo verſio LXXII. Interpretum juxta receptam verborum conſtructionem hoc loco ſententiam iſtam adeo non convellit, ut forſan potius adſtruat. ἐὰν δὲ συντελέσῃς ἀποδεκατῶσαι πᾶν τὸ ἐπιδέκατον τῶν γεννημάτων τῆς γῆς σου ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ, τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον δώσεις τῷ Λευίτῃ καὶ τῷ προσηλύτῳ &c. Ubi τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον proſelyto, pupillo, & viduæ datum: i. e. decimæ ſecundæ hoc anno in pauperes erogatæ. Commentum Montacutii, quod etiam ſequi video virum doctiſſimum & de Eccleſia optimè meritum, Thomam Comberum, quo vim hujus loci evadant, vereor ne acutum magis ſit, quam ſolidum. Volunt ἐπιδέκατον ex vi vocis ſignificare non ſimpliciter *decimas*, ſed *decimas ſuperadditas*, vel *addititias*, ut ita contra opponatur τῇ δεκάτῃ, adeoque cum ἐπιδέκατον ſignificet *decimas decimis ſuperadditas*, τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον ſignificet *alteras decimas addititias*. Sed præterquam quod nullum proferant exemplum, quo hunc vocis uſum adſtruant; præterquam etiam quod apud Xenophontem & Ariſtotelem pro *decimis* ſimpliciter occurrat; & quod Suidas notet ἐπιδέκατον pro δέκατον poni, ut ἐπίπεμπτον pro πέμπτον. Præter hæc, inquam, videntur non ſatis attendiſſe ad uſum hujus vocabuli apud ipſos LXXII. Interpretes. Certe illis adeo ignota erat hæc ſubtilitas, ut indiſcretim vocem ponant pro quibuſvis decimis. Locum unum è multis apponam, Num. XVIII. 26. ἐὰν λάβητε παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τὸ ἐπιδέκατον, ὃ δέδωκα ὑμῖν παρ᾽ αὐτῶν ἐν κλήρῳ, καὶ ἀφελεῖτε ὑμεῖς ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀφαίρεμα κυρίῳ ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ ἐπιδεκάτου. Vides ἐπιδέκατον hic ab iis uſurpari plane pro decimis primis, deinde etiam pro decimarum decimis abſque omni prorſus diſcrimine. Tertio denique nec ipſe Tobiæ locus adeouſque forſan Judæorum Ictis, & eos ſecuto Seldeno adverſatur, ut nonnullis viſum. Locus ille ſic habet, τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Λευὶ τοῖς θεραπεύουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν δευτέραν δεκάτην ἀπεπρατιζόμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱεροσολύμοις καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν, καὶ τὴν τρίτην ἐδίδουν οἷς καθήκει. Fateor ita legi hunc locum in omnibus codicibus: ita etiam legiſſe Interpretes Syrum & Armenum, atque etiam authores παραποιημάτων, quæ ſub nomine Tobiæ Hebræi typis vulgarunt Fagius & Munſterus. Sed cum Hieronymus ex fonte Chaldæo, unde, interprete utriuſque linguæ gnaro Hebraice dictante, Latinum ſuum Tobiam expreſſit, ut ipſe author eſt in præfatione ad Heliodorum & Chromatium, poſteriorem verſiculi partem ſic nobis mutata perſona (ut per totum librum ſolet) repræſentet: *ita ut in tertio anno proſelytis & advenis miniſtraret omnem decimationem*; dubitare vix poſſum, quin alterutrum horum acciderit; vel ut ſcribarum incuria in codicibus perperam habeatur καὶ τὴν τρίτην ἐδίδουν, pro κατὰ τὸ τρίτον δὲ ἐδίδουν: vel ut ipſe interpres Græcus textum Chaldæum non ſatis intellexerit, quod facile fieri potuit ſi ita ſcriptum eſſet Chaldaice, בחדא חדא שתא ותליתאה יהבית, *ſingulis annis; tertiis autem dedi* &c. quod promte in alteram ſententiam, quam hodierni exhibent codices, verteret interpres non peritiſſimus. Sive autem ſic in Græcis codicibus reponas, ſive æquipollens lectio olim haberetur in fonte Chaldæo, Tobiæ verba ita reſtituta Judæorum doctrinam planiſſime explicabunt. *Secundas autem*, inquit, *decimas adæravi, & profectus Hieroſolymas expendi quotannis; tertio autem quovis anno dedi quibus competebant.* Reſtat adeo unica Joſephi authoritas, quæ alicujus quidem momenti ſit. Ille autem videtur nullum ſubterfugii locum relinquere, dum expreſſe vocat τρίτην πρὸς αὐταῖς κατὰ τὸ ἔτος τρίτον, *tertias ſuper alias binas*

nas tertio quoque anno. Et tamen expendi forsan meretur, annon & ille ideo tantum vocet τρίτον, quia hæ decimæ à natura & conditione secundarum plane alienæ, utcunque in earum locum succedant. Certe eodem modo supra loquentem audivimus Aben Ezram, dum tamen agnoscit decimis secundis nullum esse locum anno tertio ex communiore sententia. Atque hæc quidem hactenus, ut quæ mihi succurrunt de nobili in Jure Judaico quæstione viris doctis & harum rerum peritis proponam. Absit, ut lites jam nimia olim contentione agitatas, cupiam redintegrare. Etenim certus sum hæc, qualiacunque sint, quæstionem de Jure Divino Decimarum Evangelicarum nullo modo tangere posse. Neque enim decimæ secundæ apud Judæos ullo alio modo ad τοὺς ἐν κλήρῳ jure pertinebant, quam ut ipsi proprietarii esse potuerint, ut ex infinitis Mishnæ locis abunde patet. Quæ una res, si recte capiatur, fundamentum litis inter Seldenum & Montacutium acerrime controversæ plane tollit. Deinde, ut jam dixi me non eo fine hæc scripsisse ut maximorum virorum litibus me temere arbitrum interponerem, sed ideo duntaxat ut docerem quid pro altera sententia probabiliter dici possit, ita ne lectori fraudem faciam, & illud fateri debeo, me rationibus supra adductis adeo non penitus fidem adhibere, ut & de nonnullis contra plane sentiam. Et speciatim de loco isto LXXII. Interpretum longe aliter sentio, quam vel ipse supra exposui, vel quisquam alius, quod ego quidem sciam, adhuc senserit. In istis enim τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον, mea sententia τὸ δεύτερον non adjective sumitur, sed adverbialiter; ut sic vertendus sit locus: *Cum autem penitus decimaveris omnes decimas proventus terræ tuæ anno tertio, secunda vice*, (vel *iterato*) *decimam partem dabis*, vel *alias decimas dabis Levitæ, proselyto* &c. Ita enim sumsisse videntur vocem שנה in textu Hebræo non pro nomine, sed pro secunda persona præteriti verbi שנה, *secunda vice*, vel *iterato facere*, ut sic illis sonarent verba Hebræa, שנה המעשר ונתתה *iterum decimabis, & dabis*: quanquam (ut verum fatear) verbum שנה hoc sensu alibi constructum veniat cum ב. Atque ita agnoscere videntur LXXII. Interpretes anno tertio decimas supra πᾶν τὸ ἐπιδέκατον anni communis, vel ut cum Josepho loquar, πρὸς αὐταῖς ταῖς δυσίν. Unum adhuc noto Chaldæum Paraphrastem Pseudo-Jonathanem tres etiam decimas agnoscere anni cujusque tertii; sed is decimas pauperum hoc anno secundas facit commento plane suo, inserens inter decimas primas, & decimas ἐνωχίας, vulgo secundas. Sic enim ille Deut. XXVI. 12. παράφρασις. *Cum finem feceritis decimandi omnes decimas proventus anno tertio à remissione*, ותיתנון מעשרא קמאה לליואי מעשרא תניינא הוא מעשר מסכיניא לגיורא ליתמא ולארמלתא וייכלון בקרוך וישבעון ומעשר תליתאי תיסק ותיכול קדם יי אלהך *dabitis decimas primas levitæ, decimas secundas, quæ eædem decimæ pauperum, proselyto, pupillo, & viduæ, ut comedentes in oppidis vestris saturentur; & decimas tertias deportabis, & comedes coram Domino Deo tuo.* Locus in Bibliis Londinensibus male divulsus, nec bene versus. Sed de hisce satis; vereor ne & nimis dixisse videar.

ג נאמנים על החטין ואין נאמנין על הקמח ולא על הפת נאמנין על השעורה של אורז ואין נאמנין עליו בין חי בין מבושל נאמנים על הפול ואין נאמנים על הגריסין לא חיין ולא מבושלין נאמנין על השמן לומר של מעשר עני הוא ואין נאמנין עליו לומר של זיתי ניקוף הוא:

3. Fide digni habentur de tritico: non autem habentur fide digni 1 de farina, vel de pane. Fide digni habentur de 2 farre oryzaceo: non autem habentur fide digni de ipsa oryza, neque cruda, neque cocta. Fide digni habentur de fabis: sed non habentur fide digni de fressis, neque crudis, neque coctis. Fide digni habentur de oleo, si dicant de decimis pauperum esse: non vero habentur fide digni, si dicant esse de oleis 3 decussivis.

R. OB. DE BARTENORA.

נאמנים על החטין: *fide digni de tritico*, si dixerit, id quod mihi dederunt est ex decimis pauperum, at non sunt fide digni si dixerit, hæc est farina aut panis decimarum pauperis, qui mihi dedit farinam & panem, quia non est moris distribuere decimas pauperis de farinâ & pane.

שעורה של אורז sunt *spicæ oryzæ*, nam non solebant de oryza dare decimas pauperis, nisi dum adhuc erat in spicis; at sunt qui exponunt esse oryzam antequam contusa sit, & cortice nudata, at post triturationem, quando adhuc continetur in cortice, moris est distribuere eam pauperibus. גריסין sunt fabæ molitæ in molis granorum.

נאמנים על השמן *fide digni sunt de oleo*, quia moris est de oleo dare decimas pauperis; at non sunt fide digni, si dicant, *hæ sunt olivæ decussionis*, olivæ enim decussionis sunt dona pauperum, qui arbores decutiunt ut olivæ decidant quæ antea remanserant ex מסיקה *decerptione possessoris*. At non est fide dignus pauper, si dixerit, hoc oleum expressi ex olivis decussionis; sed pauper qui dixerit, hæc farina aut hic panis est de spicilegio, & manipulo oblivionis ac angulo quæ collegi, undeque confeci hanc farinam, & hunc panem, is est fide dignus, quia moris est ut pauperes ex spicilegio, manipulo oblivionis, & angulo, conficiant panem, at non est moris conficere oleum ex olivis decussionis, quia tanti non est quantitas ut id fieri possit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Moris est spicilegium, & manipulum oblivionis, uti & angulum, dare de tritico, non autem de farina & pane, & propterea fide digni sunt de semine, non autem de farina & pane, & hoc innuitur quando dicit, paterfamilias dedit mihi illam farinam, & illum panem; at si dixerit, ego collegi semen oblivionis & angulum, & molui illud, & confeci inde hunc panem, erit ipsi fides habenda, at in tempore quo datur angulus.

שעורים של אורז *spicæ oryzæ*, sic etiam non erit fide dignus de oryza si quis eam trituraverit, nec si coxerit, quia moris erat oryzam non nisi dum erat in spicis pauperibus dare. גריסין sunt fabæ molitæ, חי notat id quod crudum & non coctum est. של מעשר עני *decimæ pauperis sunt hæ*, moris erat apud omnes, decimas separare ab oleo, ideoque ipsi fides erit habenda, si dicat hoc oleum cedit in decimas pauperum.*

זיתי ניקוף *olivæ decussionis*, sunt olivæ quæ in arboribus remanent, & à pauperibus decutiuntur, utpote ad eos pertinentes; non autem ei fides erit habenda qui dicat, hæ olivæ sunt ex iis quæ ab arbore sunt decussæ; ratio autem, quare ipsi fides sit habenda de spicilegio & angulo, si dixerit, hæc farina molita est è semine spicilegii & anguli, & non, si dixerit oleum hoc est confectum ex olivis decussionis, hæc est; quia fieri nequit ut exigua quantitas possit calcari aut moli.

GUISIUS.

1 *De farina.*] Quia non solent homines in farina, vel in pane angulum, prætermissum, vel spicilegium solvere. Et sic de cæteris.

2 *Farre oryzaceo.*] שעורה של אורז Maimonidi est סנבלה אלארז *spica*, vel *juba oryzæ*; sed non probo. Melius meo judicio R. Samson, & eum secutus Bertinorius, intelligunt oryzam nondum deglubitam, ut quæ statim sequitur *oryza ipsa* de deglubita intelligatur.

3 *Decussivis.*) *Decussivæ oleæ* sive זיתי ניקוף opponuntur τοῖς זיתי כתש *oleis strictivis*, Challa III. 9. Hæ stringuntur in usum Patrisfamilias; illæ pauperibus decutiendæ relinquuntur. Ita paucæ autem relinqui solent, ut nemo ex illis oleum exprimeret.

ד נאמנין

4. Fide

ד נאמנין על הירק חי ואין נאמנין על המבושל אלא אם כן היה לו דבר מועט שכן דרך בע״ל הבית להיות מוציא מלפסו :

4. Fide digni habentur de olere crudo: ſed non habentur fide digni de coƈto; niſi ſi quis forſan perparum habeat; quia ita ſolet paterfamilias 1 de olla detrahere.

R. OB. DE BARTENORA.

: נאמנים *fide digni*, ſupple pauperes; ירק חי *olus crudum*, ſi dixerit id eſſe decimas pauperum, nam olus obnoxium eſt decimis pauperum juxta conſtitutionem Sapientum. דבר מועט *res pauca*, fide digni ſunt etiam de eo quod coƈtum eſt, ſi id ſit parum; quia interdum paterfamilias obliviſcitur ſeparare decimas, tum ſeparat eas de eo quod coƈtum eſt in olla. לפס *lebes* eſt olla in qua ordinarie coquunt olera.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

: מלפסו è lebete ſuo, eſt genus vaſorum in quibus coquunt, vocatur לפס, & coquunt in eo olera.

GUISIUS.

1 *De olla.*] Paterfamilias decimas olerum ſeparare oblitus, nonnunquam coƈtas ex olla deſumit. Pro olla in textu eſt לפס, pro quo alibi אלפס; alibi לבס; nec facile dixerim an Græcum λέϐης, an vero λοπὰς hac voce exprimere voluerint. Forſan לבס eſt λέϐης, reliqua duo λοπάς.

ה אין פוהתין לעניים בגורן מחצי קב חטים וקב שעורים רבי מאיר אומר חצי קב קב וחצי כוסמין וקב גרוגרות או מנה דבילה ר״ע אומר פרס חצי לוג יין ר״ע אומר רביעית רביעית שמן רבי עקיבא אומר שמינית ושאר כל הפירות אמר אבא שאול* כדי שימכרם ויקח בהן מזון שתי סעודות :

5. Non minus erogant in 1 pauperes de area quam ſemicabum tritici; cabum hordei; (R. Meir ait, ſemicabum;) farris adorei ſeſquicabum; caricarum cabum; palathæ minam; (R. Akiba, ſelibram;) vini ſemilogum; (R. Akiba, quartarium;) olei quartarium; (R. Akiba, oƈtantem;) reliquarum omne genus frugum, inquit Abba Saul, quanto venum dato comparari poteſt cibus duarum refeƈtionum,

R. OB. DE BARTENORA.

: אין פוחתין לעניים בגורן *non-detrahunt pauperibus in area*, quando diſtribuunt decimas pauperum in area; non dant pauperibus minus quam juſtam quantitatem, quia Scriptura dicit Deut. 26: 12. ואכלו בשעריך ושבעו *& comedent in portis tuis & ſaturabuntur*, ergo des ipſis quantitatem qua poſſunt ſaturari.

דבלה notat ficus aridas quæ poſtquam contuſæ fuerint in maſſam conglobatam, ſic vocantur, & tum non venduntur juxta menſuram, ſed juxta pondus, idcirco dicit Miſchna quod eæ diſtribuantur במנה *Mina*, quod eſt pondus centum denariorum, denarius vero continet ſex Meas, Mea autem continet ſedecim grana hordei.

פרס eſt dimidia pars מנה; quoties in Miſchna fit mentio vocis מדה *menſura*, deciditur juxta doƈtorem primum; tandem deciſio juris eſt juxta Aba Scaul. Omnia vero hæc diƈta ſunt, de diſtributione decimarum pauperis in area, ſed qui decimas pauperis diſtribuit domi, is diſtribuat quantum ipſi placuerit, Sapientes enim hac in parte nihil præceperunt, quantum ſit diſtribuendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כוסמין ſpelta, eſt triticum ſylveſtre, eſtque de quinque ſpeciebus quæ vocantur תבואה *proventus*. גרוגרות ſunt ficus aridæ. דבלה notat ficus ſibi invicem adhærentes in una maſſa. Quotieſcunque in Miſchna fit mentio de מדה *menſura*, non adducitur ad indicandam quantitatem ponderis cujuſcunque menſuræ, quia pondus earum rerum quæ menſurantur, variat juxta varietatem ſubſtantiæ earum rerum quæ menſurantur, ſive eæ ſint tenuiores ſive craſſiores; quia non ſe habet pondus menſuræ mellis, uti pondus menſuræ ejuſdem qua menſuratur lac; ſed Miſchnæ ſcopus eſt docere per modum menſuræ quantitatem uniuſcujuſque menſuræ, idque ſemper in memoria teneas in tota hac Miſchna. Dicimus ergo primò menſuram illam, quæ continet quatuor digitos ſuper quatuor digitos, & in altitudine continet duos digitos, & ſeptem denas digitorum, hic autem digitus quo menſurat quantitatem eam, eſt ex digitis manus pollex, quando in concavo continet iſtam quam diximus quantitatem, ſive ea ſit figuræ quadratæ, aut circularis, aut triangularis, aut alius figuræ, eſſe eam quam dicimus לוג: & quarta ejus pars vocatur רביעית, & dimidia pars רביעית vocatur שמינית *oƈtava pars*; קב *cabus* continet quatuor logos. מנה vero continet pondus centum denariorum דינר vero continet ſex drachmas aut Zuſas juxta Zuſas temporum eorum, זוז *Zuſa* autem continet pondus ſedecim granorum hordei. פרס continet dimidiam partem denarii; חצי מנה *dimidium minæ*, valet quinquaginta denarios, hæ autem ordinatæ ſunt menſuræ eo quod Scriptura dicit ואכלו בשעריך ושבעו *& edent in portis tuis, & ſaturabuntur*, ad quod exponit traditio, *des ipſis ad ſatietatem uſque*; at ſi decimæ pauperum ſint, tantum det pauperibus, quando autem pauper intraverit aream, & dominus areæ adhuc poſſederit decimas pauperis, non minus dabit pauperi quam diƈtam quantitatem, de quecunque ſpecie eam debeat; at ſi amplius dare velit, det. Quando autem decimas pauperis adhuc tenet domi, non obligatur pauperi dare juxta limitatam quantitatem, ſed det cuicunque voluerit pauperi, ſive parum ſive multum; deciſiò non eſt juxta R. Meyer, neque ut R. Akiba, ſed juxta Aba Schaul.

GUISIUS.

1 *Pauperes de area.*] Singulos cum in aream petitum veniunt. Sin domi quis eroget nulla illi præſcribitur menſura.

ו מדה זו אמורה בכהנים ובלוים ובישראלים היה מציל נוטל כחצרה ונותן כחצרה היה לו דבר מועט נותן לפניהם והן מחלקין ביניהן :

6. Menſura iſta (a) præſcribitur Sacerdotibus, Levitis, & 1 Laicis. Qui partem 2 eripere (b) velit, dimidium ſibi ſumit, alterum erogat. Si ita 3 minus reſtat, coram deponit, ut 4 ipſi inter ſe dividant.

R. OB. DE BARTENORA.

מדה ז׳ : *mensura hæc*, supple *quam non diminuunt* ut Misna 5. nam non tantum de pauperibus, sed etiam de sacerdotibus, Levitis, & Israelitis dictum est, ut nemo eorum qui distribuunt decimas pauperis in area, diminuat quicquam de justa quantitate.

היה מציל *si reservaverit*, quia intentio ipsius est non distribuere omnes decimas pauperibus advenientibus, sed parumper reservare consanguineis suis qui sunt pauperes. נוטל מחצה *desumat dimidium*, nimirum, ut id det consanguineis. ונותן מחצה, *& det dimidium*, pauperibus qui adveniunt; si autem, postquam desumserit dimidium idque consanguineis suis reservaverit, ipsi reliquum sit minimum quid דבר מועט dictum, quod non est tanti, ut unicuique qui advenerit pauperi possit ex eo dare prout justa requirit quantitas, quæ supra in Mischna est determinata, det id quod ipsi restat, ut illi inter se id distribuant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Est hæc mens Mischnæ, illa quæ Misna præcedente dicta sunt de mensura pauperis, etiam dicta esse de mensura qua utantur sacerdotes, Levitæ, & Israelitæ, ut quicunque debeat decimas pauperis, eas det unicuique pauperi juxta determinatam quantitatem; si vero velit aliquid desumere è decimis quas domi tenet, eas det consanguineis qui sunt pauperes, & permissum sit ipsi desumere dimidiam partem ex decimis pauperum, eamque distribuere amicis suis qui sunt pauperes, alteram vero partem dimidiam det pauperibus qui adveniunt, & hic est sensus verborum, *si reservaverit*, *desumat dimidium*, *& det dimidium.* Quum autem ad eum veniunt multi pauperes, & apud eum invenitur portio decimarum pauperis quanta sufficiens est unicuique juxta mensuram determinatam, desumat sibi dimidium ejus quod habet, etiamsi reliquum sit minus quam ut unicuique distribui possit juxta determinatam quantitatem, nihilominus sumat sibi dimidium, & dimidium alterum relinquat pauperibus, qui id inter se distribuant prout æquum est, etiamsi unicuique minus quam determinata cedat quantitas, at alteram partem dimidiam sibi reservet pro amicis, uti diximus.

GUISIUS.

1 *Laicis.*] Ita significat ישראל in Misna, cum opponitur Sacerdotibus Levitis.

2 *Eripere.*] Reservare ut pauperibus cognatis distribuat. Qui ita velit, dimidium in istum finem sibi sumit, reliquum distribuit pauperibus, qui petitum veniunt.

3 *Minus.*] Quam ut pro mensura distribuat.

4 *Ipsi.*] Pauperes.

SURENHUSIUS.

(a) *Mensura hæc dicta est de sacerdotibus, Levitis & Israelitis*, quæritur quamobrem hic mentio fiat sacerdotum, Levitarum & Israelitarum, cum nulla ostenditur necessitas? resp. R. Schimeon exponit, quod hæc dicta mensura dari debet sive sacerdotibus pauperibus, sive Levitis pauperibus, sive Israelitis pauperibus, & juxta hanc expositionem dici potest, necessum esse hic mentionem fieri sacerdotum & Levitarum respectu hujus mensuræ, quia aliter quis cogitare potuisset, decimas pauperis ipsis non dandas esse ad satietatem usque, eo quod ipsis cedit ablatio de decimis, & decimæ; propterea necessum erat ut eorum haberetur ratio: hæc ita Lipman.

(b) היה מציל וכו׳ *si sibi reservaverit &c.*, supple בגורן *in area*, nam quod Maimon scribit בביתו *in domo sua*, videtur vitium typographicum esse, nam in Jad Chasaka Hilchot Maaser Ani capite sexto, satis clare expressit בגורן *in area*, & propterea hic locus emendandus est.

ז אין פוחתין לעני העובר ממקום למקו׳ מככר בפונדיון מארבע סאין בסלע לן נותנין לו פרנסת לינה שבת נותנין לו מזון ג׳ סעודות מי שיש לו מזון שתי סעודות לא יטול מן התמחוי מזון ארבע עשרה סעודות לא יטול מן הקופ׳ והקופה נגבית בשנים ומתחלקת בג׳ :

7. Non minus erogant in pauperem itinerantem quam panem 1 dupondii, cum quatuor sata tetradrachmo veniunt. Si noctem ibi agat, pernoctationi necessaria illi suppeditant. Si sabbathum, cibum trium refectionum. Cui cibus suppetit in duas refectiones, is nihil sumat de 2 Lance; cui suppetit in quaternas denas, is nihil accipiat de 3 Sporta. Sporta colligitur à 4 duumviris; à 5 triumviris distribuitur.

R. OB. DE BARTENORA.

מככר בפונדיון : *quam panem pondioli*, intellige panem qui venditur pretio pondioli, quando quatuor tritici sata venduntur siclo, quatuor vero sata valent viginti quatuor Cabos, unumquodque satum conficiens sex cabos; siclus vero denarios quatuor, & unusquisque denarius sex Meahs, atque ita comperietur siclum conficere quatuor & viginti Meahs, & viginti quatuor Cabos conficere quatuor & viginti Meahs, Cabus pro Meah, Meah vero duo pondiola, unde fiet ut panis qui venditur pondiolo, contineat dimidium cabi; sed quia caupo lucratur pro impensis coctionis, & molitione, fieri non potest ut panis dimidii cabi vendatur pondiolo, juxta pretium quo vendunt proventus publicè in platea quatuor sata uno siclo, & propterea panis qui venditur pondiolo non plus valebit quam quartam Cabi partem. Quando autem pauperi distribuunt proventum in area qui nondum molitus neque coctus est, non minus dant quam dimidium cabi; at si pauperi dederint panem coctum, non plus quam quartam Cabi partem distribuunt, sive sex ova, hoc sensu explicatur in Gemara in tractatu Erubhim capite octavo.

פרנסת לינה *victus ad pernoctandum*, intellige omne id quod ipsi ad pernoctandum est necessarium, ut lectus, stramen, & tegumenta. מזון ג׳ סעודות *cibus pro tribus epulis*, tenetur enim homo ter edere die Sabbati.

לא

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ככר: notat *panem unum.* פונדיון est media pars Zusæ. סאה est mensura quæ continet duos Cabos, quantitatem vero Cabi jam supra exposuimus. סלע *sela* sive siclus valet quatuor denarios, denarius autem sex Zusas, si vero liquefecerit siclum conficiat viginti quatuor Zusas; at quatuor sata viginti quatuor cabos, eritque pretium Cabus Zusæ, quando triticum valuerit quatuor sata pro uno sato, panis, quem confecerit quantitatem pondioli, conficiet dimidium Cabi; sensus Mischnæ est ac si dicas, non dant pauperi de loco in locum mendicanti ex eleemosynis minus quam unum panem qui valet dimidium Cabi.

פרנסת לינה *alimentum noctis*, intellige omne id quod ipsi necessarium est quod ad lectum, stramentum, & tegumentum, si istiusmodi pauper sit de facie notus, dant ipsi id quod sufficit ad tegumentum. Sapientes autem demonstrationem attulêre ex eo quod dicitur *ter comedendum die sabbati*, ex Exod. 16. אכלוהו היום כי שבת היום ליהוה היום לא תמצאוהו בשדה: ubi vox היום *hodie* ter repetitur, atque adeo demonstrat tres comestiones.

תמחוי est vas aliquod in quo pauperum alimenta recondunt; solebant enim omnibus diebus cum vase illo adire domos eorum qui habebantur ditiores, quos de frusto cibi illius qui erat coctus, compellabant, quem imponebant vasi, & postea di-

stri-

לא יטול מן התמחוי *non accipiet è Tamchui*, quia è Tamchui diſtribuitur quotidie, ſolent enim diaconi adire patrumfamilias portas per ſingulos dies, petentes id quod coctum eſt in neceſſitatem pauperum, vas vero illud cui imponunt id quod coctum eſt vocatur תמחוי *Tamchui*.

לא יטול מן הקופה *non accipiet de Cupha*, quia è Cupha diſtribuitur ineunte ſabbato uſque ad exitum ipſius. נגבית בשנים *colligitur per duos*, quia pœnam injunxere in cauſa eleemoſynarum, ne minus quam duo eccleſiæ principatum tenerent.

ומתחלקת בשלשה *& diſtribuitur per tres*, quia eſt jus de diſtributione bonorum, jam autem in jure ubi agitur de re pecuniaria tres ſint neceſſe eſt, ob rationes à Maimonide datas.

ſtribuebant pauperibus; in hoc porro opere tres adhibebantur perſonæ, ad haſce eleemoſynas colligendas ac diſtribuendas, quia is qui eas colligit, etiam diſtribuat eodem tempore.

קופה eſt itidem vas aliquod ex juncis aut ſtipulis confectum, hoc autem vas adjungitur alteri, ut in eo colligantur eleemoſynæ diei ſexti uſque ad diem ſextum. Tenemus enim pro fundamento, ab eo, qui non dederit in Cupham id quod debet, expoſtulandum eſſe pignus aliquod, propterea dixere magiſtri, *mulctant eos propter eleemoſynas etiamſi id fiat veſperi ſabbati*; propterea ad minimum duo requiruntur ad colligendum eleemoſynas, quatenus pro fundamento tenemus ad minimum duos requiri ad eccleſiam gubernandam, quando autem dividuntur à ſe invicem, tres ſint neceſſe eſt, quia jus de re pecuniaria ſemper tres requirit, ut uni detur multum juxta multitudinem liberorum, alteri vero parum juxta paucitatem liberorum, idcirco quoque pro fundamento tenemus tres requiri judices ubi agitur de bonis. Si pauperi alicui ſit cibus in duo prandia, qui eſt cibus pro toto die, non diſtribuitur ipſi è Tamchui, è quo diſtribuunt quolibet die; ſi cui ſit cibus pro quatuordecim prandiis qui eſt alimentum pro tota ſeptimana, non dabitur ipſi è Cupha, è qua diſtribuitur ſingulis ſeptimanis. Faciunt autem quatuordecim prandia in alimentum totius ſeptimanæ, quia ter comeditur die ſabbati, & undecies ſex diebus reliquis, bis ſingulis diebus, ſemel die & ſemel veſperi; juxta computationem vero neceſſum eſſet duodecim dari prandia, ſed illi non computarunt prandium quod ſumitur exeunte ſabbato, quod non eſt neceſſarium quia die ſabbati comeditur tempore pomeridiano, quod complementum trium ſabbati epularum.

GUISIUS.

1 *Dupondii.*] Cur ſic verterim פונדיון reddenda ratio eſt. Vox פונדיון dubio procul à Latinis vel Græcis mutuata, quibus tamen nullum eſt *pondium* vel πόντιον; ſed *dupondium* δυπόνδιον. Deinde dupondii ad aſſem Romanis, & δυπονδίου ad ἀσσάριον Græculis proportio dupla. Varro; *Cum as ſit ſimplex, dupondius dictus, quod duos aſſes pendebat.* Cleopatra; δυπόνδιον ἢ ὁμοίως ἄγει δραχμὰς δ΄ poſt paulo ἀσσάριον ἔχει δραχμὰς β΄. Pariter Judæis & פונדיון ad איסר proportio dupla. Excidit in voce peregrina prima ſyllaba, ut in aliis nonnullis. De hoc numo, uti etiam de tetradrachmo & reliquis commodius & fuſius infra ad Maaſer she. II.

2 *Lance.*] תמחוי *lanx eſcaria.* Hic autem iſtam lancem intelligunt, quam גבאי תמחוי *Collectores eleemoſynæ Lancis* quotidie circumferebant ad privatorum ædes, ut in ea colligerent cibi analecta veſperi inter pauperes dividenda.

3 *Sporta.*] קופה *Sporta*, quam גבאי קופה *Collectores ſportæ* circumferebant pridie ſabbathi ſingulis ſeptimanis ad ſtipem colligendam, quam deinde inter pauperes concives diſtribuerent.

4 *Duumviris.*] Stips ſportæ contribuenda certa & definita erat, quam ſi quis nollet conferre, Collectores ſportæ poterant ædes ingreſſi ſupellectilem pignori capere. Hinc eſt quod Duumviri eſſe debeant juxta Regulam juris אין עושין שררה על הצבור פחות משנים *Magiſtratus publicus non conſtituendus eſt pauciorum quam duumvirorum.*

5 *Triumviris.*] Quippe cauſa pecuniaria eſt. Sed דיני ממונות בשלשה *Cauſæ pecuniariæ à triumviris determinantur*, Synh. I. 1.

ח מי שיש לו מאתים זוז לא יטול לקט שכחה ופאה ומעשר עני היו לו מאתים חסר דינר אפילו אלף נותנין לו כאחת הרי זה יטול היו ממושכנין לבעל חובו או לכתובת אשתו הרי זה יטול אין מחייבין אותו למכור את ביתו ואת כלי תשמישו:

8. Cui drachmæ ſuppetant ducentæ, is ne capiat ſpicilegium, prætermiſſum, angulum, vel decimas pauperum. Si ducentas habeat 1 minus denario, etiamſi mille illi ſimul contribuerint, accipere poteſt. Si pignori datæ fuerint creditori, vel pro (a) uxoris dote, accipere poteſt. Non obligandus eſt domum divendere, vel ſuppellectilem.

R. OB. DE BARTENORA.

מאתים זוז: *ducentæ ſuſæ*, inſtituere Sapientes iſtam ſummam eo quod ſufficit pauperi quod ad veſtimentum & alimentum per totum annum. או לכתובת אשתו *aut pro dote matrimoniali uxoris ſuæ*, etiamſi illa habitet cum illo.

ואת כלי תשמישו *& vaſa miniſterii ſui*, intellige vaſa quibus utitur die ſabbati, feſtiſque diebus, hoc autem fit quando veniunt ut capiant ſpicilegium, & manipulum oblivionis, & angulum, non autem accipiant è vaſe Cuphæ pro eleemoſynis, ſed privatim aluntur, & non accipiunt de eo quod tenet ærarii præfectus; ſed ſi acceperint è Cupha eleemoſynarum, non concedunt ipſis capere ſpicilegium, neque manipulum oblivionis, neque angulum, niſi uſque dum vendiderit vaſa miniſterii.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ממושכנים: *oppignorata ſunt*, intellige oppignoratione bonorum, etiamſi ipſi ſit vas argenteum aut aureum, uti ſunt pocula & ſcutellæ, non tenetur ea vendere niſi uſque dum accipiat dona pauperum iiſque ſubſcribat, quo ipſi dicant, vende illa vaſa, & compara tibi alia, &, ne diminuas pauperum dona.

GUISIUS.

1 *Minus denario.*] Id eſt, centum nonaginta novem, nam זוז *drachma*, & דינר *denarius* idem, ut infra docemus.

SURENHUSIUS.

(a) או לכתובת אשתו *aut pro dote matrimoniali uxoris*, exponit Bartenora, אפילו היא יושבת תחתיו *etſi illa* (uxor) *conſideat* (ſit in poteſtate mariti) *ſub illo*, vult dicere, etiamſi quis dicere poſſet, ducentas iſtas Zuſas pro uxoris dote quidem eſſe oppignoratas, indè tamen non procedere ut maritus accipiat jus ad capiendum ſpicilegium, prætermiſſum, angulum, & decimas pauperum, quia nondum eſt pauper, quandoquidem poteſtatem habet in uxorem, & per conſequens etiam in bona illius, ideoque monet quod maritus nihilominus vere pauper eſt, & juris pauperum particeps, quandoquidem nummos iſtos, quos ſemel uxori conceſſerit ex contractu matrimoniali, nunquam repetere poteſt, ſive uxor cum eo habitet, ſive repudiata fuerit ab ipſo, quia uxoris bona ſunt quæ maritus jam dono dedit uxori, & diu ab ipſo alienata.

ט מי שיש לו חמשים זוז והוא נושא ונותן בהם הרי זה לא יטול וכל מי שאינו צריך ליטול ונוטל אינו מת מן הזקנה עד שיצטרך לבריות וכל מי שצריך ליטול ואינו נוטל אינו מת מן הזקנה עד שיפרנס אחרים משלו ועליו הכתוב אומר ברוך הגבר אשר יבטח ביי׳ והיה ה׳ מבטחו וכן דיין שדן דין אמת לאמתו וכל מי שאינו לא חגר ולא סומא ולא פסח ועושה עצמו כאחד מהם אינו מת מן הזקנה עד שיהיה כאחד מהם שנאמר ודורש רעה תבואנו ונאמר צדק צדק תרדוף וכל דיין שלוקח שחד ומטה את הדין אינו מת מן הזקנה עד שעיניו כהות שנאמר ושוחד לא תקח כי השוחד יעור פקחים וגו׳ : תם

9. Cui suppetunt drachmæ quinquagenæ quibus negotiatur, is ne accipiat. Quicunque citra indigentiam accipit, non 1 migrat è mundo donec hominum ope indigeat. Et quicunque indiget, nec tamen accipit, non 2 moritur senio confectus donec alios de suo alat. De isto loquitur scriptura (Jer. XVII. 7.) *Benedictus ille vir, qui Domino fidit, & cujus fiducia est Dominus.* [3 Atque ita Judex qui juxta veritatem jus dicit. Quicunque non est 4 membro captus nec cæcus nec claudus, & tamen simulat eorum aliquem, non moritur senio confectus donec alicujus eorum instar fiat. Dicitur enim (Prov. XI. 27.) *Qui quærit malum, ei eveniet.* Dicitur etiam (Deut. XVI. 20.) *Justitiam, justitiam sectare.* Quicunque Judex munus accipit ut jus pervertat, non moritur senio confectus donec oculi caligent. Dicitur enim (Deut. XVI. 19.) 5 *Munus ne accipito, quia munus excæcat oculos sapientium.*]

R. OB. DE BARTENORA.

מי שיש לו חמשים זוז : *cui sunt quinquaginta susæ &c.*, quia quinquaginta quibus mercaturam agit tantum valent ac ducentæ quibus non agit mercaturam.

Omnis qui opus habet ut accipiat, & non accipit, uti is qui exercet aliquam artem, & se sustentat opere manuum suarum, ne alii eum sustentent, sed quando opus manuum suarum non potest eum sustentare, ut pauperrimè vitam agat usque ad mortem ferè, de eo dixere, qui opus habet ut accipiat, & non accipit, is facit ac si effundat sanguinem, cum eo prohibitum est pietatem exercere, quia si non exercet pietatem in se, quanto minus in alios.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quinquaginta susæ quibus mercaturam agit, tantum valent ac ducentæ quibus non agit mercaturam, & quod dictum in Mischna præcedenti, scil. illum, qui possidet ducentas Susas, non accipere eleemosynas, id intelligendum est de eo qui senio confectus, aut alia de causa ineptus est ad mercaturam agendam istis susis; at si intelligat mercaturam, etiam quinquaginta susis tantum mercaturam agat, & non licet ipsi accipere dona pauperum.

GUISIUS.

1 *Migrat è mundo.*] Al. *moritur senio confectus.* Ita MS.

2 *Moritur senio.*] MS. *migrat è mundo.*

3 *Atque ita Judex &c.*] Hæc & quæ ad finem usque sequuntur absunt à MS. Sunt & in illis codicum discrepantiæ, quas parum nostra refert scrupulose adnotare.

4 *Membro captus.*] Vox חגר, quam hic transfero *membro captus* in Paraphrastis Chaldæis semper fere respondet Hebrææ פסח. *claudus*, quæ hic tertio loco venit. Atque ista homonymia non neminem offendisse videtur, qui in codice quodam meo legendum notavit עור *cæcus.* Sed illud idem cum secundo סומא. Videtur חגר latius patere quam פסח. Nimietatem alicujus membri, quæ usum impediat, forsan denotat. Inde pro כבד פה וכבד לשון *Gravis*, vel *impeditus ore & lingua*, Exod. IV. 10. Chaldæus Pseudo-Uzielides (vel ut sæpe eum vocat R. Nathan, Hierosolymitanus) habet חגר פום וחגר ממלל περιτλὸς τὸ σόμα, περιτὼς τλὼ λαλιάν. Idem R. Nathan ex Paraphrasi quadam Chaldæa pro ערל שפתים *incircumcisus labiis* Exod. VI. 12. affert iterum חגר ממלל περιττὸς τλὼ λαλιάν, quod in hodiernis codicibus non ita legitur.

5 *Munus ne &c.*] Alii codices hic exprimunt Exod. XXIII. 8. ubi verba nonnihil variantur.

Finis Tractatus de Angulo.

מסכת דמאי

פרק א הקלין שבדמאי השיתין והרימין והעוזרדין ובנות שוח ובנות שקמה ונובלות התמרה והגופנין והנצפה האוג זהחומץ ביהודה והכסבר רבי יהודה אומר כל השיתין פטורי' חוץ משל דופרה כל הרימין פט:רין חוץ מרימי שקמונה כל בנות שקמה פטורות חוץ מן הכוסטפות :

Tractatus de Re Dubia.

CAput I. 1 Pro exemtis habentur in re dubia 2 olynthi, 3 connari, 4 ſorba, 5 ficus albæ, ſycomora, dactyli decidui, 6 vites ſerotinæ, capparis, & in Judæa rhus, & acetum, & coriandrum. R. Juda dicit; omnes olynthi immunes habentur præter biferos; omnes connari præter 7 Sycaminenſes; omnia ſycomora præter 8 fiſſa.

R. OB. DE BARTENORA.

הקלין שבדמאי : *res leves in Demai*, intellige iſtiuſmodi res quæ ut leves æſtimatæ ſunt à Sapientibus inter fructus qui recenſentur in hac miſchna, quæ ſi referantur inter *Demai* (*res dubias*) non ſubjectæ ſunt decimationi, quia iſtiuſmodi res proveniunt ex poſſeſſione quæ omnibus communis quod ad loci ſitum, & occurrunt in iis duo dubia; primum dubium eſt, ſi veniunt ex loco communi, quæ liberæ ſunt à decimis; ſecundum dubium eſt, quod, etiamſi quis dicat eas venire è loco privato, & ſepimento circumducto, & propterea decimationi ſubjectas, fieri poteſt, eas jam eſſe decimatas. Per דמאי intelligas proventus fructuum qui publicè emuntur à plebejis, qui de decimis habentur ſuſpecti, ſi autem חבר i.e. qui literis operam dedit emerit fructus מעם הארץ *ab homine plebejo*, tenetur ab iis ſeparare Trumam decimarum, & decimas ſecundas, ſi fuerit annus decimarum ſecundarum; at de Truma magna non ſunt ſuſpecti plebeji, quia ea tenentur ſub pœna mortis, & non impoſita ipſi eſt ulla menſura, quia unicum granum tritici totum liberat acervum, & propterea etiam unuſquiſque ſine exceptione de ea obligatus eſt. At non eſt neceſſarium decimas primas & ſecundas ſeparare è *Demai*, etiamſi plebeji ſint de iis ſuſpecti, quia fructuum poſſeſſor dicere poteſt Levitæ, aut pauperi qui veniunt ut accipiant decimas, *proba quod iſti fructus non ſunt decimati, & accipe eos.* Tenemus enim pro regula in omni loco, quod unuſquiſque, in eo quod educet à ſuo proximo debet habere teſtem ad ſe pertinere id ipſum; at de Truma decimarum hoc dici nequit, quia is qui comedit Tébhel de quo non ſeparata ſunt dona ſacerdotalia, reus eſt mortis, & propterea cauſâ prohibitionis ſeparamus Trumam decimarum, & ſimul etiam decimas ſecundas, ne eas comedat in immunditia, aut extra Jeruſolymas.

שיתין ſunt *ficus ſilveſtres.* רימין juxta Aruch exponitur per *Pulſraqui* in lingua Italica. עוזרדין Arabicè dicuntur זעורור, vernaculè vero *ſorbas.* בנות שוח ſunt ficus candidæ quæ proferunt fructus ſuos à tribus ad tres annos & creſcunt in ſylvis. נובלות התמרה ſunt dactyli qui non matureſcunt in arbore, ſed ponunt eorum unum ſuper alterum ut eo modo matureſcant; at alii נובלות תמרה exponunt dactylos quos ventus de arboribus decutit ante maturitatem. גופנים ſunt uvæ quas in vite relinquunt in fine vindemiæ, & hæ difficilè admodum matureſcunt. נצפה *capparis*, juxta Aruch צלף: Sed אוג eſt fructus ruber quem vernaculè vocant corniolos; R. Moſche autem dicit eſſe arborem quæ profert botros rubros, quæ Arabicè vocatur סומאק, ſed hic fructus non magni fuit æſtimatus in Judæa.

והחומץ *& acetum*, prioribus temporibus non fecerunt acetum de vino in Judæa, quia ſumebant de eo libamina ſacrificiorum, & acetum terræ Judææ non niſi de dactylis conficiebatur, propterea acetum terræ Judææ erat liberum; ſed poſtquam ceſſavêre libamina ſacrificiorum, fecerunt acetum de vino, & hoc acetum ſubjectum eſt juri Demai, tam in Judæa quam in aliis locis. והכוסבר eſt ſemen coriandri, juxta Targum Jeruſolymitanum.

דופרה eſt arbor quæ bis per annum profert fructus, compoſita vox ex δὶς & Φέρω שקמונה eſt nomen loci. מוסטפות notat ficus quæ in arbore matureſcunt uſque dum ſpontè cadunt, & hæ in pretio habentur, & non cenſentur communes; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum quo hic tractatus fundatur, eſt illud quod dicam, nimirum, quod *Demai* (quæ eſt vox notans id de quo dubium eſt an de eo data ſint dona Dei benedicti, an verò non) ſit obligatio de relinquenda una parte de centeſima, quæ eſt decima de decima parte, quam det ſacerdoti; deinde ſeparant decimas ſecundas quas poſſeſſores proventus comedunt Jeruſolymis, ſecundum jus decimarum ſecundarum, aut redimunt proventum, uti exponetur ſuo loco. Sed non tenetur de eo ſeparare neque decimas primas, neque decimas pauperis, quatenus decimæ primæ ſunt pro Levita, & decimæ pauperis pro pauperibus; & tenemus pro fundamento in jure noſtro, qui educit ei aliquid, à proximo ſuo dandam eſſe probationem; eſt enim hæc res dubia, ſi dicat Levitæ aut pauperi; proba quod nihil ſeparatum ſit de eo quod tu petis, & cape illud. At non ſic agendum eſt cum decimis de decimis, quia eſt Truma, uti expoſuimus, portio ſacerdotalis; & qui comedit Tébhel de quo non ſunt ſeparata dona ſacerdotalia mortis condemnatur, Deo eam infligente; propterea hujus prohibitionis gratiâ ſeparanda eſt portio ſacerdotalis, non autem ea de cauſa, quod ſacerdos ea poteſt ſeparare jure. *Demai* vero non ſubjicitur Trumæ magnæ, quatenus *Demai* eſt id quod emitur à plebejis, & fructus plebejorum cenſentur *Demai*, & nemo datur etiam qui diminueret quicquam de Truma magna, neque plebejus, nec ullus alius præter ipſum, ſed omnes eam ſeparant. Sic etiam dixere quod R. Jochanan ſacerdos magnus, qui eſt is qui ordinavit illos ritus *Demai*, uti expoſuimus in fine tractatus Maaſer Schemi, miſit per totam terram Iſraelis, comperitque plurimos non niſi Trumam magnam tantummodo ſeparare, & propterea hoc fundamentum in memoria teneto.

הקלים *res leves*, ſenſus eſt, earum rerum quæ hìc memorantur jus eſſe leve, & non ſubjectas eſſe juri *Demai*, neque Trumæ decimarum, neque decimis ſecundis; hujus vero rei ratio eſt, quia arbores quæ hìc numerantur ſunt arbores ſylveſtres, quæ non ſunt ſub juriſdictione hominis, pauci enim eas plantant, & maxima earum pars relinquitur communis, at jam expoſuimus id quod commune eſt, non eſſe obnoxium decimationi; propterea duo occurrunt dubia, unum dubium eſt an ſint illi fructus de agro communi, an non; ſecundum, an ſint de agro ſepto aut cura cuſtodito; & an ſeparata ſint de iis dona, aut non; nam pro fundamento tenemus duo dubia facere ad levandum.

שיתין eſt ſpecies ficuum ſylveſtrium. רימין Arabicè vocantur אללבק. Sed עוזרדין exponitur per עזרור. בנות שוח: eſt ſpecies ficuum candidarum quæ fructus ſuos proferunt tertio anno uſque ad tertium annum. בנות שקמה vocantur גמיש, ſunt etiam de ficubus ſylveſtribus, & omnes iſtiuſmodi ficus non niſi in montibus reperiuntur, & in ſylvis. נובלות ſunt dactyli qui decidunt ante maturitatem, quando inſurgit ventus, & hi etiam maxima ex parte communes habentur. והגופנין eſt ſpecies olerum adinſtar anethi. נצפה Arabicè vocatur קפ"אר. אוג vocatur סוכאק in terra Iſraelis, & ſunt arbores quæ proferunt botros rubros qui comeduntur.

החומץ שביהודה *acetum in terra Iſraelis*, exponunt in Gemara hoc intelligendum de tempore illo quo conficiebant acetum de dactylis, qui dactyli erant communes, ſed quando acetum conficiebant de vino, tenebatur de jure *Demai*. כוסבר eſt ſemen coriandri. דופרא eſt vox compoſita ex *duo* & *fero*, eo quod bis ſuos per annum profert fructus, eſtque ſpecies ficuum

cuum. שקמונה est nomen loci. מוכבפות ficus præ maturitate fissæ, has autem arbores juxta opinionem R. Jehudæ plantant in hortis, & propterea subjiciuntur juri Demai; at non est decisio juxta R. Jehuda. Fundamentum vero quod semper observandum est, quod omnis planta quæ est in possessione loci communis, & rarissimè plantatur in horto, libera sit à jure Demai.

GUISIUS.

Rem dubiam vocant fruges ab עם הארץ plebejis *emtas: Plebeji enim suspicioni obnoxii de frugibus non decimandis. Qua de causa cum misere fluctuarent hominum animi, tempore tandem Johannis Pontificis Maximi factum est, ut* nemini opus foret sciscitari de re dubia, *ut expresse docet Misna ad calcem Tituli Maaser sheni, atque iterum repetit Sota IX. 10. Ex hujus rei historia pendet cognitio rei dubiæ, & juris circa eam versati, Johannis istius P M authoritate introducti, quod hoc Titulo declaratur. Siquidem ante hoc tempus plerique homines negligentiores facti circa decimas solvendas in causa fuerant, ut religiosiores, quos* אחרי אלתחרי, τὰς περὶ τ̀ νόμον ἀκριβοῦντας *vocat Maimonides, ægre quicquam e foro compararent, nisi prius certiores facti, decimatum an non decimatum fuerit. Si dubium esset, abstinerent prorsus, ne decimas suo damno solvere deberent: quippe religio erat frugibus uti, nisi primitiis decimisque omnimodis, ipsis consciis, prius rite desumtis. Plerique autem minus severi rem dubiam citra ullum scrupulum comparare & comedere frequenter solebant. Hinc magnum ortum scandalum. Johannes ille, ut utrique incommodo subveniret, statuit omnes fruges a plebejis emtas pro re dubia haberi; eam vero teneri ad decimarum decimas, & decimas secundas solvendas; non autem ad primitias majores, decimas primas, pauperumve. A primitiis majoribus immunem fore voluit, quia examinatum miserat per totum Israelem, & cunctos repererat religione ductos de earum solutione sedulo cavere, utpote cujus rei omissio peccatum traheret cœlitus infligenda morte luendum. A decimis primis, & pauperum, quia illis nulla inerat sanctitas; adeo ut hic locum haberet notissima juris regula,* המוציא מחבירו עליו הראיה Actori incumbit probatio; *ut ita Levitæ & pauperes vindicare nequirent, nisi probare prius possent decimas nondum solutas; quo casu dubium cessat. Decimarum decimas, quæ centesima totius, solvi jussit, non quasi Sacerdotibus ad eas vindicandas utilis competeret actio civilis, magis quam Levitis & pauperibus de suis; nam & hic æque obstaret eadem regula: sed quia par hisce sanctitas cum majoribus primitiis, atque idem propter temeratas peccati & mortis θεηλάτου periculum; utcunque vulgo tunc temporis aliter visum. Denique decimas secundas etiam separari voluit, quia id nullo cum proprietarii damno conjunctum; hoc illi duntaxat incumbente, ut vel ipsas decimas, vel earum pretium Hierosolymis expenderet. Vide Gemaram Hierosolymitanam ad calcem Tituli Maaser sheni; utramque ad Sota IX. 10. Maimonidem Hal. Maas. IX. & in commentario ad Misnam locis laudatis. De Johanne Pontifice vide quæ infra observamus ad Maaser she. V. 15.*

SURENHUSIUS.

(a) Scribitur in Thosephot folio decimo tertio tractatus Schabbat, rationem, quamobrem hic majorem curam adhibuerunt Sapientes interdicti de ejusmodi rebus quæ tenentur ad jus decimarum secundarum, & Trumæ de decimis, esse, quia harum interdictum maximæ est utilitatis & usus, & multi in illis peccant. Et quod Bartenora scribit, decimæ primæ & decimæ pauperis non sunt separandæ de *Demai*, etsi plebeji earum habeantur suspecti; & Misna tertia capitis quarti exponit, quod decimarum pauperis non habentur suspecti, ratio est, quod unusquisque Demai habet pro טבלי *re illibata*, constat tamen quod Sapientes non decreverunt de Demai separare, eo quod in illis non continetur pœna mortis, (si separationem neglexerit,) sed præceptum negativum tantum, quemadmodum exposuit Maimon in Hilchot Maachelot Asurot. Quandoquidem innitimur ei qui dixit, *maxima plebejorum pars decimare solet*, uti exponit Bartenora Misna subsequenti, & in principio septimi capitis Berachot. Et multis aliis in locis, uti etiam in Thosephot capitis secundi tractatus Cetubhot fol. 24. deciditur, quod generalis omnium sententia est, maximam plebejorum partem solere decimare, propterea de eo quod est præceptum negativum non decreverunt. Et hac de causa etiam benè habet quod doctor Misnicus non neglexit hæc ita tradere juxta R. Meyer, qui dixit Misna quarta capitis noni Jebhammot, quod decimæ primæ vetitæ sunt vulgari Israelitæ. Sin autem ita se res habet, tenebitur etiam separare eas & vendere Levitis, etiam juxta R. Meyr, quia decimæ non involvunt pœnam mortis, sed præceptum negativum tantum, idcirco non decreverunt de illis. Et propter hanc rationem etiam benè habet, quod nihil decreverunt de eo qui comedit in luctu, uti exponetur inferius. Cæterum Bartenora exponit, quod propter interdictum separant Trumam de decimis, & non exponit quid cum illis faciunt, an eas dabit sacerdoti, an vero vendet illi; sed Maimon capite nono Hilchot Maaser exponit, quod eas dabit sacerdoti, quod ita explicatur in fine tractatus Maaser Scheni, *Truma de decimis dabitur sacerdoti*; ut & capite nono tractatus Sota, Misna decima, & Misna nona capitis tertii in Challa docetur hoc sensu, *separat Trumam & Trumam de decimis ex to o, & residuum valorem*, quod nos docet etiam Trumam sacerdoti gratis dandam. Sed R. Schimeon scribit, quod, si vendiderit sacerdoti, licitum esse juxta valorem. Verum in Thosephot ad caput primum tractatus Joma folio nono scribitur, quamobrem etiam non dicimus de Truma de decimis quod eam separant, & ad possessorem pertinet, & quod eam vendere potest, & nummos sibi sumere. Ad hoc respondendum est, quod, cum Truma sit res exigua, quia tantum est centesima pars, & cum pretium ejus sit exiguum, ita ut minoris vendere debeat, quia pauci inveniuntur quibus non licitum est comedere, eo quod paucissimi sunt Sacerdotes, ideo ordinarunt Sapientes ut eam darent sacerdotibus; vide etiam capitis tertii Misnam sextam in tractatu Challa. Hæc subtiliter notavit doctissimus Lipmannus.

1 *Pro exemtis.*] Fructus, qui hic enumerantur, ob vilitatem raro solent custodiri, adeoque dubium est an cadant sub regula de decimandis Maaseroth I. 1. infra tradenda. Si etiam dubium sit, decimati sint necne, sic duo concurrunt dubia. At regula juris est; תרי כפיקי להקל, *Ubicunque duo concurrunt dubia, exem'ioni locus est.*

2 *Olynthi.*] Quidam R. Johannes in Gemara Babilonica Berac. 40. *b.* ubi hæc Misna citatur. שיתין habet pro ficuum specie; nec explicat ulterius. Benjamin Musaphias, ni obstaret illius authoritas, se malle ait intelligere *fructum ejusdem nominis Græcis & Latinis, cui terni vel quaterni nuclei, & qui quum primo carpitur esui ineptus est, donec dies aliquot stramine opertus mitescat.* Tam rudi descriptione intelligit mespila *setania.* Sed nihil est, quod sententiam istam vel minime adstruat præter nudam nominis similitudinem. *Olynthos* posui, quos Plinius ex Theophrasto *aborsus* interpretatur, alios à *grossis.* Rabban Simeon ben Gamaliel apud R. Nathanem in בנורת שבע sic. כהוצארת העלין עד הנטרה הפגין שלשים יום ומן הפגים ועד השיתין הנובלורת חמשים יום ומן השיתן עד התאנים נ׳ יום. *Ab exortis foliis ad grossos protrusos triginta dies; à grossis ad olynthos deciduos quinquaginta; ab olynthis ad ficus quinquaginta.* R. Simeoni Abbæi, vel Ammæi filio in Talmude Hier. השיתין sunt אלו שהן יוצאורת תחרת העלין, *ficus quæ prodeunt sub foliis,* i. e. olynthi. Athenæus ex Theophrasto ἔστι καὶ ἄλλο γένος συκῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι, περὶ Κιλικίαν, καὶ Κύπρον ὀλυνθοφόρον, ὃ τὸ μὲν σῦκον ἔμπροσθεν φέρει τοῦ φύλλου, τὸν δὲ ὄλυνθον ἐξόπισθεν. III. 4.

3 *Connari.*] Gemara ibidem רימין exponit כנרי. Ita editi libri; sed R. Nathan inde citat כנרי, i. e. κόνναροι. Huic authoritati accedit, quod Agathocles Cyzicenus apud Athenæum XIV. 17. ita connaros describat, ut zizypha non parum referant. Jam vero dicitur Chil. 1, 4. השיזפים *zizyphi, &* הרימין *connari, utcunque simillimæ sint, sunt tamen diversi generis inter se.* Huc etiam facit, quod Maimonides רימין Arabicos אלנבק esse vult. Sunt autem النبق fructus arboris سدر,

quæ loti ſpecies; non illa Homeri & Lotophagorum, ſed Cyrenaica Theophraſti. Ejus fructus Polybio deſcribitur τῷ μὲν χρώματι φοινικοῦς, τῷ δὲ μεγέθει ταῖς στρογγύλαις ἐλαίαις παραπλήσιος. Qui ſi non ipſus ſit Agathoclis connari fructus, ſaltem parum diſſidet. De connaro ſic ille; γλυκὺς δὲ πάνυ ὁ καρπὸς, μέγεθος κατὰ φαυλίαν ἐλάαν. Hinc denique R. Nathan vernacule exponit פולצראקי, i.e. Italiæ vulgo *Pulſaraca*; quod ex *Puls Syriaca*, (quod ipſum ſatis barbare pro *faba Syriaca*) deflexum. Faba Syriaca eadem Loti ſpecies.

4 *Sorba.*] Gemara טולשי, pro quo R. Samſon legit עולשין *intyba*, perperam. Illud Gaonum nonnemo Arabice exponit גינרי, vel גנורי, & pro fructu quodam habet rubro. جنار Arabibus ut mihi videtur factum eſt ex Græco κόνναρος. Perſis quidem platanus eſt, arbor infrugifera. Sed Abu-Hanifæ eadem quæ Arabibus دلب, quæ non modo platanus, ut vulgo intelligunt; ſed & arbor quædam baccifera, quam ita ex Iſaaco Amrani filio deſcribunt Beitharides & Ebn-Al-Cabatius, ut habeam pro ſorbo torminali Plinii, platani foliis. Attamen Maimonides עוזרר pro meſpilo habet. Nempe Arabibus الزعرور eſt meſpilus aronia Dioſcoridis. Quicquid ſit, ſemper fere conjunctum venit cum אגסים, קרוסטומלין, & פרישים, *pyris*, *cruſtuminis*, *& malis cyd niis* ut videre eſt Chil. I. 4. Maaſ. I. 3. Oketz. 1. 6.

5 *Ficus albæ.*] Vide infra Shebi. V. 1.

6 *Vites ſerotinæ.*] Ita Gemara loco ſupra laudato, שילהי גופני. Maimonidi גופנן eſt *olus anetho ſimile*; vel juxta alios אלסבסתאן *prunus ſebeſtena*, ſive *myxus*; quæ quantum diſtant, nemo non videt. Quod Maimonides pro olere habeat, ſecutus videtur authoritatem Talmudis Hieroſolymitani, ubi exponitur שמירה, i.e. σμύρνιον.

7 *Sycaminenſes.*] שקמונה nomen loci, *Sycaminum*.

8 *Fiſſa.*] R. Nathan, & ex eo RR. Samſon, & Obadias; *Quæ eatenus in arbore coquuntur, ut ſponte hient.* Videndum tamen annon aliquid aliud hic ſubſit. Nota res eſt ex Theophraſto, Dioſcoride, Athenæo, Plinio, ſycomora ægre miteſcere niſi ferro ſcalpta lacteum humorem, qui nimius ſemper ſuccedens maturitatem prohibet, prius emittant. Hoc ſenſu מוסטפות hic accipio, ut ſonet *ſcalpta*, vel *ſcalpendo fiſſa*. Senſus loci in hoc vertitur, ut ii fructus qui non ſolent cuſtodiri, pro exemtis habeantur. Sed qui ita ſcalpſerit, ſatis monſtrat ſe horum fructuum cura teneri. De groſſorum ſcalptura aperte loquitur Miſna Shebi. II. 5.

ב הדמאי אין לו חומש ואין לו ביעור ונאכל לאונן ונכנס לירושלם ויוצא ומאבדין את מעוטו בדרכים ונותנו לעם הארץ ויאכל כנגדו ומחללים אותו כסף על כסף נחשת על נחשת כסף על נחשת ונחשת על הפירות ובלבד שיחזור ויפדה את הפירות דברי רבי מאיר וחכמי׳ אומרי׳ יעלו הפירות ויאכלו בירושלם :

2. 1 Rei dubiæ nec 2 quinta eſt, nec 3 polluctura. A lugente comeditur. Hieroſolymas ingreſſa 4 denuo effertur. Exigua ejus portio in itinere abſumitur. 5 Plebejo datur, ita ut tantundem ejus vice 6 comedatur. 7 Profanatur mutando argentum argento, æs ære, argentum ære, æs frugibus. 8 Quin denuo adærantur fruges ex ſententia R. Meiri. Sapientes cenſent, fruges Hieroſolymas convehendas, & ibi comedendas.

R. OB. DE BARTENORA.

הדמאי אין לו חומש *Demai non tenetur de quinta*, qui redimit decimas ſecundas Demai, non det partem quintam, (uti in aliis quidem oportet,) quia plurimi ex plebejis decimas ſeparare ſolent, propterea, capital quod juxta Legem impedit comeſtionem, eſt juxta Sapientes; ſed quinta pars vi legis impediens, comedatur.

ואין לו ביעור *neque de remotione tenetur*, intellige remotionem quæ fit in fine trium annorum, quo tempore tenentur omnes removere decimas, uti Scriptura dicit בערתי הקדש מן הבית, ſed hoc ipſum non ordinarunt Sapientes de Demai.

ונאכל לאונן *& comeditur à lugente*, quia prohibitum eſt lugenti ut comedat decimas ſecundas, uti Scriptura dicit לא אכלתי באוני ממנו, at de decimis ſecundis Demai id ipſum non ſtatuere Sapientes.

נכנס לירושלים ויוצא *infert Jeruſolyma, & aufert indè*, redimunt eas, & comedunt extra Jeruſolyma, at non ita ſe res habet cum decimis ſecundis certis, quas civitatis ſepimentum aut murus continet, ut non poſſint eas redimere & educere extra muros, at hoc non decreverunt in rebus quæ continentur ſub jure Demai.

ומאבדין מעוטו בדרך *& perdunt paululum in via*, ſi ipſi decimæ ſecundæ ſint in via, in loco iſtiuſmodi quo inveniuntur turmæ ferarum aut latronum, etiamſi ſit res admodum exigua quam ſine moleſtia & damno ſecum ferre poſſit, non tamen doleat de perditione illa, & relinquat id eo in quo perditum eat loco. R. Moſche vero exponit, ut, quando decimas ſecundas portat Jeruſolyma, ſi paululum pereat in via, non ſit ſollicitus de eo; at non ita ſe res habet cum ודאי i.e. rebus de quibus non dubium eſt quin de iis decimæ ſint datæ, has enim totas vel earum pretium Jeruſolyma adducat neceſſe eſt, & non committat ut aliquid pereat in itinere.

ונותנין אותו לעם הארץ *& dent id plebejo*, ad id comedendum Jeruſolymis, etiamſi plebejus ſit ſuſpectus quod comedet id in immunditia; quod non ita fiat in rebus ודאי, quæ non dentur plebejo, quia talis non eſt perſuaſus ut eas comedat

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sciendum eſt decimarum ſecundarum Demai eſſe jus leve, eaſque non eſſe ſubjectas ei juri cui ſubjectæ ſunt decimæ ſecundæ ודאי i. e. earum rerum de quibus ſine dubio decimæ ſunt datæ, nam ſi decimas ſecundas ודאי redemerit ſibi poſſeſſor, tenetur quintam addere partem ſupra id quod valent, ut dicitur Levit. 27: 31. *ſi quis redimendo redemerit decimas ſuas* חמישיתו יוסף עליו *quintam addet ſuper eas*; educant eas domo quando tempus eſt tranſactum, juxta id quod ſcriptum eſt Deut. 26: 13. בערתי הקדש מן הבית *removi ſanctum e domo*. אונן eſt is qui luget propter conſanguineum ejus mortuum, die autem ſepulturæ dicitur אונן מדאורייתא *lugens vi legis*, per totum tempus quo nondum ſepultus eſt uſque ad finem diei ſepulturæ; ſed nocte prima poſt ſepulturam quæ nox diei ſecundi luctus ſui eſt אונן מדרבנן *lugens juxta conſtitutionem Sapientum*, & quamdiu vocatur אונן *lugens*, non licet ipſi comedere de decimis ſecundis, ideo dicit Scriptura, לא אכלתי באוני *non comedi in luctu meo*. At de fructibus decimarum ſecundarum dicit Scriptura, eos non licere educere poſtquam Jeruſolyma adducti ſunt, ſed illic eſſe comedendos; non licet quoque eos perdere in via, vel tantillum etiam, ſed adducendi ſunt Jeruſolyma, ſive pretium eorum. Præterea etiam non licet eos Jeruſolymis dare plebejo, quia dubitandum ſit ne eos comedat in immunditia, de quo Scriptura monet, dicens, *non comedi de iis in immunditia*; ſed contrà omne id quod diximus permiſſum eſt in decimis ſecundis Demai.

Quod Miſchna dicit ואכל כנגדו *& comedet e contra*, hoc vult, quod fructus decimarum ſecundarum Demai quas permittimus dari poſſe plebejis, tenetur comedere Jeruſolymis, tantum ſeparando de ſuo argento quantum illi valeant, uti facit cum argento decimarum ſecundarum. Sciendum quoque eſt, permiſſum eſſe decimas ſecundas ודאי redimere Suſis argenti, quæ ſuſæ erunt ſanctæ, at fructus profani, & hoc innuitur quando Miſchna dicit מחללין *profanant*; & licitum etiam eſt *profanare* i.e. commutare iſtos argenteos nummos cum

dat in puritate. ויאכל כנגדו *& comedat e contra*, quantum dederit plebejo, tantum contrà comedet de suis bonis cum puritate decimarum secundarum Jerusolymis.

ומחללין אותו כסף על כסף *& profanant id, argentum pro argento*, quando ipsi est argentum decimarum secundarum Demai, & ipse indiget argento illo, poterit id profanare sive commutare argentum pro argento; quod non ita fiat in rebus ודאי, quas non licet profanare argentum pro argento, nisi fuerint sicli continentes monetam diversorum Regum, hos enim poterit profanare unum pro altero, si secundi sint meliores; at non ita licet profanare monetam unius regis, sed in rebus Demai id licitum est. כסף על נחשת *argentum pro cupro*, etiamsi id fiat tempore necessitatis, at in rebus ודאי permissum tempore necessitatis, si vero non sit necessitas, non licet. ויחזור ויפדה את הפירות *ut redimat denuo fructus*, ita, sed non hoc modo legendum est, ובלבד שיחזור ויפדה *sed ea conditione ut revertatur & redimat*, & sensus est, eum posse reverti & redimere fructus si velit, hæc sunt verba R. Meyr. At Sapientes dicunt non posse eum reverti & redimere eos, sed fructus esse adducendos Jerusolyma ibique comedendos; decisio est juxta Sapientes.

cum aliis nummis, & tum primi nummi erunt profani, at secundi sancti; eodem modo etiam poterit facere cum secundis nummis, si volet, etsi millies. Prohibitum vero est redimere fructus decimarum secundarum *certarum* ודאי cupro, & argenti Meahs decimarum secundarum Meihs cupri, quia Scriptura dicit וצרת הכסף *& colligabis argentum* Deut. 14: 25. Sed in decimis secundis Demai permissum est per modum indulgentiæ. Præterea quoque explicabo clarius modum profanandi in tractatu Maaser Scheni; decisio non est juxta R. Meyr.

GUISIUS.

1 *Rei dubiæ.*] Decimæ secundæ rei dubiæ his rebus à veris decimis secundis differunt.

2 *Quinta.*] A proprietario in adæratione superaddenda.

3 *Pollutura.*] Exeunte quolibet anno tertio. Vide Maaser sheni V. 6.

4 *Denuo effertur.*] Prius adærata. Sed veræ decimæ secundæ Hierosolymas semel ingressæ deinceps nulla adæratione ita profanantur, ut efferri queant, ipsis speciebus ibi absumendæ. Vide Maaser sh. III. 5, 6.

5 *Plebejo datur.*] Quod in veris decimis secundis illicitum, ne forte immundus comedat.

6 *Comedatur.*] A proprietario eadem sanctitate, & iisdem conditionibus, quibus comedendæ decimæ secundæ.

7 *Profanatur.*] Ut argentum his decimis mutatum, denuo alio argento mutetur, & sic de reliquis.

8 *Quin denuo.*] Codices habent ובלבד שיחזור, & ita MS; ut sic vertendum sit; *Ita tamen ut denuo adærentur.* Quæ lectio Bertinorio displicet, recte meo judicio. R. Meir permittit ulteriorem adærationem; non jubet. Sapientes ne permittunt quidem. Legit ergo ויחזור.

SURENHUSIUS.

(a) דמאי אין לו חומש *Demai non tenetur de quinta parte*, exponit Bartenora, is qui redimit decimas secundas Demai non obligatur quintam addere partem, eo quod plurimi plebeji decimare solent. Sed quamobrem minus dabitur quinta pars, quam ipsum capital, antequam comederit de illis? resp. ideo, quia capital, si nondum solutum fuerit, impedit comestionem decimarum secundarum ex Lege, nimirum decimarum certarum; propterea quoque capital, si nondum solutum fuerit, impedit comestionem decimarum secundarum, quæ sunt ex institutione Sapientum, nimirum decimarum secundarum dubiarum. Sed quinta pars post redemptionem nondum addita non impedit comestionem decimarum secundarum ex Lege, ideo redimere licet & edere sine additione quintæ partis decimas secundas quæ dubiæ sunt ex institutione Sapientum.

ג הלוקח זרע לבהמה קמח לעורות שמן לנר שמן לסוך בו את הכלים פטור מן הדמאי מכזיב ולהלן פטור מן הדמאי חלת עם הארץ והמדומע והלקוח בכסף מעשר שני ושירי המנחות פטורין מן הדמאי שמן ערב בית שמאי מחייבין ובית הלל פוטרין:

3. Si quis emat ut serat, vel pro pecorum pabulo, farinam pellibus, oleum lucernæ, oleum vasis perungendis, illud extra sortem censetur rei dubiæ. Quicquid 1 ultra Ecdippam, exors habetur rei dubiæ. 2 Secium plebeji, 3 res primitiis infecta, res nummis decimarum secundarum comparata, 4 fertorum reliquiæ, extra sortem rei dubiæ sunt. Oleum odoratum Sammæani obnoxium censent, Hillelæi immune.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח לזרע: *qui comparat ad seminandum*, si emit proventum ad seminandum, is liber est à Demai, sed Tebhel seminare non licet. *Et pro bestiis*, si in principio emerit ad cibandum bestias, liber est à Demai, sed si in principio id emerit pro homine, & postea dederit bestiis, tenetur id ipsum de decimis Demai.

קמח לעורות *farina pro coriis*, ad parandum ea corium. כזב *Cesib*, est nomen loci, quem subegere ascendentes Babilone, & ab eo loco & ulterius subegere ascendentes ex Ægypto, quod non subactum erat per eos qui ascendere Babylone; at non sunt subjecta juri Demai, nisi ea tantum loca quæ subegere ii qui ascendere Babylone, idcirco indè à Cesib & ulterius libera sunt loca à Demai. Neque cogitandum est incolas circa finem terræ Israelis fructus suos pro tempore efferre extra terram Israelis & postea inferre, quia possessio extra terram Israelis libera est à Demai, quo usque cognosci potest eam esse subjectam juri Demai; terra Israelis enim generaliter subjicitur Demai, eo usque donec cognosci potest eam esse liberam.

חלת עם הארץ *placenta plebeji*, quam ipsi coordinavit pistor qui est חבר *sapiens & studiis eruditus*, ut det eam sacerdoti erudito, libera est à decimis. המדומע *id quod trumatum est*, si plebejo exciderit satum Trumæ minus quam centum sata profani, tota massa fit מדומע i. e. *commixtio Trumæ*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קמח לעורות *farina pro coriis*, ad præparandum indè coria. כזב *Cesib* est nomen loci, dividens inter terram Israelis quam receperunt ii qui adscenderunt Babylone, & inter terram quam ceperunt ii qui ascenderunt ex Ægypto; ea autem quam ceperunt ascendentes ex Ægypto obnoxia est juri Demai, uti id quod invenitur extra terram Israelis; tenemus enim pro fundamento quod terra Israelis in genere obligata est usque dum quis sciat eam esse liberam; & propterea tenetur de Demai quod ad illos ritus quos memoravimus. At possessio extra terram Israelis in genere libera est, usque dum alicui innotescat eam esse subjectam Demai, ea de causa illos fructus qui veniunt ex locis extra terram Israelis dissitis non subjicimus juri Demai, & non dicimus, eos forsan esse fructus ex terra Israelis quos deduxerunt pro tempore extra terram Israelis.

מדומע est res quæ mixta est cum profano & Truma, ejusque ritus prolixius exponuntur in tractatu Trumot; vocatur מדומע *res trumata*, eo quod oblatio sive truma ejus vocatur דמעה; & hoc est quod Scriptura dicit, Exod. 22: 29. מלאתך ודמעך.

והלקוח בכסף *atque emtum argento*, intellige illos fructus quos sibi comparavit argento decimarum secundarum Jerusolymis, uti suo loco exponetur. שירי מנחות *reliquiæ oblationum*, sunt illæ oblationum reliquiæ, quæ remanent ex Mincha, postquam ex ea oblata est plenitudo pugilli, id quod tum

Trumæ, ut ea massa tota detur sacerdoti, liber est eam decimare juxta jus Demai.

הלוקח בכסף מעשר שני *qui emit argento decimarum secundarum*, si emerit Demai pecunia decimarum secundarum, sive pecunia decimarum secundarum Demai, sive pecunia decimarum secundarum ודאי, liber est à decimatione. שירי מנחות *reliquiæ oblationum*, quarum pugni plenitudo debetur altari, & reliquiæ comeduntur à sacerdotibus, & non suspicandum est plebejum adduxisse id quod non destinatum est. שמן ערב *oleum mixtum*, est oleum myrrhi, sunt qui exponunt oleum olivarum, mixtum cum oleo myrrhi, santalorum, & aromatum.

tum reliquum est comedunt sacerdotes, uti dicit Scriptura; at in Gemara dicunt, quando decreverunt de ritibus Demai, non decreverunt quicquam de istiusmodi causis. שמן ערב *oleum mixtum*, est oleum myrrhi.

GUISIUS.

1 *Ultra Ecdippam exors.*] MS. *citra Ecdippam obnoxium.* Distinguunt sæpius Judæi inter *Terram Israelis* שהחזיקו בה עולי מצרים, *quam occuparunt Judæi ex Ægypto profecti*; *&* שהחזיקו בה עולי בבל *eam quam in ditionem receperunt à captivitate Babylonia reduces.* Ecdippa extremus limes septentrionalis ditionis populi è Babylonia reducis.

2 *Secium.*] Ita ex Festo interpretor חלה. Est autem portiuncula ex subacta massa resecta Sacerdoti danda juxta legem, Num. XV. 19, 20, 21.

3 *Res primitiis infecta.*] A דמע fit מדומע, τῷ דמע *infectum*, vel *permistum.* Vox autem דמע sensu à vulgatissimo apud Rabbinos, quo *lacrymam* denotat, valde remoto, occurrit Exod. XXII. 29. R. Salomo ad locum exponit תרומה, *primitias*; addens, veram vocis notationem sibi incognitam. Certe ipsa vox דמע in Misna pro תרומה *primitiis* ponitur Ohol. XVI. 4. præter infinita loca, ubi verbum ab ea factitium דמע *primitiis inficere.* Quod autem R. Salomo ignorantiam suam fatetur quod ad veram vocis notationem, prudentior longe aliis suæ gentis est, qui Hebrææ linguæ amplitudinem miseris istis reliquiis quæ hodie illis restant inepte metiuntur. Ineptiunt ergo Saadias, Kimchius, & quicunque eos secuti vocem ad oleum & vinum restringunt, quæ de torculari, si Dis placet, guttatim lacrymarum ritu manant. Nec uspiam quidem דמע in Scriptura lacrymam denotat, sed דמעה. Quia autem Judæos latet, quid sit דמע, ipse eos id docebo. Significat autem *medullam*, *optimam & præstantissimam partem* cujusque rei, *portionem opimam.* Fidem faciat Interpres Chaldæo-Samaritanus, qui sæpe hanc vocem hoc sensu ponit. Ita Gen. XLV. 18. ואכלו את חלב הארץ. Chaldæo-Samar. [Samaritan script] *& comedite medullam terræ.* Eadem voce utitur Num. XVIII. 12. ubi pro Hebræo חלב תירוש habet [Samaritan script] Interpres Latinus perquam inepte *liquorem aridi*; Judæorum Lexica secutus cum sensus dispendio. Verto *medullam*, *vel præstantissimam partem* i.e. primitias *musti.* Pariter eadem vox respondet Hebræo חלב, v. 29, 32. ejusdem capitis, ubi textus agit de decimarum primitiis; ubi iterum Latinus Interpres eadem oberrat chorda. Demum ubi textus Judæorum sic habet כי חלק יהוה עמו יעקב חבל נחלתו *Nam portio Domini populus ejus; Jacob funiculus hæreditatis ejus.* Deut. XXXII. 9. Textus Samaritanorum addit in fine vocem [Samaritan script]; ut legatur & distinguatur, quomodo LXXII. legebant & distinguebant, Καὶ ἐγενήθη μερὶς κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ: σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Interpres Chaldæo-Samaritanus & hic legisse videtur non [Samaritan script] sed [Samaritan script] vertit enim, [Samaritan script]; [Samaritan script] *medulla* vel *præstantissima pars sortis ejus Israel.* Denique accedit idem ejusdem vocabuli usus in Liturgia Samaritanorum, [Samaritan script] [Samaritan script]; quod interpres Arabs reddit خاص المخلوقات, *optima* vel *præstantissima pars rerum creatarum.* His adde Arabicum دماغ præter *cerebrum*, *medullam* denotare, Hebr. IV. 12. apud Interpretem Erpenianum. Quid ergo sit דמע satis aperui, & primus. Jam מדומע illud est, quod permiscetur inficiturque τῷ דמע, sive primitiis, ita ut aliis quam Sacerdotibus totum esui illicitum fiat. Ut autem res ita pro infecta habeatur, necessum est, ut particula inficiens, המדומע dicta, sit rei inficiendæ centesima saltem aliquanto major. Nam si pars una primitiarum centum partibus rei rite profanatæ immisceatur, non inficitur totum, ut hallucinatus non leviter docet Buxtorfius; sed emergit pars $\frac{1}{101}$ Sacerdoti restituenda, ut infra constabit Terum. IV. 7. Rem ita infectam vendere solebant Sacerdoti pretio juxta primitiarum valorem taxato, detracto partis inficientis pretio, juxta tradenda Terum. V. 1. Ob hanc causam, si inficiatur res dubia, jus de primitiis decimarum, & decimis secundis inde desumendis cessat, quippe quæ tota jam Sacerdoti cedit.

4 *Fertorum reliquiæ.*] Ferta voco מנחות, i. e. oblationes frumentaceas omne genus. Reliquiæ eorum partes sunt, quæ post pugillationem Sacerdoti restant.

ד הדמאי מערבין בו ומשתתפין בו ומברכין עליו ומזמנין עליו ומפרישין אותו ערום בין השמשות׃ הא אם הקדים מעשר שני לראשון אין בכך כלום שמן שהגרדי סך באצבעותיו חייב בדמאי ושהסורק נותן בצמר פטור מן הדמאי׃

4. Re dubia ineuntur 1 commistiones & commercia. Pro ea benedicitur, & indicitur. Separari potest à 2 nudo, & 3 crepusculo vespertino. Equidem si quis decimas secundas ante primas præcerpserit, hoc nihil est. Oleum quod textor digitis illinit, tenetur jure rei dubiæ: quo pectinator lanam inficit, extra sortem rei dubiæ censetur.

R. OB. DE BARTENORA.

מערבין בו׃ *& commiscent cum eo*, intellige commixtionem atriorum & terminorum. ומשתתפין בו *& societatem ineunt eo*, nempe societates introitus & viarum, quibuscum jungitur quod ad loci situm, &, etiamsi non de jure ad eum pertineat, attamen si bona sua voluerit facere communia, ut fit pauper, tum de jure ad eum pertinebit, uti Mischna dicit, *dant pauperibus Demai comedendum*, ergo etiam pertinebit ad ipsum. *Et benedicunt super eo*, nimirum benedictionem cibi.

ומזמנין עליו *& consociant se super eo*, etiamsi de eo comederit in transgressione, quia non est pauper, nam si lubuerit poterit bona sua facere communia, utpote pauper, & tum de jure pertinent ad ipsum. ומפרישין אותו ערום *& separant de eo nudi*, quando separat de eo Trumam decimarum, & decimas

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מערבין בו׃ *miscent cum eo*, nimirum atria, & terminos. ומשתתפין בו *& societatem ineunt super eo*, hæ sunt societates ingressionum, & ambulacrorum, quæ facere solent ut die sabbati sibi invicem possint inservire, eundo ex uno domicilio in aliud, uti id ulterius exponitur in tractatu Erubim, ubi de commixtione terminorum. *Et benedicunt super eo*, nempe benedictionem cibi. ומזמנין עליו *& benedicunt super eo in sodalitio*, quando ii qui comedunt tres sunt, uti expositum est in tractatu Berachot.

ומפרישין אותו ערום *& separant de eo etiamsi nudi*, sensus est, quod separant id quod separandum est, scil Trumam de decimis, & decimas secundas, dum sunt nudi sine vestimento, & non erunt obligati super eo dicere benedictionem, hac de causa licitum est etiam nudo separare de eo decimas;

mas ſecundas, poterit ſeparare etiamſi ſit nudus, quia non eſt neceſſe ut benedictionem recitet, nam ſi benedictio eſſet recitanda neceſſum eſſet ut ſe tegeret prius. בין השמשות *inter ſoles*, ſcil. inter duas veſperas ſabbati, nam quo in tempore eſt dubius de nocte, decimet Demai; at ne decimet ודאי.

ואם הקדים מעשר שני לראשון *at ſi decimas ſecundas prius dederit quam primas*, ſi ſeparaverit decimas ſecundas Demai antequam ſeparaverit decimas primas, ut ex jis deſumat Trumam de decimis. אין בכך כלום *nihil plane refert*, id quod non ita ſe habet in ודאי, uti dicit Miſchna, *ut omnia præcepta tua quæ mihi præcepiſti*, nam ſi prius ſeparaverit decimas ſecundas quam primas, non poterit dicere confeſſionem.

גרדי idem quod אורג *textor.* חייב בדמאי *tenetur de Demai*, quia eo ungit corpus ſuum, at unctio corporis habetur ac ſi bibiſſet. והסורק *& fullo*, qui pectit lanam pectine, is det ſuper lanam, quod eſt ac ſi oleo utatur ad ungendum eo vaſa, liber eſt à Demai.

mas; at ſi obligetur benedicere ſuper eo propter ſeparationem Trumæ Demai, non licitum ipſi erit benedicere ſuper eo niſi prius ſe texerit. Sic etiam licitum eſt ſeparare Trumam Demai inter duas veſperas, at hoc ipſum non eſt permiſſum facere cum ודאי *vaddai*; quia tempus illud inter duas veſperas dubium eſt, an ſit ſabbatum an vero profanus dies, uti ſuo loco dicetur. Quoniam ergo principalis obligatio de Demai eſt, uti diximus, ut ſeparet decimas ſecundas tantum, etſi ignoremus an ſeparaverit decimas primas; docemur igitur ex hoc ſenſu, nihil referre quando decimas ſecundas ſeparaverit ante primas, id quod ita non eſt in ודאי; nimirum in iſtiuſmodi Vaddai quod Tebhel eſt: de hoc vero ſi ſeparaverit decimas ſecundas ante primas tranſgreſſus eſt præceptum negativum, & non poterit dicere ſuper eo confeſſionem. Et hoc permiſſum eſt in rebus Demai, at ea conditione ut obſervet menſuram; E. G. ſi fuerint centum ſata tritici, tollat prius novem ſata; & dicat, hoc erit decimæ ſecundæ, & ſi poſtea tollat decem ſata; & dicat, *hoc erit decimæ primæ*, propterea hæc obſerves velim. גרדי notat *textorem.* סורק notat *fullonem* pectentem lanam pectine, oleum vero id quo textor ungit manus ſuas non ſinit ut pereat, ſed conſervat id, & propterea tenetur de Demai. Id vero oleum quo fullo ungit lanam, perit in lana, & propterea id liberum eſt à Demai, ut de eo non ſeparandæ ſint decimæ Demai.

GUISIUS.

1 *Commiſtiones & commercia.*] Commiſtiones limitum, quo ultimus limes itineris Sabbathici ultra bis mille cubitos verſus aliquam plagam protendatur: & atriorum, quo omnia domicilia in idem atrium aperta, & ipſum atrium pro una veluti domo habeantur, ut incolis liceat Sabbatho quidlibet è domiciliis in atrium, ex atrio in domicilia, ex altero domicilio in alterum portare. Commercia platearum & angiportuum; quo eatenus extendatur eadem licentia. De his infra agitur toto Ordinis II. Titulo II.

2 *Nudo.*] Quippe citra benedictionem ſeparantur decimarum decimæ, & decimæ ſecundæ rei dubiæ. Ideo nudo licet id peragere. Sed benedictionem recitare non licet nudo.

3 *Crepuſculo veſpertino.*] Ad verbum *inter ſoles.* Ubicunque in textu ſacro legitur בין הערבים, Chaldæus Oncelus ponit בין שמשיא, Pſeudo-Uzielides ביני, vel בין שמשתא. Hæc eſt Miſnæ phraſis noſtra בין השמשות. Et tamen, ſi quis conferat hunc locum cum Peſac. V. 3. videbit בין הערבים, aliud tempus deſignare, quam noſtrum hoc בין השמשות, & ad univerſum tempus pomeridianum recte extendi. Sed de hac re ibi fuſius. Interim quid ſit בין השמשות ſic nobis aperit vetus Baraita, ſive Traditio Extravagans, ἡ ἔξω κειμένη δευ-τέρωσις, ſtatim ab initio Talmudis Hieroſolymitani citata. תני כל זמן שפני מזרח מאדימין זהו יום : הכסיפו זהו בין השמשות : השחירו נעשה העליון שוה לתחתון זהו לילה *Traditur. Quamdiu facies orientis rubet, adhuc dies eſt: cum ſubobſcura ſit, hoc tempus dicitur* inter ſoles: *quamprimum nigreſcit, & æqualiter quidem in ſumma & in ima hemiſphærii parte, tunc nox eſt.* Eadem Baraita affertur etiam in Talmude Babylonico Schab. 34. *b.* ſed minus ſincera; quod etiam Gemariſtis ſatis amplam diſputandi occaſionem præbet. Inde petat Lector, qui volet. Nobis ſatis eſt locum indicaſſe. Cæterum in utroque Talmude idem tempus ab aliis aliter & aliter definitur, dum R. Nehemias itinere dimidii milliaris, R. Joſes nictu oculi metitur: alii etiam aliter. Maimonides Hal. Shab. V. 4. totum illud tempus ab occaſu ſolis dum appareant tres ſtellæ mediæ magnitudinis, *inter ſoles* appellari aſſerit.

SURENHUSIUS.

(a) אין בכך כלום *nihil quicquam refert*, exponit Bartenora, quod, ſi ita egerit cum decimis ſecundis certis, nempe ſi eas eduxerit ante primas, non poterit ſuper illis dicere confeſſionem, dicendo, *removi ſanctum è domo, non comedi ex eo in luctu meo*, & ſic porro. Nam ſi dixeris, exponat potius, quod tranſgreditur præceptum negativum, quando eduxerit decimas ſecundas ante primas, uti traditur Miſna ſexta capitis tertii Trumot. Reſpondemus, quod propterea illud אין בכך כלום magis ad decimas ſecundas dubias quam ad decimas ſecundas certas docere potuiſſet, nam illud אין בכך כלום ad decimas ſecundas certas etiam locum habet, etſi tranſgrediatur præceptum negativum, uti in Trumot traditum eſt; nam id quod fecit, factum eſt בדיעבד, id eſt, quando res ita accidit, ideo nec vapulat, uti expoſuit Maimon in fine capitis tertii Hilchot Trumot; id quod aliter ſe habet in decimis ſecundis certis, quia ipſi impedimento eſt, ut dicere nequeat, *feci juxta omnia præcepta tua.* Præterea error typographicus occurrit in Commentariis Maimonidis, nam quod ſcribit בטבל האמתי אם הוציא מעשר שני קודם מעשר ראשון וזה מותר repugnat ei quod ſcribit in fine capitis tertii Hilchot Trumot. Ideo mihi videtur neceſſe eſſe, ut dicamus illud אין בכך כלום hac ſerie & ſenſu, אין בכך כלום בטבל האמתי אם הוציא מעשר שני קודם לראשון הוא עובר בלא תעשה ואינו יכול להתודות וזה מותר בדמאי *nihil refert in re certo illibata ſi eduxerit decimas ſecundas ante primas, tranſgreditur enim præceptum negativum, & non poterit dicere confeſſionem, & hoc licitum eſt in Demai*; hæc ita ex Lipmanno.

פרק ב ואלו דברים מתעשרין דמאי בכל מקום הדבילה והתמרים והחרובין האורז והכמון האורז שבחוצה לארץ כל המשתמש ממנו פטור :

Caput 2. Res iſtæ decimantur dubiæ 1 omni loco: 2 Palatha, dactyli, ſiliquæ, oryza & cyminum. Oryza autem extranea quicunque utitur liber eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

בכל מקום : *in omni loco*, etiam indè à Ceſib & ulterius, ſi emerit fructus à plebejo, & certum fuerit eos venire è terra Iſraelis, quod indè cognoſci poteſt quod nulli iſtius generis inveniuntur niſi in terra Iſraelis.

Oryza extra terram Iſraelis, quicunque ea utitur, liber eſt, immo etiam in terra Iſraelis, quia ſatis nota eſt illa oryza ut non poſſit mutari in oryzam terræ Iſraelis; at cæteræ res quæ memorantur in Miſchna & inveniuntur in terra Iſraelis, illæ etiam inveniuntur extra terram Iſraelis ejuſdem generis, præterquam quod illæ quæ inveniuntur in terra Iſraelis habentur præſtantiores, & propterea in alia quoque loca adduci ſolent, hac

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus præcedenti capite, quod loca inde à Ceſib & ulterius libera ſunt à Demai, hic vero dicit res illas quæ memorantur teneri de Demai omni in loco, tam intra quam extra terram Iſraelis, at non vult Miſchna omnes haſce, quas memoravit ſpecies, teneri, ſed partem quandam notam ſpeciei illius quæ non reperitur niſi in terra Iſraelis tantum, & propterea teneri de Demai quocunque in loco.

דבילה notat *ficus*, quæ inſignitæ ſunt propter perfectiorem ſuam dulcedinem, ita ut non poſſint inveniri ullo alio in loco præterquam in terra Iſraelis. התמרים eſt ſpecies dactylorum craſſiorum cujuſmodi non reperiuntur extra terram Iſraelis.

hac de cauſa decimandæ ſunt, quia certum eſt eas venire è terra Iſraelis.

lis. החרובין eſt ſpecies ſiliquarum præſtantiſſimarum quæ in terra Iſraelis tantum inveniuntur. אורז eſt oryzæ ſpecies albiſſima, quæ non invenitur extra terram Iſraelis. והכמון *& cuminus*, cujus grana ſunt præſtantiora. כל המשתכש ממנו פטור *omnis qui utitur ea liber eſt*, ſenſus eſt, id quod fecerit de ea, ſive poſt purgationem ejus ſive ante, liberum eſt, neque cogitandum eſt illam eſſe mixtam cum oryza terræ Iſraelis.

GUISIUS.

1 *Omni loco.*] Etiam ultra Ecdippam.

2 *Palatha &c.*] Non quælibet; ſed iſtæ ſolum, quæ ob inſignem bonitatem terræ Iſraeliticæ originem debere agnoſcuntur.

SURENHUSIUS.

(a) בכל מקום *in omni loco*, etiam indè a Ceſibh & ulterius, exponente Bartenora; ſic etiam R. Schimeon, & Maimon exponit, tam intra quam extra terram Iſraelis. Cæterum ſi ita ſe res habeat, tum fructus terræ Iſraelis qui exierint extra terram Iſraelis tenentur ad Trumam & decimas. Sed in Hilchot Trumot capite primo Maimon pronunciat quod liberi ſunt a Truma & decimis, ex conſtitutione Sapientum; & Bartenora quoque ad tractatum Challa capite ſecundo Miſna prima ex voce שמה *illic*, quæ extat Num. 15, 18. exponit obligationem tantum obtinere intra terram Iſraelis. Et ſic Maimon in Hilchot Maaſer cap. 13. מעשרין דמאי בכל ארץ ישראל *decimant rem dubiam in tota terra Iſraelis.*

ב המקבל עליו להיות נאמן מעשר את שהוא אוכל ואת שהוא מוכר ואת שהוא לוקח ואינו מתארח אצל עם הארץ רבי יהודה אומר אף המתארח אצל עם הארץ נאמן אמרו לו על עצמו אינו נאמן כיצד יהא נאמן על של אחרים :

2. 1 Qui in ſe ſuſcipit haberi fide dignus, decimat quicquid comedit, quicquid vendit, & quicquid comparat; nec hoſpitatur apud plebejum. R. Juda dicit, Quin ille qui hoſpitatur apud plebejum, fide dignus eſſe poteſt. Ei reſponſum eſt, In re ſua non eſt fide dignus; quomodo fide dignus eſſe poteſt in re aliena.

R. OB. DE BARTENORA.

להיות נאמן *ut ſit fidelis*, ſupple in decimando, & fructus ejus non erunt ſuſpecti de Demai ab illo tempore, & ultra. את שהוא לוקח *id quod comparavit ſibi*, ut id vendat, at ſi id comparaverit ut comedat, decimandum eſt id quod comederit, uti dictum eſt in principio. ואת שהוא מכר *& id quod vendidit*, ſcil. de fructibus terræ ſuæ. *De ſe non eſt fide dignus*, quia comedit rem nondum rite ordinatam quando comedebat apud plebejum. At R. Jehuda putat quod non perdit fidelitatem ſuam eo modo, at deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Miſchna vult, ei, qui velit fide dignus eſſe de decimis, fidem habendam eſſe, ſi dicat, *hoc decimatum eſt, illud vero non*, fructus ejus non habeantur Demai, & aſſueſcat facere ea opera donec eo modo notus ſit & nomen ſibi comparet, tum habeatur fide dignus. Et quod dicit, ואינו מתארח אצל עם הארץ *neque convivabitur apud plebejum*, ſenſus eſt, ne edat aut bibat cum eo. על עצמו אינו נאמן *de ſe ipſo non eſt fide dignus*, vult, ſi comederit apud plebejum, & fructus plebeji fuerint Demai, non eſt fide dignus ſi dixerit, id quod comedi apud eum erat decimatum, quia eſt res quæ eum tangit, & cum non ſit fide dignus de eo quod comedit, quo modo ergo fide dignus de eo quod alii comederint, an nitemur ei quod dicitur ab ipſo alio in caſu, *hoc decimatum eſt, illud non?* at deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Qui in ſe ſuſcipit haberi fide dignus.*] Commentarii loco ſint verba Maimonidis Hal. Maaſ. X. *Qui in ſe ſuſcipit haberi fide dignus de decimis, ut ita fruges ejus non habeantur pro re dubia, neceſſe eſt ut decimet quicquid comedit, quicquid vendit, & quicquid mercatur, & ut non hoſpitetur apud plebejum. Atque has res neceſſe eſt ut in ſe obſervandas ſuſcipiat publice. Et ſi adducere poteſt duos homines fideles, qui teſtimonium præbeant, illum has conditiones in ſe ſuſcepiſſe publice, atque illis jugiter aſſueſcere, ita fide dignus habetur, ſi fruges ſuas decimatas eſſe aſſerit.* Fide dignis opponuntur החשודים *Suſpecti*, quorum frequens deinceps habetur mentio. Fallitur ergo Seldenus, qui נאמנים *Curatores* fuiſſe autumat à Synedrio inſtitutos, qui decimis ſolvendis authoritate publica præeſſent, & proſpicerent. Ea ſententia Juri Miſnico per totum hunc Titulum plane repugnat. Nec probari ullo modo poteſt ex Neh. XIII. 12. tametſi videatur ille ejus loci authoritate ita ſenſiſſe.

SURENHUSIUS.

(b) *Qui in ſe recipit officium fide digni, is decimat id quod comedit, & id quod vendit &c.*, has omnes conditiones in ſe ſuſcipere tenetur præſentibus quibuſdam fide dignis, qui teſtantur eum eſſe peritum & aſſiduum in hoc negotio, & tum demum dicitur נאמן, exponente Maimonide capite decimo Hilchot Maaſer.

ג המקבל עליו להיות חבר אינו מוכר לעם הארץ לח ויבש ואינו לוקח מכנו לח ואינו מתארח אצל עם הארץ ולא מארחו אצלו ובבסותו רבי יהודה אומר אף לא יגדל בהמה דקה ולא יהא פרוץ בנדרים ובשחוק ולא יהיה מטמא למתים ומשמש בבית המדרש אמרו לו לא באו אלו לכלל :

3. Qui in ſe ſuſcipit ſtatum 1 Socii, plebejo ne vendat nec humidum nec ſiccum; nec ab eo mercetur humidum: neque hoſpitetur apud plebejum, vel eum hoſpitio excipiat ſuis veſtimentis. R. Juda addit; Etiam nec alat parvum pecus; nec pronus eſto in vota & luſum; nec polluat ſe mortuorum cauſa: verum miniſtret in ſchola. Reſponſum tulit; Hæc non cadunt ſub regula.

R. OB. DE BARTENORA.

להיות חבר : *ut ſit Chaver*, quod ad caſus immunditiei & munditiei, ut ſit פרוש *ſeparatus & ſanctus*, & veſtimenta & potus ejus ſancti & mundi; ſtudioſus ſapiens enim non habetur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חבר vocatur ſtudioſus & diſcipulus Legis, ſic etiam diſcipuli Sapientum vocantur חברים, cognominantur autem illo vocabulo, quia inter ſe converſantur ut ſocii in una ſocietate propter

tur fide dignus de casibus mundi & immundi, nisi in se susceperit provinciam Chaver, vel si fuerit ætate provectior ut sedeat in consessu. Qui autem in se suscepit provinciam Chaver, tenetur se ipsum assuefacere per triginta dies, quibus præterlapsis vestimenta & potus ejus erunt mundi; & non accipitur hæc provincia nisi tribus præsentibus Chaverim, nisi fuerit studiosus Sapiens, qui non opus habet præsentia trium Chaverim; & præterea alii ipso quoque præsente recipiunt provinciam Chaver. *Humidum & siccum*, quia non tradant plebejo id quod mundum est, prohibitum enim est immunditiei causam præbere profano quod crevit in terra Israelis. *Neque comparabit ab eo quid humidi*, at id quod siccum est comparet ab ipso, quia id non est aptum ad recipiendum immunditiem quamdiu non cum eo mixtum ac temperatum est humidum, & fide dignus est plebejus si dicat, isti fructus nondum dispositi sunt ut uti queas, at non est fide dignus si dicat, isti fructus sunt dispositi, & non polluti. ולא יתארח אצל עם הארץ *neque hospitabitur apud plebejum*, ne fiat immundus & deinde alios quoque immundos reddat. ולא מארחו אצלו בכסותו *Neque hospitabitur apud eum cum vestimento suo*, quia immundities contracta ex vestimento plebeji major est quam immundities ipsius plebeji, quia suspicio est uxorem ejus dormivisse super vestimenta cum laborabat menstruo, & vestimenta plebeji apud פרושים *separatos & sanctos* sunt טומאת מדרס *pollutio conculcationis*. Propterea dicitur non licere apud plebejum hospitio frui cum vestimentis, quia tactus personæ ejus major est, quam tactus vestimenti ejus. לא יגדל בהמה דקה *non pascet parvum pecus*, quia non licet pascere parvum pecus in terra Israelis, ne immittat id in aliorum pascua. *Neque erit temerarius in votis*, ut postea id quod vovit vendat. *Neque in risu*, quia risus & levitas capitis est signum hominis impudici. *Et inserviet in Schola*, inserviet Sapientibus in negotio studii. לא באו אלו לכלל *non veniunt sub generalem regulam*, quia sensus eorum non tangit purificationem, decisio non est juxta R. Jehuda.

propter nomen Domini; & quod dicit, *ut sit Chaver*, sensus est, ut fide dignus sit de testimonio munditiæ & immunditiæ dando. Dicunt in Gemara Bechorot, qui in se recipit negotium חברות *societatis*, is id in conspectu trium *Chaverim* recipiat oportet, at discipulus Sapiens non tenetur suam recipere societatem præsentibus tribus; & hoc non tantum, verum alii etiam in se recipiunt coram eo, & moratur per triginta dies quibus quotidie examine tentatur, quo peracto habetur fide dignus de munditie potuum & vestimentorum, uti fide dignus est studiosus Sapiens. Dicit Mischna quod talis Chaver *non vendat plebejo fructus humidos neque siccos*, quia plebejus immunditie afficit illos fructus, quia fructus plebeji censentur existere in possessione immunditiei, uti Mischna multis in locis explicat, & putat quod prohibitum est id quod in terra Israelis profanum est afficere immunditie. *Neque comparabit ab eo aliquid humidi*, quia id est in possessione immunditiei, at comparet ab ipso id quod siccum est, quia cibi non immundi fiunt comestione, nisi postquam dispositi fuerint cum uno ex septem liquoribus, uti exponitur alio in loco, id quod dicitur Levit. 11:38. Et pro fundamento tenemus, quod plebejus sit fide dignus si dicat, hi fructus nondum dispositi sunt, hac de causa licitum est ab ipso comparare fructus siccos. ולא מארחו בכסותו *neque hospitabitur cum vestimentis suis*, ne se polluat iis, uti exponitur in tractatu Chagiga. Prohibitum est nobis pascere pecus parvum in terra Israelis, quia immittuntur in campos ad pascendum, quod est rapina; & propterea pastores parvi pecudis apud nos sunt inepti ad testimonium, uti exponitur suo loco. ולא יהא פרוץ בנדרים *neque erit temerarius in votis*, sensus est, ne sæpius juret, etiamsi juret veritatem, quia sæpius jurando profanat jusjurandum, & decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Socii.*] Maimonidi חבר idem est תלמיד חכמים *Sapientum Discipulus*. Sed hallucinatur gravissime, aut ego plurimum fallor. Sapientum discipulus esse potest is, qui non in se suscepit דברי חבירות τὰ τῆς ἑταιρείας, ut planissime constat ex Baraita, sive Sanctione Extravagante, quam legere est in Gemara Babylonica Becor. 30. *b.* ת״ר הבא לקבל דברי חבירות צריך לקבל בפני ג׳ חברים ואפילו ת״ח צריך לקבל בפני שלש חברים *Tradunt Magistri; Si quis in se suscipere velit leges Societatis, necesse est ut suscipiat coram Sociorum triumviratu: ipse etiam Discipulus Sapientis necesse est suscipiat coram Sociorum triumviratu*. Erant autem חברים, ut mihi videtur, hominum genus circa pollutionum minutias vulgo non parum scrupulosius, qui & societatem iniverant, & certis legibus semet obligaverant, quo & securius inter se agerent, & pollutiones ex vulgi commercio vitarent. Leges vel conditiones, quas sibi imposuerant, hac Misna enumerantur, quæ omnes ad munditiem spectant. Primo, *Ne plebejis vendant fruges humidas vel siccas;* ne ita in causa sint ut polluantur. Secundo, *Ne humidas ab iisdem accipiant*; ne forte pollutæ sint, quia humectatione disponi jam certum est ad pollutionem recipiendam. Tertio, *Ne apud plebejos hospitentur*; ne ita ipsi polluti res mundas polluant. Quarto, *Ne hospitio excipiant plebejos suis vestimentis*; quia vestimenta plebejorum ipsis plebejis magis polluta censentur, utpote τῷ מדרס, vel *pressu* contaminata. Sunt & regulæ non paucæ de Sociis in hanc Societatem admittendis, de iisdem instruendis, & ob violatas leges rejiciendis, cum istiusmodi rebus aliis, quas, qui volet, petat ex Gemara loco prædicto, & ex Tosaphta hujus capitis. An vero Socii hi iidem sint Pharisæi, ut omnes Pharisæi leges hujus Societatis in se susceperint, non facile dixerim. Certe qui perpenderit ea omnia, quæ de Pharisæorum anxia solicitudine in pollutionibus evitandis leguntur in Evangeliis Matt. XV. Mar. VII. &c. hoc veri saltem simile credat. Bertinorius autem aperte asserit idem esse חבר & פרוש, *Socium & Pharisæum*. Et Chagiga II. 7. dicitur, בגדי עם הארץ מדרס לפרושים *Vestimenta plebejorum pro pressu contaminatis reputantur Pharisæis*; ut Pharisæi ibi plebejorum vestimenta eodem loco habeant, quo hic Socii. Propterea hunc locum adducens Nathan Lexicographus, sic de Pharisæis loquitur, הן החברין האוכלין חוליהן בטהרה, *Illi Socii sunt, qui res profanas, vel communes mundi comedunt*. Iidem itaque homines חברים dicti, & פרושים, sed diverso respectu. פרושים *Pharisæi*, *quia seipsos separabant* מכל טומאה ומן מאכל טמא ועם הארץ שאינו מדקדק במאכל *ab omni immunditie, & à cibo immundo, & à plebe de cibo minus sollicita*: ut loquitur idem R. Nathan. חברים *Socii* iidem vocati respectu Societatis inter se ad pollutionem vitandam initæ. Poterant autem cujuscunque, etiam infimæ conditionis homines in hanc Societatem admitti, unde proximo statim paragrapho pistores, & III. 1. pauperes etiam *Socios* intelligit Bertinorius. Vide infra VI. 9, 12.

SURENHUSIUS.

(a) להיות חבר *ut sit Chaver*, scribit Bartenora, *neque discipulus Sapiens fide dignus est quod ad mundum & immundum, nisi in se susceperit &c.* inspice ipsum. Sed mihi videtur quod non est differentia inter זקן *ætate provectum* & תלמיד חכם discipulum Sapientem juxta illius sententiam, etsi quis dixerit hanc esse differentiam, quod discipulus Sapiens per triginta dies assuescere debet, etsi non indigeat trium personarum præsentia; quando rerum agendarum provinciam in se suscipit, quæ conditio illi qui est זקן non est necessaria; propterea Bartenora hic sibi ipsi contrarius est, & res non procedit juxta id quod docetur in Beraita ad cap. 4. Bechorot fol. 30. *Si quis in se suscipit negotium* חברות *necesse est ut id suscipiat tribus* חברים *præsentibus: Provectus ætate non tenetur illud suscipere tribus* חברים *præsentibus, quia jam suscepit illud ab eo tempore quo factus est ætate provectus: Abba Schaul dicit, neque discipulus Sapiens tenetur suscipere negotium* חברות *tribus* חברים *præsentibus &c.*: Consule Lipmannum, qui in hoc prolixus est.

ד הנחתומים לא חייבו אותם חכמים להפריש אלא כדי

4. Sapientes non obligaverunt pistores separare plus

אלא כדי תרומת מעשר וחלת החנונים אינן רשאין למכור את הדמאי כל המשפיעין במדה גסה רשאין למכור את הדמאי אלו הן המשפיעין במדה גסה כגון הסיטונות ומוכרי תבואה :

plus quam quantum opus est primitiis decimarum & secio. . Tabernariis non licet rem dubiam vendere. 1 Quicunque accumulant mensuram magnam, illis licet rem dubiam vendere. Accumulantes autem mensuram magnam isti sunt, 2 sitonæ, & frumenti venditores.

R. OB. DE BARTENORA.

נחתומין *pistores*, qui conficiunt panem, ementes proventum à plebejis & rusticis dum adhuc est Demai, eos non obligarunt Sapientes ut separarent præterquam quantitatem Trumæ de decimis, quæ est una pars de centesima parte; sed non separet decimas secundas, quia inspectores regis quotidie inquirunt dicentes ut vendant viliori pretio; ideo Sapientes non imposuerunt ipsis obligationem de decimis secundis, quia illæ comedendæ sint Jerusolymis. At sciendum est, si fructus vendiderit ei qui *Chaver* est, quod emtor separet decimas secundas, at si vendat plebejo sive indocto, tenetur separare decimas secundas antequam eos vendat. החנונין sunt ii qui vendunt res etiam minimas.

אינן רשאין למכור את הדמאי *non est licitum vendere Demai*, eo quod illi multos vendunt fructus in magna copia, ideo incumbit ipsis decimatio; sive jus quo constituuntur legitimi; aut etiam quia vendere solent parvulis, qui non comedunt id quod nondum est factum legitimum.

המשפיעין במדה גסה *qui emetiuntur mensura magna*, intellige eos qui magnam quantitatem simul vendunt; quanta vero sit mensura magna deinceps exponetur. רשאין למכור הדמאי *libertatem habent vendere Demai*, ii quia in magna vendunt copia solent addere aliquid mensuræ ordinariæ, & propterea dicuntur משפיעין, adimplentes mensuram supra id quod requiritur ab emtoribus. סיטונות sunt mercatores magni, qui emunt proventus à primis eorum cultoribus, vendentes postea eos tabernariis mensura redundanti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נחתומין sunt pistores, & hi non tenentur separare decimas secundas à Demai, juxta jus τῦ Demai, uti explicuimus; concesserunt autem hanc libertatem pistoribus, exactores qui deputati de hoc negotio eos visitant exigentes pondera eorum, ordinantes certum pretium prout mensura fert.

החנוני *tabernarii*, his non licet vendere Demai, quia parvuli ab iis solent emere, qui nesciunt separandum esse quicquam è Demai, comedentes id *Tebbel* sine ulla apprehensione.

המשפיעין במדה גסה *qui emetiuntur mensura magna*, sensus est, qui mensuræ addunt & vendunt mensura abundantiori; illis vero permissum est vendere Demai, quia metiuntur mensura magna, adimplentes mensuram satis abundanter, ita ut emptor plus sibi comparet quam ipsi debetur; propterea constituerunt ut dona Demai darentur ab emtore, & non à venditore. סיטונות in singulari סיטון σῖτον ex σῖτ☉ *frumentum* & ὠνέομαι *vendo*, est ergo is qui vendit cibos mensura magna.

GUISIUS.

1 *Quicunque accumulant &c.*] Id est Solidarii, vel Magnarii, qui Tabernariis & Propolis oppositi. Illi enim propolis ἐπίμετρον, dare solent, *cumulum*, vel *corollarium*. Vendunt *μέτρῳ καλῷ, πεπιεσμένῳ καὶ σεσαλευμένῳ καὶ ὑπερεκχυνομένῳ*, ut loquitur Divus Lucas, phrasi à nostra minime aliena.

2 *Sitonæ.*] Vox Græca σιτώνης, i. e. is qui frumentum emit ut revendat, ut conjuncti veniunt apud Gregorium Nazianzenum *σιτῶναι καὶ σιτοκάπηλοι*. Male ergo Maimonides infra V. 6. סיטון הו אלבאיע לאנואע אלמאיעאת ואלפואכה; *Sitona is est qui vendit liquidorum & fructuum species*. Quæ eadem fere ex eodem R. Tanchum. Fidem R. Tanchumi supra notavimus. Jure an injuria judicabit Lector ex iis quæ ad hanc Misnam ab eo citatam commentatur. סיטון הו קמאט אלדי ישתרי מן אלמכאזן ויביע פי דכאנה באל כיל אלסגיר ומוכרי תבואה הם אלכזאנין אלדין ישתרי מנהם אלסיטון. *Sitona est* القماط, *qui ex apothecis emit, ut in officina revendat mensura parva. At frumenti venditores Condi sunt, à quibus merces emit Sitona.* Deinde תכרת אן סיטון הו אלקמאט אלדי יתקמט מן אלמכאזן או אלתגאר ויביעהו יסיר יסיר פי אי צנף כאן מן אלמתאגר. *Certum est, Sitonam esse* القماط, *qui emit ex apothecis, vel à mercatoribus, ut revendat minutim cujuscunque generis merces.* Quæ omnia non minus à sensu, & expressissimis Misnæ verbis, quam ab ipsa vocis vera significatione aliena. Hic tamen nota usum vocis قماط pro *eo qui emit, ut revendat*; & inde verbum تقمط, *emit, ut revendat*, quæ Lexica Arabica vulgata hactenus ignorant. Zamacsharius. اتاني القماط بشاة فاشتريتها *Adduxit mihi* القماط *ovem, quam coemi.* Vocem explicans addit. هو الذي ياخذ الشاة في دار الجلب فيقمطها ليعرضها علي المشتري *Is est, qui sumit ovem de foro, ut pedibus constrictam emtori venum objiciat.*

ה רבי מאיר אומר את שדרכו להמדד בגסה ומדדו בדקה טפלה דקה לגסה את שדרכו להמדד בדקה ומדדו בגסה טפלה גסה לדקה אי זו היא מדה גסה ביבש שלשה קבין ובלח דינר· רבי יוסי אומר סלי תאנים וסלי ענבים וקופות של ירק כל זמן שהוא מכרן אכסרה פטור :

5. R. Meir ait; Illud quod solet mensurari mensura 1 magna, si mensuretur parva, parva sequitur conditionem magnæ: & illud quod solet mensurari mensura 2 parva, si mensuretur magna, magna sequitur conditionem parvæ. Quænam est mensura magna? in aridis tres cabi: in liquidis 3 denarius. R. Joses dicit, Corbes ficuum vel uvarum, & olerum cophinos si quis conjectura vendat, immunis est.

R. OB. DE BARTENORA.

את שדרכו להמדד בגסה ומדדו בדקה *Si id quod metiri solent mensura magna mensus fuerit parva*, sic legas, *si id quod solent emetiri mensura parva mensus est magna, parva accessoria est ad magnam, & liber est, si id mensus fuerit magna*; nam non dicimus, quod id quod solent vendere

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt in Gemara, quia venditor lucratur metiendo mensura parva, ipse tenetur separare dona, id quod jam à nobis expositum est in Mischna. Controversia vero inter R. Meyr & Sapientes ita se habet, R. Meyr dicit, omnes res quas vendere solent mensura magna, licitum esse vendere ut Demai,

re mensura parva, obligatus est etiam emetiri magna.

כלח דינר *in liquidis unus denarius*, mensura quæ valet denarium, eo quod mensura certa non habetur in liquidis, quia pretium semper mutatur, ideo quantitatem posuere in pretio eorum. אכסרה *æstimatione*, neque mensura, neque pondere, sed æstimatione; *Liber est*, quia se res habet ac si metiatur mensura magna; decisio non est juxta R. Josen.

Demai, uti diximus, si eas vendiderit mensura parva, nihil refert, & licet eodem modo eas vendere, ut Demai, etiamsi metiatur mensura parva, nihilominus illa est accessoria ad magnam, & hoc innuit Mischna cum dicit, טפלה קטנה לגדולה *adjunctoria est parva magnæ*. Si vero vendiderit aliquid quod solet vendi mensura parva, quia non licet vendere Demai, uti diximus, non licebit ipsi vendere Demai, etiamsi emetiatur mensura magna, quatenus R. Meyer respicit res quæ solent vendi; at Sapientes respiciunt mensuras, dicentes, etsi quis vendiderit mensura magna id quod solent vendere mensura parva, liber est. Cabi vero quantitatem jam exposuimus in fine tractatus Pea, quod sexta pars sati. וכלח דינר *& in liquidis denarius*, hoc sensu, mensura quæ continet pretium denarii de re mensurata in illa mensura. Denarii quantitatem etiam exposuimus, nimirum sex susas argenti, & pondus susæ esse sedecim grana hordei. Sic etiam dixere in Gemara, dant mensuram sicco, at non dederunt mensuram liquido, dederunt pretium pro liquido, at non dederunt pretium pro sicco, neque quantitatem pro liquido. המוכר באכסרה *qui vendit juxta æstimationem*, id est, sine quantitate & mensura, & prout ex æquo æstimantur, ita ut is qui vendit באכסרה *per Achsaram* censeatur ac si vendat mensura magna; decisio non est juxta R. Meyr, neque juxta R. Jose.

GUISIUS.

1 *Magna, si mensuretur parva.*] Al. *parva, si mensuretur magna.*

2 *Parva, si mensuretur magna.*] Al. *magna, si mensuretur parva.* Atque ita utrobique legit Bertinorius. Aliter Maimonides.

3 *Denarius.*] Mensura capiens quantum valeat denarium.

פרק ג מאכילין את העניים דמאי ואת האכסניא דמאי רבן גמליאל היה מאכיל את פועליו דמאי גבאי צדקה בית שמאי אומרים נותנין את המעושר לשאינו מעשר ואת שאינו מעושר למעשר נמצאו כל האדם אוכלין מתוקן וחכמים אומרים גובין סתם ומחלקין סתם והרוצה לתקן יתקן :

Caput 3. Res dubia comedenda datur pauperibus & hospitibus. Rabban Gamaliel rem dubiam operariis comedendam dare solebat. Collectores eleemosynæ ex Sammæanorum sententia rem decimatam dant 1 ei qui non decimat, & non decimatam ei qui decimat; ut ita reperiantur omnes homines 2 rem rite perfectam comedentes. Sapientes dicunt, Colligunt simpliciter, & simpliciter dividunt; & is qui perficere velit, (a) perficiat.

R. OB. DE BARTENORA.

מאכילין את העניים *comedendum dant pauperibus*, etsi sint Chaverim, at necesse est ut indicetur ipsis, ut, si velint decimare, deciment.

ואכסניא *& hospites*, intellige exercitum Regis Israelis, qui proficiscebatur ex uno loco in alium, quem incolæ illorum in quibus morantur locorum tenentur sustentare quod ad victum, dando ipsi eo tempore Demai quando tantum transeunt, at si pernoctantur, tenentur decimare id quod comedendum præbent.

R. Gamaliel comedendum dedit operariis suis Demai, intellige operarios qui erant pauperes, at non est decisio juxta R. Gamaliel; quia, si eveniat ut sustentet eos, debitum suum solvere poterit pretio Demai. *Et quod non est decimatum cum eo quod est decimatum*, dando majorem copiam propter decimas ejus.

נמצאו כל האדם אוכלין מתוקן *comperitur omnem hominem comedere id quod perfectum est*, Schamai enim putat, non dari pauperibus comedendum Demai.

והרוצה לתקן יתקן *qui velit perficere perficiat*, non enim permissum est pauperibus comedere Demai, nisi semel comederint cum patrefamilias; at fructus illi qui veniunt sub potestatem eorum tenentur decimare propter Demai; & sic intelligas id quod Mischna dicit, *dant comedendum Demai pauperibus*, & non dicit, pauperes comedunt Demai.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pauperibus permissum est edere Demai ad levandum super nos eleemosynam. ואכסניא sunt *hospites*, & hoc dicitur ad confirmationem præcepti de hospitio excipiendis pauperibus, quo allevetur incommoditas patrumfamilias. Et quod dicitur והרוצה לתקן יתקן *qui velit id perficere*, (quod ad decimas) *perficiat*, vult, is qui velit perficere aliquam rem separando ex ea dona Demai, faciat. Objicies forsan, dicendo, quandoquidem permittimus ut pauperes comedant Demai, qua de causa dicitur de iis qui acceperunt eleemosynas הרוצה לתקן יתקן cum pauper est? at respondemus, id quod diximus permissum esse pauperibus comedere Demai, intelligendum esse quando ipsis data est portio quædam pro prandio, eo quo diximus sensu; sed si distribuerint ipsis è Cupha ut unicuique cedat bona portio quæ venit in potestatem ejus, tenetur de ea separare dona Demai, & ita intelligas id quod dicitur, *comedendum dant pauperibus Demai*, at non dicitur, comedunt pauperes Demai; decisio est juxta Sapientes, & non juxta R. Gamaliel.

GUISIUS.

1 *Ei qui non decimat.*] Ei qui non est נאמן *fide dignus*.

2 *Rem rite perfectam.*] Ex טבל *frugibus illibatis* si desumantur primitiæ majores, & primitiæ decimarum, quæ Sacerdotum portio, reliquæ fruges ita fiunt חולין *profanæ* vel *desecratæ*, βέβηλοι, לאן אלקרושה קד זאלת מנה, inquit Maimonides ad VII. 7. *quia jam Sanctitas ab iis recessit*; quanquam decimis nondum desumtis. Si autem desumantur גמיע אלחקוק *omnia penitus quæ desumi debent*, primitiæ decimæque, tum demum vocantur חולין מתוקנין βέβηλα τετελειωμένα, vel καλεσκευασμένα, *fruges profanæ rite consummatæ perfectævè*. *Pollucta* ita dici posse censet Scaliger, sed male, ut ostendere possem, si hic litigare velim de voce Latina.

SURENHUSIUS.

(a) והרוצה לתקן יתקן *& qui velit perficere, perficiat*, commentatur Maimonides quod pauperibus non licet comedere Demai, præterquam si semel tantum prandent cum patrefamilias, quod licitum est ipsis, sed magna portio fructuum quam domum adducunt, & plus quam in unum prandium sufficit, de qua tenentur pauperes dare decimas primas &c. Sed in Jad Chasaka Hilchot Maaser capite decimo scribit, *licitum est comedendum dare pauperibus Demai, nec non viatoribus, & necesse est ipsis indicare quod sit Demai, & pauper ipse & viator perficiant si velint; collectores eleemosynarum exigunt simpliciter, & distribuunt simpliciter*, (non habita ratione an sit Demai nec ne,) *& qui perficere velit perficiat.* Videsis Lipmannum.

ב הרוצה לחוום עלי ירק להקל ממשאו לא ישליך עד שיעשר הלוקח ירק מן השוק ונמלך להחזיר לא יחזיר עד שיעשר שאינו מחוסר אלא מנין היה עומד ולוקח וראה טוען אחר יפה ממנו מותר להחזיר מפני שלא משך :

2. Qui abscindere velit olerum folia ut onere se levet, ne abjiciat, nisi decimet. Qui olus in foro coemtum mutata sententia reddere velit, ne reddat, (a) nisi decimet; 1 quia nihil deest præter numerationem. Si quis inter emendum videat aliam sarcinam meliorem reddere potest, quia nondum 2 traxit.

R. OB. DE BARTENORA.

לחוום *ad amputandum*, aut *excidendum* לכרות; & hæc vox לחוום, non occurrit ulterius in Mischna. לחקל ממשאו *ad levandum onus suum*, ne nimis eo prematur.

לא ישליך עד שיעשר *non dejiciet antequam decimaverit*, ne forsan plebejus inveniat illa segmenta & comedat ea quando nondum rite disposita sunt quod ad decimas, unde aliis fiat offendiculo; hoc autem intelligas de oleribus in fasciculis compactis, quæ, si non sunt in fasciculis compacta, non obligantur quod ad decimas.

Qui emit olus in loco publico, manu sua accipiens olerum fasciculos determinato pretio, at posteaquam emerit fit, si pœnitentia ducitur ut iterum vendat.

לא יחזיר עד שעשר *Non reddat eos antequam decimaverit*; dando ipsi pretium decimarum â fasciculis separatarum, quia ab eo tempore quo ea manu sustulit sua fecit, & idcirco tenetur decimare.

שאינו מחוסר אלא מנין *quia nihil desideratur nisi numeratio*, sensus est, acquisivit sibi jam eos fasciculos eo quod manu attraxit, & nihil deest emtioni nisi ut numeret venditori nummos de quibus convenere. היה עומד ולוקח *si occupatus sit emendo*, emens tantum, & non manu apprehendens. טוען *onus*, oleris onus aliud.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לחוום *ad excidendum*, nimirum folia oleris viliora, eaque dejicienda levandi oneris gratia, at non dejicienda antequam sint decimata, ne aliis det offendiculum. Emuntur autem olera in loco publico, quando quis emit olera in fasciculis compacta statuto certo pretio, extendens manus suas ad accipiendum quod ipsi debetur; postea vero consulens sibi ut ea olera venditori reddat; non poterit reddere ea antequam de iis separaverit decimas, & pretium vendiderit, quia jam ad suas pervenere manus, & de jure ea acquisivit. Etiamsi non numeraverit fasciculos, nihilominus non desideratur quicquam, nisi computus qui venditionem non reddit irritam, & sic intelligitur id quod dicit, אינו מחוסר אלא מנין.

היה עומד ולוקח *si consistet ut emat*, eo sensu, quod fasciculos quidem emit, at non manu ad se attrahit, sed venditor eos numerat & seponit pro emtore; & hoc quoque exponetur suo loco, quod mobilia non acquiruntur solutione argenti, sed principalis acquisitio est ea quæ fit attractione.

ונמלך sensus est, quod se convertit ad consilium quo sibi consulit de iis reddendis, sic in Targum איעצן אימלכינך 2 Reg. 1:12. לחוום hæc vox non reperitur aliis in locis, neque in Ebræa, neque in Chaldæa lingua.

GUISIUS.

1 *Quia nihil deest præter numerationem.*] Supponunt Commentatores fasciculos olerum jam emtos & tractos ea conditione, ut emtor solvat certum pretium pro singulis mox numerandis: & quia ita nihil deest præter fasciculorum numerationem, ideo emtoris fiunt, nec reddere potest nisi prius decimatos. Mihi autem hic locus de mendo suspectus est, præsertim quia in Talmude Hierosolymitano pro מחוסר legitur מעשר; quomodo etiam legisse constat RR. Samsonem & Bertinorium.

2 *Traxit.*] Tractio enim, sive rei emtæ elevatio, in rebus mobilibus necessario requiritur ad jus transferendum Kidd. I. 5.

SURENHUSIUS.

לא יחזיר עד שיעשר *non restituet donec decimaverit*, Bartenora scribit, *nam ab eo tempore quo ea sustulit, facta sunt sua, & tenetur ea decimare*, sed in fine Misnæ extat quod ea restituere licet, quia nondum *attraxit*? resp. fasciculi olerum inprimis acquiruntur בהגבהה *per elevationem*, & quod Misna in fine utitur verbo משך *attraxit*, id non stricte intelligendum est de משיכה *attractione*, sed quod non acquisivit כדין הקנייה *juxta ritum acquisitionis*; sed cum plurimæ res acquiruntur attractione, ideo utitur verbo משך *attraxit*. Vide huic similia in Tosephot Bava Batra fol. 87. & Misna septima capitis quinti ejusdem tractatus.

ג המוצא פירות בדרך ונטלן לאוכלן ונמלך להצניע לא יצניע עד שיעשר ואם מתחלה נטלן בשביל שלא יאבדו פטור כל דבר שאין אדם רשאי למכרו דמאי לא ישלח לחבירו דמאי רבי יוסי מתיר בודאי ובלבד שיודיענו :

3. Qui fruges reperiens sustulit ut comederet, dein mutata sententia reponere velit, ne reponat, nisi decimet. Sin primo sustulit ideo ne perirent, immunis est. Quamcunque rem non licet vendere dubiam, nec licet alii mittere dubiam. R. Joses permittit rem certam mittere, modo indicet.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יצניע עד שיעשר *non occultabit antequam decimaverit*; quia ipsi prohibitum est educere è potestate sua rem quæ nondum ritè disposita est quod ad dona quæ de ea sunt danda.

שלא יאבדו *ne pereant*, & non fuerit intentio ejus ut eos sibi acquirat. *Non licet ulli vendere Demai*, ut, mensurâ parvâ, uti diximus capite superiori, non mittet igitur ad amicum suum mensura parva, sed magna, si id vendere possit magna.

R. Jose permittit in Vaddai, permittit ad amicum mittere *Vaddai*, id est, quod certo non est decimatum, mensura parva, at ea conditione ut id notum faciat; & concedit R. Jose quod Demai non licet metiri mensura parva; at decisio non est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

להצניע *ad occultandum*, hæc vox invenitur in lingua sancta. Si autem tollat fructus ea intentione ne perirent, liber est â decimatione, quia eos non tollit pro se, & censetur ac si eos liberet è potestate gentilis, & incendio, pro alio.

R. Jose permittit in ודאי id est, *rebus certo non decimatis*, quia permissum est mittere Tébhel, si id notum faciat ei ad quem mittitur, quod id sit Tébhel; & non sollicitus est R. Jose, an id aliquando posset mitti ad aliquem ut non expressè dicatur quod sit Tébhel; decisio non est juxta R. Jose.

ד המוליך חטים לטוחן כותי ואו לטוחן עם הארץ בחזקתן למעשרות ולשביעית לטוחן נכרי דמאי המפקיד פירותיו אצל הכותי או אצל עם הארץ בחזקתן למעשרות ולשביעית אצל הנכרי כפירותיו רש"א דמאי :

4. Si quis molitori Cuthæo vel plebejo triticum mittat, statu suo manet respectu decimarum & frugum anni septimi: molitori alienigenæ, 1 res dubia fit. Si quis fruges deponat penes Cuthæum vel plebejum, statu suo manent respectu decimarum & frugum anni septimi: penes alienigenam, ut illius fruges habentur. R. Simeon vult, rem dubiam fieri.

R. OB. DE BARTENORA.

לטוחן כותי *ad molitorem Cuthæum*, ad Cuthæum qui molit omnis generis proventum. בחזקתן *in possessione eorum*, quia Cuthæi non sunt suspecti, ut illos fructus qui rite sunt dispositi commutent cum aliis qui non sunt rite dispositi.

לטוחן נכרי דמאי *si ad molitorem gentilem*, *est Demai*, quia gentilis est suspectus de commutatione, & ab eo tempore quo in monte Gerisim inventum est caput columbæ quod Cuthæi adorabant, habiti sunt Cuthæi gentiles.

אצל הנכרי כפרותיו *si apud gentilem deposuerit*, *habendi ut fructus sui*, at fructus gentilis liberi sunt à decimis, & de molitore nobis suspicio est, ut commutet triticum unius Israelitæ cum alterius quod est Demai; at si deposuerit fructus in molitoris potestate, non potest dici, se commutaturum fructus unius Israelitæ cum alterius, sed gentilis eos commutaverit forsan, & propterea æstimantur ut fructus gentilis. R. Schimeon putat, etiam fieri posse ut fructus commutentur in domo gentilis à duobus vel pluribus Israelitis illic depositi, ut postea unus pro altero tollatur; at decisio non est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus in tractatu Berachot, quocunque in loco Mischnæ mentio fiat de Cuthæi plebejique differentia, id intelligi de prioribus temporibus.

בחזקתן למעשרות ולשביעית *in possessione eorum quod ad decimas & annum septimum*, sensus est, eos non esse suspectos commutationis fructuum, sed eos scil. Cuthæos adhuc esse quales fuere in principio; si vero fructus detulerit ad molitorem gentilem, habentur Demai; & hoc, quia molitores multam tritici copiam solent conjungere, unde fieri potest ut fructus Israelitæ unius mutent cum alterius Israelitæ fructibus, qui obligati sunt de decimis, & propterea habentur Demai. Quando autem deposuerit fructus in potestate gentilis, dicitur quod eos commutavit in suos, & idcirco censentur esse fructus gentilis, & nullatenus tenentur de donis decimarum. R. Schimeon dicit, fieri posse ut alius Israelita etiam deposuerit fructus apud gentilem, & commutati fuerint inter se ut fiant etiam Demai; at decisio non est juxta R. Schimeon.

GUISIUS.

1 *Res dubia fit.*] Quia cum plures frumenti sarcinæ ad molitorem subinde deferantur, alienigena, qui nulla religionis cura ducitur, ex mera forsitan incuria, decimatum cum non decimato permisceat. Sed huic dubitationi nullus locus est, (quanquam aliter R. Simeoni videatur) in alienigena depositario, qui forsan cum suis frugibus permutet; sed illæ à decimis liberæ sunt; non cum frugibus alius depositoris Israelitæ, qui forsan nullus erit, ut ita habeantur pro re dubia.

ה הנותן לפונדקית מעשר את שהוא נותן לה ואת שהוא נוטל ממנה מפני שחשודה לחלוף אמר ר' יוסי אין אנו אחראין לרמאי' אינו מעשר אלא מה שהוא נוטל ממנה בלבד :

5. Qui quidquam tradit 1 cauponæ, decimat illud quod tradit, & illud quod denuo ab ea recipit, quia suspicioni obnoxia est ne permutet. Contra R. Joses; Nos non dati sumus prædes fraudulentis: illud decimat quod ab ea recipit duntaxat.

R. OB. DE BARTENORA.

פונדקית est ea quæ hospitia habet pro viatoribus. Dicit porro מעשר את שהוא נותן לה *decimas det de eo quod dederit ipsi*, quia Chaver tenetur nullam rem de jure nondum dispositam è potestate sua educere.

ואת שהוא נוטל ממנה *& quod accipit ab ea*, quia etiamsi plebejus non habeatur suspectus de commutatione, uti supra diximus, nihilominus hospita habetur suspecta de commutatione, quia illa juxta bonam intentionem id quod optimum est dabit Chavero, id est *religioso*, relinquens interim id quod ad eum pertinebat, dando ipsi de suo. אין אנו אחראין לרמאין *non securi sumus ab impostoribus*, non est ut certi simus de impostorum cautionibus, ne comedant id quod nondum est decimatum, idcirco non decimabit id quod hospitæ dat, & si acceperit id hospita atque comederit nondum rite dispositum, Chaver nullatenus in ea re peccavit, & non decimabit nisi id quod acceperit ab illa. R. Jose putat, quod intentio ejus sit id surripere; at decisio non est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין אנו אחראין לרמאין *non habemus cautionem contra impostores*, sensus est, non dandum esse quicquam impostoribus, nisi id quod jam decimatum est, ut, si id commutet inde non possit aliis dari offendiculum, sed comedet illud decimatum.

פונדקית est mater vel domina familias, solent enim mercatores ei dare farinam, & carnem, & quod coctum est, unusquisque de pane & cibo suo; at decisio non est juxta R. Jose.

GUISIUS.

1 *Cauponæ.*] Πανδοχίδι, vel πανδοκεύτρια, ut sibi edendum apparet. Decimat autem illud quod ei tradit, ne offendiculum ei præbeat, & ipse in causa sit, ut rem nondum decimatam ab ipso acceptam pro re sua permutatam comedat. Sufficere autem censet R. Joses, si sibi caveat.

ו הנותן לחמותו מעשר את שהוא נותן לה ואת שהוא נוטל ממנה מפני שהיא חשודה לחלוף את המתקלקל אמר רבי יהודה* רוצה היא בתקנת בתה ובושה מחתנה מודה רבי יהודה

6. Qui quidquam tradit socrui, decimat illud quod tradit, & id quod denuo ab ea recipit, quia suspicione tenetur corruptum mutavisse. Quippe censet R. Juda, mulierem velle gratiam filiæ conciliare, & generi reverentia duci. Agnoscit R. Juda, (a) si quis socrui tradiderit aliquid anno septimo,

יהודה בנותן לחמותו שביעית שאינה חשודה להחליף להאכיל את בתה שביעית :

mo, eam suspicioni de mutatione non fore obnoxiam, ut ita 1 filiam cibaret frugibus anni septimi.

R. OB. DE BARTENORA.

המתקלקל *quod corruptum*, intellige panem & id quod coctum est. *Dicit R. Jehuda &c.*, in Talmude Jerusolymitano exponitur, quod principii verba etiam pertinent ad R. Jehudam, qui dicit hoc modo, *quia est suspecta quod commutabit id quod corruptum est, sunt verba R. Jehudæ*; quia R. Jehuda dicit, illa cordi habet beneficia filiæ, ne ipsi cedat id quod corruptum est &c.

בנותן לחמותו שביעית *si dederit socrui suæ fructus anni septimi*, si dederit illi ad pinsendum aut coquendum anno septimo. *Quia illa non est suspecta ad commutandum, ut comedendum det filiæ suæ fructus anni septimi*, quia graviora putat fructus peccata anni septimi, quos, si dentur ipsi, non mutabit pro fructibus anni septimi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתקלקל est id quod perditum & corruptum est, sensus est, si corruptum fuerit id quod coctum est, aut panis, accipiet illa quod corruptum est pro se, & commutabit id cum eo quod melius est illo. R. Jehuda vero non contradicit ei quod primò dictum est, sed rei rationem reddit, & probatio ejus est cum dicit, *dicit R. Jehuda*, non autem, R. Jehuda dicit, erit itaque explicatio Mischnæ hoc modo; quia illa est suspecta quod commutabit, dicit R. Jehuda, ob quam rationem? quia mulier cordi habet beneficium filiæ, ipsi dando quod bonum est, & erubescit de genero suo, & propterea commutat fructus perditos cum bonis, ad corrigendum fructus filiæ. R. Jehuda vero contradicit verbis R. Jose quæ antecedunt, nam R. Jehuda dicit, oportet ut decimet id quod dederit ipsi, quia caveat sibi ne alius offendiculo sit. At R. Jose dicit quod ab impostoribus nunquam possumus esse securi; & propterea in Mischna dicitur quod R. Jehuda concedit R. Jose quod ad fructus anni septimi, nimirum, quod licet eos dare socrui suæ ut coquat eos; neque suspicamur ut fiat ipsi offendiculo, & fieri posse ut capiat eos, & commutet perditos, eosque comedat sine sanctitate fructuum anni septimi. Quoniam illa juxta opinionem R. Jehudæ non est suspecta ut commutet fructus anni septimi, quia est majoris momenti res, de qua imprimis Scriptura monet, ideo non suspicamur eam fructus anni septimi daturam iis qui domi sunt comedendos sine sanctitate anni septimi; at dicimus, si aliquid ipsi dederit de fructu anni septimi, reddat etiamsi corruptum sit; decisio est juxta R. Jehudam in iis quæ bis dicta sunt, & Sapientes ipsi assentiuntur.

GUISIUS.

1 *Filiam cibaret.*] Ita est vulgata lectio. Ut ita sensus sit, eam nolle fruges, quæ anni septimi non sunt, à genero ad se, ut apparet, delatas, frugibus anni septimi permutare, ne ita filiæ onera imponat, quæ comitantur esum frugum anni septimi. Verum Maimonides pro בתה *filiam*, ביתה *familiam* plane legit. Arabice apud eum est לאהל ביתהא, i. e. *familiam*. Sic ergo juxta Maimonidem vertendus est locus. *Agnoscit R. Juda, si quis socrui tradiderit fruges anni septimi, eam suspicioni de permutatione non fore obnoxiam, ut ita familiam pasceret frugibus anni septimi.*

SURENHUSIUS.

(a) בנותן לחמותו שביעית *si quis dederit socrui suæ anni septimi fructus*, in Talmude Jerusolymitano dicitur, *si quis dederit socrui suæ, cum eo comparatum est perinde ac si dedisset vicinæ, uti docuimus, si quis vicinæ dederit panem coquendum, aut cibum, non debeat sollicitus esse quod illius loco illi dabit fructus anni septimi, aut eos qui nondum decimati sunt.* Propterea mirum est quod Bartenora decisionem pronunciat juxta R. Jehudam, & secutus est sententiam Maimonidis, qui dicit Sapientes in eadem esse sententia cum R. Jehuda. Cum tamen clarum est quod dissentiunt ab ipso, nam secundum sententiam Sapientum Mishnæ doctor simpliciter scripsit, sine controversia, in fine capitis quarti Bechorot. Et ipse Maimon in Jad Chasaka capite undecimo Hilchot Maaser retractavit hanc sententiam, & decisionem pronunciavit secundum sententiam Sapientum supra in Talm. Jerusol. commemoratorum.

פרק ד הלוקח פירות ממי שאינו נאמן על המעשרות ושכח לעשרן ושואלו בשבת יאכל על פיו חשכה מוצאי שבת לא יאכל עד שיעשר לא מצאו אמר לו אחר שאינו נאמן על המעשרות מעושרות הן אוכל על פיו חשכה מוצאי שבת לא יאכל עד שיעשר תרומת מעשר של דמאי שחזרה למקומה רבי שמעון שזורי אומר אף בחול שואלו ואוכלו על פיו :

Caput 4. Qui fruges à quodam emtas, qui non habetur fide dignus de decimis, oblitus est decimare, percontatus eum die sabbathi ejus arbitrio comedat. Obortis tenebris in exitu sabbathi ne comedat (a) usque dum decimet. Si illo non invento dixerit ei alius quispiam, qui nec ipse fide dignus habetur de decimis, decimatas esse, 1 ejus arbitrio comedat. Obortis tenebris in exitu sabbathi ne comedat usque dum decimet. Si primitiæ decimarum 2 in locum suum redierint, R. Simeon Sezorensis dicit; Etiam die profesto percontatus, 3 ejus arbitrio comedit.

R. OB. DE BARTENORA.

בשבת יאכל על פיו *in sabbato comedet verbo suo*, quia in se recepit timorem sabbati, ut timeat peccare & mentiri in sabbato magis quam in reliquis diebus.

תרומת מעשר של דמאי *Trumam de decimis Demai*, separabit Trumam decimarum, quia plebeji sunt suspecti de ea separanda, quia putat non agi de pœna mortis quamdiu non separavit decimas primas, at de Truma magna non sunt suspecti utpote pœna mortis exigenda; Truma de decimis est una pars de centesima, at si redit ad locum suum est minus quam centesima pars, rediens ad מדומע id est, *Trumatum*.

שאלו ואוכל על פיו *rogat eum & comedit verbo suo*, quia nominatur illa oblatio nomine Truma, timet plebejus ne peccet de דמע, nam abhorret à mendacio; decisio est juxta R. Schimeon Schesuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicunt in Gemara, rationem, quare in sabbato sit fide dignus, esse, eo quod in se recipit metum sabbati, quia grave admodum est negotium in oculis plebeji peccatum committere die sabbati, propter honorem istius diei, ut propterea non mentiatur.

חשכה מוצאי שבת *vesperi post exitum sabbati*, nocte diei primi post ortum stellarum, sed inter duas vesperas exeunte sabbato comedat verbo suo, quia dies nondum est finitus. Quod autem dicit מעשר *decimet*, id vult, ut separet Trumam de decimis; & decimas secundas quæ separandæ sunt à Demai, uti diximus. Tenemus pro fundamento quod Truma de decimis Demai, etiamsi illa sit dubia, si commisceatur cum fructibus qui rite sunt dispositi, habeatur מדומע, at quid

fit מרומע exponetur deinceps. Præterea dicitur, si plebejus separaverit Trumam decimarum Demai in conspectu nostri, & postea redierit in locum suum, ut omnia commisceantur, in totum fit מרומע *mixtura*. Sed si postea eum interrogaverimus, & responderit, *separavi, eduxi & ritè disposui id quod erat mixtum*, dicit R. Schimeon Schesuri eum esse fide dignum, etiam die profano, quia ille, ut plebejus qui in se suscepit timorem sabbati, eodem modo in se suscepit timorem ne faciat mixturam, at non licebit ipsi comedere postquam commiscuerit cum eo Trumam, nisi id prius rite disposuerit. Sed Sapientes non concedunt hoc, dicentes, eum nullatenus esse fide dignum die profano, ne quidem in mixtura: decisio est juxta R. Schimeon Schesuri.

GUISIUS.

1 *Ejus arbitrio.*] Regula enim est, אין אדם חוטא ולא לו, *Nemo gratis malus.*

2 *In locum suum.*] Id est, si denuo permisceantur frugibus, ex quibus desumtæ sunt.

3 *Ejus arbitrio.*] Plebeji, quem prius separasse novit, si asserat se denuo separasse.

SURENHUSIUS.

(a) *Abortis tenebris in exitu Sabbathi ne comedat usque dum decimet*, scribit Maimon, *vult dicere, usque dum educat Trumam de decimis, & decimas secundas quæ debentur de Demai*, nam quandoquidem Truma de decimis etiam est decima de decimis, propterea eam generali nomine *decimæ* insignivit Misna. Præterea quoque invenimus in verbis R. Elieseris ad Misnam tertiam capitis sexti, quod vox מעשרות *decimæ* est nomen generale ad omnia dona sacerdotalia, etiam ad Trumam magnam, vide cap. 7. Misna 6. vide quoque Jeruschalmi ad Misnam quartam cap. 2. Maaserot.

ב המדיר את חבירו שיאכל אצלו והוא אינו מאמינו על המעשרות אוכל עמו בשבת הראשונה ואע"פ שאינו מאמינו על המעשרות ובלבד שיאמר לו מעושרין הן ובשבת שניה אע"פ שנדר ממנו הנייה לא יאכל עד שיעשר:

2. Si quis alium voto obstringat ut secum comedat, ille vero fidem ei non adhibeat de decimis, comedit tamen cum eo primo sabbatho, utcunque ei non fidat de decimis: ita tamen si ei dixerit decimas desumtas esse. Secundo autem sabbatho, utcunque voto ei interdixerit utilitate capienda, ne tamen comedat, nisi prius decimet.

R. OB. DE BARTENORA.

המדיר את חבירו *qui vota facit amico suo*, dicens ipsi קונם id est, munus esto mihi id quod percipies à me si non comederis mecum.

שבת הראשונה *sabbatum primum*, si convivium desponsationum juvenis ducturi filiam inciderit in sabbatum primum, permittunt ipsi comedere cum eo ad vitandam inimicitiam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המדיר את חברו *qui vota facit amico suo*, sensus est, si juraverit amico suo. *Sabbatum primum* est sabbatum primum quo eum invitavit ad comedendum, quod conceditur pacis gratia. Et quod Mischna dicit, etiamsi voverit se nihil commodi capturum ex ipso, sensus est, etiamsi juraverit se nullius rei usum apud ipsum percepturum, nisi comederit cum ipso, quia ita tenetur facere ad amicitiam confirmandam, & inimicitiam tollendam, quæ oriretur inter eos nisi comedisset cum ipso, at ea conditione ne comedat cum eo antequam ipse decimaverit, aut decimaverit in conspectu ejus.

ג ר"א אומר אין אדם צריך לקרות שם למעשר עני של דמאי וחכ"א קורא שם ואינו צריך להפריש:

3. R. Eliezer ait, Nemo obligatur 4 nomine indigitare (a) decimas pauperum rei dubiæ. At Sapientes censent, nomine indigitare debere, separare autem non obligari.

R. OB. DE BARTENORA.

אין צריך להוציא שם וכו' *non necessum est nominare nomen &c.*, quia plebeji non sunt suspecti de decimis pauperum, quia illi sciunt quod fructus qui sunt *Tebbel* pro decimis pauperum secum ferunt mortem si quis eas non separaverit, vel sibi retinuerit. Sed Sapientes dicunt nihilominus dicendum esse nomen, quia id non perdit in hac re, eo quod non est necessum ut det pauperi, vel separet pro ipso, quia pauper in eo prætendit educere bona proximi sui, nam qui prætendit educere bona proximi sui, is debet justè probare quod ea potest exigere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus antea quod non tenemur separare decimas pauperum Demai iis annis quibus separant decimas secundas loco decimarum pauperis, & hoc fit anno tertio ab anno intermissionis, & quoque anno sexto; istis autem annis nihil separant de Demai nisi Trumam de decimis, & propterea dicit R. Eliesér, quando non separarunt decimas pauperis, non vocabit nomen. At Sapientes dicunt, nominandum esse nomen, est ergo necesse ut post separationem Trumæ de decimis, dicat, *decima pars quæ remanet erit pro decimis pauperum*, & non separet eas. Ratio Sapientum verò hæc est, nimirum ut confirment decimas secundas separandas esse à Demai, & ut unicuique notum sit necessarium omnino esse separare post Trumam de decimis, quia decimæ pauperum habeantur loco decimarum secundarum, uti exponetur; decisio non est juxta R. Eliesér.

GUISIUS.

1 *Nomine indigitare.*] Nomine indigitare, vel designare primitias decimasve, est partem aliquam, vel portionem frugum nominato definire, & destinare in decimas vel primitias; ut si quis dicat, *Primitiæ*, vel *decimæ*, *quas ex hoc acervo solvere debeam, ab hac*, vel *illa parte sunto*; locum designans unde desumi velit; tametsi nondum desumat.

SURENHUSIUS.

(a) אין אדם צריך. לקרות שם למעשר עני *non obligatur homo nomine indigitare decimas pauperum*, Bartenora rationem adfert, eo quod plebeji non sunt suspecti neglectæ decimationis pro pauperibus. Sapientes dicunt, etsi non sint suspecti nihilominus eas nomine indigitandas esse, quia id facile fit & possessori inde nihil damni accedit. Dubium igitur oritur quare auctor Mechiltæ in principio exponit, quod plebeji sunt suspecti neglectæ decimationis pro pauperibus. Et hujusmodi quoque R. Schimeon ex Maccot ad hunc locum adfert, Rab Joseph quærit, quare unus dominus dicit res illibata (Tebhel) est, alter dicit, non est res illibata? respondit illi Abhai, si ita habet, quare dissentiunt de Demai dubio quod ad decimas, dissentiant potius de Vaddai quod certo non decimatum est, quod omnibus habetur res illibata. Quod autem hic dissentiunt, est in eo, quod possessor qui est pauper educit decimas, quia eas sibi retinet, & non suspectus est neglectæ decimationis juxta Mar (puta R. Eliesér). Cæterum Mar (Sapientes) putat

quod suspecti sunt, quia possessori molesta est res de qua non eductæ sunt decimæ. Præterea in Jeruschalmi exponit Rabh Huna, R. Abha docuit in nomine Rabh, qui comedit fructus suos illibatos à decimis pauperis reus est mortis. Quænam est sententia R. Eliesferis? quod separat, ob pœnam mortis. Quænam ergo est sententia Sapientum, dicentium &c.? quod nihilominus eas nomine indigitat, & non est necesse ut separet, id est, præterquam quod notum est quod plebeji separant; nam sufficit indigitasse eas nomine, idcirco non est res magni momenti, si emtori imponatur eas nomine indigitare, cum exiguum tantum est dubium. Et hic est stylus in Maccot. R. Eleasar putat quod suspecti sunt decimarum primarum & secundarum; primarum, quia Thruma de decimis continetur in eis; secundarum, quia eas Jerusolyma adducere debent; sed decimas pauperum educunt. Verum Sapientes putant, quod plebeji nihilominus suspecti sunt, & quod propterea emtor decimas nomine indigitat, & non est necesse eas educere, & pauperibus porrigere; huc usque R. Schimeon. Sic etiam Jeruschalmi dicit, quod Sapientes in eadem sunt sententia cum R. Eliesere, quod plebeji non sunt suspecti; nam ejus quod dicunt בלא כך *in eo quod non &c.* sensus est, ac si dixissent, *præterquam quod nos dicimus quod suspecti sunt juxta sententiam nostram, nihilominus concedimus tibi* (R. Eliesferi) *quod possessor plebejus separat decimas, & non suspectus est, cum sufficit indigitasse eas nomine.* Cum igitur ita se res habet, id quod auctor Mechiltæ exposuit congruit cum eo quod occurrit in Talm. Babylonico, sed id quod hic exponitur, convenit cum eo quod occurrit in Jeruschalmi. Hanc quæstionem movet Lipman in notis suis.

ד מי שקרא שם לתרומת מעשר של דמאי ולמעשר עני של ודאי לא יטלי בשבת ואם היה כהן או עני למודים לאכול אצלו יבאו ויאכלו ובלבד שיודיעם :

4. Qui nomine indigitaverit primitias decimarum rei dubiæ, vel decimas pauperum rei certæ, non tamen sabbatho desumet. Si autem Sacerdos vel pauper assueti sunt cum eo cibum sumere, accedentes comedant; 1 ita tamen ut id illis notum faciat.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שקרא שם לתרומת מעשר של דמאי *qui nomine nominat Trumam decimarum de Demai*, dicens, *Truma de decimis quæ separanda de hoc cumulo erit ad latus septentrionale aut meridionale*, attamen non separans eam; sed loquitur hic de Truma ex decimis Demai, eo quod Israelita eam nomine signat & dat sacerdoti, qui decimas sibi sumit; at Trumam de decimis *Vaddai* non signat Israelita nomine, verum dat Levitæ decimas, & Levita deinde separat Trumam de decimis, eamque dat sacerdoti.

לא יטלם *non tollet eas*, ut eas det sacerdoti aut pauperi, qui in atrio aut introitu inveniatur, quia non licet sacerdoti aut pauperi dare dona die sabbati, sed iis quidem qui solent cum ipso comedere, at ea conditione ut eis significet esse Trumam de decimis secundis, aut de decimis pauperis, quia, si non significet eis, putabunt de suo esse id quod ipsis proponit comedendum, ac si quis convivis proponat Trumam de decimis, quod non licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שקרא שם *qui appellabit nomine*, sensus est, ut dicat, *Truma de decimis quæ debetur de hoc acervo ficuum erit de illo latere*, & signet eam, at non separet ficus ipsos; & propterea dicit, quia cognosci possunt non capiet eos sabbato; & Gemara exponit, id quod dicit Mischna, לא יטלם *non tollet eas*, eo sensu ne det illos, ac si diceret, non tollet ad dandum eos, quia non licet die sabbati dare dona.

ובלבד למודים *consueti*, more per aliquod tempus solito. שיודיעם *at ea conditione ut notum faciat eis*, dicendo, *id quod vobis comedendum propono est decimæ pauperis, aut Truma de decimis*, nam si non dixerit hoc ipsis, imaginabuntur sibi, quod dederit ipsis fructus illos in modum doni voluntarii, & fiet, ac si daret Trumam aut decimas convivis suis comedendas, aut faceret ex iis victum suum quotidianum.

GUISIUS. 1 *Ita tamen ut id illis notum faciat.*] Aliter enim illicitum est hospites primitiis vel decimis pascere.

ה האומר למי שאינו נאמן על המעשרות קח לי ממי שהוא נאמן וממי שהוא מעשר אינו נאמן מאיש פלוני הרי זה נאמן הלך ליקח כמנו ואמר לו לא מצאתיו ולקחתי לך כאחר שהוא נאמן אינו נאמן :

5 Si quis eum qui non est fide dignus de decimis sic jusserit; præstina mihi quid ab aliquo fide digno, vel ab aliquo qui decimat, non est fide dignus. Ab N, fide dignus est. Si profectus ut ab eo præstinaret, deinde dicat, Illum non inveni, præstinavi tamen tibi ab alio fide digno, non habetur fide dignus.

R. OB. DE BARTENORA.

אינו נאמן *non est fide dignus*, nam etiamsi invenerit aliquem à quo emit non fide dignum, se excusare poterit, dicendo, *in meis oculis erat homo fide dignus*; at si herus dixerit servo suo, *compara mihi ab N. N.*, non poterit se excusare, quandoquidem non habet libertatem ab alio quoquam emere.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando loquitur de נאמן *fide digno*, non intelligit eum qui est fide dignus de decimis, quia est is qui decimat; sed eum qui fide dignus est de puro & impuro, ne comedendum proponat id quod prohibitum & immundum est. Ratio autem quare fide dignus habeatur, si dixerit, *compara mihi ab N. N.*, hæc est, quia is qui mittitur nequaquam emet ab alio, quia timet ne forsan herus interroget illum hominem, an N. N. ab ipso emerit.

ו הנכנס לעיר ואינו מכיר אדם שם אמר מי כאן נאמן מי כאן מעשר אמר לו אחד אני איני נאמן איש פלוני נאמן הרי זה נאמן הלך ליקח ממנו אמר לו מי כאן מוכר ישן ואמר לו מי ששלחך אצלי אע"פי שהן כגומלין זה את זה הרי אלו נאמנין :

6. Si ingressus quispiam in urbem, ubi neminem habet cognitum, percontetur, Quis hic fide dignus? quis hic qui decimat? & quispiam ei respondeat, 1 Ego: ille non habetur fide dignus. Sin dixerit, N fide dignus est; ille utique habetur fide dignus. Præstinatum ad eum profectus, si percontatus, Quis hic 2 vetera vendit? responsum ferat, Iste qui te ad me misit; utcunque videantur mutuo sibi gratiam rependere, habentur tamen illi fide digni.

R. OB. DE BARTENORA.

איש פלוני זרז נאמן: *vir N. N. fide dignus est*, etiamsi non esset aptus ut illi det fidem, quia ipse est suspectus, nihilominus est indulgentia qua ipsi indulgent vitæ suæ sustentandæ gratia; at ea conditione si nullum illic cognoscat hominem, at si aliquem illic cognoverit, non nisi ab homine ipsi noto emet. *Quis hic vendit fructus veteres?* quia timet ne ipsi dent novos antequam de iis datus sit Omer, plurimi enim plebeji non sunt suspecti de proventu novo, & æstimatur ut Demai, quod plurimi plebeji decimant, propterea non tam rigide animadverterunt in eos qui in hac causa delinquunt, ut dicamus eos se mutuo juvare, dicentes, *tu mihi testimonium præbe, & ego tibi præbebo*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tenemus pro fundamento nullum hominem mentiri nisi ipsi cedat in lucrum & bonum, idcirco non mittet eum ad aliquem qui non est fide dignus, quia non est ipsi usus nec utilitatis quid ex hac utilitate subitanea, illud autem omne fit ad succurrendum illi homini, quia peregrinus est & non novit homines istius civitatis.

GUISIUS.

1 *Ego ille non habetur fide dignus. Sin dixerit, N fide &c.*] Ut sic legatur, אני אינו נאמן אמר לו איש פלוני. Atque ita habet MS, nisi quod ibi omittatur אמר לו *Sin dixerit.*

Alii codices sic legunt, אני איני נאמן איש פלוני נאמן *Ego non sum fide dignus; sed N fide dignus est* &c.

2 *Vetera.*] Fruges veteres; id est anni præteriti. Ve[illegible] enim hornas comparare, ne forsan nondum adductum [illegible] præmetium.

ז החמרים שנכנסו לעיר אמר אחד שלי חדש ושל חבירי ישן שלי אינו מתוקן ושל חבירי מתוקן אינן נאמנין רבי יהודה אומר נאמנין:

7. Agasonum qui in urbem veniunt, si dicat alter fruges, meæ hornæ sunt, illius autem socii mei veteres, meæ nondum rite perfectæ, illius autem rite perfectæ; non habentur fide digni. R Juda fide dignos haberi censet.

R. OB. DE BARTENORA.

החמרים sunt ii qui proventum de loco in locum vehunt ut majoris eum vendant; & hi non sunt fide digni, quia certum est unum adjuvare alterum ad merces suas maximi vendendas, laudans unus socii sui fructus in hac civitate, & alter fructus socii in illa civitate. *R. Jehuda dicit, sunt fide digni*, quia plurimi plebeji solent decimare, in rebus vero Demai indulserunt magistri in commodum urbanorum quod ad faciliorem vitæ sustentationem, ut venditores sint paratiores ad fructus suos eo adferendos, at decisio non est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vox מתוקן nota est, at hic dicens id de quo separatæ sunt decimæ, & non est fide dignus hac in causa agaso, etiamsi non suam sed socii utilitatem quærat, quia suspicamur eos mutuo se adjuvare, & concordare in negotiis suis, ut ea quovis modo promoveant. At R. Jehuda dicit quod sunt fide digni in tali casu, ut deferant fructus ad urbem, secum ferentes fructus, liquores, reliquosque in abundantia cibos; at decisio non est juxta R. Jehuda.

פרק ה הלוקח מן הנחתום כיצד הוא מעשר נוטל כדי תרומת מעשר וחלה ואו' אחד ממאה ממה שיש כאן הרי בצד זה מעשר ושאר המעשר הסמוך לו זה שעשיתי מעשר עשוי תרומת מעשר עליו והשאר חלה ומעשר שני בצפונו או בדרומו ומחולל על המעות:

Caput 5. Quomodo decimat is, qui à pistore emit? Desumit quantum sufficit primitiis decimarum & secio, ita fatus; *Centesima pars ejus quod hic est*, 1 *ab hac utique* (a) *parte pro decimis habetor*, & *reliquæ decimæ ei* (b) *proximæ. Illud quod in decimas statui, fiat primitiæ decimarum pro illis*, & *quod reliquum est, secium. Decimæ autem secundæ à septentrione sunto, vel ab austro; atque adæratione profanantor.*

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח מן הנחתום *qui emit à pistore*, quando pistor vendit mensura magna, is qui emit ab illo tenetur id quod emit rite perficere, dando dona quæ debentur, at pistor liber est; & hoc est quod Mischna dixit supra capite secundo, nimirum quod pistores tenentur separare quantitatem Trumæ de decimis, & de placenta, at illic sermo est de eo qui vendit mensura parva, quia ille multum lucratur ideo hujus lucri gratia ipsi imposuerunt decimationem; tum etiam propter parvulos ab ipso ementes mensura parva, qui aliter comedent id quod nondum ritè perfectum esset, mensura vero magna & parva exposita est supra in fine cap. 2.

נוטל כדי תרומת מעשר *separans quantitatem Trumæ de decimis*, quæ est una pars de centum, quantitas placentæ est quadragesima & octava pars; at non est ut hoc separet de pane quem emit à pistore, sed ut tantummodo assignet locum quo id relinquit.

אחד ממאה ממה שיש כאן *una de centum partibus quæ hic est*, intellige de tota massa quæ hic est, etiam cum quantitate placentæ quam separavit, erit in decimas, sic fit ut decimas etiam de placenta separet.

ושאר המעשר *& reliquum decimarum*, quia adhuc restant novem partes ipsi proximæ, quibus signat locum omnibus decimis, & illa pars, quam nomine decimarum primarum nomina-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scias id quod emit à pistore esse Demai, at exposuimus jam in principio tractatus hujus, quod de Demai separant Trumam de decimis, quæ est centesima pars, nec non decimas secundas, & si fuerit panis id quod emit, tenetur separare placentam, at non separabit decimas primas, quam rationem jam exposuimus. Truma vero de decimis non prius separari potest quam separatæ sunt decimæ de quibus illa venit, quæ sunt decimæ primæ uti exposuimus in tractatu Berachot. Ordo vero ita se habet, primò ut separet decimas primas, & postea suas decimas de decimis iis, quæ sunt Truma de decimis, uti dicitur Num. 18:26. מעשר מן המעשר, & propterea tenemur separare istas quas diximus decimas. Si itaque sibi comparaverit panem à pistore, separet de eo quantitatem placentæ, & Trumam de decimis quæ de illo debetur pane, sed relinquat eam pani adjunctam, dicens, *una pars de centesima istius panis parte, quæ est in illo latere, erit pro decimis; & quod reliquum est decimarum junctum cum ea, sive novem reliquæ partes cum ea conjunctæ, erit pro decimis primis*; postea vero dicet, *ista pars, quam constitui in decimas cum eo quod conjunctum est cum ea, à me constituitur in Trumam de decimis pro novem partibus cum ea conjunctis, & quod amplius restat supra centesimam partem, erit pro placenta*; atque ita fiet ut separaverit Trumam de decimis postquam imposuit

minavit, fiet Truma de decimis pro novem partibus ipsi prioribus. ושאר חלה *& reliquum placentæ*, pars quadragesima octava quam separavit erit pro placenta.

Et decimas secundas ad plagam suam septentrionalem & meridionalem suam, signando iis locum, & postea eas profanando, id est, commutando cum argento profano, sine additione quintæ partis.

posuit nomen decimis primis, & eo modo separaverit ordine Legis quo exposuimus. Deinde vero separabit placentam, dicens, *decimæ secundæ istius panis erunt in illa parte*, postea vero dicet, *profanetur ea pars pro argento*, custodiens istud argentum, donec inde fiat id quod ex pecunia decimarum secundarum; post deinde vero separat id quod primò separavit de pane, nimirum quantitatem Trumæ de decimis & placentam, præbens eam sacerdoti, quo fit ut reliquum panis comedat. Argumentantur in Gemara, quare Truma de decimis antecedat placentam, cum magis conveniret ut placenta antecederet omnes decimas, quia de ea obligantur quam primò terram Israelis intrant, uti dicitur Num. 15: 20. והיה באכלכם מלחם הארץ תרימו *& fiet cum ederitis de pane istius terræ, ut separetis*, at constituerunt deindè hunc ordinem, eo quod Scriptura decimas primas vocat ראשית *principium*, at non sic vocat decimas secundas, & propterea ordinarunt separare placentam post decimas primas, & ante decimas secundas; & hæc velim observes fundamenta in hoc tractatu, ne sæpius ea repetamus.

GUISIUS.

1 *Ab hac utique parte.*] Designans partem, quæ contineat unam centesimam, & insuper unam quadragesimam octavam totius massæ, vel panis; illam pro decimarum primitiis, hanc pro fecio.

SURENHUSIUS.

(a) הרי בצד זה *ecce erunt ab hac parte*, vult dicere, hæc centesima pars erit in hoc latere pro decimis, & hæc est designatio loci. Cæterum quod Bartenora hic exponit non esse necessarium separare e pane, est juxta expositionem Maimonidis ad hanc Mischnam. Cæterum in Jad Chasaka capite nono Hilchot Maaser pronunciat ad Comment. 5. *separat &c.*, *& deponit Trumam ad latus fructuum.*

(b) ושאר מעשר סמוך לו *& reliquæ decimæ ei proximæ sunto &c.*, ostendit Maimonides in Hilchot Maaser capite nono quod ad eum qui decimat Demai, jus illius esse qui hic emit à pistore, hoc sensu, *aufert eam scil. Trumam decimarum & dat eam sacerdoti, nam non licet Trumam de decimis dare ante decimas, si id fiat de industria.* Et hoc est quod Bartenora quoque notat, dicens, *aufert quantitatem Trumæ de decimis, & placentam, & non separat de pane.* Ratio allata est à Maimonide quod eas separare non licet ante decimas in quibus est Truma; uti scriptum est in Ceseph Mishnæ, *si non sint decimæ, quomodo separabit decimam earum partem?* sed est vitium typographicum in illo loco, nam dicendum fuisset, *sed non separetur Truma de decimis ante decimas*; quandoquidem separatio tantum necessaria est pro Truma de decimis, nam decimas separare non est necesse, cum jam nomine eas indigitavit, & abstulit Trumam earum. Porro Levita qui educet decimas tenetur probare quod ipsi jure debentur, (at hoc facere nequit) ideo possessor indicat locum, & designat partem centesimam, & non integras decimas, sive decem de centum partibus, quia postea insuper unam de decem separare debet. Quorsum ergo duæ designationes loci pro duabus mensuris? resp. quia designat pro una mensura centesimam partem, nam hanc postea separat, dicens, *reliquæ decimæ illi erunt proximæ*, simpliciter locum designando, sine mensura.

ב הרוצה להפריש תרומה ותרומת מעשר כאחת נוטל אחד משלשים ושלש ושליש ואומר אחד מכאה שיש כאן הרי זה בצד זה חולין והשאר תרומה על הכל ומאה חולין שיש כאן הרי זה בצד זה מעשר ושאר מעשר סמוך לו זה שעשיתי מעשר עשוי תרומת מעשר עליו והשאר חלה ומעשר שני בצפונו או בדרומו ומחולל על המעות:

2. Qui velit primitias & decimarum primitias una delibare, desumit partem 1 tricesimam tertiam cum triente, ita fatus; *Centesima pars ejus quod hic est, ab hac utique parte 2 esto profana, & quod reliquum est, primitiæ de toto. 3 Centum partium rei profanæ quæ hic est, hæc utique ab hac parte pro decimis habetor, & reliqua decima ei proxima, Hæc quam in decimas statui, pro illis fiat 4 decimarum primitiæ. Decimæ autem secundæ à septentrione sunto, vel ab austro; atque adæratione profanantor.*

R. OB. DE BARTENORA.

נוטל אחד משלשים ושלש ושליש *capiet unam ex triginta tribus & trientem*, id est, tertiam partem de centum, & satum quod cepit continet tres tertianas, duas pro Truma, quod est, duæ de centum, & unam tertianam pro Truma de decimis, quod est, una de centum; postea dicet, de sato illo quod seorsim cepit; *unum de centum quod hic est inter totum* i. e. tertiam partem hujus unius sati.

Satum in illo latere erit profanum, sensus est, relinquit profanum, ac si jam esset in suo Tebhel in latere duarum tertianarum quæ cum eo junguntur, reliquum vero, nimirum duæ tertianæ, erunt Truma pro toto.

מחולין שיש כאן *ex profano quod hic est*, intellige tertianam de qua dixi ut relinquatur profana, quæ erit in isto latere pro decimis. ושאר מעשר *& reliquum decimarum*, sunt enim adhuc novem partes junctæ cum illa tertiana, quæ conficiunt decem tertianas, eruntque decimæ pro centum tertianis; at non sunt accuratæ decem, sed paulo minus juxta id quod attinet duas partes Trumæ. זה שעשיתי מעשר *hoc quod feci decimas*, est tertiana illa quam prius vocavit nomine decimarum. עשוי תרומת מעשר *fit Truma de decimis*, super novem tertianis, at non tertianæ perfectæ, sed paulo minus, & propterea dicit מחולין שיש כאן *ex profanis quæ hic sunt*, eo sensu, ut non totum sit profanum; porro Mischna nostra conformis est cum Aba Eleasare filio Gomelis, qui dixit sub finem capitis tertii in tractatu Gittim, rem se habere, ac si paterfamilias potestatem habeat ad separandum Trumam magnam, pari modo etiam habet potestatem ad separandam Trumam de decimis, nec non separare Trumam de decimis juxta æstimationem *oculi boni* i. e. libera-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus jam quod Truma magna sit quinquagesima pars, & Truma de decimis centesima pars, & Truma magna juncta cum Truma de decimis tres partes de centum, quæ est trigesima tertia pars cum tertiana; & propterea separabit illam, nimirum tertiam de centum, uti diximus; at si non separavevit eam partem, ut postea dicat, *una pars de centum de toto illo, erit profana in illo latere*, sitque intentio ejus in hac re de tribus partibus quas separavit, ut relinquantur duæ partes in quantitatem Trumæ, dicatque, *hoc sit Truma magna quæ debetur de toto.* Postea vero dicet, *centum partes profanæ quæ hic sunt erunt in illo latere pro decimis*, & animum intendet in illam partem quæ reliqua est facta ex tribus partibus quæ factæ sunt profanæ. Reliquum vero quod est de hac causa satis clarum est, juxta id quod exposuimus in Mischna antecedente.

liberalis, capite quinto Menachot; propterea tertiana illa quam ſeparat erit perfecta, etiamſi eſſet paulo minus, ſeparabit eam oculo bono, eſtque hoc ipſi permiſſum.

GUISIUS.

1 *Tricesimam ter jam cum triente.*] Id eſt quinquageſimam pro primitiis majoribus, & centeſimam pro primitiis decimarum, quæ ſimul conficiunt triceſimam tertiam cum triente. Hæc autem portio juſto major eſt nonnihil; nam ut primitiæ majores continere debeant partem quinquageſimam, ſive duas centeſimas totius, decimarum primitiæ non ejuſdem totius, ſed reſidui duntaxat centeſima foret. Ut ita primitiæ majores & decimarum primitiæ ex partibus decies millenis non conficiant tercentas, id eſt trigeſimam tertiam totius cum triente, ſed ducentas nonaginta octo duntaxat.

2 *Eſto profana.*] Id eſt explicante Bertinorio, ישאר חולין כמו שהוא עתה בטבלו *Maneat profana, in eodem ſtatu quo hactenus, dum adhuc illibata eſt.* Notet Lector uſum vocis חולין ſatis inſolentem bis hoc paragrapho. Utrobique enim ponitur pro re illibata.

3 *Centum partium.*] Locus non ſatis ſanus. Lectionem ſequor מאה חולין שיש כאן הרי זה בצד זה. MS. omittit prius זה. Ita etiam Maimonides, qui ſic locum commentatur. תם יקול מאה חולין שיש כאן הרי בצד זה מעשר ויشير אלי דלך אלגז אלבאקי מן אלתלאתה אגזא אלדי קד געלה חולין *Deinde dicit* Centum partium rei profanæ quæ hic eſt, ab hac utique parte pro decimis habetor, *digitum intendens ad partem iſtam, quæ ex tribus reſtat, quam profanam fecerat.* Hinc eſt, quod R. Jomtobus aſſerit Maimonidem מאה הולין interpretari חלק מק' *una centeſima.* Quod tamen aperte ſaltem non dicit. Nec quidem ſic ſonare poſſunt verba. *Una centeſima rei profanæ.* Hebraice dicitur אחד ממאה מהחולין, non מאה חולין. RR. Samſon & Obadias pro מאה חולין legerunt מהחולין, ut ſic ſonent verba, *De re profana quæ hic eſt, hæc utique portio ab hac parte decimæ eſto.* Lectionem, quam ſecutus ſum, meliorem judico.

4 *Decimarum primitiæ.*] Editi fere omnes addunt, *&* *quod reliquum eſt, ſecium.* Ita Talmud utrumque; ita Miſna Veneta cum Commentariis Maimonidis & Bertinorii, Cracovienſis cum Commentariis Bertinorii & Jomtobi, Amſtelodamenſium prior. Unica quam ſcio, Amſtelodamenſis punctata, quicum convenit MS. hæc verba omittit; quæ tamen ſenſum turbant, & ex ſuperiore paragrapho planiſſime irrepſerunt.

. ג הלוקח מן הנחתום מעשר מן החמה על הצוננת ומן הצוננת על החמה אפילו מטפוסין הרבה דברי ר"מ רבי יהודה אומר שאני אומר חטים של אמש היו משל אחר ושל היום היו משל אחר רבי שמעון* אוסר בתרומת מעשר ומתיר בחלה :

3. Is qui à piſtore emit, de calido ſolvit decimas frigidi, & de frigido decimas calidi, etiam de typis diverſis. Ita R. Meir. Sed R. Juda vetat. Dixerim enim, inquit, heſternum triticum 1 hujus fuiſſe, hodiernum alius. R. Simeon vetat decimarum primitias ita ſolvere; ſecium permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

ומן הצוננת על החמה *& de frigido ſuper calido*, etiamſi decimæ de malo ſuper bono, juxta opinionem R. Elay dicentis, is qui ſeparavit de malo ſuper bono, ejus Truma eſt Truma; & in rebus Demai hoc permittitur etiamſi id fiat de induſtria.

ואפילו מטפוסים הרבה *etiam multarum formarum*, non enim ſuſpicamur fieri poſſe ut piſtor heri emerit proventum ab eo qui decimat, aut ab eo qui non decimat, unde fiet ut liberum ſeparet pro eo quod non eſt liberum, quia piſtor emit ab uno homine etiamſi faciat panem multarum formarum. *R. Jehuda vetat*, ſi ambo panes fuerint confecti aut emti heri aut hodie, concedit R. Jehuda. At R. Meyr dicit, licitum eſſe etiamſi ſit multarum formarum panis, quia non attendit ad formas, at ſi unus fuerit de heri & alter de hodie, etiamſi ejuſdem formæ, vetat, quia dici poſſet, triticum quod emi heri & hodie eſt ab eodem emtum. R. Schimeon vetat in Truma de decimis, etiamſi ambo panes ſint de heri aut hodie, puta duarum formarum, dicemus eum de duobus emiſſe proventum, & fieri poſſe ut unus decimet & non alter, unde fiet ut ſeparet decimas de libero pro non libero. *At concedit quod ad placentam*, quia quod ad placentam omnes conveniunt, etiamſi illa ſit heſterna pro hodierna & duarum formarum, & emta de duobus, nihilominus non curamus, quatenus piſtori incumbit obligatio de placenta utpote ei qui maſſam ſubigit; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חמה *calidum* ſupple panem, ſic etiam frigidum ſupple panem. R. Meyr dicit, ut totum includat, & ſeparet dona pro toto, de quocunque voluerit, ſive calido ſive frigido. טפוסים eſt idem quod דפוסים *formæ*, quia panem in formis conficiunt. R. Jehuda negat, etiamſi omnes panes confecti ſint in una forma, quia ſuſpicatur fieri poſſe ut unus panis ſit confectus ex tritico veteri, alter autem ex novo, & tenemus pro fundamento, quod non decimant novum pro veteri, & vetus pro novo, & ulterius hoc exponetur in hoc Ordine; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

GUISIUS. 1 *Hujus fuiſſe, hodiernum alius.*] Quorum alter forte decimas ſolet perſolvere, alter non ſolet. Sed non licet de decimato ſolvere decimas non decimati.

ד הלוקח מן הפלטר מעשר מכל טפוס וטפוס דברי רבי מאיר רבי יהודה* אומר מאחד על הכל מודה רבי יהודה בלוקח מן המנפול שהוא מעשר מכל אחד ואחד :

4. Is qui à 1 pratere emit, decimas dat de ſingulis typis. Ita R. Meir. R. Juda dicit, (a) de uno pro omnibus. Agnoſcit autem R. Juda eum, qui à monopola emit, decimas ſolvere de ſingulis.

R. OB. DE BARTENORA.

פלטר eſt is qui una vice multos à piſtore emit panes, & poſtea ſingulos ſeorſim vendit. *Decimabit de quaque forma, ſunt verba R. Meyr*, intendit enim R. Meyr, iſtiuſmodi Paltar emere de duobus aut tribus piſtoribus, ut dicamus quod unam formam emit ab uno piſtore, alteram vero ab altero; at R. Jehuda intendit, quod Paltar emit ab uno piſtore etiamſi ſint duarum formarum panes, æque ac ſi eſſent heſterni ac hodierni,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui ſubigit farinam & conficit indè panem quem deinde coquit vocatur נחתום *Nachtom*, & qui ab ipſo emit ut vendat aliis vocatur פלטר *Paltar*; fundamentum vero R. Meyri & R. Jehudæ controverſiæ hoc eſt, R. Meyr vult, eum qui panem ordinat, eum ordinet juxta unam formam, ſive ea ſit magna ſive parva; ſi vero eveniat ut venditor habeat multas eaſque differentes formas, indicium inde erit quod à diverſis emi

dierni, & propterea de uno pane decimari super omnibus, uti se habet jus pistoris. מנפול μονοπώλης, est is qui emit à multis pistoribus & vendit aliis, & quia ille solet à multis diversisque emere, ideo is qui emerit ab ipso, decimabit unumquemque panem; & deciditur juxta R. Jehuda.

emit hominibus, & propterea decimet unumquamque formam quia unaquaque forma constat diverso tritico. At R. Jehuda dicit, fieri posse ut ipse pistor qui ordinat & conficit panem, de eadem massa faciat multos diversarum formarum panes, ideo dicitur, quod, si inveniamus apud Paltar differentium formarum panes, de uno eos emerit homine. מנפול μονοπώλης, est etiam panis venditor, sed is emit à duobus pistoribus quos non novit, ut, si sint novem venditores & decem pistores, qui ipsis dant panem, non dubium quin unus ex novem istis venditoribus emat à duobus, & propterea quicunque emerit ab uno ex illis, decimabit unamquamque formam; & decisio est juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 Pratere.] Vox פלטר deformata ex Græco πρατὴρ. Praterem autem intelligunt propolam, qui panes à pistore emtos denuo vendit. Quia autem is à pluribus emit pistoribus, ideo R. Meir obligat eum, quicunque à pratere emit, de singulis typis diversis decimas sigillatim solvere. Quippe censet panes hujus typi ab hoc, illius ab illo fuisse emtos. Illud R. Juda non censet necessarium, nisi si panes à monopola emti fuerint; id est ab eo, qui omne opus pistorum emit, ut revendat.

SURENHUSIUS.

(a) רבי יהודה אומר מאחד על הכל R. Jehuda dicit de uno pro omnibus, Maimonides & Bartenora decisionem pronunciant juxta R. Jehudam, & superiori Misna decisionem pronunciarunt juxta sententiam R. Schimeonis; sed R. Schimeon vetat Trumam decimarum separare è pane diversorum typorum. Cæterum R. Jehuda permittit decimationem si quis à pratere emat, eo quod non curat typos. Verum in fine Hilchot Maaser Maimonides pronunciat juxta R Schimeon, si quis emat tam à pratere quam à pistore. Sed quod ad placentam pronunciat in principio capitis sexti ex Hilchot Biccurim juxta R. Schimeon. Et quamvis diceres eorum sententiam, quando decidunt juxta R. Schimeon, esse ita respectu placentæ, in quo etiam R. Jehuda consentit, uti ostendit Bartenora; quod etiam confirmatur ex Jeruschalmi; hoc tamen non procedit, eo quod tum dicere debuissent, *decisio est juxta sententiam R. Schimeonis quod ad placentam, quia de hac non dissentiunt.* Neque dici potest, quod Maimon nec Bartenora supra decidit juxta R. Schimeon respectu omnium, & quod hic decidit juxta R. Jehudam respectu placentæ; præterquam quod R. Meyr statuit de singulis typis panum dandam esse placentam; nam hoc frivolum est, eo quod Misna hæc de decimis tractat.

ה הלוקח מן העני וכן העני שנתנו לו פרוסי פת או פלחי דבילה מעשר מכל אחד ואחד ובתמרים ובגרוגרות בולל ואוכל ונוטל א"ר יהודה אימתי בזמן שמתנה מרובה אבל בזמן שמתנה מועטת מעשר מכל אחד ואחד:

5. Is qui emit à paupere, atque ita ipse pauper cui data sint frusta panis, vel palathæ fragmina, decimas dat de singulis. Dactylos autem & caricas miscet, deinde desumit. Ecquando vero? inquit R. Juda: si largitio liberalis sit; sin parcior fuerit, decimas dat de singulis.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח מן העני *qui emit à paupere*, intellige pauperem qui januas frequentat. פלחי דבלה sunt *frusta massæ ficuum.* בולל ונוטל *commiscens & separans*, sumet dactylos & ficos eosque commiscet inter se, & quum mixti sunt, fiet ut decimet de eo quod obligatur; quia putat commixtionem habere locum in rebus aridis, at frusta panis & massæ ficuum non commiscentur, & fiet ut separet de libero pro obligato. בזמן שמתנה מרובה *quando dona fuerint magna*, quando omnes dant magna dona ut omnia dona sint æqualia, tum proderit ea commiscere; at si unum donum altero fuerit minus, ita ut non sit æqualitas, non proderit ea miscere, quia dicimus, quod de quolibet non separavit suum, & suspicamur fieri posse ut separet de multo pro pauco, sic se habet explicatio Misnæ in Talm. Jerusol.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בולל ונוטל *confundit & separat*, commiscens totum & decimas dans de toto, at hoc intelligitur quando ipsi dederint multam copiam, quatenus eum qui multum dedit vocamus liberalem, ut non grave ac molestum sit ipsi decimas dare, & propterea dicimus, eum omnimodo decimare, decimaturumque omnia ut Demai; at si dona sint parva suspicamur eum omnino esse avarum, & non decimare, & propterea non commixturum omnia, & forsan separaturum de Demai super Vaddai, quod non est permissum, uti exponetur postea; & decisio est juxta R. Jehuda, qui exponit verba doctoris primi.

SURENHUSIUS.

(a) אבל בזמן שמתנה מועטת מעשר מכל אחד ואחד *at si largitio parcior sit, decimas dat de singulis partibus*, exponit Bartenora, *quando donum unum alio minus est*; *quia suspicamur fieri posse ut de multo separet pro pauco*; & sic quoque R. Schimeon in notis suis. Et quod dicit, *quod tum de quolibet non dantur suæ decimæ*, ita habet, eo quod dona non sunt æqualia, & fit ut decimaverit de uno pro duobus, & unum forsan fuerit reum, alterum vero liberum. Quandoquidem autem id quod minus est comprehenditur sub eo quod majus est, & quicunque qui separat de majori separat, ideo dicit, forsan de majori separet pro minori; & non vice versa; quia loquitur prout res fieri solet. Cæterum Maimonides hic aliam adfert expositionem, dicens, *quia eum qui donum majus dedit vocamus liberalem, cui non est molestum decimas dare &c.*, vide ipsum. Et mens illius est, quod ii qui dant donum majus comprehenduntur sub generali regula, *quod plurimi pauperes decimant*; qui vero minus dat donum excipitur ab hac regula, & censetur ut is qui certo non decimat. Et concludit tandem, dicens, שהוא מפריש הרבה מהמוקדם *quia separat multum de priori*, pro quo dicendum est, שהוא מפרש הדבר המוקדם *quia separat aliquid de priori*; juxta mentem Jom Tobh.

ו הלוקח מן הסיטון וחזר ולקח ממנו שניה לא יעשר מזה על זה אפילו מאותו הסוג אפילו מאותו המין נאמן הסיטון לומר משל אחד הם:

6. Is qui emerit à sitona, si denuo ab eodem emat secunda vice, non dabit decimas de hoc pro illo, quantumvis ex eodem qualo, quantumvis ejusdem speciei. Fides adhibetur sitonæ, 1 si ejusdem hominis fuisse dicat.

R. OB. DE BARTENORA.

סיטון est mercator qui proventum emit in magna copia à dominis, ejusque cultoribus, & deinde aliis vendit mensura magna. לא יעשר מזה על זה *non decimabit unum pro altero*, quia fieri potest ut id, quod emit secunda vice ab illo, emtum sit ab alio homine, ita ut vendat liberum pro obligato. ואפילו מאותו הסוג *etiamsi de eadem corbe*, sive de eadem Kupha, de quo supra, simile quid invenitur in tractatu Kelim. ואפילו מאותו המין *etiamsi de eadem specie*, quando ambæ sunt rubræ aut albæ; & si Siton dixerit, *sunt de uno homine*, fide dignus est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סיטון est is qui vendit fructus & omnis generis liquidum, uti mel & oleum. סוג est corbis vel vas aliquod magnum, uti exponitur in tractatu Kelim, & hoc satis clarum est.

GUISIUS. 1 *Si ejusdem hominis fuisse dicat.*] Et tunc decimas dare potest de alterutro pro altero.

ז הלוקח מבעל הבית וחזר ולקח ממנו שניה מעשר מזה על זה אפילו משתי קופות אפילו משתי עיירות בעל הבית שהיה מוכר ירק בשוק בזמן שמביאין לו מגנותיו מעשר מאחד על הכל ומגנות אחרות מעשר מכל אחד ואחד :

7. Is qui emerit à Patrefamilias, si denuo ab eodem emat secunda vice, decimas dare potest de hoc pro illo, quantumvis ex duobus corbibus, quantumvis à duobus oppidis. Paterfamilias, qui olera in foro vendit, dummodo allata ei sint à suis hortis, decimas dare potest de unis pro omnibus; sin ab hortis alienis, decimas dat de singulis.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשר מזה על זה *decimet de uno pro altero*, quia totum decimatum est, aut non decimatum; at ea conditione ut sit unius speciei & ejusdem anni, quia non separatur de unius anni fructu pro alterius. *Si ex hortis alienis*, *decimet unumquodque*, quia possessores hortorum nonnulli decimant, nonnulli vero non decimant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Intellige per בעל הבית *patremfamilias*, eum qui habet possessiones hortorum è quibus vendat fructus, ulterius Mischna est clara.

ח הלוקח טבל משני מקומות מעשר מזה על זה אע״פי שאמרו אין אדם רשאי לכור טבל אלא לצורך :

8. Is qui rem illibatam emit è duobus locis, decimas dat de hoc pro illo; utcunque dictum sit, nemini licere rem illibatam vendere nisi urgente necessitate.

R. OB. DE BARTENORA.

משני מקומות *à duobus locis*, quando duo venditores ipsi notum fecerunt, quod id sit Tébhel. אלא לצורך *nisi in causa necessitatis*, ut, si amico suo mixtum fuerit parum profani cum magna copia Tébhel, tum illud Tébhel non prius rite perficietur quam decimaverit pro eo de alio loco; & Chaver solus libertatem habet vendere Tébhel, non autem plebejus. Sed si plebejus miscuerit Tébhel cum profano, quid ipsi faciendum? Resp. conferet se ad Chaver qui tollet Tébhel ab alio loco, & decimabit pro ipso.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit אלא לצורך *nisi in causa necessitatis*, & hoc sub secunda conditione, ne vendat nisi discipulo Sapienti in causa necessitatis. Sic etiam dixere in Gemara, אלא לצורך ולחבר, *nisi in necessitate*, *idque erudito sive religioso*.

SURENHUSIUS.

(a) אלא לצורך *nisi in necessitatem*, scribit Bartenora, *si alicujus amico parva quantitas profana commixta fuerit cum Tébhel sive re illibata in magna copia*, nam non, si vice versa parum Tébhel cum magna copia profana commixtum fuerit, irritum fit Tébhel illud exiguum in magna copia profana, ex Lege, quia per majorem copiam irritum redditur, & non obligantur nisi ex Sapientibus. Propterea corrigi nequit in Tébhel certo non decimatum, quandoquidem ex obligato super libero decimat. Hæc notat R. Schimeon è Gemara Menachot cap. 3. fol. 31. vide etiam Misna 7. Cap. 7. Et quod Bartenora scribit, quod Chavero tantum licet vendere Tébhel, venit ex Jeruschalmi; & sic etiam Maimon cap. 6. Hilchot Maaser. Sed mea sententia etiam illi qui est נאמן hoc jus concedendum est. Lipman.

ט מעשרין משל ישראל על של גוים משל גוים על של ישראל משל ישראל על של כותים משל כותים על של כותים רבי אליעזר אוסר משל כותים על של כותים :

9. Decimæ desumuntur de frugibus Israelitarum 1 pro frugibus Gentilium, & de frugibus Gentilium pro frugibus Israelitarum; de frugibus Israelitarum pro frugibus Cuthæorum, & de frugibus Cuthæorum pro frugibus Cuthæorum. 2 R. Eliezer vetat de frugibus Cuthæorum pro Cuthæorum frugibus.

R. OB. DE BARTENORA.

משל ישראל על של גוים *de fructibus Israelitæ pro gentilis*, magister qui hoc dicit putat gentili non esse possessionem in terra Israelis, ut propterea obligetur de decimis, estque opinio R. Meyri, at non deciditur juxta ipsum; quia tenemus quod gentili sit possessio in terra Israelis ut obligetur de decimis, quia Levit. 23:23. והארץ לא תמכר לצמיתת, at si vendatur, committit צמיתת *excisionem*.

על של כותים *pro eo quod est Cuthæi*, quia Cuthæi isti vendunt fructus Tébhel, præterea etiam quia decimant fructus quan-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus jam supra gentili non esse possessionem in terra Israel, ut obligari possit de decimis, & discimus ex hoc sensu, quod, si gentilis emerit agrum ab Israelita, fructus ejus erunt obligati, æque ac fructus Israelitæ, & propterea decimant unum pro altero, & hæc est opinio R. Meyri, at non deciditur juxta ipsum; est enim gentili possessio in terra Israelis, ut ea de causa obligetur de decimis. R. Eliesér negat de Cuthæis, qui inter illos dantur, qui accuratè observant decimationem, contra alii qui non observant, quia diversæ inter eos sunt hæreses,

quando eos comedunt, at quando eos vendunt non decimant, quia non curant id quod dicitur Levit. 19: 14. *cæco non dabis offendiculum.*

R. Elieſer negat decimationem ejus quod eſt unius Cuthæi pro eo quod eſt alterius, quia Cuthæi interdum decimant comeſtionis gratia, at poſtea id rurſum vendunt, unde fieri poteſt ut una pars ſit decimata, altera vero non, & ut liberum decimetur pro obligato; nam eo tempore Cuthæi omni modo coluere idololatriam, uti gentiles.

reſes, & ſi ſeparet decimas de unius Cuthæi fructibus pro alterius, fieri poteſt de obligato pro libero, at hoc eſt illicitum, uti exponetur; & diximus quoque in tractatu Berachot, Cuthæos omnino ſequi gentium ſtatuta.

GUISIUS.

1 *Pro frugibus Gentilium.*] Nam Gentilium fruges in agro Iſraelitico natæ decimandæ juxta regulam. אין לגוי קניין בארץ ישראל להפקיע מן המעשרות *Non competit Gentili poſſeſſio in agro Iſraelitico, quæ decimarum ſolutionem tollat.* Hanc regulam admittit Maimonides. Bertinorius ejus contrarium verum cenſet; adeoque & ipſam regulam, & Miſnam ei innixam ad privatam ſententiam refert R. Meiri.

2 *R. Elieſer vetat &c.*] Cenſet enim Cuthæorum nonnullos de decimis ſolvendis ſolicitos eſſe, alios nulla earum cura tangi. Cuthæorum enim פרק מכתלפה *varias ſectas* agnoſcit Maimonides, non minus quam Epiphanius.

י עציץ נקוב הרי זה כארץ תרם מהארץ על עציץ נקיב מעציץ נקוב על הארץ תרומתו תרומ׳ משאינו נקוב על הנקוב תרומה ויחזור ויתרום מן הנקוב על שאינו נקוב תרומה ולא תאכל עד שיוציא עליה תרומות ומעשרות:

10. Urceus pertuſus ut ſolum reputatur. Siquis de ſolo primitias delibaverit pro urceo pertuſo, vel de urceo pertuſo pro ſolo, delibatio rata eſt. De 1 non pertuſo pro pertuſo, 2 primitiæ ſunt; ſed alias primitias denuo delibabit. De pertuſo pro non pertuſo, primitiæ ſunt; 3 non tamen comedentur, niſi pro eis prius deſumantur primitiæ decimæque.

R. OB. DE BARTENORA.

עציץ eſt vas aliquod quod terra adimpleut quam conſerunt, ſi foramen iſtiuſmodi vaſis contineat quantitatem parvæ radicis, quæ eſt paulo minor quantitate olivæ, habetur ipſa terra, ſive in terra concretum, ejuſque fructus juxta Legem habentur Tebhel.

תרם מן הארץ *ſeparavit è terra &c.*, etiam de induſtria, poterit tamen ſeparare; at propter ſermonis finem hac utitur phraſi in principio. תרומה ויחזור ויתרום *Truma eſt, & revertatur & ſeparet*, quia ſeparavit de libero pro obligato, at hæc Truma non eſt recta, ideo revertetur & ſeparabit; at ea conditione ut ipſi imponat nomen Trumæ, det eam ſacerdoti, ne videatur contemtor Trumæ; at non eſt neceſſum pro ea ſeparare Trumam de decimis, uti in fine, quatenus juxta Legem non eſt Tebhel; ſed ſi ſeparet de vaſe perforato pro non perforato, quod eſt, de obligato pro libero ſeparare, eſtque Tebhel juxta Legem, tum non comedet id antequam pro eo ſeparaverit Trumam, & decimas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עציץ eſt vas in quo ſeminant, & quando illud fuerit perforatum, ut parvæ in eo creſcere poſſint radices, quæ eſt quantitas paulo minor quam oliva, tum cenſetur id quod in tali vaſe crevit, ac ſi creviſſet in terra, quia conjunctum eſt terræ; at id quod creſcit in terra obnoxium eſt Trumæ, & decimis, juxta Legem, at quod creſcit in vaſis non perforatis non eſt obnoxium Trumæ, neque decimis, juxta conſtitutiones Sapientum, quia ſeparantur à terra iſtiuſmodi ſtirpes. Et quod dicit תרומה ויחזור ויתרום *Truma eſt, ſi reverſus fuerit & ſeparaverit*, hoc exponitur in tractatu Trumot, uti ſe habet jus primi membri, ſic etiam ſecundi.

מן הנקוב על שאינו נקוב תרומה *de vaſe perforato pro non perforato, Truma eſt, at non comedet &c.* quia habetur Tébhel, quod ſacerdoti comedere non licet, quia quicquid creſcit in vaſe non perforato, de Lege non obligatur quod ad Trumam, & propterea neceſſe eſt ſeparare decimas & Trumam ab alio ſemine loco hujus Trumæ; & tum eam dabit ſacerdoti, eritque licita ut comedatur.

GUISIUS.

1 *Non pertuſo.*] Quicquid naſcitur in urceis non pertuſis, quum è terra natum eſſe nequeat dici, ex Lege non tenetur de primitiis, decimiſque; ſed ſolummodo ex Magiſtrorum ſcitis. Ideo primitiæ exinde delibatæ nequeunt ſufficere pro ſolo, vel quod ejuſdem conditionis eſt, pro urceo pertuſo.

2 *Primitiæ ſunt.*] Id eſt, primitiarum ritu Sacerdoti cedunt.

3 *Non tamen comedentur.*] A Sacerdote; quia utcunque illi cedant ritu primitiarum, hactenus tamen ipſæ illæ primitiæ illibatæ cenſentur, utpote pro iſtis frugibus delibatæ, quibus nulla primitiarum obligatio ex Lege.

SURENHUSIUS.

(a) תרם מן הארץ עציץ נקוב *ſi oblationem primam de ſolo ſeparaverit pro urceo pertuſo*, Bartenora ſcribit iſtiuſmodi ſeparationem Trumæ approbari, etiamſi ea facta fuerit לכתחלה *de induſtria*, ſive *ab initio, & re adhuc integra*, quamvis in principio uti & in fine Miſnæ utatur phraſeologia בריעבר i.e. *poſtquam res hoc vel illo modo præter mentem accidit*, & hic eſt ſenſus Commentatoris quando ſcribit, ומושם סיפא נקט לשון ריעבר *& propter ſermonis finem hac utitur phraſi in principio* (contingenter ſcil.)

יא תרם מן הדמאי על הדמאי מדמאי על הודאי תרומה ויחזור ויתרום מן הודאי על הדמאי תרומה ולא תאכל עד שיוציא עליה תרומות ומעשרות:

11. Si quis de re dubia primitias delibaverit 1 pro re dubia, vel de re dubia pro re certa, primitiæ ſunt; ſed alias denuo primitias delibabit. De re certa pro re dubia, primitiæ ſunt; non tamen comedentur, niſi pro iis prius deſumantur primitiæ decimæque.

R. OB. DE BARTENORA.

מן הדמאי על הדמאי *de Demai pro Demai*, ut unum decimet alterum vero non decimet, neque teneatur rite perficere Trumam quia eſt res dubia, & plurimi plebeji ſolent ſeparare decimas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt ſi intellexeris id quod diximus ad Miſchnam antecedentem, quatenus Demai cenſetur uti id quod crevit in vaſe non perforato, at Vaddai uti id quod crevit in terra, quod abſque dubio obligatur de Truma & decimis;

מן

מן הודאי על הדמאי תרומתו *de Vaddai pro Demai*, i. e. de certo pro dubio, *est Truma*, quia semina sunt quæ crevere in vase perforato, quæ separavit pro seminibus è vase non perforato, & de obligato pro libero, quod, si Demai fuerit decimatum, fiet Truma de Tébhel juxta Legem, & propterea non comedat id.

mis; at si separavit de vase non perforato, pro non perforato; nihilominus Truma ejus est Truma, quia ambo ejusdem sunt qualitatis, & obligatio amborum de Truma est juxta Sapientes. At non ita se res habet quando decimat de Demai pro Demai, quia unum potest esse Tébhel, & obligatur de decimis juxta Legem; propterea dicitur, si separaverit de Demai pro Demai, Trumam ejus esse Trumam, & reverti & separare posse.

GUISIUS.

1 *Pro re dubia.*] Par ratio hujus paragraphi & superioris, dum comparatio instituitur inter rem dubiam & urceum non pertusum ab una parte, ab altera inter rem certam & urceum pertusum; nisi quod in hoc uno casu differunt; quod, quum delibatio rata foret, si quis delibaret de urceo non pertuso pro alio non pertuso, utcunque casus omissus sit in superiore paragrapho; quia parilis utriusque ratio, & utrobique eadem obligatio ex scitis Sapientum; contra, si quis delibet de re dubia pro re dubia, denuo obligabitur delibare, quia fieri potest ut una harum revera jampridem primitias solverit, altera vero non; illicitum vero est primitias delibare de ea quæ jam solvit, pro ea quæ nondum solvit.

פרק ו המקבל שדה מישראל מן הנכרי מן הכותי יחלק לפניהם החוכר שדה מישראל תורם ונותן לו אמר רבי יהודה אימתי בזמן שנותן לו מאותו השדה ומאותו המין אבל אם נתן לו משדה אחרת או ממין אחר מעשר ונותן לו :

Caput 6. 1 Qui agrum colendum redemerit ab Israelita, alienigena, vel Cuthæo, 2 coram dividat. Qui agrum pensione (a) conduxerit ab Israelita, primitiis prius desumtis pendit. Ecquando vero? inquit R. Juda. Si pendat de eodem agro & de eadem specie. Sin pendat de alio agro, vel de specie diversa, decimis etiam prius desumtis pendit.

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל שדה : *qui recipit agrum*, pro dimidia, aut tertia parte, aut etiam quarta parte de eo quod produxerit, ut consuetudo est hortulanorum.

חולק לפניהם *separet ante illos*, at non necesse est ut decimet partem quæ pertinet ad possessorem, sed relinquet ante eos partem mercedis campi sine decimatione; Sapientes enim non imposuerunt ei qui campum ab aliquo recipit, ut decimet partem possessoris, & det ipsi partem suam decimatam de qua contraxerunt, propter majorem terræ Israelis culturam, & ne tergiversarentur ingredi culturam agri pro parte sementis, in maximum possessoris commodum.

החוכר est is qui accipit campum stipulata conditione, tot modiis frumenti singulis annis, sive annus ferat multum sive parum.

תורם ונותן לו *separet & det ipsi*, at non decimabit, quia omnis conductor recipit ea conditione agrum, ut mercedem possessori solvat ex fructibus qui in campo crescunt cum adhuc Tébhel sunt, at ea conditione ne differat Trumam, quia non potest ex area auferri triticum, nisi separaverit Trumam, ideo separabit & dabit ipsi; & apparet quod subtrahit ipsi Trumam è mercede sua, quatenus Truma non differt à decimis. *Dicit R. Jehuda quando?* Sufficit conductori ut separet Trumam tantum, at non decimet, quando possessori dat mercedem suam ex proventu istius agri ejusque specie, at si det ipsi de eadem quidem specie, at de alio agro, aut de alia specie, sed eodem campo, nimirum, si seminavit partem agri alia seminis specie proferentem eam quantitatem qua possessori satisfaciat, tenetur eam etiam decimare, quia similis est ei qui solvit debitum; aut etiam, quia non est intentio locatoris recipere fructus qui sunt Tébhel, nisi quando ipsi solvit de illo campo, illaque specie seminis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המקבל שדה *qui recipit agrum*, quando convenit cum possessore agri ut eum colat, & conserat, possessor ipsi det partem de eo quod produxerit terra, nimirum, dimidiam, tertiam, aut qualemcunque de qua convenerint partem. Præterea dicit Mischna quod separabit de eo quod terra produxerit coram eis, & capiet suam partem, & dabit possessori quoque suam partem; at ea conditione ut partitio fiat præsente possessore, ut sciat id quod ipsi dat esse Tébhel.

חוכר est is qui cum possessore tractat de agro ipsi concedendo pro cultura, at ea conditione, ut partem aliquam possessori tribuat de qua convenerint; sed ut separet Trumam de eo quod produxerit terra, & postea ipsi det quantitatem de qua convenerint, non separando de ea decimas R. Jehuda exponit hoc jus ita intelligendum, nimirum, ut det possessori illam quantitatem de eo quod produxerit terra quam conduxit ab illo, & de specie ea de qua contraxit cum ipso, quæ si fuerit triticum, dabit triticum, si vero hordeum, dabit hordeum. At si conduxerit agrum decem satis tritici, & postea eum araverit pro tritico, & hordeo, & dederit ipsi decem sata alterius tritici quod non produxit iste campus; aut dederit quidem hordea illa quæ produxit ea terra, at non dedit antequam separaverit Trumam, & decimas; decisio est juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Qui agrum colendum redemerit.*] Diximus supra ad Pea V. 5. de variis Colonorum apud Judæos generibus. Ibi אריס & מקבל pro synonymis habuimus, ut uterque sit *Redemtor partiarius*. Observationem nostram firmat ad hunc locum Bertinorius: המקבל שדה למחצה לשליש ולרביע כדרך האריסין, *Qui agrum colendum redemerit*, scilicet *ob dimidiam, tertiam, vel quartam partem, more* האריסין *Redemtorum partiariorum.* Ubicunque autem *colendum redimere* in versione pono, subintellige *jure partiario.*

2 *Coram dividas.*] Citra primitiarum decimarumque desumtionem.

SURENHUSIUS.

(a) Si quis pensione conduxerit agrum ab Israelita, separat Trumam & dat ipsi, & hoc quando dat de eodem agro & de eadem specie qua consitus est, at si locatori det de alio agro aut alia specie, decimat & dat ipsi, ita R. Jehuda. Bartenora rationem adfert, eo quod similis est ei qui solvit debitum suum, id quod ita non comparatum est, quando locatori dat de eadem specie, eodemque agro; nam cum hac intentione conductores conditionem de agricultura ineunt, & semina ab initio crescunt in potestate locatoris, ideoque hic non est solutio debiti, neque ut is qui vendit plebejo Tébhel; uti etiam scribit R. Schimeon. Bartenora non dicit an ita sit decisio; sed Maimon decisionem pronunciat juxta R. Jehudam; quotiescunque autem R. Jehuda docet cum voce אימתי *quando*, scopus ejus est rem illustrare.

ב החוכר שדה מן הנכרי מעשר ונותן לו רבי יהודה:

2. Qui agrum pensione (a) conduxerit ab alienigena, decimis prius desumtis pendit. Addit R. Ju-

da;

יהודה* אומר אף המקבל שדה אבותיו מן הגוי. עכ"ום מעשר ונותן לו:

da; Etiam is qui agrum paternum colendum redemerit ab alienigena, decimis prius desumtis pendit.

R. OB. DE BARTENORA.

החוכר שדה מן הנכרי: *qui conducit agrum a gentili*, multam imposuerunt Sapientes ei qui agrum à gentili recipit, ut decimet id quod ipsi dederit, ne ullus Israelita ab eo recipiat agrum, & relinquatur incultus in potestate ejus, ut cogatur eum vendere Israelitæ pecunia admodum exigua; at si eum receperit ut hortulanus, non imposuere multam, quia gentili gis prodest eum conductitium elocare, quam hortulano tradere.

שדה של אבותיו *agrum patris sui*, quem gentilis à patribus ejus rapuit, ejus fructus necesse est juxta Sapientes ut decimet, ut eo modo impellatur eum emere à gentili, quia in magna sit æstimatione apud eum, eo quod iste ager quondam fuit patrum suorum, & propterea non intermittet eum emere à gentili majori etiam pretio, & quo magis premitur decimis, eo magis emet eum; Et juxta R. Jehudæ sententiam pronunciamus decisionem, quia non contradicit primo magistro.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus jam vocem חוכר notare eum qui agrum condicto quodam pretio fructuum ab possessore conducit, diximus etiam, eum qui conducit agrum ab Israelita, non obligari nisi quod ad Trumam; at si à gentili, obligatur etiam de decimis, propter multam, ne ullus à gentili conducat agrum, quo fiet ut relinquatur incultus, & cogatur eum vendere Israelitæ; & hoc eo fundamento, quo dicitur Deut. 7: 2. לא תכרות להם ברית ולא תחנם. Declarat autem traditio, *non concedes ipsis habitationem in terra*, propterea per causam quandam impulsivam curavimus ne conducat ab ipso; ut cogatur gentilis eum vendere, & hoc omne intelligendum est de agro in terra Israelis. Dicit R. Jehuda, ei, qui à gentili receperit agrum, injunctam esse hanc mulctam, ut etiam decimet suos fructus, & postea det gentili illam partem de qua convenere, sine decimis pro ipso abstractis; & hoc quidem ea de causa fit, quia quisque amore ducitur paternorum bonorum, quæ sibi comparare studet etiam majori pretio quam ab aliis æstimantur; & quando alii conduxerint eum agrum quarta parte, ille conducet eum tertia parte proventus; quod si fit, obligatus est separare omnes decimas quæ debentur de toto proventu ex parte ejus sola, ut relinquatur incultus in potestate gentilis, quo cogatur eum vendere Israelitæ. In hac R. Jehudæ sententia non occurrit contradictio, quatenus primus Mischnæ doctor loquitur de eo qui conduxit determinato pretio, R. Jehuda vero loquitur de eo qui receperit agrum paternum; & quia Gemara etiam exponit secundum sententiam R. Jehudæ, idcirco deciditur juxta R. Jehudam.

SURENHUSIUS.

(a) *Qui pensione conduxerit agrum à gentili, decimat prius & solvit illi*, notat Bartenora ex Jeruschalmi quod hanc multam imposuerunt illi &c. Cæterum Maimon scribit, *fundamentum est nobis id quod dicitur Deut. 7: 2. juxta Traditionem innui, quod gentili in terra Israelis non concedenda est habitatio, ut cogatur eum vendere &c.* Sed R. Schimeon exponit, ejus qui in Jeruschalmi exponit quod multam imposuerunt conductori &c. sententiam esse, quod gentili est possessio in terra Israelis, ut liberetur à decimis, idcirco tantum est multa. Sed is qui dicit gentili non esse possessionem in terra Israelis &c. exponit, quod natura juris est ut decimet, quia similis est ei qui solvit debitum suum re illibata, cum gentilis non decimat; quod ita se non habet cum conductore qui ab Israelita conducit, quia Israelita decimat, & plurimi plebeji decimare solent. Neque etiam juxta eum qui supra dixit, *multam imposuerunt Sapientes* &c., non vetitum est conductori pensione conducere; nam in Scheviit cap. 4. Misna tertia traditur, חוכרין נירין מן עכ"ום בשביעית *novalia pensione conducunt à gentilibus anno septimo*. Propterea dixerunt Sapientes, quod is qui pensione conducit à gentili, decimas dabit multæ ergo.

ג כהן ולוי שקבלו שדה מישראל כשם שחולקים בחולין כך חולקים בתרומה רבי אליעזר אומר אף המעשרות שלהן שעל מנת כן באו:

3. Si Sacerdos vel Levita agrum Laici colendum redemerint, quemadmodum partiario dividunt rem profanam, ita etiam 1 partiario dividunt primitias. R. Eliezer ait; Imo vero 2 decimæ illorum fiunt, quia ista conditione venerunt.

R. OB. DE BARTENORA.

כשם שחולקין בחולין וגו': *ut dividunt in profanis &c.*, quando possessor agri capit dimidiam, tertiam, aut quartam partem de eo quod produxerit ager, capiet etiam mediam, tertiam, aut quartam partem de Truma, & decimis, quæ debentur de illa parte, dabitque eas cuicunque voluerit sacerdoti, aut Levitæ.

אף המעשרות שלהן *etiam decimas quæ ad eos pertinent*, si is qui capit eas fuerit sacerdos, tota Truma pro ipso est, at si Levita, pro ipso sunt decimæ. שעל מנת כן באו *quia ea conditione convenerunt*, ita ut receperint illum campum ad proficiendum de decimis, & Truma; at decisio non est juxta R. Eliesér, quia etsi ea conditione convenere inter se, non tamen eas acquirunt sibi.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

כשם שחולקין בחולין כך חולקין בתרומה: *quemadmodum partiuntur in profanis, eo modo etiam partiuntur in Truma*, sensus est, quando sacerdos aut Levita contraxerunt cum Israelita possessore agri, ut ipsi dent tertiam, aut quartam partem proventus, tenentur ipsi dare tertiam, aut quartam partem decimarum, quam Israelita sibi capiat, ut eam postea det pro Truma & decimis, cuicunque sacerdoti aut Levitæ voluerit. At R. Eliesér negat, sed eam Trumam dandam esse illi sacerdoti, & si sit Levita quocum convenit dandas esse illi decimas omnes.

שעל מנת כן באו *quia ea conditione convenerunt*, sensus est, eos non recepisse agrum ab Israelita, nisi illo modo, ut scil. dona sint pro illis; at decisio non est juxta R. Eliesér.

GUISIUS. 1 *Partiario dividunt primitias.*] Vel decimas; ut Laicus fundi dominus partem primitiarum decimarumve, quæ sibi obtingit, suo arbitratu alii cuilibet Sacerdoti vel Levitæ contribuat. 2 *Decimæ.*] Primitiæque. Nota hic & in sequentibus תרומה, vel מעשר pro utrisque, primitiis & decimis synecdochice poni; quod & alibi usu venit.

ד ישרא' שקבל שדה מכהן ומלוי המעשרות לבעלים רבי ישמעאל אומר הקרתני שקבל שדה מירושלמי מעשרשני של ירושלמי וחכ"א יכול הוא הקרתני לעלות ולאכלו בירושלם:

4. Si Laicus agrum Sacerdotis vel Levitæ colendum redemerit, decimæ cedunt domino fundi. R. Ismael addit; Si rusticus agrum hominis Hierosolymitani colendum redimat, decimas secundas Hierosolymitano cedere. At Sapientes censent, posse ipsum rusticum Hierosolymas delatas ibi comedere.

R. OB. R. MOS.

R. OB. DE BARTENORA.

המעשרות לבעלים *decimæ sunt pro possessoribus*, in hoc etiam Sapientes R. Elieseri contradicentes consentiunt, ut, si ager pertinet ad possessores, illis relinquatur portio de decimis.

קרתני est *villicus*, sive is qui ruri degit, est enim moris ut villici de oppidanis recipiant agros. יכול הקרתני לעלות ולאכלו בירושלים *poterit villicus adscendere Jerusolyma, ibique comedere eas*, & propterea quisque capiet suam partem de decimis secundis; & sic decisio juris est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרתנו est *villicus*, vel potius vir quidam habitans in terra Israelis extra Jerusolyma; & decisio est juxta Sapientes, dicentes, unumquemque capere suam partem de decimis secundis, juxta eam partem quam accipit de prophano.

ה המקבל זיתים לשמן כשם שחולקין בחולין כך חולקין לתרומה רבי יהודה* אומר ישראל שקבל מכהן ומלוי זיתים לשמן למחצית שכר המעשרות לבעלים:

5. 1 Si quis oleas ad oleum faciendum redimat; quemadmodum partiario dividunt rem profanam, ita etiam partiario dividunt primitias. Si Laicus oleas ad oleum faciendum 2 ob dimidium lucri redemerit, R. Juda asserit, decimas proprietario cedere.

R. OB. DE BARTENORA.

המקבל זיתים לשמן *qui recipit olivas in oleum*, Israelita qui receperit olivas ab sacerdote aut Levita. כשם שחולקין *uti dividunt*, scil. in olivis, sic etiam divident Trumam, etiamsi enim supra dictum sit esse eam pro possessore, hic tamen aliter se res habet, quia non recipit fundum, sed arbores, at Sapientes non habent olivas quemadmodum fundum.

למחצית שכר *pro dimidio lucri*, ut vendat oleum, & dividant lucrum. המעשרות לבעלים *decimæ sunt pro possessoribus*, nam R. Jehuda fecit olivas uti fundum; decisio non est juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המקבל *qui recipit &c.*, intelligitur hoc in genere, sive is qui recipit fuerit sacerdos, aut Levita, recipiens ab Israelita; aut Israelita à sacerdote recipiens aut Levita. At R. Jehuda contradicit in parte secunda, dicens quod si Israelita receperit à Levita aut sacerdote, decimæ sunt pro possessoribus.

למחצית שכר *pro dimidio lucri*, hoc sensu, ut, si Israelita prætendat ut fruatur olivis, eas parando, & postea vendendo, tum omne id quod inter illos intercedit de olivis istis dividatur ex æquo, propterea non est possessori pars ex decimis; decisio non est juxta R. Jehudam.

GUISIUS. 1 *Si quis.*] Laicus à Clerico, vel Clericus à Laico. 2 *Ob dimidium lucri.*] Talmud Hierosl. *vel ob dimidium lucri*. Atque ita R. Obadias; ut ita aliud hic sit, *oleum faciendum redimere*, scilicet ob partem aliquotam olei tandem facti; aliud *curandum accipere*, ob dimidiam partem incrementi, vel quæstus.

ו ב"ש אומרים לא ימכור אדם את זיתיו אלא לחבר ב"ה אומרים אף למעשר וצנועי בית הלל היו נוהגין כדברי ב"ש:

6. Sammæani dicunt; Ne vendat quis olivas alii quam Socio. Hillelæi permittunt etiam ei qui decimat. Attamen verecundiores inter Hillelæos sequebantur dictum Sammæanorum.

R. OB. DE BARTENORA.

לא ימכור אדם זיתיו *non vendet quisquam olivas suas*, olivæ quæ ex arbore evulsæ sunt, & non sunt ejus naturæ ut recipiant immunditiem, quæ sunt uti eæ quæ nondum sudarunt sudorem foveæ in qua defossæ sunt, quæ eas disponit ad recipiendum immunditiem.

אלא לחבר *nisi Chaver*, id est, separato à communi turba, & fide digno de mundo & immundo, & non vendet ei qui non est Chaver, ne eas calcet in immunditia.

אף למעשר *etiam ei qui decimat*, etiam illi qui non recepit in se nisi decimationem, & non recepit in se fidelitatem de mundo & immundo, eas etiam poterit vendere, si nondum dispositæ sunt ad recipiendum immunditiem, undè fieri potest eum comedisse ante sudorem, aut majorem partem olivarum nondum esse aptam ad comedendum, nam quicquid causari possimus in hac re, causamur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus antea quod חבר est studiosus, & in literis eruditus, & qui fide dignus habetur de mundo & immundo. Dicit Schola Schamai non vendendas esse olivas, quia calcandæ sunt prius, nisi ei qui est fide dignus de mundo & immundo, ne occupatione olivarum polluatur. Hillel vero dicit licitum esse vendere eas illi qui fide dignus est de decimis, etiamsi non sit fide dignus de mundo & immundo, quia putat licitum esse dare occasionem immundi prophano quod est ex terra Israelis; & hæc est Mischna ultima quod permissum est, & ita est decisio ejus. Religiosi vero ex Schola Hillelis, sunt illi religiosi qui accuratissime observabant Legis præcepta ex societate Hillelis.

ז שנים שבצרו את כרמיהם לתוך גת אחת אחד מעשר ואחד שאינו מעשר המעשר מעשר את שלו וחלקו בכל מקום שהוא:

7. Duorum, qui vindemias in eundem lacum deportarint, si unus decimet, alter vero non; is qui decimat, 1 quod suum est decimat, & (a) partem suam ubicunque sit.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד מעשר *unus decimat*, qui fide dignus est de decimis. ואחד אינו מעשר *& alter non decimat*, qui non est fide dignus de decimis.

המעשר מעשר את שלו *qui decimat decimet de suo*, ritè perficiet dimidium de omni eo quod crevit in vinea amborum.

וחלקו בכל מקום שהוא *& de portione ejus quocunque in loco*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Mischnæ expositionem jam dedimus in Gemara, ubi dicitur, *decimabit de suo, Vaddai, & de parte sua quocunque in loco illa sit, Demai*; at sensus est horum verborum, quando vindemiat uvas, decimas certas *Vaddai* dictas separabit de dimidio suo; si vero eas calcat cum socii sui parte qui non decimat, ut duæ partes confundantur, ille autem capiens suam partem è musto, tenetur de ea separare decimas dubias

loco illa sit, in Talmude Jerusolymitano sic dicitur, *& portio socii sui qui non decimat, quocunque illa sit in loco, Demai est*, & quandoquidem non datur electio, suspicamur fieri posse, ut dimidium suum quod decimavit veniat in manum socii sui, qui non decimat quod tenet in potestate sua, propterea, etiamsi omne id quod in vinea crevit de jure decimarum perfecerit, tenetur perficere de jure Demai illam socii sui partem mediam, quam in sua tenet potestate.

GUISIUS.

1 *Quod suum est &c.*] Illicitum est ei, qui ἀξιοπιστίαν in decimatione sibi vindicat, alii non fide digno rem non decimatam tradere. Ideo si duo, quorum alter fide dignus, alter non fide dignus, collatis symbolis uvas una calcant, fide dignus obligatur, *quod suum est*, id est partem, quam in divisione recipit, decimare; & insuper *partem suam ubicunque sit*; i. e. decimas præterea solvere de proprio pro dimidia parte, ejus quod alter recipit, utpote quod ex utriusque frugibus æqualiter constet, ne alteri rem non decimatam tradidisse videatur. Ita hunc locum exponit R. Samson. Reliqui commentatores, si quicquam video, nihil vident.

ח שנים שקבלו שדה באריסות או שירשו או שנשתתפו יכול הוא לומר לו טול אתה חטים שבמקום פלוני ואני חטים שבמקום פלוני אתה היין שבמקום פלוני ואני יין שבמקום פלוני אבל לא יאמר לו טול אתה חטים ואני שעורים טול אתה יין ואני אטול שמן :

R. OB. DE BARTENORA.

טול אתה חטין שבמקום פלוני *tolle tu triticum illius loci*, doctor loquitur de eo tempore quo messem agri inter se diviserunt, & uvas adhuc vineæ inhærentes, propterea electio est, & dicimus, hanc esse partem quæ ad eum pertinet, & qui decimat decimet de suo, & quod sufficit illi; supra vero loquutus est de eo tempore quo diviserunt id quod evulsum est, quia illic non datur electio, quia unusquisque truncus pertinet ad socios, & idcirco necesse est decimare Demai de parte socii sui.

אבל לא יאמר טול אתה חטין ואני שעורים *at non dicet, cape tu triticum, & ego hordeum*, quia hic dici nequit, hæc pars pertinet ad eum, at se res habet ac si commutent unam partem cum altera, unde fiet ut is qui decimat, vendat partem ei qui non decimat.

Demai, quæ debentur pro dimidio quod cepit de musto, quia dubium propriè est in socii parte qui non decimat; sensus vero verborum, *& portio ejus quocunque in loco illa sit Demai*, hic est, nimirum, de parte illius qui non decimat, quocunque in loco etiam sua habet bona, & etiamsi non sit separata sed commixta ejus pars, propterea nihilominus separabit decimas Demai quæ debentur pro illa parte.

SURENHUSIUS.

(a) וחלקו בכל מקום *& partem suam ubicunque sit*, Bartenora scribit, משום דאין ברירה *quia non datur electio &c.*, similem phrasin observa in notis ad sequentem Misnam, & alibi, vult dicere, quia res dependet à societate, & mutua vindemiarum communione, ita ut neuter suam partem dignoscere, vel eligere possit, ideo is qui decimare solet, decimat quod suum est, nec non id quod socius recipit, qui non solet decimare. Cætera quæ attulit Bartenora occurrunt in Talm. Jerusol. quæ ingeniosissimè examinantur à R. Schimeon in notis suis ad hanc Misnam.

8. Duorum, qui agrum redemerint ad culturam partiariam, vel hæredium acceperint, vel consortio possederint, alter alteri dicere potest; Sume tu triticum illinc, & ego sumam triticum hinc; tu vinum illinc, & ego vinum hinc. Ne autem dicat; (a) Sume tu triticum, & ego hordeum; tu vinum, & ego sumam oleum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi ritus de quibus hic fit mentio non sunt obligati de causis liciti & illiciti, at de re pecuniaria; fit autem hoc in loco de iis mentio, quia sensus eorum devolvitur ad eos qui agrum in societate recipiunt, uti mentionem fecimus in tractatu Pea, de infirmo propter morbum qui aliis omnia sua legat bona, & plurimi juris casus ab hoc dependentes; at hoc jus de quo hic agitur procedet, quando duo genera tritici aut vini fuerint æqualia, & nulla inter ea reperiatur differentia nisi quod ad loca tantum, & tum licitum erit uni ex sociis aut hæredibus, ut dicat alteri, *quandoquidem hoc vinum se habet uti illud, idque proximum est meo loco, & tuum proximum tuo loco, cape tu vinum hoc, ego vero capiam illud, & non obligabis me ut capiam id quod remotius est à me*, hoc non poterit impedire socius quia in illa re nullum patitur damnum, quatenus pro fundamento tenemus quod obligarunt se sub conditione Sedomitæ, nimirum, qua quis cogi potest in re quæ est in utilitatem proximi, qui indè non afficitur damno, quia ejusmodi rei impedimentum petitum est ex conditione incolarum Sedomæ; at si socius capiat id vinum ex loco illo dicendo ipsi, *indè aliquid damni tibi adfertur*; non coget eum ad illam rem.

SURENHUSIUS.

(a) טול אתה חטים וכו׳ *sume tu triticum &c.*, Bartenora scribit sermonem esse de eo tempore quo messem agri diviserunt in segete, & uvas adhuc vineæ adhærentes &c., eodem sensu quoque R. Schimeon. Sed juxta expositionem Maimonidis supra datam ad Misnam præcedentem bene habet, quod non est necesse ut distinguamus inter id quod terræ adhæret & id quod jam evulsum est; at supra sermo est quando commixta sunt postquam jam diviserunt; hic vero sermo est quando nondum diviserunt, & nullæ decimæ eductæ fuerunt. Cæterum in Ceseph Misnæ sub finem cap. 9. Hilchot Maaser dicitur, Misnam docere non ideo vetitum esse dicere, *cape tu triticum &c.* eo quod similis est ei qui vendit rem illibatam plebejo, & propterea Misnam monere, licitum esse socio dicere, *cape tu triticum &c.*, eo quod utrumque est unius speciei. Et quamvis Maimonides sensu rei pecuniariæ, non sensu liciti & illiciti exponat in notis suis, nihilominus tamen in Jad Chasaka Hilchot Maaser capite sexto scribit, quod vetitum est, quia rem illibatam vendunt.

ט חבר ועם הארץ שירשו את אביהם עם הארץ יכול הוא לומר לו טול אתה חטים שבמקום פלוני ואני חטים שבמקום פלוני אתה יין שבמקום פלוני ואני יין שבמקום פלוני אבל לא יאמר לו טול אתה חטים ואני שעורים טול אתה הלח ואני אטול את היבש :

9. Si Socius & plebejus cohæredes sint patri plebejo, ille potest dicere; Sume tu triticum illinc, & ego triticum hinc sumam; tu vinum illinc, & ego vinum hinc. Ne autem dicat; Sume tu triticum, & ego hordeum; (a) sume tu humidum, & ego siccum sumam.

R. OB. DE BARTENORA.

חבר est is qui fide dignus est de mundo & immundo, at non de decimis, necesse est. שירשו את אביהן עם הארץ *qui hæredi-tarunt à patre plebejo*, istiusmodi patris fructus habentur Demai, & simul impuri. טול אתה בלח *capias tu liquidum*, quod aptum est ad recipiendum immunditiem. ואני ביבש *& ego siccum*, quod non est dispositum ad recipiendum immunditiem, quatenus non licet ei qui est Chaver vendere plebejo humidum aut siccum, uti dictum est supra capite secundo.

SURENHUSIUS.

(a) טול אתה הלח ואני אטול את היבש *cape tu humidum, ego capiam aridum*, nam vice versa dici nequit, quod quicquid ritè perfectum est in immunditie, & ope alicujus plebeji, immundum habendum est, uti traditum est cap. 2. Misna 3. Nihilominus si reliquerit usque dum calcaretur cum re quæ calcari solet, licet commutare eo tempore quo calcantur, uti dictum est Misna 4. cap. 3. tractatus Chagiga. Et eo sensu illic arguitur in Gemara fol. 25. Quæritur si tempus calcandi transierit & acceperit aridum pro humido, an tamen res procedat? Resp. Maimon ad hæc non scripsit capite nono Hilchot Maaser, neque capite undecimo Hilchot Metammeé

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Res clara est, nimirum, ut quisque capiat dimidium de omnibus Patris bonis, at si Chaver dixerit plebejo, *capias tu triticum, ego vero hordeum*, inde fiet ut Chaver vendat ipsi dimidium tritici quod hæreditavit pro dimidio hordei plebeji, qui mutavit cum ipso, unde eveniet ut vendat Demai, quia pater mortuus erat plebejus, ejusque fructus propterea Demai, at non licitum esse plebejo vendere Demai; jam diximus.

Miscabh Umoschabh. Cæterum Jom Tobh respondet, quod, si vice versa dictum fuisset, *cape tu siccum, ego capiam humidum*, nonnemo intelligere potuisset, ac si res procederet, si dixisset, *cape tu siccum, ego humidum*, quamvis inde duo oriantur errores, nimirum, ut Chaver sumeret humidum quod jam pollutum fuerat per manus plebeji; deindè, ut plebejo daret siccum, quod etiam vetitum est. Et quia quis cogitare potuisset eo ordine quo in Misna tradita sunt quidem esse licitum ea proferre, quia inde unus tantummodo resultat error, nempe, quod humidum tradit plebejo, ideo Misna monet quod illa verba, *cape tu humidum, ego capiam aridum*, non licet proferre in causa hæreditatis.

י גר וגוי שירשו את אביהם גוי יכול הוא לומר טול אתה עבודה זרה ואני מעות אתה יין ואני פירות ואם משבאו לרשות הגר אסור :

10. Si proselytus & gentilis cohæredes sint patri gentili, ille dicere potest; Sume tu idolum, & ego sumam nummos; tu 1 vinum, & ego sumam fruges. Sed postquam cesserint in potestatem proselyto, amplius non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

טול אתה עבודה זרה ואני מעות *capias tu id quod idolis consecratum, ego vero pecuniam*, etiamsi commutaverit id quod idolis consecratum erat & vinum libaminis quibus uti non licet, hic vero licitum est antequam venerint in potestatem suam, quia hæreditas proselyti à patre suo non procedit juxta Legem, sed ex institutione scribarum; at aliter se res habet si Chaver & plebejus hæreditarunt à patre plebejo, tum enim antequam bona venerint in potestatem proselyti, vetitum est dicere gentili, capias tu triticum, ego vero hordeum, quia illic est hæreditas secundum Legem, & censentur bona ac si venissent in potestatem ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vinum gentilis hic est vinum libaminis, & exponetur in multis Mischnæ locis quod ad vinum libaminis, & id quod idolis consecratum est, non licitum esse uti iis, at permisere proselyto ut dicat gentili, *capias tu id quod idololatriæ dicatum est, ego pecuniam*; sed non permiserunt hoc supra ubi mentio facta est de Chaver & plebejo, hæreditantibus à patre plebejo, quia Chaver & plebejus à patre hæreditant juxta Legem, quia inter eos non intercedit propinquitas, propter quod religio eos separaret, at hic proselytus hæreditat à patre gentili juxta constitutiones Sapientum, ne revertatur ad gentilismum, ut à patre suo hæreditet; propterea ipsi permisere hanc commutationem quamdiu nondum venit in potestatem ejus hæreditas idololatriæ, at si id quod prohibitum est venerit in potestatem, non permiserunt ipsi mutare alteram partem, quia tum omnimode sibi acquirit illam rem, qua uti non licet, & quam perdere tenetur.

GUISIUS. 1 *Vinum.*] Vinum gentilis habetur pro יין נסך *vino libaminis*.

יא המוכר פירות בסוריא ואמר משל א"י הן חייב לעשר מעושרין הן נאמן שהפה שאסר הוא הפה שהתיר משלי הן חייב לעשר מעושרין הן נאמן שהפה שאסר הוא הפה שהתיר ואם ידוע שיש לו שדה אחר בסוריא חייב לעשר :

11. Si is qui vendit fruges in 1 Syria dicat esse eas ex terra Israelitica, decimari debent: si addat, decimatas esse dudum, fide dignus habetur; quia authoritas quæ nexuit, eadem solvit. De suo esse agro, decimari debent; decimatas esse dudum, fide dignus habetur; quia authoritas quæ nexuit, eadem solvit. Sin notum sit, habere eum agrum in Syria, decimari debent.

R. OB. DE BARTENORA.

Syria est terra illa quam subegit David, quæ non erat ex terra Israelis, ut Aram Naaraim & Aram Zoba, & quia tota terra Israelis nondum erat subacta, propterea non sanctificarunt eam sanctitate terræ Israelis, etiamsi à multis esset subacta, at in quibusdam juris casibus æstimatur ut terra Israelis; & qui fructus emit in Syria non tenetur separare ex illis Demai, quia maxima pars fructuum quos vendunt in Syria adducti sunt ex locis extra terram Israel sitis, idcirco si venditor dicat quod decimati sunt fructus, fide dignus est, uti capite primo dictum, *inde a Cesib & ulterius est fide dignus*, & hic quoque, si dixerit, *de terra Israelis sunt, & decimavi eos*, fide dignus est,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סוריא Syria est terra quæ subacta est ac divisa regnante Davide, at non est illa ejus naturæ cujus est terra Israelis, neque ut ea quæ dicitur extra terram Israelis; Attamen in quibusdam casibus se habet ut terra Israelis, & in quibusdam casibus ut ea quæ dicitur extra terram Israelis, id quod passim in Mischna exponitur. Præterea pro fundamento tenemus, omnes terras quas plurimi subegerunt haberi ut terra Israelis in omnibus juris casibus, & istiusmodi terra vocatur כבוש הרבים *subactio multorum*; ratio autem, quare terra Syriæ inferior est dignitate terræ Israelis in omnibus juris casibus, est, ex eo quod dictum, scil. quia non licitum est bellum gerere contra ullam terram,

est, quia *os quod vetat est os quod permittit*, hoc sensu, quia os quod vetat, quando dicit, *de terra Israelis sunt*, & obligati sunt de decimis, est os quod permittit, quando dicit, *decimavi eos*; & eodem modo etiam illi fidem habemus, si dicat, *de terra Israelis sunt*, quod vetiti sunt, ita etiam ei fidem habemus quod liciti sunt, si dixerit, *decimavi eos.*

משלי הן *de meo sunt*, de campo qui mihi in Syria est, חייב לעשר *tenetur decimare*, quia fructus Syriæ comprehenduntur sub jure Demai, quando constat eos crevisse illic; at si constat ipsi esse in Syria campum, non locum habet id quod dicitur, *os quod vetat est os quod permittit*, quia certo constat se eos ex campo suo adduxisse, & non est ipsi habenda fides si dicat quod veniunt è loco extra terram, propterea non est fide dignus, si dicat, *decimavi eos*, quia non est ratio *quare*, i.e. ut dicere posset, non est ex Syria, nam constat quod ipsi est ager in Syria.

terram, nisi ea tota subigatur cujus terminos Deus Benedictus in Lege designavit; quando autem David terras illas subegit, nimirum Aram & Naaraim, similesque, antequam finem imposuisset de terra subigenda quæ confinis erat terræ Israelis, Jebusæi inhabitabant Jerusolyma, & propterea tantæ dignitatis non fuere istæ terræ quas subegit David, quantæ fuit terra Israelis. Deinde dixere, si rogas, quare David subegit Aram Naaraim & Aram Zoba, nam in illis locis non obtinent præcepta Legis? responderunt Davidem contra jus fecisse, *Lex enim dixit &c.*, uti in Siphri. Et in ista terra scil. in Syria, non sunt obligati separare decimas, sed qui illic emit fundum, obligatus est separare decimas de eo quod produxerit terra illa, at qui emit fructus ex Syria non obligatur separare Demai, quod non ita fit in fructibus terræ Israelis, sed ut decimet Demai, quicunque emerit fructus ex quovis istius terræ loco, ut exposuimus. Fundamentum vero illud de quo hìc fit mentio, nimirum, quod *os quod vetat sit os quod permittit*, est fundamentum verum, & quod invenies in usu esse in omnibus præceptis sine exceptione, scil. levioribus & gravioribus, & sic se res habet etiam in eo ubi agitur de bonis, ut quicunque condemnatus aliqua mulcta conditionem ingressus sit verbò suo, quo irritam reddat mulctam suam, ei erit fides habenda in omnibus suis verbis, at ea conditione, ut non inveniantur qui contra eum testificantur, qualia tibi multa ejus generis exempla possemus adducere. Quod vero dicit משלי *de meo*, supple campo, qui mihi est in Syria, qui campus obligatur de decimis.

GUISIUS.

1 *Syria.*] Per Syriam intelliguntur in Misna ארם נהרים & ארם צובה Mesopotamia & Syria Soba, à Davide olim in ditionem receptæ. Hanc regionem mediæ conditionis esse volunt inter terram Israeliticam, & חוצה לארץ terram plane extraneam. Atque hoc ideo, quia David has gentes devicit antequam subacta esset terra promissa. Alias quicquid est כבוש רבים ditio à populo Israelitico perdomita, pro terra Israelis reputatur. Fruges igitur, quæ in Syria nascuntur, Israelita non obligatur decimare, nisi & ipse ager suus sit.

יב עם הארץ שאמר לחבר קח לי אגודת ירק קח לי גלוסקן אחד לוקח סתם ופטור ואם אמר שלי זוה וזוה של חבירי ונתערבו חייב לעשר ואפילו הן מאה :

12. Si Socium sic jusserit plebejus; Præstina mihi fasciculum olerum; præstina mihi 1 crustulum; mercatus simpliciter immunis est. Sin dixerit, Hoc mihi, illud amico meo, & deinceps permista sint, decimari debent, si vel centum fuerint.

R. OB. DE BARTENORA.

עם הארץ שאמר לחבר קח לי *plebejus qui dixerit Chavero eme pro me*, si Chaver incedat per vicum ad emendum sibi olus, & plebejus eo tempore ipsi dicat, *eme etiam pro me fasciculum oleris*, & Chaver emat duos oleris fasciculos, at non dicat, *hic fasciculus erit pro me*, ille vero pro plebejo, tum is quem dederit plebejo liber erit à decimis, quia datur electio, quando illum dabat plebejo, utpote eum quem pro ipso emerat, quemque Chaver non mutaverat pro suo. Alia expositio è Talmude Jerusolymitano, plebejus qui dixerit Chavero, *eme mihi fasciculum oleris*, & venditor fuerit Chaver sciens hunc emptorem empturum pro plebejo & non pro se, tum iste fasciculus liber erit à decimis Demai, quia venditor est Chaver sciens quod emtor pro plebejo emit, non vendet ipsi nisi prius decimet, nam capite secundo diximus, non licere plebejo vendere nisi prius decimet. At si Chaver unam partem emat pro se, alteram vero pro plebejo, & commisceant utramque partem, tenetur Chaver suam etiam decimare partem, quia fieri potest ut id quod ipsi vendidit non sit decimatum, nam qui vendit ei qui est Chaver liber est à decimationē, at emtor tenetur decimare, uti diximus capite secundo. ואפילו הן מאה *& etiamsi sint centum*, etiamsi Chaver suam miscuerit partem cum centum partibus plebeji.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc Mischna tribus nititur fundamentis, quorum primum est, quod non sit licitum vendere Demai plebejo, quanto magis Tébhel, at permissum est ea vendere studioso Sapienti, quatenus de iis separat Trumam & deinde ea comedit. Secundum fundamentum est, quod iste venditor est studiosus Sapiens; tertium vero, quod venditori nota est missio qua missus est ad Chaver plebejus ut emat pro illo, & propterea quando dixerit discipulus Sapiens missus ad discipulum Sapientem qui est venditor, da mihi illa pecunia has aut illas res, at non indicat an istas res emat pro se an vero pro plebejo à quo missus est, illa res quam emit tum erit libera, quandoquidem discipulus Sapiens qui est venditori sciebat quod emtor ille venit ex mandato plebeji, non dabit ipsi nisi jam decimatos fructus, ne plebejus peccet. Sed si Chaver emtor ad venditorem missus indicaverit, dicens, ista pecunia mea est, hæc vero est pecunia socii mei nempe plebeji, & venditor ipsi dederit hac illaque pecunia seorsim, dicimus fieri posse ut id quod dederit Chaver sit Tébhel, quia novit quod Chaver non prius comedet quam separaverit Trumas, & quod dederit ipsi pro plebejo esse fructus decimatos, at quando mistum quid est, obligatum erit de decimis. At si Chaver pro seipso emerit unum oleris fasciculum & pro socio suo centum, quibuscum sua pars miscetur, totum obligatur de decimis Demai; hoc vero intelligendum est, quando venditorem non interrogavit, at si interrogavit eum, responditque quod decimati sunt, erit fides ipsi habenda, & omne id quod emerit ab ipso erit liberum, quia est Chaver. גלוסקן est panis optimè conditus ac confectus.

GUISIUS.

1 *Crustulum.*] גלוסקין אחד. Ita MS., & Talmud Hierosolymitanum: alii codices גלוסקן אחד; ut י pertineat non ad terminationem pluralem, sed ad formam vocis. Aliter autem legitur גלוסקא, in singulari, & in plurali גלוסקאות; vel etiam, cum ק pro ג. Syrorum etiam Glossographi ܓܠܘܣܩܐ habent, quod exponit Isa bar Ali كعك خبز حواري *Crustulum, panis, candidus panis*; Alius Anonymus simpliciter كعك. Ei voci supra minio adscribitur سميذ, ut *crustulum* intelligas *similagineum*. Eadem fere etiam apud Bar Bahlulum. Hinc fit, ut Musaphias factum credat ex Græco קלקס κόλλιξ. Eo etiam collimare videtur Cohen de Lara, dum Græce significare asserit בולי ואו רוסקא דיפאן *bollo, o rosca de pan.* Sed cum י manifesto ad for-

formam vocis pertineat, potius habeo, pro Græco γλυκίνας. Est autem γλυκίνας, ὁ διὰ γλυκέος καὶ ἐλαίου πλακοῦς παρὰ Κρησίν. Ita Seleucus in glossis apud Athenæum. Hinc emendandus Hesychius in Γλυκίννας.

פרק ז המזמין את חבירו שיאכל אצלו והוא אינו מאמינו על המעשרות אומר מערב השבת מה שאני עתיד להפריש למחר הרי הוא מעשר ושאר מעשר סמוך לו זה שעשיתי מעשר עשוי תרומי מעשר עליו ומעשר שני בצפונו או בדרומו ומחולל על המעות:

Caput 7. Si quis alium comessatum vocat, & ille ei fidem non adhibeat de decimis, pridie sabbathi sic fatur. *Quicquid ego separaturus sum cras, decima esto, & reliqua decima illi proxima. Hoc quod constitui in decimas, pro illis fiat decimarum primitiæ. Decimæ autem secundæ à septentrione sunto, vel ab austro, atque adærando profanatæ.*

R. OB. DE BARTENORA.

המזמין את חבירו אומר מערב שבת *qui invitat socium suum dicet, a vespera sabbati*, quando conditionem aliquam in se susceperit inde â vespera sabbati, licitum est separare in sabbato, at si non receperit in se conditionem de separatione, non licet, uti dicit Mischna, *si dubium sit an venerint tenebræ decimabit Demai, at si certo constat jam venisse tenebras non decimabit*; hìc vero sermo est de eo qui invitat socium suum ad comedendum non faciens aliquod votum, at si fecerit votum, potest comedere sabbato primo, uti diximus capite quarto, etiamsi non sit fide dignus de decimis; aut etiam de juvene qui sabbato primo duxerit virginem, hìc vero fieri potest aliis sabbatis. הרי הוא מעשר *ecce hæ sunt decimæ*, at non tenetur separare Trumam magnam, quia de ea non sunt suspecti plebeji, uti diximus capite primo; at de uno ex centum quod separare tenetur die altero dicit, *hæ sunt decimæ primæ*; & de reliquo decimarum sive novem partibus quas debet, ut fiant decem de centum, metietur unam partem & deinde dicet, *hæc una pars quam prius feci decimas, fiat Truma de decimis super novem partes conjunctas cum illa parte, & decimæ secundæ sint in sua plaga septentrionali, aut meridionali, & profanentur pecuniâ*; at altero die non tenetur separare nisi Trumam de decimis tantum, reliquum vero comedere & bibere poterit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non licet nobis separare decimas vesperi sabbati, & die festo; tenemus enim pro fundamento quod in rebus Demai quis potest inire conditionem de re quæ non est in potestate sua, & si perpenderis id quod diximus capite quinto hujus tractatus, in casu emtionis â pistore, clara tibi erit hæc Mischna, & omnes Mischnæ sequentes in hoc tractatu, quia sensus est in genere idem.

ב מזגו לו את הכוס אמר מה שאני עתיד לשייר בשולי הכוס הרי הוא מעשר ושאר מעשי סמוך לו זה שעשיתי מעשר עשוי תרומת מעשר עליו ומעשר שני בפיו ומחולל על המעות:

2. Cum miscent ei calicem sic fatur. *Quod relicturus sum in fundo calicis, decima esto, & reliqua decima ei proxima. Hoc quod in decimas statui, pro illis fiat decimarum primitiæ. Decimæ autem secundæ in summo calice sunto, atque adærando profanatæ.*

R. OB. DE BARTENORA.

מזגו לו את הכוס *infundunt ipsi poculum*, nimirum, die sabbati. אומר מה שאני עתיד לשייר *dicens id quod ego relicturus &c.*, at non sufficiet ipsi id quod in se susceperit â vesperâ sabbati, sed necesse est ut iterum dicat die sabbati quando amicus venerit ad edendum & bibendum cum ipso, *id quod relicturus sum de poculo illo &c.* In Talmude Jerusolymitano est qui argumentatur, dicens, si quis dicat, ab hoc tempore id fiat Truma, ecce omnia commiscentur, & fit מדומע *mixtura*? & si quis dicat, quando id bibebam non erat Truma, sed postquam id bibero, unde fiet ut bibat Tébhel? respondet autem, dicens, *ab hoc tempore & quando bibi esto Truma*; unde fiet ut non biberit Tébhel, neque fuerit mixtura sive מדומע.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Postquam proposuit auctor conditionem de vespera sabbati in genere, uti exposuit in Mischna præcedenti, revertitur ad explicandum id quod dicitur מזגו לו את הכוס *infundunt ipsi poculum*, quod etiam dicitur de tempore sub vesperam sabbati, ne de industria separet decimas die sabbati, propterea præmisit illa verba מערב שבת *á vespera sabbati*, uti dictum in Mischna præcedente. Et quod dicit בפיו *in ore suo*, supple in ore vasis, & hæc Mischna quoque clara est, si perpenderis principium capitis quinti hujus tractatus.

SURENHUSIUS.

(a) מזגו לו את הכוס *infundunt illi poculum*, scribit ad hæc verba Maimonides, *quod etiam dicitur de tempore sub vesperam sabbati, ne de industria quis separet decimas die sabbati, propterea præmisit Misna illa verba* מערב שבת. Cæterum in Jad Chasaka Hilchot Maaser exponit de separatione quæ fit diebus profanis, nam postquam ibidem dixit נתן לו עם הארץ כוס לשתות וכו׳ *dedit illi plebejus poculum ad bibendum &c.*, deinceps tradit אם זמנו חבירו לשתות בשבת מתנה *si invitaverit socium ad bibendum in sabbato, & conditionem ingreditur*, dicendo, מה שאני עתיד לשייר בשולי הכוס &c. inspice Misnam. Ita ut ea quæ hic in notis directè anteponat, in Jad Chasaka postponantur inverso ordine.

ג פועל שאינו מאמין לבעל הבית נוטל גרוגרת אי׳ ואוכר זו ותשע הבאות אחריה עשויות מעשר על תשעים שאני אוכל זו עשויה תרומת מעשר עליהן ומעשר שני באחרונה ומחולל על המעות וחושך גרוגרת אחת רשב״ג אומר לא יחשוך מפני שהוא ממעט מלאכתו של בעל הבית רבי יוסי אומר לא יחשוך מפני שהוא תנאי ב״ד:

3. Operarius, qui non habet fidem patrifamilias, desumens unam caricam sic fatur. *Hac, & novem proxime secuturæ decimæ sunto pro nonaginta, quas comesturus sum. Hæc pro illis primitiæ decimarum fiat. Decimæ autem secundæ in postremis sunto, atque adærando profanatæ.* Deinde abstineat unam caricam. Rabban Simeon filius Gamalielis abstinere vetat, quia sic diminueret opus patrisfamilias. R. Joses abstinere vetat, 1 propter pactum Synedrii.

R. OB. R. MOS.

R. OB. DE BARTENORA.

פועל שאינו מאמין לבעל הבית *operarius qui non credit patrifamilias*, nempe quod ad decimationem. נוטל גרוגרת *capiet unam caricam*, non comedet unam illam caricam ſive ficum, ut ſit pro Truma de decimis quam ſeparavit, ne diripiat quicquam patrifamilias. לא יחסך *non ſubtrahet*, capiet unam caricam eamque comedet, quia, ſi non comedit, ſeipſum fame afficiet, diminuendo de victu ſuo, unde ſimul fiet ut diminuat opus quod pro patrefamilias peragit.

לא יחסך מפני שהוא תנאי בית דין *non ſubtrahet quia eſt conditio ſynedrii*, ut Truma de decimis ſeparetur de rebus patrisfamilias, at decimæ ſecundæ de rebus operarii, propterea paterfamilias tenetur operario dare ficum quam ſeparat pro Truma de decimis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חושך notat *diminuere*, *ſubtrahere*, & quod dicit חושך גרוגרת אחת *ſubtrahit ficum unam*, intellige per illam *unam* eam quam ſuſpicamur quod ſit Truma decimarum, quam ſubtrahet è numero centum, eamque dabit ſacerdoti. Dicit R. Schimeon filius Gamalielis, ut non diminuat operarius ab opere ſuo quod agit pro hero, quia eo modo diminuit bona ejus, propterea dicit Miſchna, מפני שהוא ממעט מלאכתו *quia diminuit opus ejus*, *opus* idem quod bona illius, uti Gen. 33, 14. לרגל המלאכה אשר לפני. Sed ſubtrahet de eo quod edit, nimirum, de numero illo de quo convenit cum hero ſuo. R. Joſe vero contradicit R. Schimeoni filio Gamalielis, dicens quod ſit conditio ſynedrii, ut non detrahat Trumam de decimis Demai niſi de re heri, at decimas ſecundas de re operarii; at non contradicit R. Joſe doctori primo, ſed docet nos rationem verborum, quando dicit שהוא תנאי בית דין *quod ſit conditio ſynedrii*; deciſio non eſt juxta R. Schimeonem filium Gamalielis.

GUISIUS.

1 *Propter pactum Synedrii.*] Pactum ſic refert Talmud Hieroſolymitanum: תניי בד״ שתהא תרומת מעשר כשל פועל ומעשר שני כשל בעל הבית, *Pactum Synedrii eſt*, *ut primitiæ decimarum incumbant operario*, *decimæ ſecundæ patrifamilias*. Videram ſane primo ſtatim aſpectu, hæc planiſſimè menti Miſnæ noſtræ contraria eſſe: nec dubitavi quidem, quin ſcribarum typorumve mendo *operarius* & *paterfamilias*, vel ſaltem *primitiæ decimarum*, & *decimæ ſecundæ* ſedes mutaverint: nam ſi primitiæ decimarum operario incumbant, ob hanc maxime rationem abſtinere deberet. Conjecturam noſtram plane adſtruit R. Samſon, qui ex Talmude Hieroſolymitano, atque inſuper ex Toſaphta; ſic pacti verba refert. תנאי בד״ הוא שתהא תרומת מעשר מבעל הבית ומעשר שני מפועל, *Pactum Synedrii eſt*, *ut primitiæ decimarum patrifamilias incumbant*; *decimæ ſecundæ operario*.

ד הלוקח יין מבין הכותים אומר שני לוגין שאני עתיד להפריש הרי הן תרומה ועשרה מעשר ותשעה מעשר שני מיחל ושותה:

4. Qui vinum emit à Cuthæis ita fatur. 1 *Duo logi*, *quos ego ſeparaturus ſum*, *primitiæ ſunto*, *decem decimæ primæ*, *& novem decimæ ſecundæ*. Deinde incipit bibere.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח יין מבין הכותים *qui emit vinum inter Cuthæos*, hoc intelligendum de eo tempore quo necdum erat vetitum bibere vinum Cuthæorum, eratque tunc temporis eorum vinum ſine dubio Tébhel; hìc autem ſermo eſt de eo qui inter duas veſperas ante ſabbatum emerit, aut etiam de die, & oblitus fuerit ſeparare inter duas veſperas, quo tempore non licet ſeparare, uti dicit Miſchna, *ſi dubium ſit an venerint tenebræ*, *non decimant Vaddai*, idcirco etiam vetitum eſt ei aſſignare locum, quatenus ſitus loci reputatur ſeparatio, & illa vetita eſt inter duas veſperas, & propterea Miſchna non dicit in fine, & decimæ ſecundæ profanentur pecuniâ, quia non licet aſſignare locum ad ſeptentrionem, aut meridiem, & idcirco non poteſt profanare eas pecunia, ſed imponit ipſis nomen, dicens, *id quod ſeparaturus ſum licitum eſt*, quia hoc omne non decreverunt inter duas veſperas.

שאני עתיד להפריש *quod ego ſeparaturus ſum*, non dicit autem, quod ego ſeparaturus ſum die craſtino, ut ſupra dixit ad Miſnam primam hujus capitis, quia hoc tantum permiſſum eſt quando fructus nondum rite perfectus eſt quod ad dona, ſed de eo quod biberit, & ederit, permiſere ſeparare ſequenti die reliquum quod eſt in fundo poculi, at die ſabbati totum perficere Cantharum non permiſere. Præterea hìc non imponat nomen Trumæ de decimis, uti in cauſa Demai, neque ut Miſchna prima ubi de eo qui invitat amicum, ratio eſt, quia, ſi de Demai ſeparat, de ſuo ſeparat, & ideo imponit ipſi nomen Trumæ de decimis ad rite perficiendas decimas, eaſque comedendas, ſic hìc ubi certo eſt Tébhel, tenetur decimas dare Levitæ qui imponat nomen Trumæ de decimis. ועשרה מעשר ותשעה מעשר שני *& decem decimæ & novem decimæ ſecundæ*, hoc non exactè intelligendum eſt, quia poſtquam ſeparaverit duos logos de centum pro Truma magna, remanebunt nonaginta octo, decimæ conficient decem logos dempta quintana, & decimæ ſecundæ octo logos & octo decimas & quintam de decima. מחל *incipiat*, nimirum, ad temperandum aqua & bibendum, notat enim hæc vox idem quod מוהל *temperans*, ſic Jeſ. 1. 22. מהול סבאך במים. Noſtra vero Miſchna conformis eſt R. Meyro dicenti, quod in cauſis de Lege obligatis etiam obtineat ברירה *diviſio*; id autem quod remanſerit in fundo poculi cenſetur ac ſi in principio fuiſſet ſeparatum; at non ita deciſio eſt, tenemus enim pro fundamento in iis rebus quæ obligatæ ſunt juxta inſtitutionem Sapientum obtinere ברירה, at non in rebus quæ obligatæ ſunt de Lege Moſis, propterea nihil edet nec bibet de eo quod certo eſt Tébhel, antequam ſeparaverit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hic caſus etiam intelligitur quando quis emerit veſperi ſabbati, ubi non eſt ipſi tempus ſeparandi dona, & fructus Cuthæorum ſunt Tébhel, & propterea obligatus eſt de omnibus decimis. Et quod dicit שני לוגין *duo logi*, intelligendum eſt quando emerit quantitatem centum logorum, & hoc adducitur per modum exempli; & eo modo faciet, ſi emerit unum logum aut mille, ut numeret quantitates quæ tenentur de donis, quando autem biberit, relinquet de illo vino omnes has menſuras, eaſque cuſtodiet, ac faciet ex iis id quod tenetur, nimirum, ut det ſacerdoti Trumam, & decimas Levitæ, & decimas ſecundas comedet Jeruſolymis, aut profanabit eas argento.

ושני לוגין ועשרה מעשר *& duo logi*, *& decem decimæ*, hoc impropriè dictum eſt, at propriè & juxta veritatem intelligas, quando duo logi fuerint Truma, decimæ erunt decem minus quam quintana, & decimæ ſecundæ octo, & octo decimanæ & quintana decimanæ, juxta fundamentum quod expoſuimus in tractatu Berachot. מחל *incipiat*, ſupple ad bibendum; eſt præterea hæc Miſchna conformis ſententiæ R. Meyr, qui putat quod datur *electio*, & id quod remanet haberi ac ſi in principio fuiſſet ſeparatum; & ſcias quod Truma & decimæ debentur ex Lege, & pro fundamento tenemus non eſſe diviſionem in rebus quæ ſubjiciuntur Legi, at in iis rebus quæ ſubjiciuntur conſtitutionibus Sapientum obtinet electio, & propterea deciſio non eſt juxta R. Meyr, ad quem hæc pertinet Miſchna, ſed ſeparanda eſt omnino Truma, & decimæ antequam biberit.

GUI-

GUISIUS.

1 *Duo logi.*] Quinquagesima pars logorum centum; ut ita intelligas vinum emtum ad centum logos hic restringi; quod etiam de ficubus intelligendum sequenti paragrapho. Præcesserat (credo) in vetustiori deuterosi, unde hæc Misna desumta, centum logorum expressa mentio. Neque enim dubitandum mihi videtur, quin ex hujusmodi locis, ubi sensus sine supplemento plane hiat, invictum argumentum contra Judæos petatur, qui ante Misnam suam hodiernam nullas olim extitisse credunt traditiones scriptis mandatas. Sed hoc alibi. Reliqui hic numeri non plane accurati sunt, nam centum logorum decimæ post desumtas primitias non sunt decem logi, sed decem quinta minus; adeoque decimæ secundæ non novem logi, sed octo cum partibus quinquagesimis quadraginta & altera.

ה היו לו תאנים של טבל בתוך ביתו והוא בבית המדרש או בשדה אומר ב' תאנים שאני עתיד להפריש הרי הן תרומה ועשר מעשר ראשון ותשע מעשר שני היו דמאי אומר מה שאני עתיד להפריש למחר הרי הוא מעשר ושאר מעשר סמוך לו זה שעשיתי מעשר עשוי תרומת מעשר עליו ומעשר שני בצפונו או בדרומו ומחולל על המעות:

5. Si cui ficus illibatæ suppetant domi; ille autem versetur in schola, vel in 1 agro; ita fatur. *Bina ficus, quas ipse separaturus sum, primitiæ sunto, decem decimæ primæ, & novem decimæ secundæ.* Si rei dubiæ sint, sic fatur. *Quod ego separaturus sum cras decima esto, & reliqua decima ei proxima. Hoc quod constitui in decimas, pro illis fiat decimarum primitiæ. Decima autem secunda à septentrione sunto, vel ab austro; atque adæratione profanata.*

R. OB. DE BARTENORA.

והוא בבית המדרש *& ipse se contulerit in scholam*, nimirum vesperi sabbati, quo non poterit decimare, utpote die qui eum sanctificat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Necessarium est, ut, quando jam advenerit vespera sabbati, cogitet se intrasse sabbatum, & non esse ipsi tempus separandi dona. Omnia clara sunt si intellexeris id quod antea diximus, & de eo quod præcedit intelligas etiam, id quod dicitur de ficubus Tébhel non esse juxta decisionem, quia Tébhel obligatur de decimis ex Lege; & pro fundamento tenemus quod in rebus quæ obligantur ex Lege non obtineat ברירה *electio*, neque perfectio quod ad dona procedit, nisi ea separaverit antequam comederit, & hoc permissum est die sabbati, vi istius conditionis quæ præcessit vesperi sabbati.

GUISIUS. 1 *Agro.*] Supple; *vespera Sabbati*, ut ita vereatur ne instet Sabbathum antequam decimas separare possit.

ו היו לפניו שתי כלכלות של טבל ואמר מעשרות זו בזו הראשונה מעושרת של זו בזו ושל זו בזו הראשונה מעושרת מעשרותיהן מעשרות כלכלה בחברתה קרא שם:

6. Si is, cui apposita sint bina rei illibatæ canistra, dixerit, *Decimæ hujus in illo sunto*; prius decimatur. *Hujus in illo, & illius in hoc*; 1 prius decimatur. *Decima utriusque invicem in altero*, 2 jam nomine indigitavit.

R. OB. DE BARTENORA.

כלכלות est idem quod סלים: מעשרות זו בזו *decimæ de hoc in illo*, ut decimæ quæ sunt separandæ ex hac corbe sint positæ in illa. הראשונה מעושרת *prima est decimata*, & separabit de secunda decimas pro ambabus. *Illæ quæ sunt in hac corbe decimæ, sint in illa, prima est decimata*, at non secunda corbis decimata est, nam quam primum dixerit, *decimæ hujus sint in illa*, perfecta est prima & libera facta à decimis; si vero iterum dixerit, *decimæ illius sint in hac*, fiet ut separet de libero pro obligato, at non licet separare de libero pro obligato, & nihil dixerit, & capiet de secunda decimas pro duobus.

משרותיהן מעשרות כלכלה בחברתה *decimæ eorum sint decimæ de una in aliam corbem*, decimæ quæ debentur pro duabus corbibus sint ex una in aliam transpositæ quod ad decimationem, atque ita vocabit nomen decimarum pro ambabus corbibus simul, separabitque ex una pro altera, & vice versa, quia in una tantum reliquit Tébhel, quantum decimarum sit in altera; at non separabit pro iis ex alio loco, quia jam imposuit nomen, & locum assignavit decimis ex una corbe in aliam. Alia expositio, מעשרותיהן *decimæ eorum*, separabit decimas ficuum de quacunque voluerit corbe, ex una pro altera, postquam imposuerit ipsis nomen se hoc ita facturum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum hujus causæ est, quod non licet decimare liberum pro obligato, quando dicitur, *decimæ de hoc erunt in illo*, ficus primæ corbis censentur decimatæ, & deinde de secunda separabit Trumas, & decimas quas ambæ debent; & si dixerit, *ficus quæ in hac corbe, erunt in illa*, primam fecit liberam, at secundæ tenetur de decimis pro duabus, uti exposuimus; deinde vero iterum dicit, *illæ quæ sunt in illa erunt in hac*, nimirum quod ad decimas de quibus tenebatur secunda corbis, quam primò decimaverat, at non ita deciditur, quia prima libera fit dicto ejus primo, & secunda tenetur, quia non separant de libero pro obligato; sed si non præcesserit dictum ejus de una ante alteram, at dixerit, *decimæ de illis ficubus fiant decimæ ex una corbe in alteram*, nempe ut decimæ illæ quæ debentur pro duabus corbibus sint transpositæ de una in alteram; & quando dixerit ita, tenetur separare decimas de ficubus iis quæ obligatæ sunt ex duabus corbibus, & non poterit separare ex alio loco pro illis, & hoc est quando dicitur קרא שם *nomine vocat*, nempe, imponit ipsis nomen decimarum quas debent.

GUISIUS. 1 *Prius decimatur.*] Non etiam alterum, propter regulam, אין מפרישין מן הפטור על החיוב *Non separandæ sunt primitiæ decimæque de re immuni pro nexa.* 2 *Jam nomine indigitavit.*] Ut nequeat deinceps aliunde solvere.

ז מאה טבל מאה חולין נוטל מאה ואחד מאה טבל מאה מעשר נוטל מאה וא' מאה חולין כתוקנין מאה מעשר נוטל מאה ועשר מאה טבל צ' מעשר צ' טבל ושמנים מעשר

7. De centenis partibus 1 rei illibatæ; & totidem rei profanæ, desumendæ sunt partes centum & altera. De centenis rei illibatæ, & totidem decimarum, desumendæ sunt centum & 1 altera. De centenis rei profanæ rite perfectæ, & totidem decimarum, desumendæ sunt centenæ denæ. De

לא הפסיד כלום זה הכלל כל זמן שהטבל מרובה לא הפסיד כלום :

centenis rei illibatæ, & nonagenis decimarum, vel nonagenis rei illibatæ, & octogenis decimarum, nihil perditur. Hæc est regula generalis; Si res illibata quantitate vincat, nihil perditur.

R: OB. DE BARTENORA.

מאה טבל ומאה חולין *centum Tébbel & centum partes profanæ*, quando partes illæ commiscentur. נוטל מאה ואחד *capiat centum, & unam partem*, capiet centum ad separandum eas pro decimis primis, & decimis secundis, ac si fuissent Tébhel, & unam capiet de centum partibus profanis in Trumam de decimis, ac si essent Tébhel, quia in profano se res habet uti in Tébhel, in causa Trumæ de decimis tantum, at non in causa decimarum primarum, & secundarum, undè fiet ut unam tantum perdat partem, propter hanc mixturam, quam de profano cepit; Tébhel vero id de quo hìc sermo est, est illud de quo separata est Truma magna, at non decimæ, nec Truma de decimis.

מאה טבל ומאה מעשר *centum partes Tébhel & centum decimæ*, de quibus decimis nondum separata Truma de decimis, & commixtæ sunt. נוטל מאה ואחד *capiet centum & unam partem*, capiet centum partes Tébhel ad separandum de iis decimas, uti supra dictum, & capiet unam de centum decimis, quia cum iis se res habet, uti cum ipso Tébhel quod ad obligationem Trumæ de decimis, & restant adhuc nonaginta novem partes de quibus separanda est Truma de decimis juxta computum, quæ sunt decem excepta decima unius partis, at si non mixtæ sunt decimæ cum Tébhel, non nisi decem separabit de iis pro Truma decimarum; at si mixtæ sunt cum Tébhel, separabit undecim excepta decima parte unius, unde fiet ut perdat unam excepta decima parte.

מאה חולין מתוקנין ומאה מעשר *centum partes profanæ perfectæ & centum decimæ*, intellige profanum de quo nondum separata Truma, & mixtum est cum decimis. נוטל מאה ועשר *capiet centum & decem*, capiet centum in nomine decimarum primarum ad separandum ex iis decem pro Truma de decimis, & capiet decem de centum profanis rite perfectis, ac si essent decimæ primæ, ex quibus decem sunt pro Truma de decimis, unde fiet ut unam perdat. Ratio autem, quare etiam non perdimus, quando cum profanis mixtum fuerit Tébhel, ut de eo separentur decem pro Truma de decimis in centum decimis, hæc est, quia jus ita se habet, ut omnis res quæ commiscetur, iterum veniat in statum suum primum, & propterea decimæ iterum fiunt ut Tébhel, at id quod Tébhel est, non fit iterum decimæ.

Centum partes Tébhel & nonaginta decimæ, nonaginta Tébhel, & octoginta decimæ, nihil perdidit, quia in Tébhel plures decem sunt partes quam in decimis, consideramus illud ac si ipsi scil. Tébhel donum decimarum esset ex alio quodam loco, & omne Tébhel quod miscetur cum profano, si dantur aliæ res mixtæ quæ cum hac misceri queunt mixtura ex alio loco, non separat nisi juxta computum Tébhel, hoc loco autem ubi Tébhel decem partes magis est quam profanum, id consideramus ac si esset ex alio loco, separabitque ex eo juxta computum Tébhel tantum, & nihil perdit. כל זמן שהטבל מרובה *quoties Tébhel majus est*, nimirum, ut majus sit decem partibus de profano; sic dicitur in Talmude Jerusolymitano.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Observa hoc fundamentum quod ita se habet, nempe quod *Truma de decimis adscendit in una & centum*, hoc sensu, quando pars quædam ex Truma de decimis commiscetur cum centum aliis partibus, ut tota summa simul fiat centum & una pars, deinde separabit unicam illam partem, & eo sensu dicitur עולה *adscendit*, sed hoc ulterius exponetur in sequentibus.

Primus vero hujus Mischnæ casus hic est, quando centum partes Tébhel mixtæ fuerint cum centum partibus profanis, ut ducentæ in totum fiant partes, tum capiet, dicente Mischna, centum & unam partem de illis ducentis, at ea conditione ut illæ ducentæ & una sint Tébhel, & nonaginta novem reliquæ profanæ, unde fiet ut de profano unam perdat partem, at hæ centum, sunt illæ centum Tebhel priores, & unica illa est Truma de decimis ex illis centum partibus Tébhel, & si illa pars unica cadat in centum profanas, separabit eam de iis, uti exposuimus. Ratio vero est, quia non nisi centum partes Tébhel capiat, & una pars de centum Tébhel fiat Truma de decimis, quæ cadit in centum partes profanas, quæ ascendet in una & centum, uti se habet jus ejus quod ascendit, ut capiat id quod excidit, & sic non deficiet quicquam ex profanis; sed, subtrahimus hic unam de profanis, quia suspicamur fieri posse ut putet, quando capiet centum partes seorsim, quod sint centum profanæ, & illæ quæ relinquuntur sint centum partes Tébhel; at non ita se res habet, quia id Tébhel est quod capit, & hoc est quod dicitur in Gemara, *capiet centum & unam. R. Jose dicit, si dixeris ego capiam centum, respondebo quod totum profanum ascendat in ejus manum, undè illæ fient Tébhel.*

Secundus hujus Mischnæ casus est, quando centum partes Tébhel mixtæ fuerint cum decimis primis numero centum, capiet etiam centum & unam, eruntque decimæ primæ, & nonaginta novem partes reliquæ sunt Tébhel, uti antea erant, undè fiet ut unam perdat partem de Tébhel; at centum partes sunt centum partes priores de decimis, pars verò illa addita centum partibus est Truma de decimis, quæ debetur de centum partibus Tébhel, & consideramus eas posse misceri cum centum partibus decimarum, cujus rei jus est ut adscendat numerus, uti exposuimus juxta fundamentum primum, at non est מרומע & propterea remanebunt centum & una, de quibus separavit decimas primas; ratio quoque ferebat quod separandæ erant centum partes quæ sunt decimæ, quia Truma de decimis Tébhel quæ una pars, quando supputamus illam partem quæ mixta est cum centum de decimis, adscendat ad unam & centum; at dicit, capiet unam & centum, propter eam rationem quæ datur in Gemara juxta casum primum; & hic est, si ceperit centum partes seorsim, dicamus, quod centum partes Tébhel sunt illæ quas separavit, & centum reliquæ sunt partes decimarum; at non ita se res habet, quatenus decimæ sunt illæ quas separavit, & propterea separabit centum & unam, ut sciat decimas esse quas separavit, quia decimæ comprehendunt in se illam partem addititiam.

Tertius vero casus est, quando partes centum profanæ jam quod ad dona rectificatæ mixtæ fuerint cum centum partibus decimis, de quo Mischna dicit, capiet centum & decem & omnes erunt decimæ primæ, & nonaginta reliquæ erunt profanæ, uti erant; at centum partes sunt priores illæ centum decimæ, & decem addititiæ sunt Truma de decimis quæ debentur pro illis centum decimis partibus, ac si cecidissent in centum profanas quas separavit; & subtrahunt de profanis, quia decem illæ partes, quæ sunt Truma de decimis, sunt decima pars de centum profanis, at non sunt una pars de centum; & propterea non ascendit illa pars ut relinquantur profanæ, ut in principio erant, neque etiam decem partes de Truma ex decimis erant claræ & distinctæ, ut omnes illæ centum partes profanæ fierent מרומע, quia illæ sunt mediæ inter duas extremas, nimirum, quod illæ iterum non commiscentur cum centum profanis, quia non erant separatæ sed mixtæ cum decimis, præterea quoque non possunt signari nomine Maaser, sed linquuntur profanæ uti erant antea, quia sunt decima pars de profano, & Truma de decimis ascendit ad unam & centum, & decrevimus de illis decretum mediocre de mixtura, & dicimus quod tantum de profanis perdat quantum est Truma de decimis quæ erat in illis decimis; & remanebit casus de quo roges, quare in casu tertio dicitur מאה חולין מתוקנין *centum profanæ rectificatæ*, & non ita dicatur in casu primo, sed dicit in eo, מאה טבל ומאה חולין *centum Tébhel & centum profanatæ*, at non מתוקנין *rectificatæ*? sed respondemus quod Tébhel, quando de eo separata Truma est magna & Truma de decimis, vocatur profanum, etiamsi de eo non separaverit reliquum decimarum, quia sanctitas ab illo est ablata. חולין מתוקנין *profanæ rectificatæ*, sunt partes illæ de quibus separatæ sunt omnes Trumæ & decimæ; observanda est imprimis illa differentia, quando dicit *profanum*, & quando dicit *profanum rectificatum*

catum in tota Miſchna. Et ſi dixiſſet Miſna in caſu tertio, centum decimæ & centum profanæ, capiet centum & decem? reſponderemus, quod de profanis non ſeparatæ ſunt decimæ, & quando cum illis mixtæ fuerint centum & decem, capimus centum decimas quæ mixtæ erant cum decimis quæ remanebant ex centum profanis, quæ ſunt decem partes, & propterea fit ut ſeparemus centum & decem, quia decimæ junguntur cum decimis,& nihil perdit: propterea nos Miſchna inſtruit, quod centum partes profanæ etiamſi rectificatæ quod ad omnia dona, ſi poſtea cum iis miſcentur decimæ, ſeparabit tantum de profanis quantum continet Truma de decimis quæ pro illis debetur decimis, quam omnino perdet, conjungetque cum decimis quantitatem Trumæ de decimis, & capiet centum & decem, & remanebunt nonaginta profanæ rectificatæ, ut antea erant; & jus earum nonaginta tamdiu ita manet, donec Truma de decimis, quæ debetur pro illis decimis quæ mixtæ ſunt cum profanis rectificatis, ſit una pars de centum profanis rectificatis, ut, ſi centum decimæ mixtæ fuerint cum mille profanis rectificatis, de quo dicimus quod nihil perdidit tali in caſu, ſed ſeparabit centum decimas ſeorſim; & ſi partes profanæ fuerint minores quam diximus, tantum de iis ſeparabit quantum in ſe continet Truma de decimis, quæ eſt in decimis quibuſcum mixta eſt, uti expoſuimus ſenſum totius illius caſus. Caſus quartus eſt, quando mixtæ ſunt centum partes Tébhel cum nonaginta decimis, ſeparabit tantummodo nonaginta decimas, & remanebunt centum Tébhel eo in ſtatu in quo antea erant, & non perdet quicquam. Quod autem dicitur, *non imponat nomen Trumæ de decimis Tébhel, neque ſeparet nonaginta & unam*, ita accipias, nimirum, quia una pars de decimis eſt Truma de decimis, quando nobis imaginati fuerimus illam mixtam eſſe cum nonaginta decimis, unde illæ decimæ omnes commiſcerentur ut fiat מדומע *mixtura*, quia Truma aſcendit ad unum & centum, ut ex fundamento ejus expoſuimus, non autem ad nonaginta & unam; & propterea non imponet nomen Trumæ de decimis Tébhel hoc in caſu, ne perdat decimas, & iterum fiat mixtura, eodemque ſenſu exponitur, quando dicit, *nonaginta partes Tébhel & octoginta decimæ*, nam ſi nobis imaginamur Trumam de decimis iſtius Tébhel quod mixtum eſt cum octoginta decimis, illæ decimæ iterum fiunt mixtura cum Truma de decimis. Et quod dicit, כל זמן שהטבל מרובה *quoties partes Tébhel fuerint plures*, ejus ſenſus eſt, ſi ſint plures quam decimæ; at ſi decimæ plures ſint quam partes Tébhel, declarat Gemara, quod ſeparabit Tébhel & ſanctitatem de Truma de decimis quæ debebantur pro Tébhel & pro illis decimis, dabitque duas illas Trumas ſacerdoti, nempe Trumam de decimis & Trumam de Tébhel, unde fiet ut Tébhel amittat duas partes pro duabus Trumis. Et hoc modo non occurret ulla in hac Miſchna difficultas quæ non ſublata eſt, & propterea bene attendendum eſt ad ea quæ hìc collegimus.

GUISIUS. 1 *Rei illibatæ.*] Non ſimpliciter; ſed ex qua primitiæ decimarum nondum delibatæ. Si fruges ita illibatæ & aliæ profanæ æquali quantitate permiſceantur, in ſeparatione volunt centeſimam partem profanarum ad illibatas accedere. Ita enim primitiæ decimarum, quæ centeſima pars eſt frugum una cum reliquis nonaginta novem inciderint in centum partes rei profanæ. Sed ſi centeſima pars primitiarum in centum partes rei profanæ incidat, deſumta ſimpliciter parte totius centeſima prima, reliquæ profanæ manent. Atque hoc eſt, quod dicitur, התרומה עולה באחד ומאה *Primitiæ emergunt de centenis & altera*, Terum IV. 7. phraſi auribus noſtris ſatis inſolenti. 2 *Altera.*] Quæ pro decimis habeantur juxta Maimonidem: pro re illibata juxta Bertinorium.

ח מי שהיו לו עשר שורות של עשר עשר כדי יין ואמר שורה החיצונה אחת מעשר ואין ידוע אי זו היא נוטל בי הביות לוכסן חצי שורה החיצונה אחת מעשר ואין ידוע אי זו היא נוטל די חביות מדי זויות שורה אי מעשר ואין ידוע אי זו היא נוטל שורה אחת לוכסן חצי שורה אי מעשר ואין ידוע אי זו היא נוטל בי שורות לוכסן חבית אי מעשר ואין ידוע אי זו היא נוטל מכל חבית וחבית: תם

8. Si is, cui deni ſuppetunt ordines, ſinguli denum cadorum vini, ita fatus eſt; *De extimo quodam ordine unus* 1 *decimæ eſto*; nec conſtat de quonam; ſumit 2 duos cados 3 diagonaliter oppoſitos. *De dimidio quodam ordine extimo unus decimæ eſto*; nec conſtet de quonam; ſumit quaternos ad quatuor angulos. *De ordine quodam unus decimæ eſto*; nec conſtet de quonam; ſumit ordinem unum diagonalem. *De dimidio quodam ordine unus decimæ eſto*; nec conſtet de quonam; ſumit ambos ordines diagonales. *Cadus unus decimæ eſto*; nec conſtet de quonam; ſumit de ſingulis cadis.

R. OB. DE BARTENORA.

שהיו לו עשר שורות של עשר עשר כדי יין *cui fuerint decem lineæ decem cantharorum*, ſupple in terra ordinatorum, qui ita conſtituti ſunt ut juxta quamcunque lineam numeres, tam ab oriente ad occidentem quam à ſeptentrione ad meridiem, invenias decem ordines quorum decem ſunt canthari in unaquaque linea, ut ſint centum canthari.

שורה החיצונה אחת מעשר *e linea exteriori unus decimæ*, unum cantharum de linea exteriori conſtituo in decimas pro aliis cantharis quos teneo. ואין ידוע אי זו *& neſciens qualis eſt linea*, quænam exterior ſit, quia quatuor ſunt lineæ exteriores pro quatuor partibus.

נוטל שתי חביות לוכסן *capiens duos cantharos obliquos*, unum in angulo meridionali orientali, & alterum in angulo occidentali ſeptentrionali, ſingulus enim cantharus angularis extendit ſe ad duo latera, & implebit ex duobus cantharis unum, qui erit pro decimis. חצי שורה החיצונה אחת מעשר *e medio lineæ exterioris unus decimæ*, ſi dixerit, unus cantharus de linea exteriori conſtituitur in decimas pro aliis cantharis quos teneo; *neſciens de quanam linea exteriori*, quia quatuor ſunt lineæ exteriores.

נוטל ארבע חביות מארבע זויות *capiet quatuor cantharos ex quatuor angulis*, quia in unoquoque angulo ſunt duo dimidia dictarum linearum exteriorum quæ junguntur cum angulo, & implebit unum cantharum ex quatuor ut ſit pro decimis. שורה אחת מעשר *linea una decimæ*, ſi dixerit, unus cantharus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primus caſus eſt, quando dicit, שורה החיצונה אחת מעשר *ex linea prima unum decimæ*, ſenſus eſt, quod unum conſtituit cantharum pro decimis, qui cantharus eſt in linea exteriori, & lineæ exteriores ſunt quatuor, capiet duos cantharos obliquos è duabus extremitatibus, quia unuſquiſque cantharus jungitur cum duabus lineis, & implebit ex duobus cantharis unum, qui erit pro decimis; ſi vero dicat, unus cantharus de medio lineæ exterioris ſit pro decimis, capiet quatuor cantharos ex quatuor extremitatibus ſive angulis, quia unuſquiſque jungitur cum duobus dimidiis duarum linearum exteriorum, & implebit ex iis unum cantharum; ſi vero dicat, unus cantharus de una linea erit pro decimis, at non exprimat lineam, capiet decem cantharos obliquos, unde fiet ut unum capiat cantharum de unaquaque linea, & implebit unum cantharum ex illis omnibus; & ſi dicat, unus cantharus de medio unius lineæ ſit pro decimis, & non exprimat de quonam medio lineæ, capiet viginti cantharos, decem obliquos ex uno latere, & decem obliquos ex altero latere, undè fiet, ut capiat unum cantharum de unoquoque medio lineæ, & poſtea de omnibus ſeparabit plenitudinem canthari. Et ſi quis dicat, quomodo ſeparare poſſumus unum cantharum pro decimis cantum cantharorum, nonne decima eorum pars conficit decem cantharos? reſpondemus quod has decimas non conſtituit pro iſtis cantharis; eſt ergo ut depingam tibi de hac re figuram, ut illa fiat manifeſta in oculis ſpectatoris, ponamque figuram

rus de una linea decem linearum constituitur pro decimis, nesciens in qua versatur linea.

נוטל שורה אחת לוכסן *capiet unam lineam obliquam*, sensus est, capiet decem cantharos ex una linea, nempe, ab angulo meridionali orientali ad angulum occidentalem septentrionalem, & implebit ex decem cantharis unum, pro decimis. Sed quare capiat transversim, non capiens per lineam rectam ab oriente ad occidentem, aut à septentrione ad meridiem? responsio est, quia si capit transversim, tam si numeret omnes lineas ab oriente ad occidentem quam à septentrione ad meridiem; invenies eum capere unum cantharum de unaquaque linea; quod non ita fit si capiat per lineam rectam ab oriente ad occidentem, aut à septentrione ad meridem.

quadratam per quam designantur canthari; in casu igitur primo capiet duos cantharos, supra primum scripta est litera Aleph, & supra secundum litera Beth, supra tertium Gimel, & supra quartum Daleth. In casu autem tertio capiet decem cantharos per lineam transversam ab Aleph ad Beth. Sed in casu quarto capiet viginti cantharos per lineam transversam ab Aleph ad Beth, & à Gimel usque ad Daleth.

GUISIUS. 1 *Decimæ esto.*] Non pro centenis istis; sed pro vino alio alibi. 2 *Duos cados.*] Ut ex illis decimas prædictas desumat. Illi enim singuli ex æquo pertinent ad binos ordines exteriores. 3 *Diagonaliter.*] לוכסן λοξόν. i. e. λοξῶς ἀντικειμένως.

Finis Tractatus De Re Dubia.

מסכת כלאים

Tractatus de Heterogeneis.

פרק א החטים והזונין אינן כלאים זה בזה השעורים ושבולת שועל הכוסמין והשיפון הפול והספיר הפורקדן והטופח ופול חלבן והשעועית אינם כלאים זה בזה :

Caput I. Triticum & 1 lolium non habentur 2 diversi generis inter se. Hordeum & 3 spica vulpis; 4 far adoreum & 5 siphon; 6 faba & pisum; cicercula & ervilia;. faba candida & smilax hortensis non habentur diversi generis inter se.

R. OB. DE BARTENORA.

אינם כלאים זה בזה: זיואן זונין Arabice dicuntur *non sunt heterogenea hoc cum illo*, quia, quando generationes ante diluvium corruperant vias suas, terra adulteravit etiam suos fructus, cum enim seminabant triticum produxit זונין, & propterea non censetur diversi generis à tritico, sed cum plurimis speciebus si misceatur, censetur nihilominus heterogeneum quid, neque conducit esui, attamen quia זונין ferunt ex uno in alium locum in esum columbarum, censentur heterogenea. השעורים ושבולת שועל *hordeum & hordeum, sylvestre*, omnes illæ species quæ in Mischna referuntur binæ, non sunt heterogeneæ inter se mixtæ, at una species de uno pari conjuncta cum specie alterius paris censetur heterogenea; & hoc est quod diximus in tractatu Menachot, quod spelta est species tritici, & siphon species hordei, id quod intelligitur in casu confectionis placentæ, ubi hæ species commiscentur ad efficiendam quantitatem placentæ quæ Challa dicitur; at in casu Kilaim habentur Kilaim. שבולת שועל est hordeum sylvestre, vernaculè *avena*. כוסמין est spelta, vernaculè *Spelta*. שיפון vernaculè *segala*, & quia spelta & siphon similia sunt, ideo non habentur heterogenea si commiscentur. (Cætera quæ habet Bartenora descripsit ex Maimonide, quem vide, & non opus erit hìc ea repetere.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זונין est species tritici quæ in terra mutatur quod ad figuram & naturam suam, & propterea vocatur זונין quia scortatur, recedens à via recta, uti Ezech. 6: 9. לבם הזונה *cor eorum adulterum*. שבולת שועל est hordeum sylvestre. כוסמין est species tritici sylvestris. שיפון est etiam una ex speciebus sylvestribus tritici, & figura duarum specierum similis est, nimirum Cusmin & Siphon, & propterea non censentur heterogenea si commiscentur. ספיר arabicè vocatur מאש. Sed הפורקדן arabice vocatur גלבאן, & vernacule ישש *Ises*. טופח notat grana alba rotunda & dura ad frangendum ea, & natura eorum proximè accedit ad naturam hordei, & à medicis vocatur קרטמן. השעועית arabicè vocatur לוביא. Et quod dicit אינם כלאים *non heterogenea sunt*, ejus sensus est unamquamque speciem commixtam cum alia simili non esse diversi generis.

GUISIUS.

1 *Lolium.*] הזונין. Ni obstaret lingua Arabica, in qua eadem vox occurrit زوان, crederem זונין inveterato mendo ita scribi pro זנין. Certe vix dubitandum censeo, quin ζιζάνια, vòx, quam non alibi quam apud Evangelistas, & inde apud Scriptores Ecclesiasticos temere reperias, hæc nostra sit.

2 *Diversi generis.*] Vocis כלאים veram originem, quæ Judæos plane latuit, primus aperuit Bochartus ex lingua Æthiopica, quæ mirum in modum cum Hebræa convenit. Æthiopice כלא *alium*, *diversum* sonat: atque ita olim Hebræis. Inde in duali numero כלאים *res duæ diversæ*, vel *diversi generis*; ut in illis שדך לא תזרע כלאים, *agrum tuum duobus diversi generis seminibus ne serito*; & similibus.

3 *Spica vulpis.*] Maimonides & ex eo R. Tanchum ponunt etiam Arabice סנבל אלתעלב *spicam vulpis*, quod tamen apud Herbarios Arabas non reperio. Ita etiam Talm. Bab. Pesac. 25. *a*. Menac. 70. *b*. Chaldaice שבולי תעלא. Ego שבולת שועל *spicam vulpis* pro panici quadam specie habeo, utpote quod spica referat caudam vulpis.

4 *Far adoreum.*] Illud esse כסמת plura suadent. Primo LXXII. Interpretes pro eo semper ponunt ζέα vel ὀλύρα, quæ utraque ejusdem generis Dioscoridi. Deinde R. Tanchum vult esse Arabicum עלס; sed ad علس Beitarides accommodat descriptionem zeæ Dioscoridis & Galeni: atque ita fere Ebn-al-Cabatius. Est autem ζέα vel ζεία Latinorum *far adoreum*, uti notum est ex Dionysii Halicarnassæi celebri loco, & ex Asclepiade apud Galenum. In Talmude Babylonico locis mox citatis, כסמת exponitur גולבא: quod quid sit, fateor me nescire. Cohen de Lara & hoc zeam interpretatur, asserens idem significare Arabicum גולב. Sed nec mihi notum vocabulum illud Arabicum. R. Salomonem secutus zeam interpretatur: idem enim hujus "אשפ״לטא *spelta*.

5 *Siphon.*] Tandem in eodem gemino Talmudis loco שיפון exponitur דישרא. Illud autem, uti etiam Syrorum [illegible], plane est Arabicum دوسر, quod etiam R. Tanchum pro שיפון ponit. Arabum دوسر, dictum etiam

SURENHUSIUS.

Sequitur hic tractatus כלאים *de Heterogeneis* eum qui insignitur nomine דמאי i. e. qui tractat de rebus de quibus dubium sintne ex iis desumtæ decimæ necne, eo quod in Lege Levit. 19. hoc ordine sequuntur, nam postquam versu 9. dictum esset לא הכלה פאת שדך לקצר ולקט קצירך לא תלקט addit versu 19. לא תרביע כלאים שדך לא תזרע כלאים ובגד כלאים שעטנז לא יעלה עליך Et tractatur in eo de illicita diversorum generum mixtura in agricultura, & vinearum cultu, in animalium admissura; ac in vestium apparatu, quemadmodum ex ipso tractatu pluribus ostendetur. Videatur quoque locus Deut. 22: 9, 10, 11. לא תזרע כרמך כלאים וגו׳ Præterea operæ pretium erit ut notentur ea quæ ad majorem hujus tractatus intelligentiam à Maimonide adferuntur in Jad Chasaka Hilchot Cilaim cap. 1. Nimirum, quod semina dividuntur in tria genera, quorum uuum vocatur תבואה *proventus*, & continet septem species, quales sunt שבולת שועל, שיפון: חטים, כוסמים, שעורים; alterum genus est quod vocatur קטניות *legumina*, quæ comeduntur etiam ab homine præter proventum, quales sunt כפיר, פרגל, שומשמין, אורז, דוחן, עדשים, פול, אפונים, & similes: tertium quod זרעונים vocatur, & continet semina ejusmodi quæ quidem ipsa homini non cedunt in cibum, sed fructus eorum cedunt homini in cibum, uti semen ceparum & allii, & semen חציר *graminis* & קצח *fœniculi*, rapæ, & similia; & semen lini, quod refertur inter semina hortensia. Quando igitur omnes hæ seminum species seminatæ fuerint, & progerminaverint, vocantur צמח *germen*, quamdiu nondum dignoscitur semen, דשא *herba*, & vocatur ירק *olus*. Et sunt nonnulla è seminibus hortensibus quibus agri seminari solent, ut semen lini, & sinapi, cujusmodi vocantur מיני זרעים *species seminum*. Et dantur etiam quædam è seminibus hortensibus, quæ non solent seminari nisi areolatim, uti sunt, תרדין, צנון, לפת, מרור, כרפס, כסבר, בצלים, quæ vocantur מיני ירקות *species olerum*. Præterea addit Maimon Halacha 4. & 5., quod nulla semina tenentur ad jus heterogeneorum præterquam ea quæ apta sunt ad edulia hominis. Verum semina amara, & similes radices quæ tantum medicinæ inserviunt, etiam non tenentur ad jus heterogeneorum; sed arborum heterogenea tenentur.

هو حشيشة يشبه ورقها ورق الحنطة لكنه ألين وله ثمرة لها حجابان او ثلثة وعليها شبه الشعر, fic nobis depingit celebris apud Arabas medicus Ebn Jazla, Quæ verba non alia indigent interpretatione, quam ut defcriptionem Ægilopis ex Diofcoride apponam, unde plane defumta funt. Αἰγίλωψ. βοτάνιον ἐστι φύλλα πυρῷ ἔχον ὅμοια, μαλακώτερα δὲ, ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς κεφαλῆς καρποὺς ἔχον β'. ἢ γ'. ἐρυθροὺς, ἐφ' ὧν ἀθέρες οἱονεὶ τρίχες ἐκπεφύκασι. Ubi tamen Ebn Jazla pro β'. ἢ γ'. ἐρυθροὺς legiffe videtur ἐν β'. ἢ γ'. ἐλύτροις. Ita enim fonant verba وله ثمرة لها حجابان او ثلثة , *fructum habens, cui bina vel terna involucra*, vel *tegumenta*. Ita etiam Beitarides, (qui & ipfe in دوسر Diofcoridis eundem locum defcribit, præmiffa etiam voce العنلص , mendofiffime proculdubio, ut in his fieri amat, pro العيلبص αἰγίλωψ) وفي طرفه ثمرة في غلافين او ثلثة i. e. ἐπ' ἄκρας δὲ τῆς κεφαλῆς καρποὺς ἐν β'. ἢ γ'. ἐλύτροις. Non de nihilo ergo eft, quod in nothis Diofcoridis, (fi modo omnia ifta notha, quæ Saraceno ita vifa,) fic legitur de ægilope; οἱ δὲ, σιτόσπελος, οἱ δὲ, σίφων, οἱ δὲ βρῶμος, Ῥωμαῖοι ἀβένα. Et mox in bromo, οἱ δὲ, σιφώνιον, οἱ δὲ, ἀκρόσπελος, Ῥωμαῖοι ἀβέναμ. Sed ut verum fatear, ægilops Diofcoridis non videtur inter frumentacea numerandus, utpote quarto demum libro defcriptus, quum frumenta omnia fecundo complexus effet. At vero *Siphon* plane frumentis contribuitur à Judæis; ex quo etiam panis azymus Pafchalis fieri poteft Pefac. II. 5. & ex cujus maffa fecium delibandum, Challa I. 1. Menac. X 7. 6 *Faba &c.*] Sex leguminum nominibus, quæ hic habentur, refpondent fex illa ex tabella, vel pariete Hillelis Ellemi filii defumta, quæ non fatis fana extant in Talmude Hierofolymitano. פילה פושנה גילבונה מילותה ספרוונה פסילתה. R. Nathan locum hunc fic profert. פול i. e. פילא ספיר פישונא פורקן גילבונא ובטירה ציצירקלי" גולבאן טופח מיליתא פול הלבן כפרווה שעועית פסילתא פול. *eft* פילא, àn forfan Ægyptium ⲠⲒⲪⲈⲖⲒ, vel ⲠⲒⲂⲀⲖⲒ? i. e. *faba*; ספיר πίσον, *pifum*; פרקן *cicercula*, *nam cicercula Arabice* جلبان *dicitur*; טופח *eft* מיליתא, quod quid fit nefcio, nifi forfan forma Chaldaica ponatur pro מילינתא i. e. μελίνη, *panicum*; פול הלבן *faba candida* eft ספרווה, vel כפרוונה, forfan ὄσπρεον; שעועית *phafelus*. Hæc ille, accommodans fenas fpecies ex tabella R. Hillelis fenis iftis in Mifna memoratis. Subjungit tamen & aliam interpretationem non parum diverfam; ut פול Italice dicatur *fava*; כפיר *cicercola*, *fpecies utique nigra*, & veterum *cicera*; פרקן *pifo*, *fpecies alba*; טופח, "נרבולו, quæ vox corrupta videtur, & poni fufpicor pro Italica *roviglia*, quæ veterum *ervilia*; פול לבן *fava blanca*; שעועית *vezza*. In tanta horum nominum incertitudine veniam forfan merebitur, qui conjecturæ verofimili fidit; quæ tamen nec facile in omnibus occurret. Quod כפיר pifum fit, id mihi argumento eft, quod, præter authoritatem Talmudis Hierofolymitani, & Hillelianæ tabellæ, ubi dubitandum non eft, quin פישנא πίσον fit, Maimonides etiam, & ex eo R. Tanchum pro eo ponat מאש. Jam vero Arabum Perfarumque ماش, fi non verum pifum fit, faltem fimillimum eft, atque id quidem eo ufque ut Hifpaniæ incolæ, adeoque Maimonides Cordubenfis, pro vero pifo habuerint. Utrique horum fides ex infigni Serapionis loco. الماش هو حب صغير كالكرسنة الكبيرة اخضر اللون براق له عين كعين اللوبيا مكحل ببياض وشجرته كشجرة اللوبيا وهو في غلاف كغلفها ويتخذ في البساتين فيوكل كما توكل القطاني وهو طيب الطعم واصله من اليمن ويسمونه الاقطن واهل الاندلس يغلطون فيه فيجعلونه الجلبان i. e. ماش *granum minutum eft inftar majoris ervi, viride, fplendicans, colore fmilacem referens, albedine refperfum; caulem habet, qualem fmilax, & filiqua, qualem illa habet, tegitur: hortenfis eft, efturque ut legumina; grati faporis. Natalem debet Arabiæ felici, ubi dicitur* اقطن aktan. *Hifpani de eo hallucinantur, dum pro pifo habent.* Huc accedit quod Ebn Jazla de ماش afferit وجوهره قريب من الباقلي واقل نفخا منه وافضل اوقات استعماله الصيف *fubftantiam ejus proxime accedere ad fabæ naturam, fed minus effe flatulentam, & præcipue ufurpari in æftate.* Eadem fere, & iifdem pene verbis Avicenna, quæ manifefto defumta ex defcriptione τῶν πισῶν *piforum* Galeni, qui in primo de alimentorum facultatibus de pifis fic loquitur; πλησίον τι, κατὰ τὴν ὅλην οὐσίαν ἔχουσι κυάμοις, ἐσθιόμενοί τε κατὰ τοὺς αὐτοὺς, ἐν δυοῖν τοῖν δὲ παραλλάττουσιν, ὅτι τε φυσώδεις ὁμοίως οὐκ εἰσὶ τοῖς κυάμοις, &c. Quod in Galeno eft ἐσθιόμενοί τε κατὰ τοὺς αὐτοὺς τρόπους αὐτοῖς, mireris forfan tam abfone expreffum ab Avicenna & Ebn Jazla, *& precipue ufurpari in æftate*; fed quicunque Galeni opus Arabice vertit, unde hæc illi, legebat κατὰ τὰς αὐτὰς τροπὰς, i.e. *eorundem folftitiorum tempore*, æftivorum utique. Beitarides autem, qui & ipfe hanc Galeni defcriptionem τῶν πισῶν Arabico ماش accommodat, hanc partem ut fibi minus intellectam omifit. Atque hæc quidem hactenus. Sequitur פרקן, quod R. Nathanem fecutus *cicerculam* verto, quanquam Italorum *cicercola* videtur effe veterum *cicera*. Benjamin Mufaphias ad hanc vocem notat ארקן Græce denotare leguminis genus rotundum, ervo minus. *Arachidnam* Theophrafti & Plinii intelligere videtur; quod præfixo Æolico digamma eft Ϝαραχίδνα. Sed ἐπέχω. De טופח fupra dixi, nec quicquam habeo quod addam. שעועית pro fmilace hortenfi habeo, tum quod eo facit tabellæ Hillelianæ פסילתא *phafelus*, & Maimonidis אלוביה, (quæ vox ex Græco λοβὸς vel λόβιον, uti & ipfa Græca apud recentiores, huic generi τῶν ἐλλόβων præ cæteris tribuitur, quia folum cum folliculis manducatur, ut jam olim animadverterat Ætius;) tum quia vel maxime congruit nominis notatio, ut fmilax hortenfis, quæ infigni lævore conftat, שעועית à lævore diceretur.

ב הקשות והמלפפון אינם כלאים זה בזה ר׳ יהודה אומר כלאים חזרת וחזרת גלים עולשין ועולשי שדה כרישין וכרישי שדה כוסבר וכוסבר שדה חרדל וחרדל מצרי ודלעת המצרי והרמוצה ופול מצרי והחרוב אינם כלאים זה בזה:

2. Cucumis & melopepo non habentur diverfi generis inter fe. R. Juda diverfi generis effe afferit. Lactuca & lactuca montana; intybum & intybum agrefte; porrum & porrum agrefte; coriandrum & coriandrum agrefte; finapi & finapi Ægyptium; cucurbita Ægyptia & 1 fubcineritia; faba Ægyptia & filiqua non habentur diverfi generis inter fe.

R. OB. DE BARTENORA.

קישות: sunt cucumeres qui Arabicè vocantur פאקוס, & Germanicè kunkummers brot. מלפפון melopepones, Arabicè כיאר. R. Jehuda dicit כלאים heterogenea, at non deciditur uti vult R. Jehuda. כוסבר coriandrum, eodem nomine vocantur Arabicè, & Targum Jerusolymitanum זרע גר exponit per כוסבר רמוצה est cucurbita amara quam adurunt cinere calido, in quo reperiuntur scintillæ ignis, qui cinis calidus vocatur רמץ, & propterea hæc cucurbita cognominatur רמוצה. החרוב est quædam leguminis species quæ vocatur חרוב eo quod folliculi ejus in quo semen continetur sunt tenues, & depressi, ut חרובין siliquæ, & est quoque species fabarum Ægyptiacarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קשות sunt cucumeres virides, & Arabicè vocantur אלפקוס. המלפפון melopepones, sunt cucumeres albi, & arabicè vocantur כיאר. חזרת וחזרת גלים lactuca & lactuca agrestis, supple hortensem; sic etiam ad primam vocem עולשין supple hortensem, & sic de cæteris. חרדל וחרדל מצרי sinapis & sinapis Ægyptiaca, ad primam vocem supple urbanam & Ægyptiacam. דלעת המצרית cucurbita Ægyptiaca, hæc satis nota est. הרמוצה adjectivum est cucurbitæ; ac si dicas cucurbita Remuza, estque species cucurbitarum, cujus sapor est amarus, & non apta ut comedatur priusquam cinere fuerit tecta, & cinis ille calidus in quo reperiuntur reliquiæ ignis eam adurit ut comedatur, ideo דלעת רמוצה. Quod ulterius dicit החרוב id non vult dicere hìc חרובין, cujusmodi in aliis locis indicatur, sed est species fabæ Ægyptiacæ quæ vocatur חרוב, & eo sensu exponit Gemara; & decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS. 1 *Subcineritia.*] Cucurbitæ amaræ genus, quæ esui inepta, nisi prius sub cineribus vel favillis condita mitescat.

ג הלפת והנפוץ והכרוב והתרובתור התרדים והלעונים אינם כלאים זה בזה הוסיף ר"ע השום והשומני הבצל והבצלצול והתורמוס והפלסלוס אינן כלאים זה בזה :

3. Rapum & napus; brassica & 1 brassica agrestis; blitum & atriplex non habentur diversi generis inter se. R. Akiba addit; allium & ulpicum; cæpam & cæpulam; lupinum & phaselum non haberi diversi generis inter se.

R. OB. DE BARTENORA.

נפוץ est species raphani, cujus folia sunt similia foliis rapæ, & propterea non sunt heterogenea. תרובתור est species brassicæ cujus trunci sunt valdè exigui. תרדין Arabicè vocantur סילקא, & vernacule balite. שומניה est allium sylvestre, estque paulo minus quam allium hortense. בצלצול est cepa sylvestris, estque paulo minor aliis cepis, ideo appellatur voce diminutiva. פלוסלוס est species lupini, sive תורמוס, quæ est species leguminis nota, & admodum amara, quam septies elixant, & comedunt eam in bellaria.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נפוץ *raphanus* qui crescit in terra Israelis & similis rapæ. תרובתור est brassica sylvestris cujus trunci sunt tenues, & sic exponitur in Gemara. תרדין Arabicè vocantur barbarè *Armolas* קטף שומנית est allium sylvestre caput habens instar crassi corporis, & partes ejus non conjunguntur ut aliud quidem porrum; medici quoque eo utuntur in quibusdam medicamentis. בצלצל est cepa sylvestris, & potest etiam esse nomen cepæ parvæ sensu dimnutivo. תורמוס eodem nomine vocatur Arabicè, & vernacule Paysol. פלוסלוס est lupinum sylvestre; decisio non est juxta R. Akiba.

GUISIUS. 1 *Brassica agrestis.*] Ita Maimonides תרובתור exponit כרנב ברי דקיק אלאנצאן, *brassica agrestis tenui folio*, Gemaram Hierosolymitanam secutus. R. Nathan Arabice exponit ארקנביט; sed legendum אלקנביט. Arabibus siquidem العنبيط est *brassica Pompejana*. Videndum tamen annon vox hæc commune aliquid habeat cum Afrorum θοεπαθ, quomodo raphanum appellant, ut est in nothis Dioscoridis. Iidem raphanum agrestem θοεφαθσαδολ vocant; fortean תורבת שדה. Ita תרובתור factum videtur ex תורבת טור, quod ita sonaret *raphanus montanus*.

ד ובאילן האגסים והקרוסתומלין והפרישים והעוזרדים אינם כלאים זה בזה התפוח והחוזרד האפרסקיי והשקדין והשיזפין והרימין אע"פי שדומין זה לזה כלאים זה בזה :

4. In arboribus pyri & 1 crustuminæ; 2 mali cydoniæ & sorbi non habentur diversi generis inter se. Mali & 3 mespili; mali Persicæ & amygdalæ; zizyphi & connari, utcunque simillimæ sint, sunt tamen diversi generis inter se.

R. OB. DE BARTENORA.

קרוסטומלין est species pyrorum minorum similis gallæ, & מילין vocatur alio nomine. פרישים sunt mala cotonia, Arabicè ספרגל. עוזרדים Arabicè עזרור & vernacule sorbas. חוזר est malum sylvestre, paraphrasis Chaldaica כפתור exponit per חיזור. שיזפין sunt genera olivarum quæ inseruntur malis punicis. רימין in libro Aruch exponitur vernacule pulsaraqui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אגסים in lingua Arabica vocant אנוץ, & plebs ea vocat ברקוק, & vernacule moriegas & enparsigas. קרוסתומלין in lingua Arabica כמתרי, at plebs vocat יאגאץ & vernacule peras. פרישין est idem quod חבושים mala cotonia, & vernaculè codones. עוזרדין aliter vocatur עזרור, & vernaculè sorbas. חוזר aliter dicitur אלעזרן. פורסקין Arabicè אלפוך, & vernaculè persegos. שקדים arabicè אללוז, & vernacule amidlas, persica poma vero quando in principio prodeunt similia sunt malis punicis, at quando circa finem ad adultam pervenere maturitatem, arabicè vocantur ענאב. רימין aliter vocantur אלנבק, id quod jam exposuimus. Dicitur in Gemara, dari species istiusmodi malorum quæ producunt fructus, & dari species quæ producunt folia, hoc sensu, sive proferant fructus, sive folia, non habentur heterogenea.

GUISIUS. 1 *Crustuminæ.*] Inde enim deformatum credo קרוסתמלין; nisi quis malit *Chrysomela*. Sed in Tosaphta in singulari legitur קרוסתמין. 2 *Mali cydoniæ.*] Talm. Hieros. אמר פרישים אר" גונה אספרלגין mendose. Rectius R. Nathan פרישין רבי יוסי אספרגלין. i.e. R. *Joses*, *vel Jonas*, פרישין *exponit* אספרגלין. Hinc Buxtorfius in Talmude Hierosolymitano פרישין pro *asparago* poni asserit. Sed hallucinatur gravissime: nam אספרגל non est *asparagus*, sed Arabicum سفرجل *malus cydonia*. 3 *Mespili.*] Maimonides חוזר Arabice exponit אלעזוראן. Est autem عزرون Ebn Jazlæ & Beitaridi زعرور τῆς sive mespili species.

ה הצנון והנפוץ. החרדל והלפסן ודלעת יונית עם המצרית והרמוצה אע״פי שדומין זה לזה כלאים זה בזה :

5. Raphanus & napus; ſinapi & lapſana; cucurbita Græca cum Ægyptia & ſubcineritia, utcuncunque ſimillima ſint inter ſe, ſunt tamen diverſi generis ab invicem.

R. OB. DE BARTENORA.

הצנון והנפוץ *raphanus & napus*, etſi fructus & folia utriuſque ſimilia ſint, nihilominus heterogenea ſunt, quia ſapor eſt diſſimilis, ideo attenderunt Sapientes ſaporem fructus tantum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפסן *marrubium*, eſt planta cujus ſapor ferè eſt ut ſapor raphani, excreſcens ſupra terram, uſque ad quantitatem unius cubiti, & à medicis vocatur לפסין. Et quod dicit *cum Ægyptiaca*, ſcias deficere nomen adjectivum, ſupple ergo, cucurbita Ægyptiaca; & cucurbita Remuſa.

ו הזאב והכלב כלב הכופרי והשועל העזים והצבאים היעלים והרחלים הסוס והפרד הפרד והחמור החמור והערוד אע״פי שדומין זה לזה כלאים זה בזה :

6. Lupus & canis; canis Cyprius & vulpis; capræ & capreæ; ibices & oves; equus & mulus; mulus & aſinus; aſinus & onager, quantumvis ſimillimi ſint inter ſe, ſunt tamen diverſi generis ab invicem.

R. OB. DE BARTENORA.

כלב הכופרי : *canis villaticus*, eſt canis quem villici alunt, ſtatura parvus, ut ſimilis ſit vulpi. יעלים eſt ſpecies animalium ſylveſtrium, Chaldaice יעלא eſt אקו.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

כלב הכופרי *canis villaticus*, eſt canis venaticus, aſſuetus in villis. יעלים *rupicapræ*, arabicè אלמעול. פרד *mulus* arabicè אלבגאל. ערוד eſt *aſinus montanus*.

ז אין מביאין אילן באילן ירק בירק ולא אילן בירק ולא ירק באילן· רבי יהודה מתיר ירק באילן :

7. Non 1 ſuperinducunt arborem arbori, nec olus oleri, nec arborem oleri, nec olus arbori. R. Juda permittit olus in arborem ſuperinducere.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מביאין אילן באילן : *non conjungunt arborem cum arbore*, non componunt arborem cibariam cum arbore cibaria alterius ſpeciei; aut arborem fructiferam cum arbore cibaria, ſed arborem infructiſeram cum alia arbore infructifera, quia, cum neutra fert fructus, cenſentur unius ſpeciei, permiſſum eſt. ירק בירק *olus cum olere*, etſi diverſæ ſpeciei. *R. Jehuda permittit arborem cum arbore*, at non deciditur juxta ſententiam ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non conjungunt arborem cum arbore, quando ſunt diverſarum ſpecierum, *& ſic ſe res quoque habet cum oleribus; at deciſio non eſt juxta R. Jehuda.*

GUISIUS. 1 *Superinducunt.*] Rabbinorum commentariis idem eſt הביא & הרכיב, utrumque *inſerere*. Sed, ni fallor, latius multo patet הביא, quod dicitur ubi nulla eſt inſitio, & inſitionem etiam complectitur. Vide infra VII. 1.

ח אין נוטעין ירקות בתוך סדן של שקמה אין מרכיבין פיגם על גבי קדרה לבנה מפני שהוא ירק באילן אין נוטעין יחור של תאנה לתוך החצוב שיהא מקירו אין תוחבין זכורה של גפן לתוך האבטיח שתהא זורקת מימיה לתוכו מפני שהוא אילן בירק אין נותנין זרע דלעת לתוך החלמית שתהא משמרתו מפני שהוא ירק בירק :

8. Non depangunt olera in ſtipitem ſycomori; nec inſerunt rutam 1 caſiæ albæ: quia illud eſt, olus arbori. Non depangunt ſurculum ficulneum in 2 hederam ut ei refrigerio ſit; neque ſarmentum viteum meloni infigunt, ut ei ſuccum ſuum impertiat: quia illud eſt, arborem oleri. Non immittunt ſemen cucurbitæ in 3 althæam, ut diutius eam ſervet, quia hoc eſt olus oleri.

R. OB. DE BARTENORA.

שקמה eſt ficus in ſylvis creſcens. סדן של שקמה *truncus Schikmæ*, qui relinquitur in terra poſt amputationem ramorum, & tum vocatur סדן, & non plantant olus inter iſtiuſmodi truncum, quia eſt olus cum arbore. מקירו eſt idem quod קור *frigus*, quia frigus efficit ut ficus frigeſiat, quæ cæteroquin admodum calida eſt. Alia expoſitio, ut umbram pariat קר per modum umbræ, ac ſi dicat קורה *trabs*.

שתהא זורקת מימיה לתוכו *ut aquæ eorum aſpergant eum*, quia melo humidus eſt & plenus aquis. חלמית in lingua arabica dicitur כובזא, & barbarè *malva*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פיגם arabicè vocatur סדאב, & vernacule ruda. קדרה eſt ſpecies arboris optimi odoris, Chaldaicè קסיעתא, & P. 45:9. dicitur מר ואהלות קציעות.

סדן של שקמה eſt ſubſtantia arboris proferentis ficus ſylveſtres, de qua diximus in Demai. חצוב eſt planta quæ agit radices deſcendentes in profundum terræ per lineam rectam, non inclinantes in hanc aut illam partem, & juxta eas Joſua diviſit tribuum partes, & propterea vocatur חצוב à חצב *diviſit*.

שיהא מקירו *ut frigeſcat*, ut temperamentum ejus, quod calidum eſt fiat frigidum. אבטיח arabicè. Albatich אלבטיך. חלמית eſt ſpecies oleris, cujus vera explicatio non conſtat, at eſt qui dicit eſſe herbam quam vocant *Catmia* arabicè, at barbarè dicitur *malva*.

GUISIUS. 1 *Caſiæ albæ.*] Ita volunt קדרה *caſiam* eſſe, quanquam & ipſa vox קציעה legatur in Pſalmis. Dioſcoridi etiam, ſi locus mendo caret, una caſiæ ſpecies dicitur κιτλώ, quod à קדרה non multum alienum. Pro μωλώ, vel μολώ Galeni & Arriani poni volunt nonnulli; ſed Beitarides etiam ex Dioſcoride legit قطو. Ebn Jazla, quod ad rem noſtram

propius

propius spectat, unam سليخة *casiæ* speciem memorat, quæ يشبه طعم السذاب, *rutæ saporem referat*. Atque hæc eadem Authori Malayesæ dicitur سذابية, *κάσια πηγανώδης*. 2 *Hederam.*] Plantæ חצוב frequentissima habetur mentio in vetustioribus Judæorum libris. Ea tribuum limites Josuam descripsisse tradunt. Eandem in arcam Noachum invexisse volunt, ut capreis pabulum esset. Ut cætera omittam. Nesciunt tamen recentiores quid sit; ut vel inde constat, quod *hederam* exponunt, & simul plantam esse volunt, quæ recta & alta radice deorsum tendit, in neutram partem inclinans, quæque ideo in limitum designatione usurpata effossa postea indicio esset, si quis limites movisset. Nam descriptio ista hederæ convenire nullo modo potest, utpote quæ radices nec recte nec alte agit. Præterea hedera alibi in Misna Græco vocabulo קסוס appellatur. Alibi invenias חצב; ut Abo. za. I. 5. quod huc trahere conantur nonnulli, sed frustra. Id enim dactyli species est, חצוב oleris. *Hederam* retinui, quia quid potius ponerem non facile succurrit. Forsan autem Judæi non tam veram hederam intelligebant, quam convolvuli speciem, quam Hispani *Yedra campana* vocitant; nimirum quia foliis & reptatu hederam æmulatur; florem autem fert campanæ, vel nolæ similem. Judæi eandem plantam חצוב dixerint propter floris formam urceolarem, nam חצב *urceus*. Ne autem mira videatur fici in olus insitio, en tibi testimonium insigne ex Martio Palladii. *Aliqui multum prodesse confirmant, si plantam fici diviso squillæ bulbo interfitam, strictamque vinculis collocemus.* 3 *Althæam.*] Quid sit חלמית nescire se fatetur Maimonides. In codice tamen MS. quo utor, ad marginem recentiori manu notatur, וקיל אנה אלכטמיה, *dicitur autem esse althæam*. Hoc sequitur R. Tanchum, & Interpres Hebræus. Bertinorius Arabice כובזא i. e. خبازي interpretatur, quod est *malva*. Hinc Musaphias, & Cohen de Lara per metathesin ita dici existimant pro מלחית *μαλάχη*. Quæri tamen potest annon חלמית planta sit, quam Arabes etiam حلمة vocant, & quæ Asinæo authore, eadem dicitur يمنة. Interim quod hic legitur de cucurbitæ semine plantæ חלמית inserendo, quo fructus ejus diutius percipiatur, egregiam plane lucem accipit ab Ægyptiæ gentis authore, Dolo Mendesio, qui apud Columellam XI. 3. Edit. Paris. 402. quo fructus cucumeris etiam hieme persistat, *præcipit aprico, & stercoroso loco alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere, deinde eas confecto æquinoctio paulum infra terram secare, & ligneo stylo laxatis vel rubi, vel ferulæ medullis stercus immittere, atque ita semina cucumeris inserere, quæ scilicet incremento suo coeant rubis & ferulis. Nam ita non sua, sed quasi materna radice aluntur: sicque insitam stirpem frigoribus quoque cucumeris præbere fructum.*

ט הטומן לפת וצנונות תחת הגפן אם היו מקצת העלין מגולין אינו חושש לא משום כלאים ולא משום שביעית ולא משום מעשרות וניטלין בשבת הזורע חטה ושעורה כאחת הרי זה כלאים ר״י אומר אינו כלאים עד שיהו שתי חטים ושעורה או חטה ושתי שעורים או חטה ושעורה וכוסמת:

9. 1 Qui abdit rapa vel raphanos sub vite, 2 si extent extrema folia, ne sollicitus esto de miscellis, anno septimo, & decimis; die Sabbati etiam auferri possunt. Si quis granum triticeum & hordeacum una serat, hæc sunt miscella. R. Juda miscella esse negat, nisi cum duobus granis tritici sit unum hordeaceum, vel cum uno triticeo duo hordeacea, vel triticeum, hordeaceum, & adoreum una.

R. OB. DE BARTENORA.

הטומן לפת וצנונות *qui absconderit rapam & raphanum*, ut asserventur in terra, non vero eo fine ut plantentur, unde tibi constet non esse illic depositos ut radices agant, ut, si quis absconderit fasciculos raparum & raphanorum simul. אם היו מקצת העלין מגולין *si fuerit pars foliorum retecta*, capiat eam partem propter sabbatum, nam si omnia folia fuerint tecta, non poterit capere eam partem, nisi dispergat pulverem manu.

ולא משום כלאים ולא משום שביעית *neque de heterogeneis, neque de septimo*, neque de semine heterogeneo, neque de semine anni septimi; aut etiam, etiamsi addiderit multa semina, permissum nihilominus est de heterogeneis, quia non est ordo nec modus seminandi; si autem fuerint semina anni sexti intrantia septimum, & produxerint stirpes eo modo quo solent multiplicari cucurbitæ evulsæ, non obtinet prohibitio de stirpibus anno septimo excrescentibus.

ולא משום מעשרות *neque de decimis*, non tenetur decimare rapas si eas eradicaverit quas abscondidit, quia Levit. 27:30. וכל מעשר הארץ מזרע הארץ, hoc autem semen non est semen in terra seminatum. וניטלים בשבת *& dimoventur in sabbato*, quia censentur eradicatæ, capiens earum folia contecta, & educens eas etiamsi pulvis moveatur è loco suo, nihilominus illa lateris commotio in causa necessitatis & in re licita, si non tangit rem illicitam, permissa est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משום כלאים *de heterogeneis*, ut dicitur Levit. 19:19. שדך לא תזרע כלאים. Dicit porro. ומשום שביעית *neque de septimo*, uti dicit Levit. 25:4. שדך לא תזרע nimirum anno septimo. ולא משום המעשרות *neque de decimis*, quia non obligatus de decimis quando eas scil. arbores extirpat, quia Levit. 27:30. dicit, וכל מעשר הארץ מזרע הארץ, at hoc semen non crescit in terra.

וניטלים בשבת *& dimoventur in sabbato*, quia non sunt terræ annexæ rapæ, etiamsi commoveatur pulvis, quando extirpantur, quia pro fundamento tenemus tali in casu, quod commotio lateris non sit habenda commotio. R. Jehuda vero putat necessarium esse seminare duo grana ejusdem speciei cum uno alius speciei, aut cum tertia specie, & tum eum esse reum flagellationis de hoc semine vi Legis, quod probare conatur ex eo quod dicitur de heterogeneis vineæ, Deut. 22:9. לא תזרע כרמך כלאים. At dantur heterogenea præter vineam, sic etiam in seminibus necessario dantur heterogenea sine materia cum qua seminata sunt heterogenea, at decisio non pronunciatur juxta R. Jehuda; & in heterogeneis vinearum jus resolvitur, quod non obligatus est nisi donec triticum, hordeum, & granum uvæ uno manus jactu severit, quo facto erit flagellationis reus.

שני חטין ושעורה *duo grana tritici, & unum hordei*, rationem adfert R. Jehuda, quia Scriptura dicit, *campum tuum non conseres heterogeneis*, & putat terram sine semine non vocari שדה; sic etiam quando dicitur, *non conseres vineam tuam heterogeneis*, sensus est, non seminabis heterogenea ut sint duæ species in vinea tua; at non condemnatur propter heterogenea vinearum, nisi donec seminaverit triticum, hordeum, & granum uvæ uno manus jactu; at decisio non est juxta R. Jehuda, quia terra, etsi non seminata, vocatur שדה; at non vocatur כרם sine grano uvæ, propterea is qui seminaverit triticum & hordeum una, condemnatus est de heterogeneis seminum; at non est condemnatus de heterogeneis vineæ nisi donec seminaverit triticum, hordeum, & granum uvæ uno manus jactu.

GUISIUS. 1 *Qui abdit.*] Defodiens ut diutius servet. Hoc à satione alienum. Defodi adeo possunt miscella, & anno septimo quo omnis satio interdicta; & ita defossa à decimis, quæ de satis solvenda, immunia. 2 *Si extent.*] Si extent extrema folia, die sabbathi auferri possunt. Ita hunc locum Interpretes.

פרק ב כל סאה שיש בו רובע ממין אחד ימעט רבי׳

Caput 2. Quando sato inest quadrans alius generis

רבי יוסי אומר יבור בין ממין אחד בין מבי מינין ר"ש אומר לא אמרו אלא ממין אחד וחכמים אומרים כל שהוא כלאים בסאה מצטרף לרובע :

neris imminuetur. R. Joſes ſecerni vult, ſi unius ſit, ſive duum generum. R. Simeon non aliter dictum cenſet, quam ſi unius generis ſit. At Sapientes dicunt, Quodcunque alius generis eſt à ſato conflatur ad efficiendum quadrantem.

R. OB. DE BARTENORA.

כל סאה שיש בו רובע *omne ſatum in quo erit quarta pars*, (cabi), quæ eſt vigeſima quarta pars ſati, quatenus ſatum continet ſex cabos. ימעט *diminuet*, hæc eſt alia ſpecies quæ mixta eſt cum ea donec fiat minor quarta parte, & aboleatur in ſato, quod licitum eſt ſeminare, & non prohibitum eſt de ullo ſemine heterogeneo. יבור *eliget*, quia neceſſe eſt ut diminuat, ideo purificabit totum, ut appareat ac ſi conſervet heterogeneum ab eo tempore quo incepit eligere, ſi non elegerit totum; at ſi in principio fuerit minor parte quarta cabi, licitum eſt relinquere ſemen aliud; at deciſio non eſt juxta R. Joſe.

בין ממין אחד בין שני מינין *ſive unius ſpeciei ſive duarum ſpecierum*, ſive ſit quarta pars cabi in ſato unius ſpeciei, ſive multarum ſpecierum, neceſſe eſt ut diminuat. לא אמרו אלא ממין אחד *non dixerunt niſi de una ſpecie*, quia duæ ſpecies non conjunguntur in quantitate partis quartæ cabi in ſato.

Sapientes dicunt, omne quod heterogeneum eſt in ſato adjungitur quartæ parti (cabi), differentia inter Sapientum opinionem & primi doctoris hæc eſt, ut, unum ſatum in quo fuerit quarta pars cabi hordei & ſpeltæ juxta doctorem primum diminuatur, neceſſe ſit; at juxta Sapientes non diminuat neceſſe eſt, quatenus avena non jungatur cum ſpelta, quia non ſunt heterogenea cum ſato hordei; & deciditur juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expoſuimus jam antea quod ſatum continet ſex cabos, & רובע *eſt quarta pars* ſupple cabi. Dicit ergo ſi in ſemine contineatur pars quarta, & vigeſima ejus ex ſemine alio, illicitum eſſe iſtiuſmodi ſeminare ſemen priuſquam diminuerit *ſemen aliud*, aut priuſquam elegerit id à portione illa, aut etiam addiderit ſemini uſque dum fiat proportio alius ſeminis æqualis huic, excepta parte tertia & vigeſima; & quod R. Joſe יבור *purificabit* dicit, intelligas, ſi miſcuerit quartam partem hordei cum ſato, excepta quarta parte tritici, & tota maſſa continuerit ſatum, ut non ſufficiat ipſi ut colligat paulum hordei, donec diminuat quartam partem, niſi prius purificaverit totam hordei maſſam quæ illic fuerit; ſive pars illa quarta fuerit unius ſpeciei, uti diximus in heterogeneis hordei & tritici; ſive fuerit duarum ſpecierum, ut, ſi pars fuerit de quarta parte hordei, & pars altera ejus fabarum, quæ miſcentur cum tritico.

R. Schimeon dicit, non dixere hoc niſi de una ſpecie. At ejus quod Sapientes dixerunt, *omne id quod heterogeneum, eſt in ſato adjungitur quartæ parti* (cabi), ſenſus eſt, quod duas illas ſpecies aut plures, ſi unaquæque ſit heterogenea cum ſato illo, quando conjungit omnes, utpote quartam partem cabi in ſato illo, diminuat; at ſi conjunxerit zizaniam & hordeum cum quantitate quarti partis in ſato excepta quarta parte tritici, quia zizaniæ non habentur heterogenea, non adjunguntur hordeo; deciſio eſt juxta Sapientes, & non juxta R. Joſe. Scitu neceſſarium eſt, quod ſi invenias unam plantam & cum ea commiſceatur alia planta quæ eſt heterogenea, & illa planta ſit minor vigeſima quarta parte totius, relinquet eam in loco ſuo; at ſi fuerit tantæ quantitatis ut contineat vigeſimam quartam partem, aut plures, evellet aliam plantam & projiciet alteram, quia jus diminutionis etiam obtinet in plantis. Et hoc eſt fundamentum juris, at quia homines ſolent eſſe negligentes quod ad heterogenea, & non habere curam earum quas evellunt ſtirpes, quia hoc eſt deſtructio agri quod ad plantas; quando Sapientes hoc viderunt, ordinarunt, ut communem redderent totum campum.

ב במה דברים אמורים תבואה בתבואה וקטנית בקטנית תבואה בקטנית וקטנית בתבואה באמת אמרו זרעוני גנה שאינן נאכלין מצטרפין אחד מכ"ד בנופל לבית סאה רבי שמעון אומר כשם שאמרו להחמיר כך אמרו להקל הפשתן בתבואה מצטרפת אחד מעשרים וארבע בנופל לבית סאה :

2. Quo ſenſu dicuntur iſta? de frumento cum frumento, & legumine cum legumine; de frumento cum legumine, & legumine cum frumento. Vere dixerunt; Semina hortenſia non edulia conflantur ad efficiendam 1 partem viceſimam quartam ejus quod cadit in agri ſatum. R. Simeon dicit, Quemadmodum dictum eſt illud, ut oneri addatur, ita etiam ut eidem 2 detrahatur. Linum cum frumento 3 conflatur ad efficiendam viceſimam quartam ejus quod cadit in agri ſatum.

R. OB. DE BARTENORA.

במה דברים אמורים *de quo hæc dicta ſunt verba?* quando proventus jungitur cum alia ſpecie proventus, aut leguminis, dicimus eum teneri diminuere, ſi in ſato fuerit quarta pars cabi; at ſemina hortenſia quæ mixta ſunt cum proventu aut legumine.

אחד מעשרים וארבעה בנופל בהן לבית סאה *una de vigeſima quarta parte quando ceciderit in locum ſati*, nempe tritici, juxta quantitatem ſeminis quo ſeminarunt locum qui conſitus eſt ſato tritici; & quantitas loci in quo ſeminarunt ſatum tritici continet quinquaginta cubitos per quadratum; at ſi conſerunt eum locum ſeminibus hortenſibus non majori id fiat quantitate quam cabi & dimidii, quia ſunt multò tenuiora illa ſemina, & in cabo & dimidio ejus tantum reperitur, quantum ſufficit ad conſerendum locum quem conſerunt ſato tritici; indè fiet juxta computum, ut, ſi miſcuerit cum ſato proventus, aut leguminum, aut ſeminum, unam partem de vigeſima quarta cabi, & dimidium ex ſeminibus hortenſibus, quæ eſt una de decima & ſexta parte cabi, obligatus ſit diminuere, ideo ſi miſcuerit in ſato proventus quantitatem ovi, & di-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Miſchna, quod ei qui dixerit fore ut quarta pars cabi in ſato ſit heterogenea, non licet ſeminare illam partem ſeminis, donec diminuerit de illa parte quarta; hoc intelligitur quando miſcuerint inter ſe ſpecies proventuum, aut cum ſpeciebus leguminum, aut ſpecies leguminum inter ſe, aut cum ſpeciebus proventuum; ſpecies vero proventuum ſunt triticum, hordeum & ſpelta, avena & ſegale; at leguminum, ſunt fabæ, ſmilax hortenſis, cicercula, & ejuſdem generis ſimilia.

זרעוני גנה שאינן נאכלין *ſemina hortenſia quæ non comeduntur*, hoc ſenſu, quod ſemina ipſa non comedunt, uti comedunt fabas & piſa, ſimiliaque, uti ſunt ſemina raphanorum, & apii ſive petroſelini, & ſemina raparum, & ſimilia quæ non cibi habentur; quando autem ceciderit una de vigeſima quarta parte de eo quod ſeminatur in loco ſati, & quantitate ſati, tenetur diminuere, & ſic commiſcentur omnia illa ſemina, ut conficiat ex iis unam partem de viginti quatuor, de eo quod ſeminaverit in ſpatio ſati; ſpatium vero ſati eſt ſpatium quinquaginta cubitorum per quadratum, cujus ſpatii menſura, con-

& dimidium ejus ex ſeminibus hortenſibus, quæ eſt una pars de vigeſima quarta cabi & dimidio, diminuet.

כשם שאמרו להחמיר *uti dixerunt ad aggravandum*, de ſeminibus parvis quæ non licet miſcere menſura parva, nimirum quod ad unam de vigeſima quarta parte quando ceciderit in locum ſati. כן אמרו להקל *ſic dixerunt ad levandum*, in ſeminibus majoribus quorum multa requiruntur ad conſerendum locum ſati, non ſunt illicita in ſato tritici, niſi una de vigeſima quarta parte ceciderit in locum ſati, uti eſt ſemen lini, de quo requiruntur tria ſata pro loco ſati tritici, non tenetur diminuere niſi donec tres quartanas miſcuerit in ſato; & hoc eſt quod dicitur; *Linum cum proventu conjungitur quod ad unam de vigeſima quarta partem, quando ceciderit in locum ſati*; quando autem de ſemine lini ſeminaverit tria ſata in loco ſati, uti dicitur in Talmude Jeruſolymitano, fiet ut non teneatur diminuere, niſi dum miſcuerit de iis tres quartanas cabi in ſato uno; & ſic deciditur.

conficit duo millia & quingenta cubitorum; & totum ſpatium per computum geometriæ erit duo millia cubitorum & quingenta, tam per lineam circularem quam quadratam, aut triangularem, aut cujuſcunque figuræ, & hic eſt ſenſus verborum *in loco ſati.*

בנפול לבית כאה *quando ceciderit in locum ſati*, eſt hæc illa quantitas ſeminis quæ ſeminata eſt in illo loco; & dicunt in Gemara quod continet quantitatem cabi cum dimidio, ſi ita eſt, pars una de viginti & quatuor quæ ceciderit in locum ſati, erit pars decima ſexta cabi, quæ eſt quarta, de quarta parte cabi. Præterea dicit, quod ſi quis miſcuerit ſemina hortenſia quæ non comeduntur, etiamſi ſint multarum ſpecierum, continentia quantitatem quartæ partis de quarta cabi in ſato, & iſtiuſmodi ſemen fuerit de proventu, leguminibus ſimilibuſque hortenſibus ſeminibus, quod neceſſe eſt ut diminuat. Quocunque in loco Miſchnæ dicatur באמת *in veritate*, eſt traditio Moſis è Sinai. Verba vero R. Schimeonis redeunt ad id quod dictum eſt in principio capitis לא אמרו אלא כמין אחר *non dixerunt niſi de una ſpecie*, exponitur autem opinio R. Schimeonis in Gemara hoc ſenſu, quod ille dicit, ſicuti dixerunt, quod duæ ſpecies non conjunguntur ad aggravandum, & hoc eſt juxta opinionem ejus qui dicit, quod quarta pars duarum ſpecierum non conjungitur; ſic etiam dixerunt, quod duæ ſpecies non conjunguntur ad allevandum; ad hoc exponunt in Gemara, & eſt qui dicit, ſi quis miſcuerit viginti duos cabos tritici cum dimidio, & dimidium cabi hordei, & paulo minus quam cabum lentium, ut totum propemodum conficiat quantitatem ſati, ad hoc reſpondet R. Schimeon, non dicimus duas ſpecies conjungi ad allevandum, quia dicimus, quod dimidium cabi hordei conjungitur cum viginti duabus partibus, & dimidio tritici, quod permiſſum eſt, & conſideramus quod totum fuerit triticum, unde fiet ut hoc totum contineat paulo minus quam quartam partem lentium commixtarum cum ſato, neque erit obligatus ad diminuendum, quia minus quam quarta pars eſt in ſato, & erit conjunctio hordei cum tritico ad allevandum. R. Schimeon dicit, hoc non dicendum eſſe, ad dicendum, quod hordeum non conjungitur cum tritico, & quod quantitatem iſtam lentium paulo minorem quarta parte, quæ incidit in vigeſimam ſecundam & dimidium tritici, obligatur diminuere, quia proportio illa paulo minus quam quartam continens partem in quacunque re, à viginti duabus & dimidio, major eſt quam proportio quartæ partis cabi in loco ſati, & hic eſt ſenſus verborum R. Schimeonis, uti exponitur in Gemara. Quod Miſchna dicit, הפשתן בתבואה מצטרפת *linum conjungitur cum proventu &c.*, hæc non ſunt verba R. Schimeonis, ſed Sapientum, & docemur indè quod ſemen lini non habetur inter ſemina leguminum, ſed inter ſemina hortenſia; at deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

GUISIUS. 1 *Partem viceſimam quartam &c.*] Et ſi partem efficiant viceſimam quartam, atque frumenti ſato immiſceantur, imminuenda ſunt. Nam cum ſemina hortenſia frumento multo minora ſint plerumque, minor multo eorum quantitas ſufficiet agri ſato obſerendo. Si ergo ſato frumenti inſit, non viceſima quarta pars ſati, ſive quadrans ſeminum hortenſium, ſed quantum ſufficit obſerendo בית רובע *agro qui quadrantem* frumentacei ſeminis vel leguminum *capiat*, ſive parti viceſimæ quartæ agri ſati, imminutione ſuccurrendum eſt. Liceat autem mihi dicere *agri ſatum*, & *agri quadrantem*, pro בית סאה & בית רובע, dum intelligo iſtum arvi modum, qui frumenti ſatum vel quadrantem capiat. 2 *Detrahatur.*] In ſemine hortenſi majuſculo, cujus major quantitas requiritur ad agri ſatum obſerendum, quam tritici. Tale linum eſt, cujus terna ſata, ut Judæis placet, tritici uni æquipolleant, paremque agri modum obſerendo ſint. Columella autem circiter bis tantum lini, quantum tritici jugero contribuit. Ideo ſi frumenti ſato inſint tres quadrantes lini, qui agro quadrantis tritici capaci obſerendo ſufficiunt, tum demum imminutionis opus eſt. 3 *Conflatur.*] Ita codices maximo conſenſu legunt מצטרפת. Ita etiam legebant Interpretes quotquot vidi. Forſan rectius legeretur מתמעטת, ut ſic ſonent verba. *Linum frumento permiſtum imminuitur ſi efficiat partem viceſimam quartam &c.*

ג היתה שדהו זרועה חטים ונמלך לזרעה שעורים יכתין לה עד שתתליע ויופך ואחר כך יזרע אם צמחה לא יאמר אזרע ואחר כך אופך אלא הופך ואחר כך זורע כמה יהא חורש כתלמי הרביעה אבא שאול אומר כדי שלא ישיר רובע לבית סאה :

3. Si is, cujus ager tritico ſatus, mutata ſententia eundem velit hordeo reſerere, moratus dum 1 prorumpat vertat, deinde reſerat. Si in herbam exiverit, ne dicat, reſeram, deinde vertam: veruntamen vertat, & deinde reſerat. In quantum autem arare tenetur? ad modum 2 ſulcorum pluvialium. Abba Saul dicit, eatenus ut non prætermittat quadrantem de agri ſato.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שתתליע *uſque dum diſcerpetur*, ſpatium illud eſt, quando ſemen fuerit in terra conjectum per tres dies, ſi terra eſt humida, at ſi ſicca, per plures exſpectandum eſt dies. ויופך *& convertet*, convertet terram ſarculo ne ſemen progerminet. כמה יהא חורש *in quantum arabit?* ne dicas, quod tenetur arare ſulcos parvos inter ſe conjunctos, ſed ut ſulcos pluviæ primæ, cujuſmodi ſulcos ſolent arare ſimul ac deſcenderit prima pluvia, quando arant ſulcos magnos.

כדי שלא ישיר רובע לבית סאה *ut non relicta ſit quarta pars in loco ſati*, ut non relictus ſit in terra locus qui non eſt converſus, niſi minus ſit vigeſima quarta parte, in ea quam arat terram, quæ eſt quarta pars cabi in loco ſati; at deciſio non eſt juxta Aba Schaul.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ימתין עד שתתליע *expectabit donec diſcerpetur*, eo ſenſu, ut exſpectet uſque dum corruptum ſit triticum, & putreſcat quod in terram conjecit, & deindè aratrum immittet in terram, & convertet eam, poſtquam enim corruptum eſt ſemen in terra, convertent eam aratro, ne deinde progerminet. Vox illa ויופך *& convertet* eadem eſt quæ ויהפך, fieri enim poteſt ut ii qui periti erant linguæ ſanctæ dixerint יפך & הפך; & hoc in lingua Hebræa non eſt novum quid, dicitur enim eodem modo ילך & הלך ejuſdem ſignificationis verba.

כמה יהא חורש כתלמי הרביעה *in quantum arabit? ſicut ſulci pluviæ*, eo quod obligamus eum ut convertat i. e. aret terram, ideo dicit, quod non eſt neceſſum ut terram convertat totam, unum ſulcum ad alium, donec perfecerit, ſed ut aret eam quemadmodum ſolent eam convertere ante pluviam, ut pluvia deſcendat & intret eam; & hæc converſio facilis eſt, quia ea non profunde penetrat. תלם *ſulcus*, eſt fiſſio terræ quam efficit aratrum; & Aba Schaul dicit, ut convertat terram donec non relinquatur locus qui non eſt aratro converſus,

niſi ſpatium quod minus eſt quarta & vigeſima parte in ſuperficie terræ, quæ eſt quantitas quartæ partis in loco ſati, uti aliquoties expoſuimus; at deciſio non eſt juxta Aba Schaul.

GUISIUS. 1 *Prorumpat.*] Ita interpretor תתליע. Maimonides, יפסד *corrumpatur*, & יתעפש *computreſcat*. R. Nathan, התבואה כשזורעין אותה מרקבת בתחלה ומתלעת ואחר כן צומחת *frumentum cum ſeritur, primo computreſcit & vermes creat, deinde egerminat.* Reſpiciunt ſignificatum vocis תולעת *vermis*. Sed hæc omnia meræ nugæ, ex craſſa linguæ Hebrææ inſcitia prognatæ. In anguſtiis, quibus hodie coercetur lingua iſta, ſuccurrit cognata Arabica; in qua تلع, & اتلع, voce, qua huic noſtro verbo reſpondet, & voce præterea quinta, تتلع, (quam Jauhario uſurpatam omiſit tamen Golius,) ſignificat, caput vel collum *excruit*, vel *protendit*, *capite promicuit*. Ita اتلعت الظبية de dorcade dicitur collum extra latibulum proferente, cum سمت بجيدها *collum extulerit*, ut notant Jauharius & Zamachsharius; cujus exemplum habemus in elegantiſſimo verſu Poetæ Dhu-'rrummæ,

كما اتلعت من تحت ارطاة رملة الي نبأة الصوت الظبا الاوانس.

Ut colla excrunt ſubter ارطاة *arenarum frutice ad vocis ſuſurrum latitantes dorcades.* Eſt ergo اتلع *ſui partem excruit, promicuit*: & התליע idem Hebraice: de frumento nuper ſato, (ut hoc Miſnæ loco) *primum germinis rudimentum protruſit.* Idem in frumento, quod in faba *nauſcit* Feſti. De eadem voce, ſed alio ſenſu ſumenda, vide quæ notamus ad Mid. II. 5. Interim germinis rudimentum primum erumpens vermiculum non male refert, ut ſi quis inde effictum verbum contendat, modo ſenſum noſtrum admittat, non multum refragari debeam. 2 *Sulcorum pluvialium.*] Quid ſint תלמי הרביעה *ſulci pluviales*, ita docet Maimonides, ut parum mihi ſatisfaciat. Verba tamen apponam, quia aliqua ſaltem ex parte ſententiam noſtram, quam infra ſubjicio, corroborant. Sic autem ille. למא כלפנאה אן יקלב לארץ קאל אנה לא ילזמה אן יקלבהא כלהא כט אמאס כט חתי לא יבקי מנהא קליל ולא כתיר אלא וקד אקלב ואנמא יחרתהא מתל מא תקלב קבל אלמטר לינזל אלמטר פיהא ויגוץ פי עמקהא ודלך אקלאב כפיף ליס באלמסתקצי *Quandoquidem cogendus eſt terram vertere, illud additur, non obligari totam ſubigere contiguis plane ſulcis, ut ita nec parum nec multum ſuperſit non ſubactum; teneri autem eo modo ſubigere, qua ſubigi ſolet ante pluviam, ut cadens pluvia penitus in eam penetret; quod fit levi ſulco, nec eo quidem in altum acto.* Contra R. Samſon, quem exſcribit Bertinorius: כתלמים שדרך בני אדם לחרוש אחר שתרד הרביעה שחורשין עוד תלמים גדולים *Quales ſunt illi ſulci, quos ducere ſolent homines poſt pluviam, quum hactenus ampliores ſulcos agunt.* Sed hæc, ut dixi, mihi minime ſatisfaciunt. Ego hoc in Miſna indicari puto; in artratione hac, vel inaratione, de qua agit, non requiri crebros & contiguos ſulcos, nullo interveniente ſcamno, ut in juſta aratione; ſed rariores, quales adhibere ſolent ad aquam pluviam per collicias in foſſas derivandam. Sunt enim, ut ego arbitror, תלמי הרביעה iſtiuſmodi ſulci, quos Feſtus *porcas* appellari docet. *Porcæ appellantur rari ſulci, qui ducuntur aquæ derivandæ gratia. Dicti quod porcent, id eſt prohibent aquam frumentis nocere. Nam crebriores ſulci limi vocantur.* Hæc ille non ſatis ex mente meliorum autorum Varronis & Columellæ. Certe rariorem duntaxat ſulcum requiri rebantur Magiſtri illi, quorum hæc laudatur ſententia in Gemara Hieroſolymitana. מכיון שנתן דעתו לחרוש אפילו לא רצף. *Cum ſemel in animum induxerit arare, utcunque non continentes ſulcos egerit.* Abba Saul ibidem אין מחייבין אותו להיות חורש דק אלא כתלמי הרביעה *Non cogendus minutim arare, ſed ad modum duntaxat ſulcorum pluvialium.* Qualis autem aratio in artrando requiratur vel maxime intelligas ex illis Rabban Simeonis Gamalielis filii, quæ habentur in eadem Gemara. רשבג" אומר זנב הסוס היתה נקראת כדי שיהא סוף עפרה של זו נוגע בזו וסוף עפרה של זו נוגע בזו *Rabban Simeon Gamalielis filius hoc arationis genus* caudam equinam *dici aſſerit, cum extremitas moti cæſpitis unius verſus alterum tangit, & extremitas moti cæſpitis alterius verſus iterum alium.* Undulantem ſulcorum continuationem interjectis cuneatis ſcamnis deſcribit, quam non alia melius figura repræſentare poſſum, quam Græcorum elemento Σ. Vetus Toſaphta, unde hæc in Gemaram tranſlata ſunt, in tribus, quas vidi, editionibus mendoſiſſime אין מחייבין אותו להיות חריש דק אלא חורש חריש גס' בתלומי הרביעה רבן שמעון אומר זנב הסוס היתה נקרית סוף עפרה: נוגע בעפרה של זו Ea ſic refinge אין מחייבין אותו להיות חריש דק אלא חורש חריש גס' כתלמי הרביעה: רבן שמעון אומר זנב הסוס היתה נקרית סוף עפרה של זו נוגע בזו וסוף עפרה של זו נוגע בזו *Non cogendus eſt minutim arare; verum rudiorem ſulcum ducit, quales ſunt ſulci pluviales. Rabban Simeon dicit,* Cauda equina *dicebatur, cum &c.* ut ſupra.

ד זורעה ונמלך לנוטעה לא יאמר אטע ואחר כך אופך אלא הופך ואחר כך נוטע נטועה ונמלך לזורעה לא יאמר אזרע ואחר כך אשרש אלא משרש ואח"כך זורע אם רצה גומם עד פחות מטפח וזורע ואחר כך משרש:

4. Si arvum mutata ſententia arboribus conſerere velit, ne dicat, conſeram, deinde vertam: verum vertens prius deinde conſerat. Si arbuſtum mutata ſententia in arvum reducere velit, ne dicat, conſeram, deinde extirpabo: verum extirpans prius deinde conſerat. Si ita libet, ſuccidens infra altitudinem palmarem ſerito, deinde extirpato.

R. OB. DE BARTENORA.

זורעה ונמלך לנטעה וגו׳ *ſi terra jam ſit conſita, & poſtea cogitet eam plantare &c.*, ſi conſita fuerit proventu, & poſtea conſilium ceperit ad plantandum in ea vites. גומם *amputans*, eo ſenſu, ut incidat vites terræ adjunctas, ut non altiores ſuper terram relinquantur quam quantitas palmi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Semina hæc, ſunt ſemina proventus, & leguminis, ac ſeminum hortenſium, quorum ſatio vocatur זריעה; & plantatio arborum vocatur נטיעה. Voces אשרש & ומשרש radicem habent שרש, quod notat *eradicare & extirpare*, ſic Pſal. 52: 6. ושרשך מארץ חיים. Dicit ulterius גומם עד פחות מטפח *incidens* (vites) *donec minores ſint palmo*, excidet vitis radices, donec non conficiat quantitatem palmi id quod relictum fuerit, & ſeminabit in illa terra, & deinde profunde fodiet ad omnia extirpanda, ut nihil remaneat.

ה היתה שדהו זרועה קנבוס או לוף לא יהא זורע ובא על גביהם שאינן עושין אלא לשלש שנים תבואה שעלו בה ספחי אסטים וכן בקום הגרנות שעלו בהן מינין הרבה וכן תלתן שהעלתה מיני

5. Si cujuſquam ager ſatus ſit 1 cannabo vel aro, ne ferat denuo ſuperne, 2 utcunque non fructum faciant niſi demum poſt triennium. Si inter frumentum enaſcatur iſatis reſtibilis; atque ita ſi in arearum ſolo prodeant diverſæ ſpecies; & ſi 3 fœno Græco variæ herbæ internaſcantur, non cogunt

מיני צמחי׳ אין מחייבין אותו לנכש אם נכש או כיסח אומרים לו עקור את הכל חוץ ממין אחד :

cogunt eruncare. Si eruncaverit, vel succiderit, jubent totum extirpare præter speciem unam.

R. OB. DE BARTENORA.

קנבוס או לוף *cannabo aut Loph*, quia in istiusmodi species non cadit corruptio, aut aratio, quatenus se per tres annos in terra conservant, ut non putrescant. אסטים *croci*, ejus color similis est colori hyacinthino, & Arabicè dicitur ניל׳, & barbarè *indigo*, & hunc moris est amputare, ut dein stirpes progerminent, & quod secunda creverit vice vocatur כפיח; aut etiam id quod è semine progerminat, & decidit tempore messis vocatur כפיח. מקום הגרנות *locus arearum*, est locus quo triturant proventum, & legumina. תלתן Arabicè dicitur חולבא, & barbarè *fœnum græcum*.

אין מחייבין אותו לנכש *non obligant eum ad extirpandum*, aliter enim tenetur extirpare, quatenus crocus nocet proventui, & herbæ damnum inferunt fœnogræco quando satum est in cibum hominum, & loco areæ etiam nocetur à seminibus, quæ solum corrumpunt, ut non amplius valeat ad locum triturationis. ואם נכש *& si extirpaverit &c.*, quia tum indicat quod contentus sit reliquiis, quia præter hoc extirpasset omnia. אומרים לו עקר ארת הכל *dicunt ei, extirpa omne*, quia apparet ac si velit conservare heterogenea in vinea. נכש dicit cum qui eradicat plantas una cum radice manu sua. כסח qui amputat folia, & radices relinquit in terra, paraphrasis Chaldaica verba illa לא תזמר transfert per לא תכסח.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קנבס dicunt esse speciem seminis quæ Arabicè vocatur כוריא, לוף jam exposuimus quod sit species cucurbitarum. שאינן עושין אלא לשלשה שנים *quæ n n proferunt nisi anno demum tertio*, sensus est clarus, nimirum, quod sunt plantæ, quæ, postquam sunt incisæ, earumque radices relictæ, progerminant post trium annorum intervallum, & propterea dicitur quod non arant super terr: m istis radicibus impletam, nisi usque dum extirpave: int radices; alii dicunt esse plantam quam seminant & amputant, & postea progerminat secunda & tertia vice, uti herba quæ vocatur *nilga* & *niliba*, quæ barbarè dicitur *indigo*; dicitur etiam פספכא quod Gemara exponit אכספתה, & planta quæ secunda vice crescit vocatur כפיח, & propterea dicitur Levit. 25:5. את כפיח קצירך, & quod crescit tertia vice vocatur שחים, & idcirco dicitur Jesaiæ 37:30. אכול השנה כפיח ובשנה השנית שחים. Explicatio אסטס est *nilga*, & barbare *in ligo*, colorem habens hyacinthinum. תלתן Arabice dicitur חלבא & barbarè *fœnum græcum*. נכש notat purificare & extirpare plantarum radices.

כיסח notat excidere extremitates ramorum è planta prodeuntium, quibusque non opus habet, uti sunt rami è vinea amputati. Chaldaica enim paraphrasis, ad Levit. 25:4. לא תזמור transfert per לא תכסח. Sensus autem hujus juris est, quod si planta illa mixta fuerit ex diversis speciebus, quando noverit quod paterfamilias sive possessor in eo non consentit, non obligaverint eum ut exstirpet; at locus areæ non est necessarius ut in eo quicquam crescat, sed necessarius est ut in eo trituretur; & sic se res habet cum croco sive תלתן, quando cum seminaverit in cibum hominum, damnum ei inferunt herbæ, & cognosci potest quando seminatus est in cibum hominum, nempe, quando seminatus est in diversis locis benè ordinatis. Si vero exciderit partes illius quod progerminaverit ex iis herbis, & reliquerit aliquam partem, inde manifestum est quod id fiat voluntate sua si relinquatur residuum, propterea obligatus est exstirpare omnia excepta una specie.

GUISIUS. 1 *Cannabo.*] Ita impressi omnes קנבוס. R. Jomtobus ad editionem suam Cracoviæ adornatam notat à nonnullis hic legi קרכום, quod & ipse probat. Ni fallor, *crocum* ita intelligit. Sed *crocus* non dicitur קרכום, sed כרכום. MS. habet קרבס, uti etiam Maimonides in commentario, ubi Arabice exponit אלכרויה. R. Tanchum, qui Maimonidis sequitur tum lectionem, tum interpretationem habet, כראויה. Arabum medici كرويا, & قراويا ponunt pro Græcorum κάρος, vel κάρεον, ut constat ex Jazlaide, Beitaride, Ebn-al-Cabatio, & luculentissime ex Serapione. Verum קרבס sono propius accedit ad *carbasum*, vel *carpesium* veterum. 2 *Utcunque.*] Ita MS. אף על פי שאינן. Impressi illa אף על פי non agnoscunt, ut vertendum foret, *quia non fructum faciunt*. 3 *Fœno Græco.*] Vox תלתן ex Græco τῆλις, sed ex casu obliquo, ut fieri amat.

ו הרוצה לעשות שדהו משר משר מכל מין ב״ש אומרי׳ שלשה תלמים של פתיח וב״ה אומרים מלא העול השרוני וקרובין דברי אלו להיות כדברי אלו :

6. Qui agrum suum velit distinguere in longiores areolas singulas singularum specierum, Sammæani censent interponere ternos 1 sulcos proscissionis. Hillelæi latum jugum Saronense. Atque horum sententia ad illorum sententiam proxime accedit.

R. OB. DE BARTENORA.

משר משר *areolas areolas*, diversas areolas, & quamlibet areolam unius speciei. תלמים של פתיח *sulci aperturæ*, ac si dicat, quod inter quamlibet areolam reliquit latitudinem trium sulcorum de eo quod exaravit, sic dicitur Jes. 28:24. יפתח וישדד אדמתו. Et in Talmude Jerusolymitano exponunt, quod sit mensura duorum cubitorum in latitudine & longitudine, postea vero eas format figuras, usque dum nullus fermè inter eas relinquatur locus, inde apparebit illum non velle seminare mixturam. העול השרוני *jugum Scharoniticum*, i.e. jugum quo arant in regione Scharon, id est in valle quæ latior est jugo, quo arant in montibus. וקרובים דברי אלו וגו׳ *& proximè accedunt hæc verba &c.*, nempe in eo quod quantitas trium sulcorum aperturæ æqualis sit quantitati jugi Scharonitici.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משר משר *areolas areolas*, loca & loca, qui seminaverit in loco è terra altiori diversas species, juxta hanc figuram, necesse est ut relinquat spatium terræ inter unamquamque speciem, nempe spatium trium sulcorum apertionis, terra autem quando pluviâ est madefacta, finditur in latiores fissuras, unde quælibet fissura vocatur תלם של פתיח i.e. *sulcus aperturæ*, sive apertura quæ se aperit è terra. מלא העול השרוני *plenitudinem jugi Saronitici*, est jugi latitudo quo arant in regione Scharon.

GUISIUS. 1 *Sulcos proscissionis.*] Nugatur plane Maimonides ad hunc locum, dum sic commentatur. אלארץ אדא אבתלת תנשק שקאת מתסעה תתסמי כל שקה מנהא תלם של פתיח מענאה חפיר אנפתאח אלארץ i. e. *Terra cum permaduit, amplis dehiscit rimis, quæ singulæ rimæ dicuntur sulci* של פתיח, i.e. *fossionis, vel apertionis terræ*. Ego תלמי של פתיח expono *sulcos proscissionis*, Esaiæ loco fretus; יפתח וישדד אדמתו, *proscindet & offringet humum suam*? Esai. XXVIII. 24. nam פתח & שדד ita opponi videntur, ut Latina *proscindere* & *offringere*. Varro de Re Rustica I. 32. *Cum proscideris, offringi oportet, id est iterare, ut frangantur glebæ, prima enim aratione grandes glebæ ex terra scinduntur.* Proscissio latiori sulco grandes excitat glebas, vastosque cæspites convellit, quos iteratio crebriori sulco offringit & comminuit. Vide eun-

dem

dem Varronem I. 29. Interim ſcio in veteri Toſaphta pro שלשה תלמים של פתיח poni שלשת תלמין מפולשין מראש שדה ועד סופו, *tres ſulcos per totum agrum tranſeuntes ab uno fine ad alterum.*

ז הירה ראש תור חטים נכנס בתוך של שעורים מותר כפני שהוא נראה כסוף שדהו שלו הטים ושל חבירו מין אחר כותר לסמוך לו מאותו המין שלו חטים ושל חבירו חטי׳ מותר לסמוך לו תלם של פשתן ולא תלם של מין אחר רבי שמעון* אומר אחד זרע פשתן ואחד כל המינין רבי יוסי אומר אף באמצע שדהו מותר לברוק בתלם של פשתן :

7. Si 1 vertex acuminatus arvi triticei in hordeaceum incurrat, licitum eſt, quia ut agri finis apparet. Si cujuſquam ager tritico ſatus ſit, alterius autem alio ſemine, ei fas eſt juxta ſerere eandem ſeminis ſpeciem. Si illius tritico, alterius itidem tritico ſatus ſit, fas eſt ſulcum unum lini ei adjungere, non autem ſulcum alius cujuſquam ſpeciei. R. Simeon parem rationem eſſe cenſet lini & aliûs cujuſlibet ſpeciei. R. Joſes licitum cenſet vel in medio agro 2 experimentum facere uno lini ſulco.

R. OB. DE BARTENORA.

תור eſt nomen ornatus muliebris figura triangulari, ſic Cant. I. 11. תורי זהב נעשה לך, & de hoc nomine angulum acutum vocant ראש התור, & ſi angulus agri qui ſeminatus eſt tritico attigerit agrum hordeo ſeminatum, licitum id eſt, quia apparet ac ſi eſſet finis agri ſui, & cognoſci poteſt quod non ſeminavit per modum mixturæ.

מותר לסמוך לו מאותו המין *licet ipſi adjungere ex eadem ſpecie*, licitum eſt agrum ſuum conjungere cum agro ſocii eadem ſpecie ſeminis ſato, ut non appareat ac ſi heterogenea ſeverit in campo ſuo, quia apparet ac ſi eſſet finis agri ſocii ſui.

מותר לסמוך תלם של פשתן *licet conjungere ſulcum lini*, quia quicunque illuc venerit dignoſcet eum ſeviſſe ad probandum agrum ſuum, an valeat ad proferendum linum, quia nemo ſolet ſerere ſulcum lini, utpote nullus ipſi inde uſus; at ſi de alia ſeverit ſpecie, de qua ſolent ſerere ſulcum, etſi id fecerit ad probandum agrum, non licet, quia quicunque accedet dicet quod in uſum ſuum ſeminavit, ut fruatur illo frumento.

אחד זרע פשתן ואחד כל המינין *æque ſemen lini ac cæteræ ſpecies*, nimirum prohibitum eſt de iis adjungere ſulcum, quia qui accedet ſciet id factum eſſe ad probandum agrum. מותר לברוק בתלם של פשתן *licet periculum capere per ſulcum lini*, eo quod omnes norunt quod intentio ejus non fuit conſervare illud linum, ſed probare agrum; deciſio pronunciatur juxta hujus Miſchnæ doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תור eſt nomen ornamenti quod mulieres imponunt auribus ſuis, uti Cant. 1:11. תורי זהב נעשה לך, & figura ejus eſt triangularis, & propterea angulus figuræ cujuſlibet acuminatæ vocatur ראש התור. Et quod dicit אם נכנס *ſi intraverit*, nempe caput ſive angulus figuræ Tor, ſi id inciderit in hordeum. Poſtea dicit, quod ſi ager ejus fuerit ſatus tritico, & ager ſocii alia ſpecie, licitum eſt ipſi ſerere in agro ſuo, qui conſitus eſt tritico ex eadem ſpecie qua conſitus eſt ager ſocii ejus, & hic eſt ſenſus ejus quod dicitur לסמוך לו *ad conjungendum ipſi*; at ea conditione ut eam ſpeciem frumenti conjungat cum iis quæ ſata ſunt in campo ſocii, quia eo modo apparebit ac ſi ſit finis campi ſocii, quando frumenta ſunt ejuſdem ſpeciei; at ſi ager ejus & ſocii fuerit conſitus tritico, non licet ſerere inter illos niſi ſeriem lini, & ratio eſt, quia quicunque id videat, ſciet hoc non niſi ad periculum capiendum de natura agri eſſe ſatum, an valeat ad ſerendum in eo linum; quia nullus ſeminat ſulcum lini, utpote minorem quantitatem quam ut inde ipſi cedat quid commodi; at ſi ſeminaverit ſulcum alius ſpeciei, apparebit ac ſi ſint heterogenea, & dicemus quod eam ſpeciem ſeminaverit in commodum ac lucrum ſuum, & quod non opus habet magis de illa ſpecie niſi illa linea vel ſerie ſeminis. R. Schimeon autem dicit, quod linum æque ac cæteras ſpecies ſerere prohibitum eſt, quia fieri poteſt ut dicant, quod poſſeſſor non magis eget lino quam aliis ſpeciebus iſtius quantitatis. At R. Joſe dicit, quod etiam in medio campi licitum eſt ſerere ſulcum lini ad probandum naturam campi; at R. Joſe non moratus eſt viſum aliorum, dicens permiſſum eſſe etiamſi appareat ac ſi eſſent heterogenea; ſed Sapientes morati ſunt viſum aliorum qui eo offenderentur, & propterea prohibent probare agrum per ſulcum lini, niſi fuerit in fine campi; deciſio non eſt juxta R. Joſe, neque juxta R. Schimeon.

GUISIUS. 1 *Vertex acuminatus.*] Maimonides. תור אסם אלכרץ אלד׳ יגעלן אלנסא פי אדאנהן תורי זהב נעשה לך וכו׳ ושכלה שכל מתלת הכרא ∇ פלדלך יסמון תחדיד זאויה מן כל שכל ראש תור *Inauris, quam fœminæ auribus appendunt, dicitur* תור, *ut* (Cant. I. 11.) Inaures aureas faciemus tibi &c. *Figura autem ejus triangularis eſt, ad hunc modum* ∇. *Ideo vocant anguli acumen cujuſcunque figuræ* ראש תור. Nemo non videt quam inſulſa, & ridicula plane ſint hæc; & tamen Bertinorius melioribus deſtitutus Maimonidem deſcribere contentus eſt. Recte meo judicio Benjamin Muſaphias תור vocem Græcam ſtatuit, quæ ſignificet חד ונכנס לפנים *acutum & penetrans.* i. e. τορός. Autor Miſnæ pro ſuperficie, vel ſolido, in acumen angulumve deſinente uſurpat. Pro ſuperficie hic. Pro ſolido Chel. XVIII. 2. ubi agitur de καμάρας קמרון, ſive fornicatæ ſcrinii teſtudinis dimenſione capienda. כיצד מודדין אותו ראש תור *Quomodo eam metiuntur? metiuntur* ראש תור. i. e. non totum fornicem, ſed conum duntaxat, vel pyramidem, (prout fornix fuerit rotundus, vel anguloſus,) à ſolo fornicis tanquam à baſi in ſummum ejuſdem tholum vel umbilicum erectum: i. e. pyramidem vel conum fornici inſcriptum. 2 *Experimentum facere.*] An ager lino idoneus ſit, necne.

ח אין סומכין לשדה הבואה חרדל וחריע אבל סומכין לשדה ירקות חרדל וחריע וסומך לבור ולניר ולרפה ולדרך ולגדר שהוא גבוה עשרה טפחים ולחריץ שהוא עמוק עשרה ורחב ארבע ולאילן שהוא מיסך על הארץ ולסלע שהוא גבוה עשרה ורחב ארבעה :

8. Agro frumentario non juxta ponitur ſinapi, vel 1 cnicus: agro autem oleribus conſito juxta ponitur ſinapi, vel cnicus. Juxta ponitur terræ rudi, novali, portæ, ſepi altæ palmos denos, foſſæ denos altæ, latæ quaternos, arbori in terram repandæ, & rupi denos altæ, latæ quaternos.

R. OB. DE BARTENORA.

חריע eſt crocus ſylveſtris & Arabicè dicitur אלקורטום, & duæ hæ ſpecies ſcil. ſinapi & crocus ſylveſtris damnum inferunt pro-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חריע eſt *crocus ſylveſtris*, & Arabicè dicitur עצפור, & duæ hæ ſpecies nimirum ſinapi & crocus ſylveſtris nocent pro-

proventui, & ſi poſſeſſor campi non ſeminaverit eas ſpecies, ut illas conſervet, non reliquiſſet locum alii cuiquam, ut ſerat duas illas ſpecies ſuo proventui proximas, hac de cauſa apparebit ac ſi heterogenea conſervet in agro ſuo. אבל סומכין לשדה ירקות *ſed conjungunt agrum oleris*, quia oleri non nocent, & qui advenerit dicet eas ſpecies pertinere ad alium, & quod poſſeſſor oleris non curat an illæ ſpecies ſint proximæ oleri ſuo, quia non nocent.

וסומך לבור *& conjungit cum campo inculto*, ſi inter campum proventus fuerit locus incultus, non aratus nec ſatus, continens quartam cabi partem aut magis, conjunget illum locum; & eodem modo ניר *novale & aratum locum.* ולגפה *& cum muro lapideo*, eſt murus ſive maceries in modum muri exſtructus ſine calce. דרך hìc notat viam particularem dividentem inter duos campos, quod ſi fit, licet unam ſpeciem ſerere in uno campo, alteram vero in altero campo. מיסך על הארץ *tegens ſuper terram*, cujus rami non ſunt è terra altiores quam tres palmi, ſi ſubter eam ſatum fuerit aliquid ſeminis, licet cum eo conjungere aliud ſemen, quia ea arbor eſt inſtar muri. ולסלע *& cum petra*, non erat neceſſe hæc dici, quia non major datur ſeparatio quam illa, ſed intentio Miſchnæ eſt, nobis notum facere quod petra illa etiam contineat palmos quatuor in latitudine, ſin minus, non dividere.

proventui. Diximus jam quod non eſt neceſſe admonere in caſu heterogeneorum niſi de campo proprio, quando autem conſpexerimus ſinapi, aut crocum ſylveſtrem propè proventum, ſciemus poſſeſſorem campi ea ſeviſſe ſemina, quia non habet locum pro alio ſemine ad ſerendum. Si vero fuerit campus oleris, licitum eſt conjungere, quia poſſeſſor dicere poteſt ea ſemina ad alium quendam pertinere, quatenus duæ illæ ſpecies non nocent oleri, & qui advenerit dicet quod eſt finis alterius campi.

וסומך לבור *& jungit cum agro inculto &c.*, ſenſus eſt, quod, ſi ſeverit inter ſinapi & proventum unam ex illis ſpeciebus quæ dividunt inter illa, licitum erit. אילן שהוא מיסך על הארץ *arbor quæ ſe tegit ſuper terram*, cujus rami adhærent terræ, adinſtar tentorii.

GUISIUS.

1 *Cnicum.*] Bertincrio חריע eſt כרכום יערי וקורין לו בערבי אלקורטום *crocus ſylveſtris, quem Arabice vocant* قرطم, *carthamum.* Non uſquequaque male; nam & cnicum, ſive carthamum nonnulli crocum vocant. Et ipſe Dioſcorides de cnico, ἄνθος κρόκῳ ὅμοιον. Hinc Buxtorfius *crocum ſylveſtrem* interpretatur. Quæ autem apud eum ſequuntur, ſua ſunt, & nugaciſſima. *Præcedit eam*, inquit, *vox* חלורת, *quæ vicina eſt Græco* κάλθη, *Caltha; herba floris crocei.* Quid ſit חלורת חריע Oketz. III. 5. ad quem locum reſpicit, ſtatim dicam. Interim in Talmude Hieroſolymitano quæritur, מהו חריע, *quid eſt* חריע? reſpondetur מוריקא. Utrumque agnoſcunt Arabes. Maimonides חריע eſſe vult Arabum אלעצפר: rectiſſime. Eſt enim عصفر Arabibus idem quod Græcis κνῆκος, cujus ſemen appellant قرطم *carthamum.* Jam Ebn Jazla notat عصفر dici etiam اخريض, & بهرم, & بهرمان, & نقد, & quod ad rem noſtram facit, مريق, & خريع i. e. מוריקא Talmudis Hieroſolymitani, & Miſnæ חריע. Eadem fere ex Abu-Hanifa Beitarides. Utrumque ergo חריע & מוריקא *cnicus* eſt. Sed cum hac forſan differentia, quod מוריקא ſtricte ſumtum, ſit ſemen τοῦ חריע, ſive cnici. Certe in margine codicis, quo utor, Ebn Jazlæ, ſic annotatum reperi, في كتب اللغة مريق هو حب العصفر, *In libris gloſſarum* مريق *eſt ſemen cnici.* Ratum ergo eſto, חריע cnicum eſſe. Jam vero חלורת חריע, quorum mentio Oketz. III. 5. ſunt κοπτάρια iſta, ſive offulæ, vel trochiſci ex cnico parari, & ante cœnam ſumi ſolita, quorum meminit Dioſcorides. Hæc eadem κνηκοπύρους ἡδονὰς vocare videtur Sopater in Πύλαις fabula, Athen. XIV. 17. τίς δ᾽ ἀναρίθμους μήκωνος εὗρε κόπλας, ἢ κνηκοπύρους ἡδονὰς τραγημάτων ἔμιξεν;

SURENHUSIUS.

אין סומכין לשדה תבואה חרדל וחריע *non conjungunt cum agro proventu conſito ſinapi neque crocum ſylveſtrem*, ratio eſt quod hæ ſpecies proventui nocent, & poſſeſſor agri quoque ab aliis habetur ut is qui heterogenea velit conſervare; hæc ita Bartenora. Ejuſdem ſententiæ etiam eſt Maimonides in notis ſuis ad hunc locum. Cæterum cum ita ſe res habet, quærerem an cæteras omnes quæ nocent ſpecies liceat conjungere cum agro proventu conſito, nam in ſuperioribus tantum ſulcus lini permiſſus fuit, at reliquæ omnes ſpecies vetitæ fuerunt: Id autem quod Miſna tradit אין סומכין לשדה quoque intelligendum eſt de agro poſſeſſoris & ſocii ejus proventu conſito, juxta id quod profert Maimonides ſub finem capitis tertii Hilchot Cilaim, *ſi ager illius & ager ſocii illius proximus conſitus fuerit duabus ſpeciebus proventus &c.*; & notum eſt quod nomen תבואה tantum continet quinque frumenti ſpecies, ut ibidem capite primo docet Maimonides. Et ex hac Miſna docet ad Nedarim cap. 7. Propterea dici nequit, quod hìc ſermo eſt de agro ſocii ſinapi & croco ſylveſtri conſito, & quod Miſna dicit, quod nihilominus illi vetitum eſt conjungere? Præterea quærerem quare ספיחי סטים *ſtirpium ſetim* etiam non facta eſt mentio, cum illæ proventui quoque nocent, & ſuperius tantum permiſſæ fuerunt quando ſponte renaſcuntur? Verum Maimonides in Jad Chaſaka ſub finem cap. 3. Hilchot Cilaim rem contrario exponit ſenſu, nimirum, quod licitum eſt ſinapi, aut crocum ſylveſtrem ſerere circum quamcunque ſpeciem excepto תבואה *proventu*, eo quod huic non nocent. Sic etiam in Ceſeph Miſnæ diſquiritur, quamobrem tantum permittitur conjunctio ſulci lini?

ט הרוצה לעשות שדהו קרחת קרחת מכל מין עושה כ"ד קרחות לבית סאה מקרחת לבית רובע וזורע בתוכה כל מין שירצה היתה קרחת אחת או שתים זורעם חרדל שלש לא יזרעם חרדל מפני שהיא נראית כשדה חרדל דברי ר"מ וחכ"א תשע קרחות מותרות עשר אסורות רבי אליעזר בן יעקב אומר אפילו כל שדהו בית כור לא יעשה בתוכו חוץ מקרחת אחת :

9. Qui velit agrum teſſellatum facere ex generibus diverſis, agri ſatum in vicena quaterna quadra diſpertiat, quadrantum ſingula; & inibi ſerat quas ſpecies voluerit. Si quadrum unum, vel duo ibi fuerint, ſinapi obſerat; non vero terna; quia ſic ager videbitur ſinapi conſitus. Ita R. Meir. At Sapientes 1 novena quadra licita cenſent, dena illicita. R. Eliezer Jacobi filius dicit, Si vel cori capax ſit ager, in eo non fiet pluſquam unum quadrum.

R. OB. DE BARTENORA.

קרחת eſt locus nudus & non ſatus, qui קרחת vocatur quando eſt quadratus, uti Levit. 13:42. בקרחתו *in calvitio ſuo*, quando capilli ſunt evulſi, & locus eſt glaber. עשרים וארבעה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרחת *calvitium*, hic notat partem terræ quadratam, & jam expoſuimus quod ſpatium quartæ partis Cabi eſt una pars de viginti quatuor in ſato; expoſuimus etiam quod locus

וארבעה *viginti & quatuor &c.*, in unoquoque calvitio seret unam speciem; & locus sati continet quinquaginta cubitos per quadratum, quando autem fecerit viginti quatuor calvitia, fiet ut quodlibet calvitium contineat decem cubitos & duos palmos cum dimidio longitudinis super decem cubitos latitudinis; quomodo? si feceris quinquaginta cubitos in quadrato viginti quinque calvitiorum, continebit quodlibet calvitium decem cubitos per quadratum, tum tollet unum & relinquentur viginti quatuor calvitia, & dividet ea in viginti quatuor corrigias, undè fiet ut quælibet corrigia contineat duos palmos, & dimidium latitudinis super longitudinem decem cubitorum, quilibet cubitus continet sex palmos, ita ut sexaginta palmi sint decem cubiti, si ponas quamlibet corrigiam in principio cujuslibet calvitii, fiet ut quodlibet calvitium contineat decem cubitos & duos palmos, cum dimidio longitudinis super decem cubitos latitudinis, in calvitio loci continentis quartam cabi partem, quia in sato continentur viginti quatuor partes quartanæ Cabi, quas si ponas in viginti quatuor calvitia, erit quodlibet calvitium quartæ partis Cabi. כל מין שירצה *quamcunque voluerit speciem*, & non determinat R. Meyr ullam distantiam, quia cum sunt quadrata illa calvitia apparent separata, & divisa inter se.

היתה קרחת אחת או שתים *si fuerit calvitium unum aut duo*, nimirum spatii quartæ partis cabi in medio campi proventus. זורעם חרדל *conserens ea sinapi*, quia in medio campi proventus non apparet campus sinapi satus; at tria calvitia apparebunt ac si esset campus sinapi in medio campi proventus, quia non est moris magnum campum conserere sinapi; at cæteræ species etiamsi tria sint calvitia non apparebunt ut campus, quia eas solent serere in multa quantitate simul.

וחכמים אומרים תשע קרחות מותרות *sed Sapientes dicunt novem calvitia libera sunt*, revertitur ad principium quo dixit, quod R. Meyr dixit, ut serat omnia viginti & quatuor calvitia de quacunque voluerit specie; at Sapientes vetant conjungere unam speciem cum alia, nisi in loco sati faciat viginti quinque calvitia, quæ sunt quinque ordines, & quilibet ordo quinque calvitiorum, & seret primum calvitium primi ordinis, & secundum ei proximum relinquet incultum, & seret tertium, relinquens quartum, seret quintum, relinquens ordinem secundum totum sine semine; & seret quinti ordinis primum calvitium, & tertium, & quintum, quæ sunt novem calvitia sata in spatio sati. עשר אסורות *decem sunt vetita*, quia necesse est ut inter quodlibet calvitium separet quantitatem unius calvitii, quod est spatium quartæ partis cabi; decisio est juxta Sapientes.

cus sati est quinquaginta cubitorum spatium per quadratum, undè fiet ut locus quartæ partis cabi contineat fermè decem cubitos cum quinta parte per quadratum. R. Meyr dicit, quod, quando loca illa fuerint quadrata, licitum est serere unam speciem in unoquoque loco seorsim, ut appareat unum ab alio esse divisum, quia sunt quadrata, & permissum est quoque conserere duo loca sinapi, at tria loca confinia prohibitum est, quia apparebit ac si esset campus sinapi, & aliæ species erunt heterogenea. Et quod locutus est de sinapi, ideo factum est, quia illa planta non se habet ut triticum, neque ut hordeum, neque ut legumina quibus conserunt campos latos, at quia serunt de hoc semine quantitatem admodum exiguam, & campus sinapi magnus continet tria calvitia, & hac de causa apparebit campus sinapi; at si severit tria calvitia alius speciei, non apparebit talis locus quem conserit quod sit campus istiusmodi speciei. Sed Sapientes contradicunt, illi enim dicunt prohibitum esse serere unum calvitium ex ulla specie, nisi fuerint novem calvitia in loco vel spatio sati, & quodlibet calvitium continuerit quartam Cabi partem, unum ab alio separatum per æqualem separationem, & ut inter quodlibet calvitium detur fere spatium unius calvitii sine satione; & expositio hujus rei ita se habet, nempe quod locus sati continet quinquaginta cubitos per quadratum; & locus quartæ partis Cabi continet decem cubitos cum quinta parte per quadratum, & relinquet inter unum quodque calvitium novem cubitos & tres quintanas partes, & dimidium partis quintæ; & hæc propemodum est quantitas unius calvitii, & hæc est ejus figura. Quando autem posuerit in loco sati decem calvitia, prohibitum est, quia divisio inter ea non est æqualis, & unum tangit alterum, & hoc est quod dicunt in Gemara. R. Meyr dicit, etsi sint conjuncta; sed Sapientes dicunt, ea conditione ne sint juncta; R. Elieser fil. Jacob dicit, etiamsi campus alicujus sit locus Cori, prohibitum est in eo seminare aliam speciem præterquam spatium unius calvitii. Locus autem Cori est ut locus Sati trigesies consideratus, quia Cor continet triginta Sata; sic etiam mensura loci Cori continebit quinque & septuaginta millia cubitorum; & si posueris eam quadratam, continebit in latere suo ducentos & septuaginta tres cubitos, & sex septimanas fermè; decisio est juxta Sapientes.

GUISIUS. 1 *Novena quadra.*] Quadrantum singula paribus intervallis ab invicem distantia; ut ita spatium inter novena quadra, quindenis reliquis, quæ satum efficiunt, ex omni parte æquale, incultum relinquatur. Sic autem intervalla minora paulo erunt, quam requirit sequens paragraphus, ut constet hæc παχυμερέστερον sumi debere.

י כל שהוא בתוך בית רובע עולה במדה בית רובע אכילת הגפן והקבר והסלע עולין במדת בית רובע תבואה בתבואה בית רובע ירק בירק ו׳ טפחים תבואה בירק ירק בתבואה בית רובע ר״א אומר ירק בתבואה ששה טפחים :

10. Quodcunque complectitur soli 1 quadrans, 2 mensuræ ejusdem accensetur. Expansio stirpium vitis, sepulchrum, & rupes accensentur mensuræ quadrantis. Inter duo frumenti genera intervallum esto 3 quadrantis; inter duo olerum genera palmorum senum. Inter frumentum & olus, sive olus & frumentum quadrantis. R. Eliezer mavult palmorum senum.

R. OB. DE BARTENORA.


כל שהוא בתוך בית רובע *omne id quod fuerit in medio loci quartæ partis*, uti fossæ aquis plenæ, etsi non sint aptæ ut in eis seratur. עולה במדת בית רובע *intrat mensuram quartæ partis*, ad computandum distantiam inter diversas species. אכילת הגפן *comestio de vite*, puta id quod comprehendit vitis, & comedit de partibus circumjacentibus, quæ est quantitas colendi eam, quæ intrat mensuram loci quartæ partis Cabi ad perficiendum decem cubitos, & duos palmos in longitudine super decem cubitos latitudinis, nam supra diximus, mensuram loci quartæ partis Cabi necessario dividere inter diversas species; sic etiam sepultura intrat, itidem & petra; Tractatur hìc de petra quæ non alta est decem palmos, si enim alta fuerit decem, מח צה *separatio* est, & dividit per se. תבואה בתבואה בית רובע *proventus cum proventu loci quartæ partis*, si campus ejus fuerit satus tritico, & voluerit in eo serere hordeum, necesse est ut separet locum quartæ partis cabi, at ea conditione ne triticum circumdet hordeum ad quatuor latera, quia tum non fruitur separatione, usque dum apertus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sensus est, quodcunque fuerit in loco quartæ partis Cabi intrat mensuram suam; & diximus jam quod mensura loci quartæ partis Cabi est decem cubitorum cum quinta parte fermè per quadratum. אכילת הגפן *esus de vite*, sensus est, quando rami ejus se extendunt supra terram, vitis dicitur comedere de terra.

תבואה בתבואה בית רובע *proventus cum proventu quartæ partis* (cabi), eo sensu, ut ponat inter duas species proventus locum quartæ partis cabi, & tum seret; & inter duas oleris species quæ inter se mixtæ fuerint, sex palmos; decisio non est juxta R. Elieser.

צורות מכלאי הזרעים שבמסכת כלאים



TABULÆ

De Seminum Olerumque Heterogeneis pro diversarum areolarum mensura consitis, quarum sparsim in hoc tractatu fit mentio.

TABULA prima referenda est ad caput 2:6. הרוצה לעשות שדהו משר משר מכל מין ב"ש אומרים שלשה תלמים של פתיח וביה"א מלא העול השרוני Repræsentat agrum in diversas areolas cum sulcis proscissionis interpositis, hoc sensu; si quis in agro suo conserat diversorum seminum areolas, necessum est ut propter oculum spèctatoris relinquat spatium trium sulcorum proscissionis, ne videatur mixturam seminare. In Talmude Jerusolymitano exponit R. Zera in nomine R. Chaiæ interstitium hoc esse duorum cubitorum in longitudine, ac latitudine, quod si quis reliquerit sive in principio, sive in medio, reliquum deinde spatium coarctare potest; cum hoc signo satis constet, animum ipsius non fuisse quasi ערבוב"א *mixturam*, in agro colere vellet.

TAB. Secunda pertinet ad capitis secundi Misnam septimam, ubi ita, היה ראש תור הטים נכנס בתוך של שעורים כותר כפני שהוא נראה כסוף שדהו וכו׳ *Si vertex acuminatus arvi triticei in hordeaceum incurrat, licitum est, quia agri finis habetur &c*; atque hoc modo unicuique clarum est possessorem non seminasse, ut miscella coleret in agro suo, quia ager contiguus diverso semine consitus ad alium pertinet. Utraque verticis Tor figura, quæ quadrangularis est & ea quæ triangularis aliam quadrangularem ingrediens, est juxta mentem Maimonidis & Bartenoræ, ac Misnæ convenientior, quam ea quam ponit Rabbenu Schimson.

TAB. Tertia in eadem qua superior continetur Misna, hisce verbis; שלו חטים ושל חבירו מין אחר מותר לסמוך לו מאותו המין ושלו חטים ושל חבירו חטים מותר לסמוך לו תלם של פשתן ולא תלם של מין אחר *Si cujusquam ager tritico satus sit, alterius autem alio semine, licet ei juxta serere eandem seminis speciem; Aut, si illius tritico & alterius itidem tritico satus sit, licet ei sulcum unum lini ei adjungere; non autem sulcum unum alius cujusquam speciei.* Ea quæ ad dextram conspicitur figura, est secundum Maimonidis sententiam, ubi semen heterogeneum per interstitium aliquod discernitur a tritico, & conjungitur cum semine interstitio alterius agri possessoris. Quæ vero ad sinistram, est secundum Bartenoræ sententiam, in qua semen heterogeneum unius possessoris sine interstitio conjungitur cum semine hetetogeneo alterius possessoris, quia alterius agri finis est, & cum eo conjunctus videtur, quasi ad ipsum non pertineret.

TAB. Quarta referri debet ad Misnam nonam capitis secundi, juxta opinionem Sapientum, illic dicentium, תשע קרחות מותרות עשר אסורות *novem calvitia licita sunt, decem vero illicita.* Porro sensus illius, exponente Maimonide, ita se habet; conspiciuntur hic novem calvitia in spatio sati, quodlibet calvitium quartam Cabi partem continens, atque unum ab alio æquali distantia discretum, cujus mensura fere exæquat calvitii mensuram, continens novem cubitos & tres quintanas partes cum dimidio quintæ partis; quarta pars Cabi facit decem cubitos, cum quinta parte per quadratum; Sati vero spatium est quinquaginta cubitorum per quadratum. Quid sit קרחת *calvitium*, & quare ita vocetur, videsis de eò Maimonidis & Bartenoræ Notas.

TAB. Quinta ad eandem, ad quam superior, referenda est Misnam, hisce verbis. הרוצה לעשות שדהו קרחת מכל מין עושה כ"ד קרחות לבית סאה מקרחת לבית רובע וזורע בתוכה כל מין שירצה דברי ר"ם *qui velit agrum tessellatum facere ex generibus diversis; agri satum in vicena quadra dispertiat, quadrantum singula; & inibi serat quascunque voluerit species; sunt verba R. Meyri.* Putat igitur R. Meyr, quod, si viginti quatuor calvitia sint in spatio Sati, ea sine ullo interstitio diverso semine conseri possunt, & omnia videntur discreta, quia quodlibet calvitium quadrum ejusdem est mensuræ, unde auctoris scopus constat. Et concedit quoque duo calvitia confinia sinapi conseri posse; at non tria, quia tum campo sinapi consito similis videtur illa satio. Satum ut supra est quinquaginta cubitorum, & unumquodque calvitium fere decem cubitorum & quintæ; atque hæc secundum mentem Maimonidis.

TAB. Sexta est juxta sententiam Bartenoræ, qui mentem R. Meyri in Misna superius allegata aliter explicat; atque adeo juxta ipsum in hac tabula conspicitur spatium Sati in quo sunt viginti quatuor calvitia diverso semine consita sine ullo spatio intermedio, unumquodque calvitium continet decem cubitos cum duobus palmis & dimidio longitudinis super decem cubitos latitudinis; hoc sensu, si quis fecerit Sati spatium, sive quinquaginta cubitos in quadratum viginti quinque calvitiorum, quodlibet calvitium continebit decem cubitos per quadratum, tum tollendum est unum & remanebunt viginti quatuor calvitia; deinde unicum illud dividat in viginti quatuor calvitia, quomodo fiet ut quælibet corrigia duos contineat palmos, & dimidium latitudinis super longitudinem decem cubitorum, quolibet cubito continente sex palmos, ita ut sexaginta palmi sint decem cubiti, si ponamus quamlibet corrigiam in principio cujuslibet calvitii, fiet ut quodlibet calvitium contineat decem cubitos & duos palmos, cum dimidio longitudinis super decem cubitos latitudinis; ejusmodi scil. calvitium quod quartam Cabi partem continet; quia in Sato continentur viginti quatuor partes quartanæ Cabi, quas si ponamus in viginti quatuor calvitia, unumquodque calvitium erit quartæ partis Cabi.

TAB.

TAB. Septima pertinet ad Miſnam primam capitis tertii, ubi de diverſarum areolarum figuris. Solebant enim veteres, teſte Maimonide, in hortis facere areolas quadratas ad ſerendum in eis olera. Sed antequam de ipſis areolis dicamus, obſervandum hoc eſt fundamentum, quod hæ de heterogeneis non conjungendis regulæ tantum inſtitutæ ſunt propter ejusmodi ſpectatores, qui ſatione eorum offenduntur; idcirco, quando una planta ab altera ſeparata apparet, licita eſt talis plantatio, etſi alii ſemini prope jungatur. Hac de cauſa, ſi angulus unius ſeminis junctus fuerit alteri ſemini, & cum eo colligatus, uti oſtendit ea quæ ad dextram conſpicitur figura, ubi latus unius ſeminis attingit angulum alterius; tum licita res eſt, quia contactus tantummodo fit in angulo verticis acuminati ראש תור dicti, de quo in tabula ſecunda egimus. Et multo magis id ipſum licitum eſt, ſi unius ſeminis angulus conjunctus ſit cum angulo alterius ſeminis, quemadmodum oſtendit figura media. Cæterum, ſi unius ſeminis latus recipiatur ab alterius ſeminis latere, non licet unum ſemen cum altero conjungere, quia omnino heterogenea ſunt; videſis figuram quæ eſt ad ſiniſtram hujus tabulæ.

TAB. Octavæ argumentum extat Miſna prima capitis tertii, hoc ſenſu, ערוגה שהיא ששה על ששה טפחים זורעים בתוכה הי זרעונים על ארבעה בדירוחות וערוגה אחת באמצע *in areola quadrata palmorum ſenum quina ſerunt ſemina, quaterna ad quatuor cardines, & unum in medio.* Continentur ergo in hac areola triginta ſex palmi, quorum viginti quatuor conſiti ſunt, quatuor ad quatuor cardines, & quatuor in medio cum octo dimidiis, in totum viginti quatuor. Quo modo ſi quis ſeverit quinque ſemina, non habeantur heterogenea; quia ſingula a ſingulis ſeparantur intervallo unius palmi, vide Maimonidem.


TAB. Nona quoque comprehendit ſpatium triginta ſex palmorum, quorum tamen quinque ſeminum ſpeciebus conſiti ſunt viginti ſeptem palmi, quini palmi ad tres cardines, & quaterni ad unum cardinem, & quatuor cum octo dimidiis in medio, qui ſimul enumerati conficiunt viginti ſeptem palmos. In uno angulo relinquitur palmus vacuus, quo oſtendatur eum non conſerendum eſſe, quia e regione illius alia conſita eſt areola, quacum commiſceretur ſi conſita fuiſſet. Et talis areola in Gemara dicitur ערוגה בחרבה *areola in deſerto & loco ſolitario*; juxta quam nihil ſatum eſt; ideoque juxta ejus figuram in pratis, hortis, & campis excultis ſerere vetitum eſt ne impleantur anguli. Videſis Maimonidem, cum dicit, *ut convertat folia hujus ſeminis ad hoc latus, & folia illius ad illud latus &c.*

TAB. Decima itidem comprehendit triginta ſex palmos, inter quos viginti ſeptem conſiti ſunt quinque ſeminum ſpeciebus hoc modo; ad quemlibet angulum conſitum eſt ſpatium palmi cum duobus dimidiis & quarta parte interius, qui ſunt novem; in medio duodecim palmi cum duodecim dimidiis, qui ſunt octodecim; & hi ſimul ſumpti conficiunt viginti ſeptem palmos integros. Tabula hæc quoque alio ſchemate repræſentat id quod ſuperioribus demonſtrare inceperamus; nimirum, quod non licet ſeminare præterquam in palmo angulari, & non interius, ne adimpleantur anguli, eorumque ſemen commiſceatur cum ſemine quod in areola interiori ſatum eſt. Hinc Maimonides in Gemara, מפני מה לא התרנו לו לזרוע חוץ מן הערוגה כנגד הקרנות שאין בה דבר זרוע וכוי *quare non permittimus alicui ut ſerat extra areolam e regione angulorum, ubi nihil ſatum eſt &c.?* inſpice auctorem.

TAB. Undecima repræſentat triginta ſex palmos, qui undiquaque cinguntur cinguntur termino ſive aggere unius palmi alto, in quibus tredecim ſeminum ſpecies ſatæ ſunt, duodecim in termino, & una in medio areolæ. Menſura vero palmorum conſitorum facit triginta palmos; duodecim in termino, & duodecim integri cum duodecim dimidiis in medio. Et hoc eſt quod Maimonides vult juxta Miſnam, quando dixit, היה לו גבול גבוה טפח זורעין בתוכה שלשה עשר שלשה על כל גבול וגבול ויהיה מדת הזרוע ממנה באלו השלשה עשר מינין שלשים טפח *Si cui fuerit agri terminus palmum altus, in eo tredecim ſeminum ſpecies ſerere poteſt, tres in unoquoque termino, & unam in medio; & menſura illius quod ſatum hiſce tredecim ſpeciebus, conficiet triginta palmos.*

TAB. Duodecima juxta R. Jehudæ ſententiam depicta eſt, de qua ita in Miſna prima capitis tertii רבי יהודה אומר ששה באמצע *R. Jehuda dicit, ſena in medio.* Porro eam ſecundum Maimonidis mentem hoc ſenſu explicamus. Conſpicitur hic areola ſenum palmorum in quadrum, & cingitur undiquaque termino ſuo palmum alto, in quo duodecim ſatæ ſunt ſeminum ſpecies, & ſex intra areolas medias, in totum octodecim. Menſura autem totius quod conſitum eſt ſpatii continet triginta palmos, duodecim in termino, & octodecim intra areolam, quomodo tot in ea quot diximus ſpecies ſeri poſſunt, ut nihil deficiat de menſura illius quod ſatum eſt ſpatii. Nam ſi quis hanc figuram recte conſideraverit, comperiet, uniuscujusque areolæ mediæ ſextæ peculiaribus ſignis inſtructæ menſuram continere tres palmos. Præterea comperiet, diſtantiam quæ eſt inter duo latera, quæ ſunt æqualia lateribus ſignatis mediis, eſſe maceriem trium palmorum cum quarta parte, ſive menſuram unius palmi & quatuor quintanarum illius partium propemodum; hoc ſenſu, quælibet linea æqualium laterum, quando unumquodque latus diviſerimus in duas partes, & inter puncta conjunxerimus cum lineis rectis, erit menſuræ figuræ ſecundæ, ſive interioris quæ intra exteriorem continetur, quæ eſt dimidium figuræ exterioris cujus latera diviſimus. Et ſi deinde conſideraveris omnes ſex areolas in medio ſignatas ſex palmorum per quadrum, comperies unamquamque areolam ſignatam eam quam diximus habere menſuram, ſcil. tres palmos in longitudine, & duos in latitudine, in ſumma ſex palmos; & menſura areolæ interioris ſignatæ tres palmos, juxta hanc figuram.

Vides



Vides hic figuram primam in se continentem secundam, utramque ejusdem mensuræ, & duas lineas exteriores rectas in longitudine æquales, & duas in latitudine æquales; sed linea latitudinis cum linea longitudinis non est necesse ut sit æqualis. Præterea duæ lineæ longitudinis, quæ sunt ז, א, ו, &, ט, ב, ח, æquales sunt in longitudine, & quælibet earum comprehendit tres palmos in longitudine. Cæterum duæ latitudinis lineæ, quæ sunt, ח, ג, ו, &, ט, ד, ז, æquales sunt in latitudine, & quælibet in latitudine duos comprehendit palmos, quos partimur inter quatuor puncta, quæ signantur literis, ד, ב, ג, א, quæ puncta deinde conjunguntur, ab א ad ג, & ab א ad ד; sic etiam, a puncto ב ad punctum ג, item, a puncto ב ad punctum ד. Et hoc vult Maimon quando dicit, כשנחלק כל צלע מצלעיו בשני חלקים והחברנו בין הנקודות בקוים ישרים *quando unumquodque latus diviserimus in duas partes, & conjunxerimus inter puncta in lines rectis.* Et quod Maimonides scribit, יהיה תבנית השני הנעשה בתוך תבנית הראשון ויהיה מדת חצי תבנית הראשון אשר חלקנו צלעיו *erit forma secunda figura qua facta est in medio forma prima, eritque mensura dimidii forma prima; cujus latera divisimus*, hoc satis clarum fiet ex hac demonstratione Jomtobi. Nam quoniam unum punctum dividit lineam rectam ז, א, ו, in duas partes æquales, ut & punctum secundum, nempe ט, ב, ח; & si deinde conjunxerimus lineam rectam א & ב, quælibet שטח *puncti extensio*, quæ est ח, ו, & ט, ז, in duas partes æquales dividitur. Item, punctum ד, ג, dividit lineas ח, ג, ו, & ט, ד, ז, quamlibet in duas partes æquales, & hoc si conjungantur in linea recta, quæ est ד, ג, Pariter, dividimus quamlibet puncti extensionem, nimirum, ח, ו, & ט, ז, in duas partes æquales, & duæ lineæ rectæ conjunctæ dividuntur ad punctum ה, id est, linea ד, ה, ג, & linea ב, ה, א; fiet inde, ut, quemadmodum tota puncti extensio dividitur in duas partes æquales per lineam ב, ה, א, cujus & pars una est, ב, ח, ו, א, & altera ז, ט, ב, א, & linea ב, ה, א, æqualis est lineæ ח, ג, ו, & ut punctum ג dividat lineam ח, ג, ו, & punctum ה dividat lineam ב, ה, א; eodem modo linea ה, ג, dividit extensionem puncti quæ est ח, ו, א, etiam in duas partes æquales. Eadem quoque via pars secunda, ז, ט, ב, א dividitur in duas partes æquales per lineam ד, ה, quomodo in hac puncti extensione habebimus quatuor quartas partes æqualium laterum, & quodlibet latus, & quælibet quarta pars erit æqualis. Hisce bene perspectis, dicamus quartam partem ה, ג, ו, א, cujus linea recta est ו, א in longitudine facere dimidium longitudinis שטח *totius extensionis puncti*, & longitudo illius erit unius palmi cum dimidio, nam hæc puncti extensio quam proposuimus comprehendit in longitudine sua tres palmos. Et linea ג, ו, ex hac quarta parte facit dimidium lineæ in latitudine totius extensionis puncti, sive palmum unum: nam ita tota puncti extensio erit duorum palmorum in tota latitudine, quemadmodum monuit Maimonides. Similiter linea ה, ג, quæ æqualis est lineæ א, ו, in longitudine erit unius palmi cum dimidio; & linea ה, א, quæ æqualis est lineæ ג, ו, in latitudine erit unius palmi, quia illa quadrata est æqualium laterum, respectu longitudinis & latitudinis. Cæterum jam conjunximus superius a puncto א ad punctum ג, unde in hoc quadro fiunt duæ lineæ triangulares coæquantes unumquodque latus. Nam linea triangularis ג, ו, א, æqualis est triangulari ג, ה, א; sed linea ו, א, e triangulari ג, ו, א; æqualis est lineæ ג, ה, e triangulari ג, ה, א, & linea ג, ו, e triangulari ג, ו, א, æqualis est lineæ ה, א, e triangulari ג, ה, א; & linea ג, ו, א, e triangulari ג, ו, א, æqualis est lineæ ה, א, e triangulari ג, ה, א; & linea ג, א, conjungitur cum duabus triangularibus, hinc omnes triangulares erunt æquales. Hinc sequitur quod linea ג, א, dividit hoc quadrum ה, ג, ו, א, in duas lineas æquales. Et hoc modo facile intelligas reliqua quadra, & invenias, quod figura secunda, quæ facta est intra primam, horum punctorum conjunctione mediante, comprehendit dimidium primæ.

TAB. Decima tertia nititur demonstratione Jomtobi verba Maimonidis superiora declarantis, nempe, quod non sufficit dixisse ipsum, novem species seri posse in spatio triginta sex palmorum, quemadmodum quinta decima figura ostensum est; cum ab aliis quæri posset, an non novem species in tali spatio seri possint, ita ut id quod satum est in eo, conficiat spatium viginti octo palmorum, uti ex hac ipsa ostenditur figura. Jomtobus putat novem species in novem palmis seri non posse, etsi in figura octava permittantur viginti quatuor palmi quinque seminum speciebus consiti, quod longe majus spatium est, quia fieri posset ut quis hoc fundamento viginti octo palmos novem speciebus consereret. Sed in Jad Chasaka capite quarto Halacha nona Maimonides se clarius explicat, his verbis, מיני ירקות שאין דרך בני אדם לזרוע מהם אלא מעט מעט כמו שבארנו מותר לזרוע אפילו ה׳ מינים בתוך ערוגה א׳ שהיא ו׳ טפחים על ו׳ טפחים. והוא שיזרע ד׳ הערוגות וא׳ באמצע וירחיק בין מין ומין כמו טפח ומחצה כדי שלא יינקו זה מזה אבל יותר על ה׳ מינין. לא אף על פי שמרחיק ביניהם לפי שמינין הרבה בערוגה כזו הריהן כנטועין בערבוביא *Cum homines non solent olerum species serere, nisi parumper tantum, uti exposuimus; idcirco licitum est ex illis serere etiam quinque species in una areola sex palmos in quadrum comprehendente; ut, si quis quatuor species serat ad quatuor areolæ latera & unam in medio, & inter unamquamque speciem facita interstitium palmi cum dimidio, ne una sugat*

gat ab alia. Sed ultra quinque species non licet serere, etsi interstitium aliquod fecerit inter eas; eo quod ejusmodi plures species videntur mixturam olere. Et huic sententiæ Jomtobus calculum suum adjicit, nempe, quod novem species, etsi in novem palmis tantum satæ, mixturam olent, ob varietatem specierum.

TAB. Decima quarta comprehendit spatium triginta sex palmorum, & circumdatur aggere unum palmum alto; consiti autem sunt triginta palmi una & viginti speciebus. Hujus porro figuræ schema repræsentat sensum illius qui contra R. Jehudæ sententiam dubium movet, & vult juxta hanc quoque figuram novem seminum species in medio seri posse, ut tamen nihil deficiat numero triginta palmorum consitorum, qui Tabula quarta requirebantur, cum hic novem areolæ tantum faciunt, quantum illic sex, quia hic quælibet est duorum palmorum, illic vero trium? atqui hoc fieri non potest, quia tum inter duo latera duorum diversorum seminum e novem daretur tantum mensura palmo cum dimidio paulo minor; nam cum novem species sint in areola, erit intra quodlibet latus spatium palmi cum duabus illius quintanis; at requiritur palmus cum dimidio, uti figura ostendit. Cæterum, quod requiratur palmus cum duabus quintanis, clarum est ex eo quod latus singulorum novem seminum sit diameter unius palmi per quadrum; at diameter unius palmi per quadrum est palmus cum duabus quintanis propemodum, uti Sapientes dixerunt, *omnis cubitus per quadrum facit unum cubitum cum duabus quintanis per diametrum*; ne quis diceret, in areola sex palmorum seri posse novem semina, uti apparebit ex sequenti tabula.

TAB. Decima quinta comprehendit triginta palmorum spatium, novem diversis seminibus consitorum. Putat Maimonides in hac areola novem seminum species seri posse, cujus spatium est sex palmorum per quadrum, eo quod totum spatium quod de areola satum est tantummodo novem continet palmos; cum secundum octavam figuram id quod satum est contineret viginti quatuor palmos, quod majus est, ideo Misna dixit *quinque* tantum, non novem; Et proponit Misna areolam sex palmorum per quadrum, & non minorem vel majorem, quia ea minor est omnibus areolis aliis, nempe, quod ad quodlibet cubitum per quadrum attinet. Propterea Misna nos docet, quod in areola omnium minima seri possunt diversa semina, ita ut inter se non commisceantur. Videsis Maimonidem.

TAB. Decima sexta referri debet ad Misnam sextam hujus sexti capitis, היתה שדהו זרועה בצלים ומבקש ליטוע בתוכה שורות של דלועים ר"א עוקר ב׳ שורות וכו׳ *si quis agrum suum conseverit cepis, & in eodem cucurbitarum ordines depangere velit, R. Ismael dicit, extirpet binos ordines &c.* Sensus hujus quæstionis ita se habet; ponamus hic agrum cepis consitum, cujus mensura in latitudine continet sex שורות *ordines*, & quilibet ordo quatuor cubitos, in summa erunt viginti quatuor cubiti; tum, si quis in ejusmodi agro cucurbitas serere velit, oportet ut ab una parte extirpet duos ceparum ordines, qui octo faciunt cubitos, & denuo in illorum cubitorum medio unum ordinem cucurbitarum, sive quatuor cubitorum mensuram, remanebunt duo cubiti sine semine ab una & ab altera parte; in medio autem agro necesse est ut relinquat duos ceparum ordines, qui faciunt octo cubitos in latitudine, & deinde ex altera parte extirpet duos ordines, qui itidem octo comprehendunt cubitos, & serat in medio illius spatii unum ordinem cucurbitarum, conficientem quatuor cubitos, fiet hoc modo, ut inter primum ordinem cucurbitarum, & ceparum segetem duo reperiantur cubiti sine semine, & ceparum seges sit octo cubitorum, duo vero cubiti sint sine semine inter segetem ceparum & secundum ordinem cucurbitarum; unde fiet ut inter unum ordinem cucurbitarum, & alteram lineam cucurbitarum sit duodecim cubitorum distantia, quorum octo cucurbitis consiti sunt, & quatuor sive bini ab utraque parte vacui, qui dicuntur בורות *inculti*; & hoc modo semper agendum est in campis quantulæcunque mensuræ, confer Maim. & Bart.

tus sit ab uno latere. ירק בתבואה בית רובע *olus cum proventu loci quartæ partis* (Cabi), tantummodo hoc necessarium est quando locus est quadratus, at si voluerit facere unum ordinem oleris in campo proventus, faciet ordinem decem cubitorum cum dimidio in longitudine super latitudinem sex palmorum; quia in quadrato magis aggravarunt quam in ordine, & sic etiam dicitur in Talmude Jerusolymitano. *R. Eliesser dicit olus cum proventu, sex palmos*, quia putat quod in quadrato non magis aggravamus quam in ordine; at decisio non est juxta R. Eliesser.

GUISIUS. *Quadrans.*] Intervallum inter diversi generis sata relinquendum. 2 *Mensuræ ejusdem accensetur.*] Nec requiritur intervallum quadrantis illo excluso. 3 *Quadrantis.*] Cubitorum denum cum quinta quam proxime, qui numerus quam proxime radix quadrata est cubitorum quos complectitur soli quadrans. Alii denum cum semi.

יא תבואה נוטה על גבי תבואה וירק על גבי ירק תבואה על גבי ירק ירק על גבי תבואה הכל מותר חוץ מדלעת יונית ר"מ אומר אף הקשות ופול המצרי ורואה אני את דבריהם מדברי:

11. Si frumentum reclinatum sit super frumentum, vel olus super olus, vel frumentum super olus, vel olus super frumentum, omni modo licitum est excepta cucurbita Græca. R. Meir excipit præterea cucumeres & fabam Ægyptiam. Ego autem amplector eorum sententiam.

R. OB. DE BARTENORA.

תבואה על גבי התבואה *proventus super proventum*, ut, qui feruntur juxta ritum & jus eorum, nisi quod spicæ inter accrescendum se intricant, una innitens alteri. חוץ מדלעת יונית *excepta cucurbita Græca*, quia ejus folia sunt longa, & multum se extendentia, & quando inclinant se super proventum, aut olus, magis se intricant quam cæteræ species, & apparent heterogenea. ופול המצרי, *& faba Ægyptiaca* barbarè pessoli. ורואה אני את דבריהם מדברי *& apparent mihi eorum verba meliora quam mea*, quia cucumis & faba Ægyptiaca non adeo intricant ramos suos, quam quidem cucurbita Græca, & sic deciditur, quod omnia sunt permissa eo quo diximus sensu, excepta cucurbita Græca.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cucurbita Græca habet folia oblonga, perplexa, & valde se extendentia, quando autem illa inclinant se super proventum, aut super olus se extendunt, & intricant se ei, tum apparent ac si essent heterogenea; decisio non est juxta R. Meyr.

פרק ג ערוגה שהיא ו' על ו' טפחים זורעים בתוכה חמשה זרעונים על ארבעה כד רוחות הערוגה ואחי באמצע היה לה גבול גבוה טפח זורעין בתוכה שלשה עשר שלשה על כל גבול וגבול ואחד באמצע לא יטע ראש הלפת בתוך הגבול מפני שהוי ממלאהו רבי יהודה* אומר ששה באמצע:

Caput 3. In areola quadrata palmorum senum quina serunt semina, 1 quaterna ad quatuor cardines, & unum in medio. Si limbo cincta sit palmaris altitudinis, in ea serunt terna dena; 2 terna in unoquoque limbo, & unum in medio. In limbo autem non depangetur rapi radix, quia eum implet. R. Juda dicit, 3 in medio sena.

R. OB. DE BARTENORA.

ערוגה שהיא ששה טפחים וגו' *areola quæ fuerit sex palmorum &c.*, hoc inferius exponetur in quaternione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent in hortis facere areolas quadratas ad serendum in eis olera, & observes hæc fundamenta, nimirum, quod de heterogeneis non fit commonefactio nisi propter eos qui adveniunt, & de istiusmodi heterogeneis offenduntur, propterea, quando una planta apparet separata, permissum est, etsi propè jungatur alii semini, uti diximus quando egimus de Tor tritici; & propterea, si angulus unius seminis fuerit junctus alii semini, & colligatus cum eo, uti est hæc figura, permissum est, quia est punctum תו Tor; & quanto magis si angulus unius seminis fuerit colligatus cum alio angulo, uti hæc ostendit figura; sin autem unius seminis latus recipiatur à latere alterius seminis, uti ostendit hæc figura, non licet unum conjungere cum altero, quia omnino heterogenea sunt. Modus vero divisionis inter illa semina, hic est juxta unum de tribus his modis, quorum unus est modus excavandi inter illa unam fossam quæ in profunditate continet palmum, & in longitudine sex palmos, si duæ species fuerint olera, uti exponetur hoc capite; aut ponet inter illa terminum cujus altitudo continet palmum & latitudo palmum. Secundus modus separandi inter illa est quantitas unius palmi cum dimidio, quæ est mensura qua unum semen non potest sugere aliud. Tertius vero modus est, ut convertat folia hujus seminis ad hoc latus, & folia illius seminis ad illud latus, eo modo ut appareant divisa, uti exponetur hoc capite, & super istis fundamentis Mischna dicit, quod areola quæ fuerit sex palmorum per quadratum, poterit conseri quinque speciebus seminis, & non erunt heterogenea, & hæc ejus est figura. Erit autem mensura totius seminis quod sevit in illa areola viginti quatuor palmorum, uti exponitur in Gemara. Dixeruntque ערוגה בחרבה *areola in campo vastato*, sensus est, quod non licet seminare juxta hanc quam pinximus figuram, nisi fuerit illa areola sola in agro qui circum se non habet aliam areolam, ut semina unius lateris non commisceantur cum seminibus alterius lateris in alia areola proxima; & argumentamur illic, dicimusque, quamobrem non concedimus ut ferat extra areolam è regione angulorum in qua nihil satum est? & respondemus quod non licet, ne impleantur anguli, ut satio ipsius fiat in areola juxta hanc figuram secundam. Erit itaque quantitas seminis quod in hac areola seminaverit viginti septem palmorum, quæ est tota quantitas quæ in hac areola seri potest continente sex palmos per quadratum, quando in ea satæ sunt species quinque, ea qua diximus conditione. Si vero cuiquam fuerit agri terminus altus unum palmum, seminant in eo tredecim oleris species, tres in unoquoque termino, & unam in medio, uti se habet hæc figura. Et mensura ejus quod seminaverit de istis tredecim speciebus erit triginta palmorum, uti ex hac figura videre licet. R. Jehuda dicit, quod in areola, quæ continet sex palmos in quadratum, & præterea terminum unius palmi, seri possunt octodecim species, duodecim in termino, uti primus doctor docet, & sex in medio, eritque mensura ejus quod seminaverit triginta palmorum; & si multæ fuerint species, non deficiet nobis quicquam è mensura illius quod satum est, & hæc est ejus figura. Si hanc bene perspexeris figuram, invenies quod mensura uniuscujusque areolæ sextæ in medio peculiari modo signatæ continet tres palmos; præterea etiam invenies quod distantia quæ est inter duo latera quæ sunt æqualia lateribus signatis, sit maceries trium palmorum cum quarta parte, quæ est mensura unius palmi, & quatuor quintanarum propemodum; hujus rei sensus est, quod tota superficies laterum æqualium, quando diviserimus unumquodque latus in duas partes, & conjunxerimus inter puncta cum lineis

neis rectis, erit menſura figuræ ſecundæ, quæ facta eſt intra primam figuram, dimidium figuræ primæ cujus latera diviſimus; quando autem conſideraveris omnia ſex latera ſignata quæ conſita ſunt in medio areolæ ſex palmorum per quadratum, comperies unumquodque ſignatum juxta figuram quam diximus, & figura cujuſlibet ſignati lateris continebit longitudinem trium palmorum, & latitudinem duorum palmorum, & menſura ejus, nempe ſignatæ areolæ, ſex palmos, & menſura ſignati lateris quod continetur intra eam comprehendet tres palmos; & hæc eſt figura ejus. Et omnes iſtiuſmodi cauſæ erunt claræ ſi quis Matheſin didicerit, at qui non didicerit hanc ſcientiam apprehendet hæc quæ diximus per traditionem, & ſi ingenio pollet videbit ea oculo cordis ſui, at non conſtabit ipſi per demonſtrationem. Proferuntur rurſus argumenta in Gemara ad verba primi doctoris Miſchnæ dicentis, אחד באמצע *unum in medio*, ad quæ dixerunt, doceat ſex in medio: ad hanc difficultatem quidem conati ſunt reſpondere, at non ſatisfecere; at ego hoc te moneam ut inde diſcas, quod opinio R. Jehudæ in hoc caſu ſit vera; deinde etiam dicere poſſumus quod R. Jehuda contradicit doctori primo, modus autem contradictionis ita ſe habet, nimirum, quod R. Jehuda non permittit, ut una tantum ſpecies ſit in medio, quia tum areola appareret ac ſi tota conſtet una ſpecie, & ſpecies in termino ſatæ apparent heterogeneæ, juxta id quod diximus ad ea quæ Miſchna dixit capite ſecundo מפני שנראית כשדה חרדל *quia apparet ut ager ſinapi;* & comperimus quod primus doctor permittit idipſum, quando dicit אחד באמצע *unum in medio*, & non dicit, *ſex in medio;* ſed hoc in Gemara non eſt reſponſum. Et quod de toto hoc caſu exponitur in Gemara, ejus eſt ſenſus, quod licet ſerere unam ſpeciem in medio, & ſex quoque in medio, uti figuram pingimus. Si vero argumentatus fueris, & dixeris, quare R. Jehuda non dixit novem in medio, quod fieri poſſet juxta hanc figuram, & non deficiet quicquam de menſura triginta palmorum in areola ſatorum? Sed ſcias hoc fieri non poſſe, quia tum inter duo latera duorum ſeminum ex novem daretur quantitas paulo minor quam palmi cum dimidio; & hoc ita eſt, quia novem ſpecies quæ ſunt in areola erunt intra quodlibet latus & conficient palmum cum duabus quintanis, etenim opus eſt palmo cum dimidio, uti figura pingimus. Quod autem requiruntur palmus & duæ quintanæ, ſatis clarum eſt, quatenus latus quorumlibet novem ſeminum conficit diametrum palmi per quadratum, diameter vero palmi per quadratum conficit palmum, & duas fermè quintanas, uti dixere Sapientes, *omnis cubitus per quadratum conficit unum cubitum cum duabus quintanis per diametrum;* id autem quod etiam neceſſarium duxerunt, ne dixeris, quod in areola ſex palmorum ſuper ſex palmos ſerunt novem ſemina, id ipſum inquam ſatis apparet ex hac figura. Quia totum ſpatium quod conſitum eſt in hac figura novem tantum conficit palmos, & juxta figuram quam propoſuimus antea, id quod ſatum eſt conficiet viginti quatuor palmos, uti ſupra expoſuimus; & propterea dixit Miſchna quinque, & non novem; & quod præciſe propoſuit areolam ſex palmorum per quadratum, eſt, quia hæc areola minor eſt cæteris areolis omnibus, nimirum, unum cubitum per quadratum; quo nos docere vult Miſchna, quod in areola omnibus aliis areolis minori ſerere poſſumus diverſa ſemina, ut non ſint heterogenea, uti expoſuimus.

GUISIUS. 1 *Quaterna ad quatuór cardines.*] Vel ad latera, ut exprimitur fig. 1. vel ad angulos, ut fig. 2. 2 *Terna in unoquoque &c.*] Vide fig. 3. 3 *In medio ſena.*] Ut figura 4.

ב כל מין זרעי׳ אין זורעין בערוגי׳ וכל מין ירקות זורעין בערוגה חרדל ואפונים השופין מין זרעים אפונים הגמלנים מין ירק גבול שהיה גבוה טפח ונתמעט כשר שהיה כשר מתחלתו התלם ואמת המים שהם עמוקי׳ טפח זורעים לתוכן שלשה זרעונים אחד מכאן ואחד מכאן ואחד באמצע :

2. Nullæ 1 ſpecies ſeminum ſeruntur in areola; omnes ſpecies oleraceæ ſeruntur in areola. Sinapi & cicer læve ſpecies ſeminum ſunt: cicer 2 majuſculum ſpecies oleris. Limbus qui altitudinis palmaris fuit, etiam cum imminuitur, legitimus habetur, quia ab initio legitimus fuit. In ſulco, vel canali aquæ altitudinis palmaris terna ſerunt ſemina; 3 unum hinc, alterum inde, alium in medio.

R. OB. DE BARTENORA.

כל מין זרעים אין זורעין בערוגה *omnem ſpeciem ſeminum non ſerunt in areola*, id quod ſupra permiſimus, quinque ſemina in areola, & tredecim ſpecies ſeminum quando terminus fuerit unius palmi, intelligendum eſt de ſpeciebus oleris, quas ordinariè ſerunt in areola, at ſpecies ſeminum, quas ſolent in campis ſerere magnis, non licet eo modo ſerere, quia apparent heterogenea. אפונים השופין ſunt *cicera glabra*, quæ comparent ac ſi lævigata eſſent dolabra qua lævigant ligna.

אפונים הגמלנים *cicera magna & craſſa*, in lingua Aramæa omne id quod magnum eſt appellatur nomine גמלאה. Vox גבול *terminus*, ſe habens ut ſcamnum vel agger cœni quem faciunt circum aream, propter conculcationem pedum eorum qui adveniunt illuc.

שהיה גבוה טפח ונתמעט *qui altus eſt palmum, diminuitur*, quando in eo ſeminant tredecim ſpecies ſeminis, & ſi continet altitudinem palmi, poſtea vero diminuitur, ſemina quæ creverunt in eo libera ſunt etiam poſtquam diminutus ſit terminus, & non neceſſe eſt extirpare propter conſervationem heterogeneorum, quia legitimus erat tempore ſationis; nihilominus non poterit in eo ſeminare לכתחלה *ab initio*, poſtquam diminuerit eum, niſi donec altitudinem palmi habuerit. אחד מכאן *unum ab hac parte*, ad oram ſulci in latitudine ſua, & ſecundum ad aliam oram, & tertium in medio ſulci, & eundo feret de qualibet ſpecie, una ab altera diſtante palmum cum dimidio. שהם עמוקים טפח *quæ profunditatem palmi habent*, hoc dicitur magnitudinis cauſa, quia in Talmude Jeruſolymitano eſt qui dicit, quod non licet in ſulco & foſſa ſerere, quia apparet ac ſi heterogenea ſint illa ſemina.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia exiguam ſolent ſerere quantitatem oleris, propterea ea ſerunt in areis; at iſtiuſmodi ſeminis ſpecies quibus magnum ſolent conſerere campum, eas non ſerunt in areis; quod autem dictum eſt de permiſſione quinque ſeminum in area, & de tredecim ſi ipſi fuerit terminus palmi, uti figuram pinximus, hoc tantum intelligendum eſt de oleribus, ſed non de ſpeciebus ſeminum quas non licet eo modo ſerere, quia apparent ac ſi heterogenea eſſent.

אפונים הגמלנים *cicera majora*, ſic in lingua Aramæa omnis res magna dicitur גמלאה. Si itaque inter quamlibet ſpeciem fuerit terminus altus palmum qui dividit inter duas ſpecies, at poſtea diminuitur quod ad altitudinem, tum ſemina illa permanebunt in permiſſione ſua, & non obligamus ut addatur ipſis altitudo niſi donec iterum fiant altitudinis palmi, niſi quod poſtea non ſit licitum de novo ſeminare ſuper latera iſtius termini, uſque dum addiderit ipſi ut redeat ad altitudinem palmi.

GUISIUS. 1 *Species ſeminum.*] Ut intelligas quomodo Judæi diſpeſcant univerſa ſeminum genera, apponam verba Maimonidis ex Hal. Chil. I. הזרעונים נחלקים לשלשה &c. *Semina trifariam dividuntur. Primum genus dicitur frumentum, quod quinque complectitur ſpecies, triticum, far adoreum, ordeum, ſpicam vulpis, & ſiphonem. Secundum legumina, complectens omnia ſemina, quæ homini in eſcam cedunt, excepto frumento, qualia ſunt faba, cicer, lens, milium, oryza, ſeſama, papaver, piſum, & ſimilia. Tertium comprehendit ſemina hortenſia, quomodo vocantur reliqua ſemina eſcæ hominis inepta; quorum tamen ſeminum fructus homini in eſcam cedit. Talia ſunt ſemen cæpæ, allii, porri, nigellæ, rapi, & ſimilium. Semen lini etiam ſeminibus hortenſibus accenſetur. Hæc cum ſata egerminant, germen, priuſquam oſtendat ſe ſemen, vocatur herba, & olus. Sunt autem ſeminum horum hortenſium quædam, quibus integros agros ſolent ſerere, ut linum & ſinapi;* atque hæc dicuntur מיני זרעים *ſpecies ſeminum: alia, quibus areolas duntaxat par-*

vas

vas solent obserere, qualia sunt rapum, raphanus, blita, cæpæ, coriandrum, apium, picris, & his similia, quæ vocantur מיני ירקות *species oleraceæ.* 2 *Majusculum.*] Cicerum genus אפונים גמלונין dictorum, quasi dicas *camelinorum*. Ita solent quicquid suo genere magnitudine pollet גמלון dicere à גמל *camelo*, ut Græci præfigere solent βȢ à bove, in βȢπαις & similibus. Sic alibi חפושיתא גמלוניתא est *scarabæus camelinus*, i.e. *vegrandis*. Fieri tamen potest, ut ciceris species à loco dicatur אפונים גמלונים *cicer Gamalense*. 3 *Unum hinc.*] In margine.

ג היה ראש תור ירק נכנס לתוך שדה ירק אחד מותר מפני שהוא נראה כסוף שדהו היתה שדהו זרועה ירק והוא מבקש ליטע בתוכו שורת של ירק אחר רבי ישמעאל אומר עד שיהא התלם מפולש מראש השדה ועד ראשו רבי עקיבא* אומר אורך ששה טפחים ורוחב מלואו רבי יהודה אומר רוחב כמלא רוחב הפרסה :

3. Si vertex acuminatus olere consitus incurrat in alium agrum olere consitum, licet, quia videtur tanquam agri finis. Si is, cujus ager olere satus, intra eum velit ordinem depangere oleris aliûs generis, R. Ismael *illicitum* ducit, nisi sulcus agrum pertranseat à capite ad calcem. R. Akiba sulcum requirit longum palmos senos, latum tantundem. R. Juda latum quantum lata est planta pedis.

R. OB. DE BARTENORA.

ראש תור notat angulum acuminatum intrantem alium campum, uti sunt *ordines auri* Cant. 1: 10. mundi muliebris, quibus sunt tres anguli acuminati. *Quia apparet ut finis campi sui*, ut cognosci possit quod non sit heterogeneum quid. מפולש id quod פתוח apertum ad duo latera, uti מבוי מפולש *introitus apertus*, qui apertus est ad duo latera. *R. Akiba dicit, longitudo sex palmorum*, non est necesse ut apertus sit ad duo latera, nisi sulcus qui satus est contineat longitudinem sex palmorum, etiamsi aliud semen circumdet eum ad tria latera sua, nihilominus permissum est.

ורוחב מלואו *& latitudo plenitudinis ejus*, continet sex palmos, quæ est quantitas latitudinis sulci. R. Ismael etiam putat latitudinem plenitudinis sulci omnino necessariam, etsi verba sua non exposuerit, quia R. Akiba allevat, & non obligat ut necessarium sit sulcum esse apertum ad duo latera pro latitudine impletionis, quanto magis R. Ismael qui aggravat. Sed R. Mosche *latitudinem impletionis* declarat, ut latitudo conveniat cum profunditate. רוחב הפרסה *latitudo ungulæ*, continet unum palmum, & dicit latitudo ungulæ, & non dicit Mischna latitudo palmi, quia dicitur Deut. 11: 10. והשקית ברגלך כגן הירק *& irrigabas pede tuo sicut hortum oleris*, itaque necessarium est ut inter quodlibet olus detur aliquod spatium quo pedem figat, quod continet latitudinem ungulæ &c., videas ipsum Maimonidem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus jam sulcum esse ex iis causis quæ separationem faciunt inter species oleris, R. Ismael vero dicit, necesse esse ut fossa sit aperta inde à principio usque ad finem ejus lineæ in qua unum satum est olus; sed R. Akiba dicit, quod, si fuerit illa fossa in longitudine sex palmorum, apparet separatio, & non necesse esse, ut fossa dilatetur juxta longitudinem ejus quod satum est; & dicit quod necesse est ut latitudo istius fossæ conveniat cum profunditate, quando dicit מלואו *plenitudo ejus*, nempe plenitudo sulci, etiamsi profunditas ejus contineat palmum. R. Jehuda autem dicit, necessarium esse ut latitudo fossæ tantum contineat palmum, ideo dicit רוחב הפרסה *latitudo ungulæ*; dixit latitudo ungulæ, at non dixit latitudo palmi, quia probatio continetur in verbis, adfert enim mensuræ hujus probationem ex eo quod dicitur Deut. 11: 10. והשקית ברגלך כגן הירק. Et necesse est ut inter quodlibet olus sit spatium, quo quis pedes ponere possit, quæ est latitudo ungulæ; ratio autem, quare non obligamus quenquam ad separandum sex palmorum spatium, uti diximus capite præcedenti, in eo continetur, quando dicit ירק בירק ששה טפחים *olus cum olere sex palmos*, quia separatio illa est inter campum oleris & campum alius oleris, sed in hac Mischna tantum sermo est de campo oleris, quando in eo serere voluerit lineam alius oleris, & idcirco sufficit sulcus, uti exposuimus, decisio est juxta R. Akiba.

ד הנוטע שתי שורות של קישואין שתי שורות של דלועי שתי שורות של פול המצרי מותר שורה של קישואין שורה של דלועי שורה של פול המצרי אסור שורה של קשואים שורה של דלועים שורה של פול המצרי ושורה של קשואים ר' אליעזר מתיר וחכמים* אוסרין :

4. Si pangat quis binos ordines cucumerum, binos cucurbitarum, binos etiam fabæ Ægyptiæ, licet: cucumerum, cucurbitarum, & fabæ Ægyptiæ singulos non licet. Unum cucumerum, unum cucurbitarum, unum fabæ Ægyptiæ, deinde unum cucumerum, R. Eliezer permittit: sed Sapientes vetant.

R. OB. DE BARTENORA.

Duæ lineæ cucumerum, duæ lineæ cucurbitarum, duæ lineæ fabarum Ægyptiarum, permissæ sunt, quia quælibet duæ lineæ apparent ac si essent campus separatus, & satis dignosci potest, & sufficiet si sit sulcus qui dividit speciem à specie; at una linea cucumerum, & una linea cucurbitarum, & una linea fabarum Ægyptiacarum non licitæ sunt, etsi sulcus dividat inter quamlibet speciem, quia folia istarum trium specierum se extendunt & commiscentur inter se, & quando una tantum sit linea cujusque speciei, apparebit ac si uno manus jactu seminaverit omnes conjunctas, & videbuntur heterogenea, & divisio sulci non dividet inter eas. *Et una linea cucumerum, R. Eliefer concedit*, putat enim quando duæ sunt cucumerum lineæ, etsi inter se non sint junctæ, censendas esse ac si sint junctæ, & quando est campus cucumerum, & linea cucurbitarum & linea fabarum Ægyptiacarum, tum censeantur ac si plantatæ sint in campo cucumerum istæ lineæ, & sufficit ipsis

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando quis plantaverit duas lineas cujuslibet speciei, apparebit ac si sit campus cucumerum, & campus cucurbitarum, & campus fabarum Ægyptiacarum, id quod licitum est; at ea conditione ut sit sulcus inter quaslibet duas lineas diversæ speciei: sed si una tantum fuerit linea quarumlibet istarum trium specierum, non licet, quia apparet ac si heterogeneum sit, & ac si sevisset uno manus jactu, tum sulcus nihil proderit inter quamlibet lineam trium illarum specierum, quia folia oleris multum se extendunt & coeunt, ut duæ lineæ misceantur; & sic dicit Gemara, *differentia hic est, quia extensio datur*. Si vero plantaverit unam lineam cucumerum, & unam lineam cucurbitarum, & unam lineam fabarum Ægyptiacarum, & quartam lineam cucumerum, dicit R. Eliefer, si duæ fuerint lineæ cucumerum, censentur ac si unitæ fuerint, & licitum erit, & lineæ fabarum Ægyptiacarum & cucurbitarum censebuntur ac si satæ sint in campo cucumerum, cujus jus est, ut

ipsis separatio sulci, uti Mischna dixit supra, *si campus ejus seminatus fuerit olere, & postea in eo plantare voluerit lineam alius oleris &c.*; *Sapientes prohibent*, quia duæ lineæ cucumerum non sunt conjunctæ, & non reputantur campus cucumerum, sed apparent ac si essent heterogenea per illam mixturam, & divisio per sulcum nihil valebit hac in parte; decisio est juxta Sapientes.

sulcus sufficiat ad separationem, uti diximus Mischna præcedenti; sed Sapientes hoc negant, quia duæ cucumerum lineæ non conjunguntur; decisio est juxta Sapientes.

ה נוטע אדם קישוי ודלעי לתוך גומא אחת ובלבד שתהא זו נוטה לצד זו וזו נוטה לצד זו (ונוטה שער של זו לכאן ושער של זו לכאן שכל מה שאסרו חכמים לא גזרו אלא מפני מראית העין):

5. Depangere licet cucumerem & cucurbitam in eodem scrobe, ita tamen ut hæc in hanc partem, ille in alteram reclinatus sit. [1 Flectantur autem frondes hujus in hanc partem, illius in alteram: quia quicquid interdictum est à Sapientibus, non aliam ob rationem decretum est, quam 2 propter speciem externam.]

R. OB. DE BARTENORA.

קישות ודלעת *cucumeres & cucurbitæ*, quarum folia se extendunt & intricant, quanto magis si plures species junctim fuerint satæ. זו נוטה לצד זו *hæc se inclinans ad hoc latus*, etsi enim separatio sulci nihil profecerit inter illa semina, nihilominus inclinatio foliorum proficiet inter illa, quia id quod Sapientes prohibuere in heterogeneis non prohibuerunt nisi propter visum oculi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גומא notat fossam & foveam, exposuimus jam supra, quod in causa heterogeneorum præmonendum sit propter visum oculorum, ne eo fallatur aut offendatur, propterea, quando unum semen se inclinat ad unam partem, alterum vero ad alteram partem, apparebunt separata; at excipiuntur cucumeres & cucurbitæ, quia folia earum se extendunt & intricant, uti exposuimus, & non dividit inter ea sulcus, etiamsi non sint ejus conditionis uti diximus, licitum est conjungere ea in uno loco, at ea conditione ut separet folia, uti diximus.

GUISIUS. 1 *Flectantur &c.*] Uncis inclusa absunt à MS. Abesse etiam à nonnullis codicibus notatum est in Mischnæ editionibus utrisque Amstelodamensibus, & in Cracoviensi Jomtobi. Videntur certe ex glossemate profluxisse. 2 *Propter speciem externam.*] Ne ager eminus appareat miscellis consitus.

ו היתה שדהו זרועה בצלים ומבקש ליטע בתוכה שורות של דלועים ר"א עוקר ב' שורו' ונוטע שור' א' ומניח קמת בצלים במקו' ב" שורו' ועוקר ב' שורות ונוטע שורה א' רע"א עוקר ב' שורות ונוטע ב' שורות ומניח קמת בצלים במקום ב' שורו' ועוקר ב' שורות ונוטע ב' שורות וחכ"א אם אין בין שורה לחברתה י"ב אמה לא יקיים את הזרע של בינתים:

6. Si is, cujus ager cæpis consitus, in eodem velit cucurbitarum ordines depangere, R. Ismael censet extirpare binos ordines, atque unum depangere, deinde binis ordinibus stantes cæpas sinere, alteros binos ordines extirpare, & unum depangere. R. Akiba censet pro binis ordinibus extirpatis binos depangere, binis stantes cæpas sinere, deinde pro alteris binis extirpatis binos depangere. Sapientes dicunt, Nisi inter binos ordines 1 duodeni intersint cubiti, sata intermedia adolescere ne sinuntor.

R. OB. DE BARTENORA.

עוקר שתי שורות ונוטע שורה אחת *extirpat duas lineas & plantat lineam unam*, quantitas ordinis sive lineæ non est minor quam quatuor cubitorum in latitudine; quando autem duas extirpaverit lineas ceparum, quæ conficiunt octo cubitos, & plantaverit in medio earum unam lineam cucurbitarum, quæ conficit quatuor cubitos, relinquuntur duo cubiti sine semine ab una parte, & duo cubiti sine semine ab altera parte, & relinquet messem ceparum duas lineas, quæ sunt octo cubiti in latitudine, & extirpabit duas lineas, quæ etiam sunt octo cubiti, & seminabit in medio unius lineæ cucurbitarum, quæ conficit quatuor cubitos, undè fiet ut inter primam lineam cucurbitarum & segetem ceparum duo sint cubiti sine semine, & seges ceparum erit octo cubitorum, duo vero cubiti erunt sine semine inter segetem ceparum & inter secundam lineam cucurbitarum, undè fiet ut inter unam lineam cucurbitarum & alteram lineam cucurbitarum sint duodecim cubiti; & eo modo semper aget.

רבי עקיבא אומר עוקר שתי שורות ונוטע שתים *R. Akiba dicit, extirpabit duas lineas, & plantabit duas*, putat non esse necessarium separare inter duas lineas cucurbitarum & segetem ceparum nisi sulcus tantum, uti Mischna dixit vers. tertio de oleribus, inter lineas cucurbitarum vero & secundas lineas cucurbitarum separatio octo cubitorum segetis ceparum tantum. וחכמים אומרים וגו' *& Sapientes dicunt &c.*, Sapientes rem intelligunt ut R. Ismael, nimirum quod necesse est ut inter unam & alteram lineam cucurbitarum sit spatium duodecim cubitorum, sed R. Ismael putat necesse ut separatio sit duo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Scitu necessarium lineam cucurbitarum continere cubitos quatuor, & propterea R. Ismael dicit quod extirpanda sit quantitas duarum linearum cucurbitarum, quæ conficit octo palmos, & plantabit ex iis unam lineam, quæ est latitudo quatuor cubitorum, & relinquet segetem ceparum quantitatem duarum linearum, quæ est latitudo octo cubitorum, & seret ex iis unam lineam cucurbitarum, quæ conficit quatuor cubitos, undè fiet ut distantia inter duas lineas cucurbitarum, juxta R. Ismael, contineat duodecim cubitos; quia latitudo duarum linearum quas extirpavit continet octo cubitos, uti diximus, & seminabit in medio lineæ quæ continet latitudinem quatuor cubitorum, unde fiet ut inter lineam cucurbitarum & segetem ceparum sit spatium duorum cubitorum, at seges ceparum conficiet octo cubitos, & spatium secundæ lineæ segetis ceparum duos cubitos, sic fiet ut inter duas lineas cucurbitarum sint duodecim cubiti; & juxta ordinem istius distantiæ addet quantum voluerit. Sed juxta opinionem R. Akibæ, qui dicit quod plantandæ sunt duæ lineæ, relinquat segetem ceparum conficientem duas lineas, eritque distantia interduas lineas cucurbitarum, latitudo segetis ceparum, cujus latitudo est octo cubitorum, quæ est latitudo duarum linearum. Contradictio autem inter Sapientes & R. Ismael hæc est, R. Ismael dicit necessarium esse ut inter duas lineas cucurbitarum duodecim sint cubiti, & inter quamlibet lineam earum & inter messem ceparum duo cubiti, uti diximus; Sapientes vero dicunt, non esse necessarium separare inter lineam cucurbitarum, & inter segetem ceparum, sed præmonendum esse quod inter duas

duorum cubitorum sine semine inter lineam cucurbitarum & segetem ceparum; at Sapientes concedunt conjunctionem cucurbitarum cum segete ceparum, & nil nisi separationem sulci necessarium statuunt, uti inter olera; sed duodecim cubitos statuunt inter lineas cucurbitarum, quia cucurbitarum folia se extendunt admodum, ut totus campus non appareat mixtus cum cepis & cucurbitis; decisio est juxta Sapientes.

duas lineas cucurbitarum duodecim sunt cubiti, ne linea conjungatur cum linea, sed ut quælibet sit una linea inter lineam ceparum, & totus campus non appareat mixtus cum cepis & cucurbitis; & hoc est quod dicunt in Gemara, R. Ismael dicit duodecim, & Sapientes dicunt duodecim, quæ differentia inter illos? conjunctio juxta opinionem R. Ismaelis prohibita est, at juxta Sapientes permissa est; id autem quod juxta Sapientes dicitur permissum quod ad conjunctionem, intelligendum est ea conditione, ut sit sulcus inter lineam cucurbitarum & segetem ceparum, uti hoc exponitur capite; quia Sapientes sequuntur consuetudinem olerum in linea cucurbitarum, quæ est in campo ceparum, nimirum, quæ non nisi sulcum requirunt ad separationem, uti expositum est tertio versu. R. Ismael autem statuit separationem duorum cubitorum, quia folia cucurbitarum se extendunt, uti diximus; sed excipiunt cepas, quia fieri potest ut usus ita valeat apud eos; decisio est juxta Sapientes.

GUISIUS. 1 *Duodeni intersint cubiti.*] Octoni satorum intermediorum, & bini vacui relicti utrinque inter sata intermedia & ordines singulares de novo utrinque depactos. Singulis enim ordinibus quaternos tribuunt cubitos. Adeoque si novus ordo medium occupat locum binorum extirpatorum, bini utrinque vacui relinquentur cubiti.

ז דלעת בירק ובתבואה נותנין לה בית רובע היתה שדהו זרועי תבואי ובקש ליטע לתוכה שורי של דלועין נותנין לה לעבודתי ו׳ טפחים ואם הגדילה יעקר מלפניה ר״י או׳ נותנין לה לעבדת׳ ד׳ אמות א״ל התהמיר זו מן הגפן א״ל מצינו שזו חמורה מן הגפן שלגפן יחידית נותנין לה עבודתה ששה טפחים ולדלעת יחידית נותנין לה בית רובע ר׳ מאיר אומר משום רבי ישמעאל כל ג׳ דלועין לבית סאה לא יביא זרע לתוך בית סאה רבי יוסי בן החוטף אפרתי אמר משום רבי ישמעאל כל ו׳ דלועין לבית כור לא יביא זרע לתוך בית כור :

7. Cucurbita cum olere sequitur 1 conditionem oleris: si cum frumento sit, relinquitur intervallum quadrantis. Si is, cujus ager frumento satus, in eodem velit depangere ordinem cucurbitarum, 2 cultus suus ei assignatur palmorum senum; & si latius serpat, adversum extirpandum est *frumentum*. R. Joses tribuendum ei censet cultum suum cubitorum quatuor. Ei dictum est; Nunquid ergo gravior est hujus conditio quam vitis? Imo, regessit ille; reperimus graviorem hujus conditionem quam vitis: viti enim singulari tribuitur cultus suus palmorum senum; cucurbitæ singulari tribuitur quadrantis spatium. R. Meir nomine R. Ismaelis refert; Ubi ternæ cucurbitæ occupant agri satum, in illud agri satum non inferetur semen. R. Joses Ben Hachoteph Ephrathita nomine R. Ismaelis sic refert; Ubi ternæ cucurbitæ occupant agrum qui corum capit, non inferetur semen in agrum istum cori capacem.

R. OB. DE BARTENORA.

דלערת בירק *cucurbita cum olere*, qui voluerit plantare cucurbitam cum olere conjunctam, cultura ejus est ut oleris, nimirum sex palmorum; at si voluerit plantare cucurbitas cum proventu, necesse est separare spatium quartæ partis cabi, uti se habet quantitas culturæ proventus, quæ conficit decem cubitos & duos palmos cum dimidio super decem cubitos, & spatium sationis erit unius Cabi.

שורה של דלועים נותנין לה עבודתה ששה טפחים *linea cucurbitarum, dant ipsi in culturam sex palmos*, & una linea gravior censetur, quam unica cucurbita, quia unica cucurbita cum proventu requirit spatium quartæ partis Cabi, quia linea cognoscitur quod separata est, & non mixta, uti cucurbita unica; & sex palmi de quibus loquitur Mischna indicant latitudinem, at non longitudinem. In Tosephot (commentariis addititiis) declaratur necessarium esse ut quantitas longitudinis sit decem cubitorum cum dimidio. ואם הגדילה *& si creverit*, linea scil. & ejus rami intraverint spatium sex palmorum, extirpabit ante eam omnes ramos qui intraverint illam quantitatem.

נותנין לה עבודתה *dant ipsi cultum ejus*, scil. lineam cucurbitarum continentem quatuor cubitos, quia de proventu necesse est separare quatuor cubitos. התחמר זו מן הגפן *an hoc* scil. cucurbitæ jus *gravius est vitis* scil. jure? dicit enim Mischna capite quarto, *si quis plantaverit lineam quinque vitium, Schola Hillelis dicit, non est vinea, nec dant ipsi in cultum vineæ quatuor cubitos*, sed sex palmos; sic etiam hoc loco in linea cucurbitarum non est aggravandum, ut detur ipsi quantitas quatuor cubitorum, quia non magis aggravandum est in heterogeneis seminum quam in heterogeneis vitium.

מצינו שזו חמורה מן הגפן *invenimus quod hoc* (scil. jus seminis), *gravius est vitis* (scil. jure), etiamsi interdictum de

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דלעת בירק כירק *cucurbita cum olere est ut olus*, sensus est, ut separet olus juxta quantitatem culturæ oleris; diximus jam culturam oleris requirere sex palmos, & si voluerit plantare unam lineam cucurbitarum in campo proventus, separabit quantitatem culturæ proventus, quæ conficit spatium quartæ partis cabi; & si voluerit plantare in campo proventus unicam lineam cucurbitarum, separabit de proventu sex palmos tantum, quia est unica linea, & non in distantia lineæ major quantitas quam unius radicis.

ואם הגדילה יעקור מלפניה *& si creverit, extirpabit ante eam* scil. lineam, sensus est, si se extenderint rami istius lineæ, & intraverint locum sex palmorum, extirpabit ante eam omne id quod se dilataverit. R. Jose dicit necessarium esse separare lineam quatuor cubitorum; dixerunt R. Josi, quomodo pones jus unius lineæ cucurbitarum ut reputetur uti una cucurbita, quia omnes cucurbitæ inter se sunt conjunctæ, ut jus earum sit gravius quam jus vitis, quia non est necesse à proventu separare majus spatium quam sex palmorum, quando unicam plantaverit vitem, uti exponitur in hoc tractatu, quod cultura vitis comprehendit sex palmos; & hoc per modum admirandi dicitur, nimirum, quomodo commixtionem seminum graviorem judices quam commixtionem vineæ, cum sit causa contraria uti exponetur postea? dixit ipsis R. Jose, revera gravior est commixtio seminis, quia de unica vite separatur spatium sex palmorum, & serit proventum, si vero unicam plantaverit cucurbitam, separabit de ea spatium quartæ partis Cabi, & postea seret proventum, quia se extendit per magnum spatium, & hæc res convenit cum opinione omnium. R. Meyr dicit contrarium, nimirum, non dicendum esse quod spatium quartæ partis cabi tantum separatur de unica cucurbita, sed spatium tertiæ partis sati, & si tres fuerint cucurbitæ in spatio sati, non licet in eo serere proventum. Dixit R. Jo-

de heterogeneis seminum levius sit interdicto de heterogeneis vitis, nihilominvs invenimus quod pro unica vite, si plantaverit eam cum proventu, ipsi dant in cultum ejus sex palmos, & pro cucurbita unica ipsi dant spatium quartæ partis Cabi, quod conficit decem cubitos, & duos palmos cum dimidio super decem cubitos, quia illa se latè extendit, ideo etiam hic non mirandum est, si pro una linea vitium ipsi dant quatuor cubitos in cultum ejus. *R. Meyr dicit &c.*, contradicit R. Meyr doctori primo, qui dixit quod pro cucurbita unica cum proventu sata ipsi dant spatium quartæ partis Cabi, & putat, quod ipsi dant tertiam sati partem. R. Jose filius Choteph Ephratæi putat quod ipsi dant tertiam partem spatii Cori; at decisio non est juxta verba ejus, sed juxta doctorem primum. Et cucurbita de qua fit mentio in Mischna est tantum cucurbita Græca, cujus folia sunt lata, & ramosa, & sese intricantia, sed cucurbita Ægyptiaca uti & reliquæ cucurbitæ, quod ad jus eorum, se habent ut olera.

R. Jose filius Choteph Ephratæi, si in loco Cori tres fuerint cucurbitæ, non licet in eo seminare proventum, & juxta opinionem ejus cucurbita unica indiget spatio decem satorum; & exposuimus jam aliquoties mensuram loci sati unius continere duo millia & quingenta cubitorum, & locum quartæ partis Cabi continere vigesimam quartam partem sati, locum vero Cori continere trigesimam partem spatii sati, decisio est juxta doctorem primum.

GUISIUS. 1 *Conditionem oleris.*] Ut inter ea relinquatur intervallum palmorum senum. 2 *Cultus suus.*] Ita spatium circumquaque relinquendum vocant עבודה *cultum.*

פרק ד קרחת הכרם ב"ש אומרים כ"ד אמות ובה"א י"ו אמה מחול הכר' בש"א י"ו אמה וב"ה אומרים שתים עשרה אמה ואיזו היא קרחת הכרם כרם שחרב מאמצעו אם אין שם שש עשרה אמה לא יביא זרע לשם היו שם שש עשרה אמה נותנין לה עבודתה וזורע את המותר :

Caput 4. 1 Calvitium vineæ secundum Sammæanos 2 debet esse cubitorum viginti quatuor; secundum Hillelæos sedecim. Præcinctus vineæ secundum Sammæanos sedecim cubitorum esse debet; secundum Hillelæos duodecim. Quodnam autem est calvitium vineæ? Locus in medio vitibus vacuus. Is si minor sit sedecim cubitis, eo non inferetur semen. Si sedecim cubitorum sit, 3 cultus suus vineæ tribuitur, reliquum occupant sata.

R. OB. DE BARTENORA.

Quid sit קרחת הכרם ומחול הכרם *calvitium vineæ & locus vacuus vineæ*, postea exponatur. *Schola Schamai dicit, viginti quatuor cubitos*, si calvitium fuerit viginti quatuor cubitorum, licet illic seminare, at si non tanti fuerit spatii, non adducant eo semen.

שחרב אמצעו *quæ vastata est in medio ejus*, dantur enim vites undiquaque calvitium habentes, quonficit sedecim cubitos super sedecim cubitos; & eodem modo se res habet si calvitium fuerit super faciem latitudinis vineæ, quia non dantur vites nisi ad utrumque latus habeant calvitium. *Nisi fuerint sedecim cubiti*, juxta verba scholæ Hillelis. לא יביא זרע לשם *non adferet eo semen*, etiam non in cubitum medium, quia quatuor latera vineæ ab una parte, & quatuor ab altera parte sunt pro cultu vineæ, quia cultus continet quatuor cubitos, ut Mischna dicit imposterum, quia vindemiare solebant bobus & plaustro; a tempore arationis eam arabant bobus, propterea quatuor illi cubiti habentur ut ipsa vinea, & si relinquuntur in medio octo cubiti exceptis illis quatuor ad quodlibet latus, non annumerantur hi cubiti vineæ, & permissum est serere; at si minus sit quam octo cubiti, sufficiet dimidium pro parte una, & dimidium alterum pro altera parte, non annumerantur hi octo cubiti vineæ, & sunt uti ipsa vinea, ac prohibitum est serere in illis propter heterogenea. Sed juxta Schamai campus non habetur si minus quam octo continet cubitos, propterea necessarium est ut sint viginti quatuor cubiti, quatuor pro cultu vineæ ab una parte, & totidem ab altera parte, supererunt sedecim, octo ab una parte, & octo ab altera parte, sic quilibet est campus, & non annumerantur vineæ illi sedecim cubiti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרחת est nomen loci glabri è quo eradicatæ sunt arbores, derivatur à voce קרח *calvus.* אם אין שם שש עשרה אמה *nisi illic fuerint sedecim cubiti*, est hæc Mischna simplex juxta scholam schamai. Et quod dicit נותנין לו כרי עבודתו vult, quod separandi sunt quatuor cubiti de quolibet latere arborum, pro cultura vineæ uti exponetur, deinde reliquos octo cubitos conseret, & id quod reliquum est.

GUISIUS. 1 *Calvitium.*] Phrasis Columellæ nota; nec Catoni Plinioque incognita. 2 *Debet esse.*] Ut liceat illuc semen inferre. 3 *Cultus suus.*] Cubitorum circumcirca quaternorum.

ב איזו היא מחול הכרם בין כרם לגדר אם אין שם י"ב אמו' לא יביא זרע לשם היו שם שתים עשרה אמה נותנים לו עבודתו וזורע את המותר :

2. Quinam dicitur vineæ præcinctus? Spatium inter vites & maceriam. Id si minus sit cubitis duodecim, eo non inferetur semen. Si duodecim cubitorum sit, cultus suus vineæ datur, reliquum occupant sata.

R. OB. DE BARTENORA.

מחול הכרם est locus vineæ vacuus, sed pariete septus, uti chori mulierum, quando in circuitu saltant, sic Jirm. 31: 13. אז תשמח בתולה במחול *tum lætabitur virgo in choro.*

היו שם שתים עשרה אמה *si fuerint illic duodecim cubiti*, juxta verba Hillelis; dabit quatuor cubitos pro cultura vineæ, & conferet quod reliquum est; at si non fuerint illic duodecim cubiti, non adferet eo semen ad serendum, quia quatuor cubiti sunt pro cultu vineæ; & quatuor cubiti, qui sunt pro parte parietis, quia non sati sunt, cedunt usui parietis, ut homo incedat super solo parieti juncto, & pulvis conculcetur, ut fortiora fiant fundamenta ejus, ideo eos facit communes; qui vero in medio sunt, si conficiunt quatuor cubitos,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחול הכרם est locus à vineis vacuus, & est vox Rabbinica à מחילה quæ vox notat rem relictam. נתנין לו עבודתו *dant ipsi cultum suum*, separant ab arbore quatuor cubitos pro cultura vineæ, & conserunt usque ad maceriem octo cubitos. Et quod dicit, *si relinquatur inter arbores & maceriem minus duodecim cubitis, non adducet illùc semen*, ideo fit, quia id quod relinquitur circa maceriem commune est, & intentio ejus est id relinquere; sic dixerunt etiam in Gemara, paries in quo nihil satum est, fit communis, sed id quod separatum erit pariete curat, & operam dat ad illud conservandum, si diviserit quatuor cubitos, jam divisit & separavit; & hoc est quod dicitur in Gemara, *Et si quatuor fuerint cubiti, eorum habetur ratio, sin minus, non habetur ratio.*

tos, eorum ratio habetur, at si non, coincidunt cum vinea; hoc loco vero non indigemus sedecim cubitis, quia prohibitio de uno tantum est latere; præterea scias omnes illos cubitos sex esse palmorum.

ג רבי יהודה אומר אין זה אלא גדר הכרם ואי זה הוא מחול הכרם בין שני הכרמים אי זה הוא גדר שהוא גבוה י' טפחים וחריץ שהוא עמוק עשר ורחב ארבעה:

3. R. Juda hoc non alio quam maceriæ vineæ deputandum censet. Quinam ergo dicitur præcinctus vineæ? Spatium inter binas vineas. 1 Quænam est maceria? denos palmos alta. Fossa? denos alta, quaternos lata.

R. OB. DE BARTENORA.

אין זה אלא גדר הכרם *hoc non nisi de pariete vineæ* intelligendum est, est locus inter vineam & parietem, qui vocatur גדר הכרם *paries vineæ*, & etiamsi illic sex tantum sint cubiti, separabit tamen quatuor cubitos, & conseret reliquum. ואיזה הוא מחול הכרם *& quid est Mechol vineæ?* quod requirit duodecim cubitos, spatium inter duas vineas. Primus doctor vult quod locus inter duas vineas continetur sub jure vineæ in medio destructæ; & in Talmude Jerusolymitano demonstrant quod R. Jehuda non dixit quod מחול הכרם sit locus inter duas vineas, nisi quando lineæ vinearum non fuerint æquales, ut, si vinea unius lateris דא Mechol habeat lineas suas ab oriente ad occidentem, & lineas alterius lateris à septentrione ad meridiem, quæ lineæ si conveniant, concedit R. Jehuda, quod apparet vinea heterogenea, & indiget sedecim cubitis; decisio non est juxta R. Jehuda. איזהו הוא גדר *quid est paries?* quod separat inter vineam, ut possit relinquere vineam ab uno latere, & serere ab altero latere, & sic se habet res cum חריץ *fovea*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Jehuda locum qui est inter parietem & vineam vocat גדר הכרם *parietem vineæ*, & locum inter duas vineas vacuum appellat מחול הכרם; propterea dicit idem R. Jehuda, quod, si fuerint inter duas vineas duodecim cubiti, permissum est relinquere quatuor cubitos pro una vinea, & quatuor cubitos pro alia vinea, dein seret quatuor cubitos reliquos. Primus vero doctor putat, quod id quod est inter duas vineas est ejusdem juris cujus est vinea in medio destructa, & decisio non est uti R. Jehuda vult. Quando dicit ואיזה הוא גדר *quid est paries?* sensus est, de pariete qui separat inter vineam, ut semen deponere possit in illo latere parietis ab una parte, & vineam ab altera parte; quia paries separat inter eas. Sed in Gemara dixerunt, Rabban Gamaliel & senatus ejus ordinarunt separationem quatuor cubitorum inter vites & parietem. חריץ notat *foveam*, & illa quoque separat, & licet seminare in ore ejus, & plantare super os ejus alterum sine separatione.

GUISIUS.

1 *Quænam est maceria?*] Id est, quænam est illa maceria, quæ legitime dirimat inter agros binos, ut ita liceat ab hac parte vineam conserere, ab altera arvum facere. Pariter de fossa.

SURENHUSIUS.

(a) גדר הכרם *paries vineæ*, est vinearum sepimentum quoddam, eas undiquaque ambiens, & decem palmos altum; intra hunc si quis serere voluerit, etiamsi tantum sex fuerint cubiti, poterit, si modo quatuor separaverit cubitos, conserens spatium quod reliquum est, notante Bartenora; & eodem sensu quoque R. Schimeon, sed Maimonides aliter capite septimo Hilchot Cilaim, & dicit intra eum seri posse, etiamsi quatuor tantum fuerint cubiti cum dimidio.

ד מחיצת הקנים אם אין בין קנה לחבירו ג' טפחים כדי שיכנס הגדי הרי זו כמחיצה וגדר שנפרץ עד עשר אמות הרי היא כפתח יתר מכן כנגד הפרצה אסור נפרצו בו פרצות הרבה אם העומד מרוב' על הפרוץ מותר ואם הפרוץ מרובה על העומד כנגד הפרצה אסור:

4. Septum cannarum, si non intersit inter binas cannas spatium trium palmorum, ita ut subingredi possit hœdus, 1 pro septo habetur. Si maceria effracta sit per spatium decem cubitorum, id portæ instar habetur; ultra istam mensuram, ex adverso effractæ partis 2 illicitum est. Cum variis locis effracta est, si pars consistens effracta major sit, licet; sin effracta stante major, ex adverso partis effractæ non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

שלשה טפחים *tres palmi*, quia quidquid minus est quam tres cubiti habetur conjunctum, & est quantitas quam requirimus pro introitu capræ, vel hœdi. הרי זו כמחיצה *ecce hoc est ut divisio*, & licet conjungere vites ab uno latere, & semina ab altero latere.

הרי היא כפתח *ecce hoc ut porta*, etiamsi è regione ejus, liceat conjungere; at si magis quam decem sint cubiti, non habetur porta, & necessaria est separatio è regione loci disrupti. *Si id quod disruptum est majus sit erecto, non licet*, è regione rupturæ, at è regione ejus quod erectum, licet; si latitudo ejus conficiat quatuor palmos, etiam è regione ejus quod erectum est, non licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pro fundamento tenemus in omni jure, quod quicquid minus est quam tres palmi habetur junctum cum alia re à qua provenit, & hæc est traditio Moschis è Sinai. Quantitas vero per quam intrat capra, conficit tres palmos, & non minus; divisio verò ea per quam intrare potest capra tempore curriculi ejus super parietem, non est divisio. ועומד מרובה על הפרוץ *& si id quod erectum est majus sit rupto*, eo sensu, si quantitas erecti parietis major sit quantitate locorum ruptorum quando conjunguntur.

כנגד הפרצה אסור *respectu rupturæ prohibitum est*, hoc sensu, non licet serere circa rupturam nisi donec separaverit à vinea quantitatem culturæ vineæ, quæ conficit quatuor cubitos; at si id quod ruptum est fuerit ejusdem quantitatis cujus fuerit id quod erectum, licet seminare è regione rupturæ.

GUISIUS. 1 *Pro septo habetur.*] Et licet ab hac parte vineam, ab altera arvum ponere. 2 *Illicitum est.*] Arvum facere è regione vineæ, nisi relinquatur intercapedo cubitorum quatuor, quot cultui vineæ assignantur.

ה הנוטע שורה של חמש גפנים ב"ש אומרים כרם ובית הלל אומרים אינו כרם עד שיהו שם שתי

5. Ubi consitus est ordo quinque vitium, Sammæani dicunt 1 vineam esse. Hillelæi vineam esse negant, nisi duo sint ordines. Hanc ob rationem si quis

שתי שורות לפיכך הזורע ארבע אמות שבכרם ב"ש אומרים קידש שורה אחת וב"ה אומרים קידש שתי שורות :

quis satis occupet 2 cubitos quaternos vineæ, Sammæani censent unum duntaxat ordinem 3 sacrum fecisse, Hillelæi duos.

R. OB. DE BARTENORA.

ב"ה שמאי אומרים כרם *Schola Schamai dicit est vinea*, & necesse est separare de ea quatuor cubitos, qui conficiunt quantitatem culturæ vineæ. אינו כרם עד שיהו שתי שורות *non est vinea nisi usque dum sint duæ lineæ*, & tum non est necesse, magis quam sex separare palmos, uti se res habet cum una vite.

הזורע ארבע אמות *qui serit quatuor cubitos*, scil. inter quatuor cubitos culturæ vineæ. *Schola Schamai dicit, sanctificat unam lineam*, quia, quando dicit Lex Deut. 22: 9. *Ut plenitudinem seminis quam severis & proventus vineæ non profanes*, una linea tum vocatur כרם *vinea. Schola Hillelis dicit, sanctificat duas lineas*, quia, si minus quam duæ lineæ sint, non vocatur vinea; sic etiam se res habet cum *proventu vineæ*, de quo Scriptura dicit, *ut sanctificetur*, nimirum, quod ad ejus constitutionem duæ requiruntur lineæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Controversia est de una linea, an illa vocetur vinea, an non; quatenus de vinea separant quatuor cubitos in culturam vineæ, & deinde licebit serere; si vero non habetur vinea, non nisi sex palmos separant, uti facit cum vite unica; dicitur de heterogeneis vitis Deut. 22: 9. פן תקדש המלאה הזרע אשר תזרע ותבואת הכרם, sensus est quod non licet frui duplici proventu, & quoties in hoc tractatu invenias המקדיש, aut קידש, hic est sensus ejus, quem diximus. Schamai dicit quod una linea habetur vinea, nimirum quod quicunque severit proventum intra quatuor cubitos cum vinea junctos ab exteriori parte, pro cultura vineæ, perdidit unam lineam, quæ est linea quæ tangit semina, quia Scriptura dicit ותבואת הכרם. Sed Hillel, qui dicit quod non vocetur vinea nisi donec fuerint duæ lineæ, dicit etiam sanctificandas esse duas lineas, quia proventus vineæ non vocatur quando minus quam duas continet lineas.

GUISIUS. 1 *Vineam e. &c.*] Ut ita cultus ei assignetur cubitorum quatuor. Hillelæi, qui vineam esse negant, cultum senum palmorum sufficere arbitrantur, quantus datur viti singulari. 2 *Cubitos quaternos.*] Pro cultu relictos. 3 *Sacrum fecisse.*] Juxta legem Deut. XXII. 9.

ו הנוטע שתים כנגד שתים ואחת יוצאה זנב הרי זה כרם שתים כנגד שתים ואחת בינתים או ב' כנגד שתים ואחת באמצע אינו כרם עד שיהו שתים נגד שתים ואחת יוצאה זנב :

6. Si quis binas vites depangat adversus binas, atque aliam 1 in caudam abeuntem, vinea est. Binas adversus binas, atque aliam 2 inter binas; vel binas adversus binas atque aliam 3 in medio, non est vinea, nisi depangantur binæ adversus binas, atque alia in caudam abiens.

R. OB. DE BARTENORA.

יוצאת זנב *exeuntem cauda*, tres vites hic vides plantatas in una hac linea & duas in alia linea è regione duarum ex tribus, *una inter illas*, quia duæ sunt è regione duarum aliarum trium, & quinta è regione spatii earum. *Et una in medio*, una vitis plantata & quatuor vites ad quatuor ejus latera.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יוצאת זנב *exeuntem caudâ*, i.e. in modum caudæ; ut hæc est figura, *Duæ è regione duarum & una inter illa*, ut quinta sit inter duas illarum quatuor vitium juxta hanc figuram. *Et duæ è regione duarum & una in medio*, uti liquet ex hac figura.

GUISIUS.

1 *In caudam.*] Maimonides, ut situm exprimat, apponit hanc figuram

```
o o
      o
o o
```

Bertinorius, (melius ut mihi videtur) sic sitas supponit, ut hac exprimitur figura

```
o o o
o o
```

2 *Inter binas.*] Sic

```
o o o
 o o
```

3 *In medio.*] Sic

```
o   o
  o
o   o
```

ז הנוטע שורה א' בתוך שלו ושורה א' בתוך של חבירו ודרך היחיד ודרך הרבים באמצע וגדר שהוא נמוך מעשרה טפחים הרי אלו מצטרפות גבוה מי' טפחים אינן מצטרפות ר"י אומר אם ערסן מלמעלה הרי אלו מצטרפות :


7. Si quis depangat ordinem unum in suo, alterum in vicini agro, intercurrente via privata, vel publica, vel maceria denis palmis depressiori, conflantur: altiori denis palmis non conflantur. Si opere pergulano superne conjunxerit, R. Juda conflari censet.

R. OB. DE BARTENORA.

שורה אחת בתוך שלו ושורה אחת בתוך של חברו *linea una in medio suæ, & linea una in medio vitis socii*, tractat hic de modo quo una linea est in duabus vitibus, & una linea in tribus; etiamsi enim R. Schimeon dicat in sequentibus non teneri quenquam sanctificare vitem, quæ contegit proventum proximi, quia nemo prohibet aliquam rem quæ non pertinet ad se; hoc loco tamen concedit R. Schimeon ut conjungantur ad prohibenda semina, quia hic sunt lineæ seminum suorum, & proximi. *Via particularis & communis*, quando neu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נמוך *inferior*, diximus jam quod via particularis continet quatuor cubitos; at via communis sedecim cubitos. אלו מצטרפות *illæ conjunguntur*, ut non liceat seminare inter illas, scil. lineas, & totum habeatur una vinea; & separabit quatuor cubitos ab illis lineis, uti exposuimus, etiamsi una linea sit inter vitem suam, & altera inter vitem proximi. ערסן derivatur à voce עריס quæ notat vitem luxuriosam quam rami ejus tegunt ut tugurium; & dicere vult, si rami hujus vitis juncti sint cum aliis, ut fiat inde area, conjungantur; decisio non est ut vult R. Jehuda.


TAB 1 כרם נטוע על ארבע ארבע אמות ובה יתקדשו מה גפנים
TAB 2 כרם נטוע על ה׳ ה׳ אמות ובה יתקדשו מה גפנים הנכללים
TAB 3 כרם נטוע על ו׳ אמות ובה יתקדשו כר׳ גפנים הנכללים
TAB 4 כרם נטוע על ד׳ אמות ובה יתקדשו כא׳ גפנים הנכללים
TAB 5 כרם נטוע על שבע שבע אמות ובה יתקדשו כא׳
TAB 6 כנגד ב׳ וא׳ יוצאה זנב
אופן אחר
שתים כנגד שתים וא׳ בינתים
TAB 7 לפי דעת הרמבם
לפי המשנה כי הזנב באמצע הגוף
שתים כנגד שתי׳ וא׳ באמצע
TAB 8
עריס שהוא יוצא מן המדרגה
TAB 9
TAB 10
עריס שהוא יוצא מן הכותל בתוך הקרן וכלה לפי לשון המשנה
TAB 11
עיקר ראשו אינו נראה
עיקר ראשו נראה
ארכובות
TAB 12
משרים
צמר
אינה חוצר
חצובה אחת

TABULÆ

E tractatu de Heterogeneis in unum collectæ, in quibus de olerum ſeminibus intra vineam ſatis, de vitium plantatione quæ vinea dici poſſit, nec non de vineæ Pergulis circa quas ſemen heterogeneum ſatum eſt &c.

TABULA prima ut & quatuor ſequentes omnes, referenda eſt ad Miſnam quintam capitis quinti, ubi ita, הנוטע ירק בכרם או מקיים הרי זה מקדש ארבעים וחמשה גפנים אימתי בזמן שהיו נטועות על ארבע ארבע או על חמש חמש *Si quis olus in vinea pangat, vel adoleſcere ſinat, is ſacras facere debet quadraginta quinque vites. Ecquando? quum poſita ſunt ad quaternos vel quinos cubitos.* Repræſentat igitur hæc tabula areolam novem vitium lineis conſitam in quadrum, & in ſumma vites octoginta & unam, ſingulis lineis quatuor cubitos ab aliis diſtantibus. Circulus vero intra peripheriam ſuam continet quadraginta quinque vites, in quadrum conficiens triginta duos cubitos. Ad centrum hujus circuli ſatum eſt olerum ſemen inter vites heterogeneum. Jus autem illius poſtulat ut inde a centro circuli in quadrum ſacræ reddantur quadraginta quinque vites, quæ intra circumferentiam continentur; ad hæc pertinent verba Maimonidis quando dicit, כשיהיה הכרם נטוע על ארבע ארבע אמות והפרשנו מזה הכרם מרובע ארכו כולו שנים ושלשה יהיה מרובע תשע שורות מן הגפנים רוחב ותשע בארך וכשנעגל עגולה בתוך אותו המרובע שיהיה הקפה נוגע בשורות החיצונות כדי שיהיה חצי אלכסון העגולה ט"ז אמות ימצא בתוך חמש וארבעים גפן: *Quando vinea plantata fuerit ad quaternos cubitos, & ſeparaverimus ex hac vinea ſpatium quadratum totius longitudinis, nimirum triginta duos cubitos,* quadratum in latitudine *continebit novem vitium lineas, & novem in longitudine; & ſi deinde in illo quadrato fecerimus circulum, cujus circumferentia tangit lineas exteriores, ita ut dimidium diametri circuli comprehendat ſedecim cubitos, erunt in medio ejus quadraginta quinque vites.* Nam inter quemlibet vitium ordinem eſt interſtitium, in ſumma octo interſtitia, & quodlibet interſtitium comprehendit quatuor cubitos, fiet, ut octies ſint quatuor cubiti, qui ſunt triginta duo in quadrum. Præterea e numero vitium in lineis ſatarum manifeſtum erit, eas in quadrum eſſe poſitas, in ſumma quadraginta novem vites, excluſis extra circuli peripheriam quatuor vitibus angularibus; & hic eſt ſenſus verborum Maimonidis, cum ſcribit, וכשתשתכל השורות תמצאם ז' על ז' והם מ"ט גפן ויצאו מהם ד' גפנים חוץ מן העיגול והם הגפנים הארבעה שבדי הזוית: *Si conſideres vitium ordines, comperies eos ſeptem in ſeptenis, quæ ſunt quadraginta & novem, & egrediuntur ex illis quatuor vites extra circulum, quæ ſunt eæ quæ in quatuor angulis reperiuntur.*

TAB: ſecunda, juxta Maimonidem tertiam quoque complectens, continet menſuram vineæ quæ plantata eſt ad quinos palmos, juxta Miſnæ verba או על חמש חמש *aut ad quinos* ſcil. palmos, nempe, quod unaquæque vitis ab alia diſtat quinque cubitos. Totum vero ſpatium continet novem ordines ſive lineas novem vitium, in ſumma quadraginta novem vites. In medio vineæ ſatum eſt ſemen oleris heterogeneum, & propterea a centro circuli exterioris in quadrum intra circumferentiam ſacræ fiunt quadraginta quinque vites, quæ continentur intra circulum viginti cubitorum ad omnem illius peripheriam; nam circulus ille interior, qui ſedecim eſt cubitorum, attingit quartum cubitum ex ordinibus vitium exterioribus; atque hic eſt vineæ cultus, qua de cauſa etiam comprehenduntur intra hoc ſpatium. Præterea exprimitur quadrum utrumque ſecans circulum, & triginta duorum cubitorum menſuram ad quatuor latera continens, intra quod ſeptem ſunt ordines ſeptenis vitibus conſiti; decerpit autem hoc quadrum unum cubitum ex ordine octavo ad omnia latera; nam inter ſeptem vitium ordines ſex dantur interſtitia, unumquodque interſtitium quinque cubitorum, in ſumma triginta cubiti. Cæterum requiruntur duo & triginta cubiti, propterea neceſſe eſt ut egrediamur e ſpatio ſeptem ordinum ſeptenis vitibus conſito, ut decerpamus de quolibet ordine cubitum, unde fiet, ut circuli peripheria, quæ triginta duos continet cubitos, de quolibet ordine exteriori decedat unum cubitum, & ingrediatur interſtitium quod eſt inter duos vitium ordines exteriores, quo modo interſtitium exteriori ordini contiguum, quod undiquaque circuli peripheria tangit, continebit tantummodo quatuor cubitos; & hoc eſt quod Maimonides demonſtrare velit, quando ſcribit, אבל כשיהיה נטוע על חמש וחקקנו מרובע כל"ב על ל"ב יהיה המרובע ההוא כולל בתוכו מן הגפנים ז' על ז' שורות ויקח אמה מן השורה השמינית מכאן ואמה מן השורה התשעי מכאן מפני שהשבע שורות יש ביניהן ששה כרחקין בכל מרחק ה' אמות והכל שלשים אמה ואנו צריכין ל"ב אמות לפיכך יוציא צלע המרובע מן השורות השבעה ויקח אמה מכל שורה מן השורות החיצונות אמה אחת ונכנס במרחק שיש בין שתי השורות ויהיה מרחק קו העיגולה מכל שורה מן השורות היוצאות מן העיגול ארבע אמות על זו הצורה: *Verum ſi vinea depacta fuerit ſuper quinque palmorum ſpatio, & diviſerimus triginta duos cubitos in quadrum, interius quadrum continebit ſeptem ordines ſeptenarum vitium* &c. inſpice auctorem. Et præterea menſuram exterioris circuli explanatam habe, quando dicit, צוה להוסיף אל אלכסונה עד שיהיה נוגע הקו שלה בשורת הגפנים וכשיעשה זה

זה נמצאו הגפנים כלם שהם ב"ז שורות נכנסות בתוך העיגול לבד כארבעה הגפנים שבדי הזויות ויהיה אז אלכסון העיגול כשירחיב אותו. ככו שאמר עד שיהיה נוגע בשורות החיצונות מ׳ אמה ואז יהיה זה הירק מקדש כי אמה לכל רוח ואז יהיה נכנס בתוך העיגול מ"ה גפנים וזו צורתה : *Necessum est ut addatur diametro usque dum linea ejus tangat ordines vitium, & cum hoc factum fuerit, omnes vites quæ positæ sunt in septem illis ordinibus ingredientur circulum, exceptis quatuor vitibus quatuor angulorum, & diameter circuli quadraginta continebit cubitos, quando dilatatus est circulus exterior, donec tetigerit ordines vitium exteriores, & tum propter hoc olus sanctificandi erunt viginti cubiti ad quemcunque cardinem; circulum vero ingredientur quadraginta quinque vites, juxta hanc figuram.* Atque hic est sensus verborum in Gemara, מקדש מ"ה גפנים *sanctificat* (olus) *quadraginta quinque vites; sed quantus est vinea cultus? septem ordines super septem* (in quadrum) *& separandæ sunt quatuor vites ad quatuor angulos, & remanebunt quinque & quadraginta vites.*

TAB. tertia, at juxta Maimonidem quarta, continet spatium quadraginta duorum cubitorum in quadrum, & septem vitium ordines in quadrum, in singulo ordine octo vites, quæ septies enumeratæ conficiunt quinquaginta septem vites, quæ depactæ sunt ad senos cubitos. Circuli vero peripheria est triginta duorum cubitorum, inter quos viginti quatuor sanctificantur vites, propter semen oleris heterogeneum quod circa centrum circuli satum est. Innuitur hæc a Misna figura, quando dicit, היו נטועות על שש שש *si plantatæ fuerint* (vites) *ad senos* scil. cubitos; & deinceps de jure illius הרי זה מקדש י"ו אמות לכל רוח עגולות ולא מרובעות *tum sacras facit* (semen oleris) *sedecim cubitos quaquaversum circulares, non vero quadratos.* Et huc quoque spectant Maimonidis verba, quando scribit, כשיהיה נטוע על שש שש יהיה מנין הגפנים שבתוך העגולה כ"ד גפן וזה צורתו *Quando plantata fuerit vinea ad senos cubitos, numerus vitium intra circuli peripheriam erit quatuor & viginti vitium; atque hac est figura ejus.* Notandum est quod Misna in primo membro dixit *quadraginta quinque vites sanctificandas esse*, adeoque de numero vitium loqui; in secundo autem membro *sanctificandos esse quaquaversum sedecim cubitos*, adeoque de mensura spatii sanctificandi loqui: sed hæc rei ratio est, quod, si quis vineam plantaverit ad quaternos cubitos; sive, cum inter quemlibet vitium ordinem fuerint quatuor cubiti in quadrum, quomodo inter unamquamque vitem erunt quatuor cubiti; aut, si plantaverit ad quinos cubitos, sive, si fuerint inter quamlibet vitem quinque, quomodo omnes vites in circuli peripheria erunt quadraginta quinque, quando Misna dicit על ארבע ארבע או על חמש חמש *ad quaternos vel quinos.* Verum, si plantaverit על שש שש *ad senos cubitos*, quemadmodum ex hac tertia conspicitur tabula; aut על שבע שבע *super ad septenos cubitos*, uti ostendit tabula quinta, & si duxerimus circulum qui in circumferentia sua triginta duos continet cubitos, uti & prior circulus & posterior continent, tum numerus vitium plantatarum ad quaternos, quinos, senos, & septenos non conveniet; propterea Misna auctor hujusce rei fundamentum struxit, quando dicit, י"ו אמות לכל רוח עגולות *sedecim cubitos quaquaversum circulares.* Sed non nemo dubium movere posset, quare, quum circulus vitium plantatarum ad quinos cubitos, vide Tabulam secundam, intra circumferentiam ejus continet triginta duos cubitos, quoniam circumferentia exterioris circuli egreditur quadratum suum continens quaquaversum septenos vitium ordines cum uno cubito, qua de causa circuli peripheria extendenda sit usque dum attingat reliquos quatuor cubitos cum septem ordinibus exterioribus conjunctos, hoc itidem non facimus in hac tertia tabula, ubi vinea plantata est ad senos cubitos? Sic etiam, quare circuli peripheriam non dilatamus donec alios etiam tetigerit vitium ordines, quoniam illa ordinem sextum egreditur unum cubitum, quemadmodum ex hac constat figura? respondemus, quod, si vinea plantata fuerit ad quinos cubitos, & circulus ductus fuerit, eumque consideraverimus ac si totus olere plenus esset, ac peripheria continuerit triginta duos cubitos, & peripheria ordines vitium egressa fuerit unum cubitum, reliquum erit spatium quatuor cubitorum, intra peripheriam circuli interioris & ordinem vitium exteriorem, uti constat e tabula secunda; (nam cultus vineæ quatuor est cubitorum, uti aliquoties dictum est.) Et cum hic mensura determinata sit, res consideranda est ac si peripheria circuli dilatata sit ad ordines vitium exteriores, inter quos & peripheriam intersunt quatuor cubiti; & hæc ratio est, quare Misnæ auctor dicit, *sanctificat quadraginta quinque*, quando plantatæ fuerint ad quinos cubitos, quod fieri non posset nisi circulo quid additum sit. Cæterum, si vinea plantata fuerit ad senos cubitos, & circuli peripheria ordines vitium egressa fuerit unum cubitum, quemadmodum liquet ex hac tabula, supererunt quinque cubiti inter peripheriam circuli & ordines vitium exteriores; atqui hoc spatium majus est quam id quod requiritur pro cultu vineæ; propterea sufficit spatium quod intra circulum continetur, sive id quod sanctificatur, & nihil addendum est circulo.

TAB. quarta continet vineam ad senos cubitos plantatam, & octo vitium ordines in quadrum cum semine oleris heterogeneo ad centrum circuli, eodem fermè modo quo tabula superior. Nisi quod in superiori tabula semen oleris satum sit in medio interstitii quod est inter duos vitium ordines interiores; cum in hac tabula semen oleris satum sit circa mediam vitem, quæ circuli centrum statuitur, & propterea in peripheria illius tantummodo una & viginti sanctificantur vites. Hæc est demonstratio geometrica Rabbini Jacobi Leonis Jehudæ, quæ a Maimonide non observata est.

TAB. quinta repræsentat vineam על שבע שבע *ad senos cubitos* plantatam, & circuli peripheria comprehendit unam & viginti vites propter semen heterogeneum sanctificandas; huc pertinent verba Maimonidis ואם יהיה נטוע על שבע שבע יהיה מנין הגפנים הנמצאות בתוך העיגולה שיש באלכסונה ל׳ ושתים אמה עשרים ואחת וזה צורתה : *verum si vinea plantata sit ad septem cubitos, erit numerus vitium*

tium in circulo contentarum, qui in peripheria sua triginta duos continet, una & viginti, atque hæc ejus est figura. Si porro hanc consideres figuram, invenies circumferentiam circuli excedere quadrati latera quinque vites in quadrum continentia, & inter circuli circumferentiam ac exteriores vitium ordines superest spatium quinque cubitorum; propterea non requiritur ut circulus dilatetur usque ad ordines vitium exteriores, quemadmodum in tabula secunda factum est. Et hoc vult Maimonides, quando deinceps scribit, וכשתשתל צורה תמצא אלכסון עגולה יוצא מצלעות המרובע שיש בו חמש גפנים על חמש גפנים ב׳ אמות לכל רוח ונשאר. המרחק בין קצה אלכסונה ובין השורה החיצונה הסכוכה לה חמש אמות כפני שהוא נטוע על שבע שבע ומפני זה לא משכנו האלכסון עד שיהיה נוגע בשורות החיצונות :

TAB. sexta & septima comprehendunt varios plantandarum vitium modos, quorum mentio facta in Misna sexta capitis quarti, hoc sensu, הנוטע שתים כנגד שתים ואחת יוצאת זנב הרי זה כרם שתים כנגד שתים ואחת בינתים או ב׳ כנגד ב׳ וא׳ באמצע אינו כרם עד שיהיו שתים כנגד שתים ואחת יוצאת זנב *Si quis binas vites depangat adversus binas, & unam in caudam abeuntem, habetur vinea. Si binas adversus binas, atque unam inter binas; vel binas adversus binas, atque unam in medio, non habetur vinea, nisi depangantur binæ adversus binas, & una in caudam abiens.* Figura A. A. repræsentat modum illum de quo Misna dicit, שתם כנגד שתים ואחת יוצאת זנב *binas adversus binas, & unam exeuntem in caudam*: quod a Bartenora clarius exprimitur, quando dicit, ג׳ גפנים נטועות בשורה אחת ושתים בשורה שניה כנגד שתים מן השלש *si tres vites plantatæ sint in una linea, & duæ in altera linea e regione duarum e ternis.* Sed hoc mea sententia secundum Misnæ, ut & Maimonidis verba in Hilchot Cilaim capite septimo Halacha septima, verisimilius ostenditur in figura C. C. juxta quem modum & Judæi in terra Israelis plantare solent vites, quemadmodum testatur Jomtobus se accepisse a quodam Tsephetense, qui hujus rei in terra Israelis fuerat *αὐτόπτης*. Secundus modus conspicitur in figura B. B. de quo Misna dicit, כתים כנגד שתים ואחת בינתים *binas adversus binas & unam inter binas.* Tertius modus conspicitur in figura D. de quo Misna dicit, שתים כנגד שתים ואחד באמצע *binas adversus binas & unam in medio.* Disputant autem inter se Schola Schamai atque Hillelis de numero vitium quæ כרם *vineam* stricte dictam conficere possunt, videsis Misnam præcedentem. Schamai dicit quod una linea habenda sit vinea, cui in cultum suum assignandum est spatium quatuor cubitorum; propterea, si quis תבואה *proventum* severit intra quatuor illos cubitos juxta vineæ exteriorem partem, perdidit lineam vineæ exteriorem semina proventus attingentem, & comburenda est; quia illa dicitur תבואת הכרם *proventus vineæ*, vide Deut. 22, 9. Cæterum Hillel dicit quod *vinea* non vocanda sit, nisi dum duæ vitium lineæ sint, & quod tum non requiritur ultra spatium sex palmorum in cultum, quia se res habet perinde ac si unica esset vitis, si quis prope eam conserere velit proventum. Et quando Deut. 22, 9. dicitur תבואת הכרם, intelligendum esse de duabus vitium lineis proventum contingentibus, & comburendis. Porro descriptionem vineæ videsis apud Maimonidem Hilchot Cilaim capite octavo Halacha prima הגפנים שגדלו כברייתן והרי השריגים והאשכולות שלהן מושלכין בארץ הן הנקראין ערים *Si vites adoleverint naturaliter, & palmites atque botri earum in terram demissi fuerint, tum vocantur* כרם *vinea.*

TAB. octava. Antequam hujus ut & duarum sequentium tibi demus expositionem, operæ pretium erit ut pauca e Misna & Maimonide de significatione vocis ערים *pergula* præmittamus, quia Cl. Buxtorphius in Lexico suo hanc vocem tantum obiter attigit, ut vix quicquam certi de ea constet. Dicit ergo Maimonides capite octavo, Hilchot Cilaim, si quis confecerit opificium aliquod in modum Lecti vel columbarii, cujus altitudo supra terram tanta est ut botri & palmites frondesque ab eo dependere supra terram possint, tum ejusmodi structura vocatur ערים *stibadium.* Cannæ autem e quibus stibadium illud confecit, & super quibus vitium frondes expandit, vocantur אפיפירות. Porro, si quis depanxerit unam lineam quinque vitium, vel plurium, & traduxerit eas supra parietem decem palmos altum; vel depanxerit ad latus fossæ decem palmos profundæ, & quatuor palmos latæ, hoc itidem vocatur ערים; & requiritur ut quatuor cubitorum spatium intersit inter illud & locum quem quis conserere voluerit, ne semen fiat heterogeneum, cujusmodi distantia requiritur inter vineam & semen aliud, ut antecedenti tabula ostendimus. Mensura autem spatii istius ineunda est a radice sive fundo parietis super quem traduxit vites, hoc modo, linea vitium depangitur in loco unum cubitum a pariete distante, quomodo fit ut vites dimetiendo quatuor distent cubitos; & deinde seminare licet. Quomodo fit, ut inter semen & radices vitium intersit spatium quinque cubitorum. Si vero quis a parte vitium seminare velit, necesse est ut a radice vitium sit distantia quatuor cubitorum, quomodo fit ut a pariete sit spatium quinque cubitorum; & hoc sensu judicium esto de omnium stibadiorum ritibus. Ex his clariora erunt Misnæ primæ capitis sexti verba, איזהו ערים הנוטע שורה של ה׳ גפנים בצד הגדר שהוא גבוה י׳ טפחים או בצד חריץ שהוא עמוק עשרה טפחים ורוחב ד׳ נותנין לו עבודתו ד׳ אמות *Quid est pergula* sive *stibadium? si quis plantaverit lineam quinque vitium ad latus maceriæ decem palmos alta, juxta foveam decem palmos profundam, & quatuor latam, tribuunt ei spatium quatuor palmorum in cultum.* Jam vero in specie dicendum de jure τοῦ ערים *stibadii*, quod descendit e מדרגה id est e colle quodam, unde in hortum datur descensus continua pedum calcatione detritus; de quo ita quæritur Misna Secunda ערים שהוא יוצא מן המדרגה ר׳ אליעזר בן יעקב אומר אם עומד בארץ ובוצר את כולו הרה זה אוסר ד׳ אמות בשדה ואם לאו אינו אוסר אלא כנגדו *Si pergula egrediatur e colle, R. Eliesér fil. Jacobi dicit, si is, qui in terra stat, eam totam vindemiare possit, tum in spatio quatuor cubitorum seminare circa eam non licet; sin minus, non vetitum est, nisi e regione illius;* Si ergo quis infra pergulam stans in terra vindemiare possit omnes illius uvas dependentes, tota pergula sive stibadium consideran-

da

da eſt, ac ſi eſſet locus in quo vitis ſuas egit radices, & quatuor cubitorum ſpatium inde a labiis ſive oris pergulæ exterioribus vetitum eſt, ne in eo ſeratur. Si vero quis uvas vindemiare nequeat, niſi dum in ſcalam aſcenderit, non vetitum eſt ſeminare præterquam infra ſcalam tantum; at extra pergulam licitum eſt, etiam intra quatuor cubitorum ſpatium in quo vitis egit radices ſuas, quia illa conſiſtit במדרגה *in colle*; & ſic deciditur.

TAB. Nona referenda eſt ad Miſnam ſeptimam capitis ſexti, ubi ita, ערים שהוא יוצא מן הכותל מתוך הקרן וכלה נותנין לו עבודתו וזורע את המותר *Si pergula e pariete ex ipſo angulo promiſſa deficiat, tribuitur ei cultus ſuus, & reliquum obſeritur.* Quando Miſna dicit, *tribuitur illi cultus ſuus*, intelligas ſpatium ſex palmorum ab utraque parte, intra quod ſeminare non licet, etſi paries in longitudine ſua non conficiat quatuor cubitos; ſed extra hoc ſpatium ſeminare licet, ubi hortulanum conſpicis ſeminantem. Atque ſimplex Miſnæ ſenſus eſt, at juxta Bartenoræ & Maimonidis expoſitionem convenientiorem tabulam vide ſequentem. De figura autem ערים *pergulæ* ab auteriori parte prominente hoc ſenſu loquitur Maimonides in notis ſuis, כשיתחיל הערים מקרן בין שתי קירות וילך הלוך ומטמעט עד ישוב דמות החתיכה שבשפת. בין הצואר שנקרא בלשון ערבי. לבנה כאילו הוא משולש *Si quis inceperit Pergulam conficere ex angulo inter duos parietes, & eam in extremitate diminuerit uſque adeo donec figuram ſectionis illius quæ in labio thoracis inter collum conſpicitur, (quæ in lingua Arabica dicitur* لبان*) acceperit, ac ſi triangularis eſſet*, tum ſcil. ſe res cum illa habet eo quod dictum eſt modo & jure.

TAB. decima comprehendit Pergulæ figuram e duobus angulis prominentis, juxta expoſitionem Maimonidis Hilchot Cilaim capite octavo Miſna nona, שני כותלים הסמוכין זה לזה והגפנים נטועים בזוית ביניהן והערים יוצא עם הכותלים כתוך הקרן וכלה. *Si duo ſint parietes & unus contingat alterum, vites autem plantatæ ſint in angulo inter utrumque, & pergula promineat juxta parietes in angulo, & acuminatim deſinat.* Quibuſcum congruunt ea quæ Bartenora adfert, quando ſcribit, חמש גפנים הנטועות בצד גדר ואין מחזיקות את כל הגדר אלא ג׳ בראש הקרן מזה ושתים בראש הקרן השני מזה ובאמצע הכותל אין שם גפנים אלא בשני זוית הכותל. *Si quis quinque vites plantaverit ad latus parietis, at illi non comprehenderint totum parietem, niſi tres in principio anguli ab una parte, & duæ in principio anguli ab altera parte; in medio autem parietis nullæ plantatæ fuerint vites, præterquam in duobus parietis angulis:* Jus vero hujuſmodi Pergulæ perſequitur Maimonides in loco ſuperius allegato, מרחיק מעיקרי הגפנים כשיעור וזורע במקום דכלה שאין עליו ערים ואף על פי שהזרע מכון בין שני הכותלים שביניהן הערים הואיל כשיעור הרי זה זורע בין דכותלים *Oportet ut quis ſpatium relinquat juxta menſuram*, (quæ eſt ſex palmorum ab utraque parte) *inde a radicibus vitium, & tum ſeminare licet in loco qui pergula non contegitur. Nam etſi ſemen in medio duorum parietum ſatum ſit, intra quos Pergula eſt, licet tamen ibidem ſeminare, quia juſta ſeparationis menſura relicta eſt*, (quam ſupra definivimus.)

TAB. undecima repræſentat figuram ארכובה, quæ vox Latinis notat *mergum*, de quo breviter Bartenora in notis ſuis, הארכובה שבגפן גפן עקומה ונכפפת על גבי קרקע וחוזרת ונזקפת כמין ארכובה עקומה *arcus* ſive *mergus in vite eſt vitis obliqua ac contorta, quæ denuo ſe in altum erigit inſtar arcus obliqui.* Cæterum de jure illius hoc ſenſu in Miſna prima capitis ſeptimi, הארכובה שבגפן אין מודדין אלא מן העקר השני *mergum in vite non emetiuntur niſi e radice ſecunda.* Quæ verba hunc in modum exponit Maimonides וימדד עבודתה שהיא ו׳ טפחים מעקר שני שנראים הגפן יוצאת משם וזה אם לא יהיה עקר ראשון נראה אבל אם היה נראה ויראה שהוא עקר הגפן הזאת שנתעקל יש למדוד מעקר ראשון *Dimetiendus autem eſt cultus illius, qui eſt ſex palmorum menſura, a ſecunda radice, quæ apparet ac ſi vitis exinde proveniat; ſed hoc ita intelligendum, quando non apparuerit prima radix vitis;* (uti videre eſt in figura quæ conſpicitur ad ſiniſtram) *verum ſi prima radix apparuerit, & conſtiterit quod ſit radix vitis illius quæ intorta eſt, tum dimetiendum eſt a radice prima*; videſis figuram ad dextram hujus tabulæ. Quibuſcum conferes Bartenoræ notas.

TAB. duodecima repræſentat pannum heterogeneum, quorum unus ex lino, alter ex lana conſtat, qui ope fili cujuſdam ſimplicis ac duplicis conjunguntur, & die Sabbati ab quodam homine diſſolvuntur. Porro de hiſce tres proponuntur quæſtiones Miſna decima capitis noni, prima eſt, an textorum fullonumque ſigna in panno dignoſcendo diverſi generis vetita ſint, idcirco Miſna, אותות הגרדין ואותות הכובסין אסורות משום כלאים Solent enim textores atque fullones panno affigere ſigna, ne commiſceantur; & ſi quis ſignum ejuſmodi e filis laneis conſtans affixerit panno e lino conſtanti, aut vice verſa, heterogeneis accenſentur. Secunda eſt, an unica acus trajectio conjunctionem efficiat, & inſons habeatur is qui eam in Sabbato ſolvit, ideo Miſna, תכיפה אחת איננה חיבור ואין בה משום כלאים והשומטה בשבת פטור *unica trajectio non efficit conjunctionem*, id eſt, ſi quis filum in duos pannos immiſerit ſimul, non eſt conjunctio quod ad munditiem vel immunditiem, ut unus altero polluatur vel purificetur, quando filum extraxerit per lineam rectam, dixeritque, *hi duo panni non ſunt conjuncti, &, ſi polluitur unus, non polluitur alter.* Sin autem quis duos pannos heterogeneos ope fili conjunctos ſolverit in Sabbato ea intentione ut denuo conſuat, liber eſt a violatione illius, & non diſcidiſſe cenſetur. Tertia eſt, an, ſi ambæ fili extremitates ſint ad eandem partem, fiat conjunctio, & ibidem locum habeat interdictum de heterogeneis; &, an reus ſit quicunque in Sabbato ſolverit ea intentione, ut poſtea denuo conſuat, quod utrumque affirmat Miſna, quando dicit, עשה שני ראשיה לצד אחד חיבור ויש בה משום כלאים והשומטה בשבת חייב *Si ambo capita ad eandem ſint partem, fit conjunctio, atque ibi locum habet interdictum de miſcellis; & ſons eſt quicunque Sabbato ſolvit*; & ita deciſio eſt.

neutra lata est octo cubitos, nam si contineat octo cubitos, istiusmodi via non conjungitur cum eo quod satum est, uti dicimus in fine capitis. הרי אלו מצטרפות *ecce hæ junguntur*, ut vocentur vinea, & necessarium sit separare quatuor cubitos. אם עירסן מלמעלה *si facta fuerit in modum areæ supernè*, quando perduxerit ramos vitium super parietem, & se miscuerint rami lateris parietis ab una parte cum ramis lateris parietis ab altera parte. De voce עירסן vide prolixius in principio capitis sexti.

SURENHUSIUS.

דרך הרבים *via publica*, hæc juxta Bartenoram dividit inter sata quando in latitudine sua octo continet cubitos; eodem quoque sensu Maimonides in Jad Chasaka Hilchot Cilaim capite septimo; & propterea hoc loco in notis suis ad Misnam emendandus, quando dicit viam publicam sedecim continere cubitos. Notat enim R. Abraham Bar David, דרך הרבים hìc non continere sedecim cubitos, uti dictum est tractatu Pea capite secundo, quia est שביל הרכים לרבים *semita viarum quæ ducit ad viam publicam*.

ח הנוטע שתי שורות אם אין ביניהם ח׳ אמות לא יביא זרע לשם היו שלש אם אין בין שורה לחברתה שש עשרה אמה לא יביא זרע לשם רבי אליעזר* בן יעקב אומר משום חנינא בן הכינאי אפילו חרבה האמצעית ואין בין שורה לחברתה שש עשרה אמה לא יביא זרע לשם שאילו מתחלה נטען הרי זה מותר בח׳ אמו׳ :

8. Qui posuerit binos ordines, (a) nisi intersint 1 octo cubiti, semen illuc non inferet. Ternos, nisi inter unumquemque ordinem & alium sedecim intersint cubiti, semen illuc non inferet. (b) R. Eliezer Jacobi filius refert nomine 2 Haninæ Hacinæi filii; Si vel medius ordo exoleverit, nisi inter reliquos binos intersint sedecim cubiti, illuc non inferetur semen; quod tamen, si ab initio ita fuerint positi, licitum foret vel in octo cubitorum intervallo.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוטע שתי שורות *qui plantat duas lineas*, duas lineas duarum vitium, ne una quidem exiens in caudam. *Nisi fuerint inter illas lineas octo cubiti, non adducet eo semen*, quia tum conjunguntur ut fiant vineæ; sed si separatio sit octo cubitorum, excepto loco vitium, non junguntur, & censentur vitis unica, & separabit sex palmos de una linea, & sex palmos de alia linea, & feret sex cubitos in medio.

ואין בין שורה לחברתה י״ו אמה *si non fuerit spatium sedecim cubitorum inter quamlibet lineam*, quia, si tres fuerint lineæ, habetur vinea magna, & locus inter quamlibet lineam comprehenditur sub jure calvitii vineæ, conficientes sedecim cubitos; at si linea in medio destructa est, juxta doctorem primum, non est necesse ut inter illas lineas sit quantitas calvitii, quandoquidem non est in statu vineæ, & non est similis vineæ quatuor aut quinque linearum; etiamsi destructa sit linea media, relinquatur in statu vineæ, propterea necesse est ut locus calvitii contineat sedecim cubitos. R. Eliesér filius Jacobi dicit, etiamsi media linea destructa sit, quando habetur vinea, tamen continetur sub jure vineæ, & requirit sedecim cubitos. שאילו מתחלה נטען *quod si in principio illas plantavit*, sensus est, si nullatenus intraverint conditionem vineæ, & duæ tantum lineæ in principio plantatæ fuerint, non nisi octo requiruntur cubiti, uti diximus; cum autem tres plantavent lineas quæ pervenere in statum vineæ, etiamsi media sit destructa linea, & duæ tantum relinquantur, nihilominus habentur vinea in medio destructa, & requiruntur sedecim cubiti; decisio non est juxta R. Eliesérem filium Jacobi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Duæ lineæ non faciunt vitem, nisi una fuerit quæ exit in caudam, uti diximus, & propterea non requiruntur sedecim cubiti, uti dictum est de vinea in medio destructa, at si octo cubiti fuerint inter lineas, dat cuilibet lineæ cultum suum, quod facit sex palmos, quia sunt instar unius vitis; & quod reliquum est seminabit. Si vero fuerint tres lineæ, sine dubio vinea est, eritque jus loci qui datur inter omnes duas lineas, uti jus calvitii vineæ, quod requirit sedecim cubitos, uti in principio capitis diximus. Dicit R. Eliesér filius Jacobi, etiamsi linea in medio vineæ destructa sit, requiret tamen jus ejus spatii quod relinquitur inter duas lineas exterius, idem quod requirit jus vineæ in medio destructæ.

שאילו מתחלה נטען *si eas in principio plantaverit*, sensus est, si duæ plantatæ fuerint lineæ in principio, non necesse erat ut octo essent cubiti, uti exposuimus; decisio non est juxta R. Eliesérem filium Jacobi.

GUISIUS.

1 *Octo cubiti.*] Pugnant hæc manifesto cum superiori paragrapho, nisi ordines intelligas binarum vitium absque cauda. Ita Judæi Interpretes; sed violenter.

2 *Haninæ.*] Ita plerumque scribitur חנינה. Subinde etiam, uti in Jomtobi commentario ad locum, חנניא: i. e. *Ananiæ*.

SURENHUSIUS.

(a) אם אין ביניהם שמונה אמות לא יביא זרע לשם *nisi octo intersint cubiti, semen non inferet illuc*, scribit Bartenora quod tum lineæ commiscentur ad efficiendum unam vineam &c.; nam in superioribus agebatur de spatio vineæ exteriori, hìc autem de interiori. Et hoc est quod dicitur in Jeruschalmi, אמר רבי אליעזר החמירו תוכה יותר מחוצה לה *R. Eliesér dicit, interius magis aggravarunt quam exterius*, cum exterius quatuor tantum requirebantur cubiti. Maimonides autem, quamvis in notis suis ad hanc Misnam cum Bartenora conveniat, in Jad Chasaka tamen capite septimo Hilchot Cilaim videtur duos vineæ ordines ponere quorum unusquisque tres habet vites.

(b) *R. Eliesér Jacobi filius dicit nomine Chaninæ filii Chachinæi &c.*, neque Bartenora, neque Maimonides decisionem pronunciant juxta ipsum; at dicet nonnemo quomodo? nam quoties proferuntur verba R. Eliesérіs fil. Jacobi, toties deciditur juxta ejus verba? sed respondemus cum auctore Keseph Misnæ, quod decisio non pronunciatur juxta ipsum, quia refert tantum verba R. Chaninæ, non sua, ita ut ipse interim in alia possit esse sententia. Præterquam quod in Jeruschalmi dicitur, R. Eliesérem filium Jacobi esse in eadem sententia Scholæ Schamai, nempe, quod unus ordo efficit vineam. Sic etiam in hoc tractatu capite secundo Misna nona decisio non pronunciata est juxta R. Eliesérem filium Jacobi, ob eam quam diximus rationem, aliter semper deciditur juxta ipsum.

ט הנוטע את כרמו על שש עשרה שש עשרה אמה מותר להביא זרע לשם· אמר רבי יהודה מעשה

9. Si quis vineam disposuerit per cubitos senos denos, licet ibi semen inferre. Refert R. Juda

מעשה בצלמון בא׳ שנטע את כרמו על שש עשרה שש עשרי אמה והיה הופך שער שתי שורוי לצד אחד וזורע את הניר ובשנה האחרת היה הופך את השער למקום אחר וזורע את הבור ובא מעשה לפני הכמים והתירו רבי מאיר* ורבי שמעון אומרים אף הנוטע את כרמו על שמנה שמני אמות מותר:

casum de quodam 1 Salamine, qui vineam conſeruit relictis interordiniis cubitorum ſedecim. Flectens autem frondem binorum ordinum ad eandem partem, 2 novale obſerebat: alio deinde anno fronde ſata verſus revocata obſerebat requietum. Re ad Sapientes delata id licitum habuere. RR. Meir, & Simeon dicunt; Etiam ſi quis inter octonos cubitos vineam conſtituat, idem licet.

R. OB. DE BARTENORA.

על שש עשרה שש עשרה אמה *ſuper ſenos denos cubitos*, quia quælibet linea inter vites continet ſedecim cubitos. מותר להביא זרע לשם *licet adducere eo ſemen*, & non eſt neceſſe ſeparare de linea, niſi ſex palmos, qui conficiunt cultum vineæ unicæ. צלמון eſt nomen loci.

שער שתי שורות לצד אחת *ramus duarum linearum ad unum latus ſe inclinans*, erat hæc vinea magna, ut quælibet linea contineat ſedecim cubitos ſpatii ejus quod interjacet, nam non volet, ut vitis ejus tegat proventum, jungens lineas duas cum duabus, & capita vitium quæ ſunt ramus quarumlibet duarum linearum inclinans ad unum latus, unde fiet, ut locus ab una & altera parte relinquatur vacuus, & conſeret eum, relinquens ſex palmos, anno vero ſequenti, facit contrarium, quia conſuetudo ejus erat locum in quo ſeverat uno anno ad alterum annum relinquere incultum, ſine aratione & ſatione.

Etiamſi vineam ſuam plantaverit ſuper ſingulos octo cubitos, licet, putant enim, quando lineæ ſeparatæ fuerint per octo cubitos, quod eæ cenſendæ ſint unica vitis, & relinquet ſex palmos propè lineam, & conſeret id quod reſtat; & non requiruntur ſedecim cubiti niſi in vinea in medio deſtructa, ſed de ea quam plantavit in principio ſeparabit octo cubitos plenos; & ſic deciſio eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על שש עשרה שש עשרה אמה *ſuper ſenos denos cubitos*, vt inter utramque lineam ponat ſedecim cubitos. צלמון eſt nomen loci. ניר eſt terra culta, ſive arata. בור eſt terra inculta, uti expoſuimus. Et quod dicitur *cum convertit duas lineas ad unum latus*, hoc fiebat, ut ſerere poſſet omnes ſedecim cubitos, & non neceſſe eſſet relinquere cultum pro qualibet linea, ut, ſi ramus unius lineæ ſe converterit ad occidentem, & alter ramus huic junctus ſe converterit ad orientem, ut rami illi conjungantur qui ſunt inter duas lineas, per ſedecim cubitos, qui reperiuntur inter illas; & eodem modo faciet cum duabus lineis aliis duabus junctis, unde fiet ut inter illas aperiatur ſpatium ſedecim cubitorum campi lævigati; & recedent rami arborum à duobus iſtis lateribus, & iſte locus totus conſeritur. Anno autem ſequenti convertit id quod converſum erat à latere occidentali ad orientale, ab orientali ad occidentale latus, & intricabunt ſe rami ſuper locum quo præterito ſeminavit anno, ut locus retegatur qui antea erat obtectus; & eo modo aget cum tota vinea, id quod ſatis clarum eſt, quum quis animum applicuerit, ut non opus ſit ulla figura. R. Meyr & R. Schimeon dicunt, ſi converterint ſe rami, etiamſi inter quamlibet lineam majus ſpatium ſit quam octo cubitorum, nihilominus licet eo modo, quia ſedecim cubiti non ſunt neceſſarii niſi quando vinea in medio ſit deſtructa; at ſi in principio plantata fuerit ſingulorum octo cubitorum, licet, juxta opinionem R. Meyr, ſecundum quem & deciſio pronunciatur.

GUISIUS.

1 *Salamine.*] Editi plerique צלמון habent. Ita etiam Gemara Baba bath. 82. *b*. Montis illius nominis mentio eſt, Jud. IX. 48. Pſ. LXVIII. 15. Sed MS. Talmud Hieroſolymitanum, Maimonides, RR. Samſon, & Obadias in commentariis צלמין. Eadem lectionis diſcrepantia in eodem nomine Yebam. XVI. 6. ut merito præhabeam lectionem צלמין. Salamis Cypria ſatis nota. Nota etiam Judæorum frequentia in Cypro ante cladem iſtam Artemione Judæorum duce ſub Trajano inſulanis illatam. An hæc ergo צלמין noſtra? certe ita mihi videtur. Interdictum enim de miſcellis in vinea non ferendis utcunque ex iis ſit, quæ vocantur מצות תלויות בארץ *Præcepta à terra Iſraelitica pendentia*, quæ extra terram non obligant, tamen exceptio eſt de fructu novellæ arboris & miſcellis vineæ, quorum interdictum etiam extra terram Iſraelis obligat, non obſtante quod à terra pendent, ut expreſſe cautum eſt Kidd. I. 9. Lightfootius Decade Chorographica in Marcum cap. V. ſect. 2. צלמון legit, & omnem lapidem movet, ut inde efficiat Marci Δαλμανυθά, ſed fruſtra. Miſnam autem noſtram ita vertit. *Hiſtoria eſt in* Zalmon *de homine quodam, qui plantavit vineam ſuam ſedecim & ſedecim cubitos, & portam duorum ordinum vitium, vertit jam ab hoc latere, & anno inſequenti ab alio, & aravit utrobique. Et adducta eſt cauſa coram ſapientibus, atque illi approbarunt.* Vix quicquam, quod tolerare poſſis. Illud vero pueriliter, quod שער *portam* vertat. Vox iſta aliis punctis animata *comam*, & inde *frondem* denotat; quo ſenſu hic, & aliis ſexcentis locis occurrit. Vel hinc æſtimare potes operis noſtri difficultatem, cum in loco certe non difficillimo vir his literis plane deditus, iiſque, omnium conſenſu, conſummatiſſimus, tam nihil videret. 2 *Novale.*] Inter binos ordines, quorum frondes altrinſecus revocatæ.

SURENHUSIUS.

וזורע את הניר *& conſerebat novale*, ſcribit Bartenora שכן היה דרכם *quia ſic moris erat apud ipſos*, id eſt, non propter licitum vel illicitum; ita R. Schimeon. Præterea R. Meyr & R. Schimeon dicunt, *etiam ſi quis plantaverit vineam ſuam inter octo cubitos licet*, & ita deciditur quoque à Maimonide & Bartenora, & ſic etiam in Jeruſchalmi. Cæterum Maimonides in Jad Chaſaka Hilchot Cilaim capite ſeptimo dicit, quod interius licet inferre ſemen in diſtantia ſex palmorum ab unoquoque ordine; at ſi exterius ſeminaverit, neceſſe eſt ut ſatio ab ordine exteriori diſtet quatuor cubitos, ut cæteræ vineæ. Hæc conſiderans R. Abraham Bar David, pronunciavit hiſce non eſſe fundamentum ex Jeruſchalmi, niſi propterea quod viſu oculorum quis eo offendi poſſet. Auctor Ceſeph Miſnæ quidem ipſum excuſare conatur ea ratione, quod exterior ſatio non adeo in oculos incurrit, quam quidem ea quæ interius ſata eſt, attamen inquirendum ſtatuit unde Maimonidi hæc provenit diſſenſio. Jom Tobh putat quod ex Jeruſchalmi hæc provenerit diſſenſio, ubi ſic, אמר רבי זעירא תוכו שמנה חוצה לו שש עשרה *dixit R. Zegnyra, interius octo, exterius ſedecim cubitos*, ubi illa verba שש עשרה intelligenda ſunt ac ſi dixiſſet דין שש עשרה *jus ſedecim cubitorum*, nam ſpatium interius exactè ſubjicitur juri octo cubitorum, & relinquitur tantum ſex palmorum diſtantia ab ordinibus; ſed exterius ſubjicitur juri ſedecim cubitorum; nam illud calvitium vineæ eſt quod quatuor requirit cubitos, de quo vide in principio capitis.

פרק ה כרם שחרב אם יש בו ללקט יי גפנים לבית

Caput 5. Vinea quæ exolevit, ſi in ea ſeligere eſt

לבית סאה ונטועות כהלכתן הרי זה נקרא כרם (כרם דל ס"א) שהוא נטוע ערבוביא אם ישנו לכוין ב' כנגד ג' הרי זה כרם ואם לאו אינו כרם רבי מאיר אומר הואיל והוא נראה כתבנית הכרם הרי זה כרם:

est denas vites in agri sato, positas ut postulat Consuetudo, dicitur utique 1 vinea rarescens. Vinea extra ordinem consita, si in ea destinare est binas ex adverso trium, pro vinea habetur: sin minus, non est vinea. R. Meir asseverat vineam esse, quandoquidem cernitur vinearum forma.

R. OB. DE BARTENORA.

אם יש בו ללקוט עשר גפנים לבית סאה *si in ea fuerit quantitas ad colligendum decem vites in loco sati*, si in campo fuerit locus sati decem vitibus consitus, & non minus. נטועות כהלכתן *plantatæ juxta morem earum*, ut duæ sint è regione duarum, & una exiens in caudam, & non fuerint separatæ per spatium sedecim cubitorum, nec minus quam quatuor cubitorum. כרם דל *vinea paupera*, cujus vites sunt paucæ, nihilominus habet jus vineæ, & non est calvitium vineæ, quia desolata est in medio, hæc vero quod ad omnia latera. נטוע ערבוביא *plantata confusè*, ut vites non sint ordinatæ in lineas.

אם יש בו לכון *si in eo fuerit ad proportionem*, ut totam vineam possit reddere æqualem, nempe, ut duæ sint è regione trium, ut, si extendat filum, & truncus exeat æqualis, duæ è regione duarum, & una exiens in caudam, etsi ramus non sit æqualis, non est tamen vinea. כתבנית הכרמים *secundum figuram vinearum*, & necessaria tum est separatio sedecim cubitorum; decisio non est juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם יש בו ללקוט עשר גפנים לבית סאה *si fuerit in ea quod satis est ad colligendum decem vites in spatio sati*, ut in mensura spatii sati sint decem vites. נטועות כהלכתן *plantatæ juxta jus earum*, ut duæ sint è regione duarum, & una exiens in caudam. כרם דל *vinca paupera* vel tenuis, cujus vites sunt paucæ & raræ, nihilominus vocatur vinea. נטוע ערבוביא *plantata confusè*, quæ non est juxta lineas ordine plantata. Diximus jam capite præcedenti de usu vineæ in qua datur spatium in quo vites sunt plantatæ, ei competere id nomen, etsi fuerit spatium ubi non est vinea; decisio non est juxta R. Meyr.

GUISIUS.

1 *Vinca rarescens.*] Ut pro vinea etiamnum habeatur, & cultus vineæ ei assignetur.

SURENHUSIUS.

ונטועות כהלכתן *& plantatæ juxta morem earum*, quod juxta Bartenoram intelligendum, quando spatium quod est inter vites non est ultra sedecim cubitos, nec infra quatuor cubitos; & hæc quoque sunt verba R. Schimeonis in Commentariis suis, juxta sententiam R. Schimeonis in subsequenti Misna loquentis. Nam juxta sententiam Sapientum dici potest vinea, etiamsi vites plantatæ sint in spatio ejusmodi ubi non dantur quatuor cubiti; & quantum colligi potest, decisio pronuncianda est juxta sententiam Sapientum, nam cum unus à pluribus dissentit, juxta plures decidi solet, propterea Bartenora rem conficere non debebat juxta R. Schimeon. Cæterum Maimonides in notis suis ad hanc Misnam dicit decisionem non esse juxta R. Schimeon. Sed in Jad Chasaka Hilchot Cilaim capite septimo scribit, quod duæ vitium lineæ plantatæ in spatio quod minus est quatuor cubitis, conficiunt vitem unicam, & tres lineæ conficiunt vineam &c. Ad hæc auctor Deseph Misnæ scribit quod Maimonides pronunciat secundum R. Schimeon, quia in Jeruschalmi ita exposuit doctor quidam ex Amoræis, &, quod Maimonidi quoque fuit, aliud Jeruschalmi exemplar; & propterea ipsum illa verba Misnæ, ורואין את האמצעיות explicare seorsim, nimirum, quod licet elevare & inclinare vites supra semina. Præterea Maimonides ad Misnam secundam commentatur controversiam inter R. Schimeon & Sapientes esse in eo, an homines hoc modo soleant plantare vites, atque adeo, an id ex consuetudine fiat? id quod R. Schimeon negat, Sapientes vero affirmant; decisio itaque non erit juxta Sapientes.

ב כרם שהוא נטוע על פחות פחות מארבע אמות רבי שמעון אומר אינו כרם וחכ"א כרם ורואין את האמצעיות כאילו אינן:

2. Vinea quæ consita est interordiniis quatuor cubitis minoribus, pro vinea non habetur, ut censet R. Simeon. Sapientes vineam esse volunt, alternos autem ordines eo loco haberi, ac si non forent.

R. OB. DE BARTENORA.

כרם שהוא נטוע על פחות פחות מארבע אמות *vinea quæ plantata est super spatio minori octo cubitis*, ut non sint quatuor cubiti inter quamlibet lineam. אינו כרם *non est vinea*, & separabit sex palmos, & reliquum conseret, quia inter illas non potest arare bobus, ideo non fert nomen vineæ; at Sapientes dicunt quod sit vinea, quia medias considerant ac si non essent, & conjungunt exteriores, si inter eas reperiatur spatium quod requiritur, quia moris est plantare lineas valdè continuas, & bonas conservare ad conficiendam vineam, & reliquum quod est habebitur lignum; propterea medias plantatas in spatio quod requiritur inter quamlibet lineam considerant ac si fuissent simpliciter ligna, & exteriores conjunguntur ad conficiendam vineam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando inter duas lineas non fuerit spatium quatuor cubitorum, una alteram premit, & hæ nocent illis. Dicit R. Schimeon, homines non plantare cum intentione extirpandi, & non esse vineam, sed ut vitem unicam. Sapientes vero dicunt, dari quosdam qui vineam plantant eo modo, & extirpant id quod corruptum est, relinquentes residuum, deinde etiam, quæ ex eis fuerint bonæ, habentur bonæ, at illæ quæ non fuerint bonæ, committuntur igni.

רואין האמצעיות כאילו אינן *considerant medias ac si non essent*, declaravimus jam id in Gemara, quod licet eas attenuare super semina, quia habentur vites ut reliquæ arbores vel ligna, & hoc vult quando dicit *ac si non essent*; decisio non est juxta R. Schimeon.

ג חריץ שהוא עובר בכרם עמוק עשרה ורחב ארבע רבי אליעזר בן יעקב אומר אם היה מפולש מראש הכרם ועד סופו הרי זה נראה כבין ב' כרמים וזורעים בתוכו ואם לאו הרי הוא כגת והגת שבכרם עמוק עשרה ורחבה ארבעה רבי אליעזר אומר

3. 1 Fossa per vineam transiens, denos *palmos* alta, lata quaternos, R. Eliezer Jacobi filius ait; si totam à capite ad calcem permeet, eo loco habetur ac si esset inter binas vineas, atque seritur in fundo. Sin vero, ut lacus torcularis habetur. Lacum autem vineæ, denos altum, latum quaternos, R. Eliezer in fundo seri posse arbitratur. Sapien-

אומר זורעים בתוכה וחכמים* אוסרים שומרה שבכרם גבוה עשרי ורהב׳ ארבע׳ זורעין בתוכ׳ ואם היה שער כותש אסור:

pientes vetant. In ſpecula vineæ, denos alta, lata quaternos, ſeritur. Si autem frondes ſuperne collidantur, non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

זורעים בתוכו *& ſerunt in medio ejus*, quia foſſa cenſetur ſeparata, & ſub alia juriſdictione, ſi profunda ſit decem palmos, & lata quatuor, & pateat ab initio ad finem; ſed ſi non tantam contineat quantitatem in profunditate & latitudine, vel etſi fuerit profunda decem, & lata quatuor, & non patuerit à principio ad finem, ſed vinea eam contexerit ad tria latera, non ſerunt intra eam, quia ſe habet ut torcular, in quo diſſentiunt R. Elieſer & Sapientes in ſequentibus, at R. Elieſer fil. Jacobi eſt in ſententia Sapientum, qui negant ſationem in torculari. זורעין בתוכה *ſerunt intra eam*, in eo convenit R. Elieſer cum Sapientibus, quia alta eſt, & aër vineæ non circumdat eam, ſed in eo loco ubi aër vineæ eam circumdat, non concedunt Sapientes; & ſic eſt deciſio. ואם היה שער כותש *& ſi fuerit ramus contuſus*, ut propagines vitium ſint commixtæ, & intricatæ ſuper domum cuſtodiæ, uti piſtillum in mortario, non licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שומרה eſt locus editus in quo degit ſpeculator ad cuſtodiendam vineam. שער כותש ſic vocantur rami vitium in ſummitate loci ſe conjungentes, & contorquentes; כותש notat ſurculos vineæ ſolum tangentes, in qua domus cuſtodiæ eſt; at deciſio non eſt juxta R. Elieſer filium Jacobi, ſed juxta Sapientes.

GUISIUS. 1 *Foſſa.*] Lightfootius חריץ hoc loco, quod *foſſam* jure vertimus, confert cum ὑπολωίῳ, Horis ad Marc. XII. 1. parum conſiderate. Quis enim unquam audivit vel fando de ὑπολωίῳ per totam vineam tranſcurrente? Quod ſequitur גת ὑπολώιον eſt, vel *torcularis lacus*. Idem שומרה cum πύργῳ ibidem confert, quod equidem laudo.

ד גפן שהיי נטועה בגת או בנקע נותנין לה עבודת׳ וזורע את המותר רבי יוסי* אומר אם אין שם ארבי אמו׳ לא יביא זרע לשם והבית שבכרי זורעין בתוכו:

4. Viti in lacum vel ſcrobem depactæ aſſignato cultu ſuo, reliquum obſeritur. R. Joſes dicit, Niſi ſpatium ſit cubitorum quatuor, non illuc inferetur ſemen. Intra domum in vinea ſitam ſeritur.

R. OB. DE BARTENORA.

נקע notat fiſſuras agri ad modum foveæ. נותנין לה עבורתה *dant ipſi cultum ejus*, nempe ſex palmos, qui conficiunt cultum vitis unicæ. וזורע את המותר *& ſerit id quod reliquum eſt*, & non dicimus quod apparet ac ſi eſſet heterogeneum, quia vitis & ſemina ſunt intra torcular, & intra foveam. *Niſi fuerint illic quatuor cubiti non adducet eo ſemen*, juxta jus loci vineæ vacui, de quo ſupra diximus, dandos eſſe quatuor cubitos pro cultu vineæ, at deciſio non eſt juxta R. Joſe. והבית שבכרם *& domus vineæ*, eſt caſa vitibus circumdata. זורעין בתוכו *ſerunt in medio ejus*, nam non dicimus, eo quod vites eam circumdant à quatuor lateribus, non proficere quicquam parietes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נקע eſt fiſſura agri undè provenit aqua, diximus aliquoties, quod cultus vineæ continet ſex palmos; vult nos docere Miſchna, quod, etiamſi heterogenea ſint cum vite in eadem fovea, licitum tamen eſt, ſi inter ſemina detur ſpatium ſex palmorum. R. Joſe vero negat, niſi donec ſint quatuor cubiti in torculari, & tum ſeparet de vite ſex palmos, ferens id quod reliquum eſt, eo modo quo faciendum cum מחול i.e. *loco vineæ vacuo*, ut & cum calvitio vineæ; at deciſio non eſt juxta R. Joſe.

ה הנוטע ירק בכרם או מקיים הרי זה מקדש ארבעים וחמשי גפנים איכתי בזמן שהיו נטועות על ארבע ארבע או על חמש חמש היו נטועות על שש שש או על שבע שבע הרי זה מקדש י"ו אמות לכל רוח עגולות ולא מרובעות:

5. Qui olus in vinea pangit, vel adoleſcere ſinit, is ſacras facit vites 1 quadragenas quinas. Ecquando? quum poſitæ ſint ad *cubitos* quaternos, vel quinos. Sin poſitæ ſint ad ſenos, vel ſeptenos, ſacras facit quotcunque ſunt intra cubitos quaquaverſum ſenos denos, in orbem, non autem in quadrum.

R. OB. DE BARTENORA.

Qui plantaverit olus in vinea &c. hujus Miſchnæ ſenſus dependet ab eo quod dicetur inferius, ubi de circulis agitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הנוטע ירק *qui plantat olus*, is qui ſerit; at *qui conſervat* eſt is qui olus videt germinans, & id relinquit. הרי זה מקדש ארבעים וחמש גפנים *ecce hic ſanctificat quadraginta quinque vites*, juxta id quod dicit, nimirum, ut ſemper ſanctificet ſedecim cubitos ad quodlibet latus circulares, eo modo quo ſe habet circulus, de quo ſanctificavit omne id quod in eo continetur, continens per diametrum triginta duos cubitos. Quod autem limitavit quantitatem ejus quod ſanctificavit in prima figura pro numero vitium, quando dicit ארבעים וחמש גפנים *quadraginta quinque vites*, & limitat in ſecunda figura menſuram circuli, quando dicit שש עשרה אמה לכל רוח עגולות *ſedecim cubitos ad quodlibet latus circulares*, hæc eſt ratio, quia, quando vinea plantata fuerit *ſuper quatuor quatuor*, nimirum, quando inter quamlibet lineam fuerint quatuor cubiti, in longitudinem & latitudinem, undè inter quamlibet vitem erunt quatuor cubiti. Aut, *ſi figura plantata fuerit ſuper quinque quinque*, nempe, ſi fuerint inter quamlibet vitem quinque cubiti; omnes vites quæ in eo fuerint circulo facient quadraginta quinque vites, quando dicit, ſive *ſuper quatuor quatuor*, ſive *ſuper quinque quinque*; at ſi plantata fuerit *ſuper ſex ſex*, aut *ſeptem ſeptem*, & fecerimus circulum qui in ſuo continuerit diametro triginta duos cubitos, tum numerus vitium iſtius circuli ſuper ſex ſex non conveniet cum iis quæ plantatæ fuerint ſuper ſeptem ſeptem; propterea Miſchna fundamenta poſuit quibus comprehendit totam cauſam, quando dicit, *ſedecim cubiti ad quodlibet latus*. Rogare autem quis poſſet, quandoquidem fundamentum ſanctificationis requirit ſedecim cubitos ad quodlibet latus, abbreviandum eſſet, ac dicendum, qui plantaverit olus in vinea, aut qui conſervaverit, is ſanctificet ſedecim cubitos ad quodlibet latus circulares, & non quadratos, ſic etiam

quan-

quando non indicat nobis numerum vitium quæ continentur in circulo, quando plantatæ fuerint ſuper ſex, aut ſeptem, aut pluribus cubitis, non erit neceſſe indicare nobis numerum vitium quæ continentur in circulo, quando plantatæ fuerint ſuper quatuor aut quinque? ad quod reſponſio eſt, quod ita faciendum eſſet niſi quid utilitatis in eo eſſet, quando nos docet, dicendo, quod ſanctificat quadraginta quinque vites, ſi plantatæ fuerint ſuper quinque, quia, ſi fecerimus diametrum circuli triginta duorum cubitorum, quando plantatæ fuerint ſuper quinque quinque, numerus vitium erit minor quadraginta quinque; & ſi plantatæ fuerint ſuper quinque quinque, neceſſe eſt ut diameter circuli contineat quadraginta cubitos. Quando autem dicitur, quod vinea plantata ſit ſuper quatuor quatuor, & tum ſeparemus de illa vinea quadratum longitudinis, nempe triginta duos cubitos, quadratum novem linearum vitium erit in latitudine, & novem in longitudine; ſi vero fecerimus circulum in illo quadrato, cujus circumferentia tangit lineas exteriores, ut dimidium diametri circuli contineat ſedecim cubitos, reperientur in circulo quadraginta quinque vites, & hæc ejus eſt figura.

Quando autem conſideres hanc figuram, invenies intra circulum quadraginta quinque vites; & quando conſideres lineas, invenies eas ſeptem ſuper ſeptem, quæ ſunt quadraginta novem vites, & excluduntur quatuor vites exteriores præter circulum, quæ ſunt quatuor vites angulares. Sed ſi vinea plantata fuerit ſuper quinque quinque, & expreſſerimus quadratum triginta duarum ſuper triginta duas, iſtud quadratum comprehendet ſeptem ſuper ſeptem lineas vitium, & capiet cubitum ex linea octava ab una parte, & cubitum ex linea nona ab altera parte, quia inter ſeptem lineas dantur ſex ſpatia & in ſingulo ſpatio quinque cubiti, & in totum triginta cubiti, at indigemus triginta duobus cubitis, propterea tranſeat latus quadrati ſeptem linearum, ut capiat cubitum de qualibet linea, unde fiet ut linea circuli, quæ in diametro ſuo continet triginta duos cubitos, de qualibet linea exteriorum linearum decedat unum cubitum, & ingrediatur ſpatium quod eſt inter duas lineas, eritque ſpatium circuli quarumlibet linearum exeuntium è circulo quatuor cubitorum, juxta hanc figuram.

Et præcipiet ut addat diametro uſque dum linea ejus tangat lineas vitium, quando autem hoc fecerit, omnes vites quæ ſunt in ſeptem iſtis lineis ingredientur circulum exceptis quatuor vitibus quatuor angulorum, & continebit deindè circuli diameter quadraginta cubitos, quando dilatavimus eum, uti diximus, donec tetigerit lineas exteriores, & tum ſanctificabit de illo olere viginti cubitos circulares ad quodlibet latus, deindè circulum ingredientur quadraginta quinque vites, & hæc eſt ejus figura.

Quando autem conſideraveris hanc figuram, invenies eam ſe habere eodem modo quo ſe habuit prima figura, & comperies in circulo quadratum ſeptem linearum ſuper lineas ſeptem, & non eſſe ex illis extra circulum præter quatuor vites quatuor angulorum; & hoc eſt quod de Miſchna dicit Gemara *ſanctificat quadraginta quinque vites*, quomodo ſe habet cultus ejus? ſeptem lineæ de ſeptem ſuper ſeptem, ſeparet ex iis quatuor vites ad quatuor angulos vineæ, remanebunt quadraginta quinque vites; & hoc tibi declarabit id quod expoſuimus in figuris hìc depictis; itidem, quod circulus qui continet quadraginta quinque vites, quando plantatus fuerit ſuper quinque quinque, cujus diameter continet quadraginta cubitos, viginti cubitos ad quodlibet latus; & hic caſus auctorem inſtigat ut dicat quadraginta quinque vites, quando plantantur ſuper quatuor quatuor, & ſuper quinque quinque, & non dicat ſedecim cubitos de quolibet latere, quia, ſi fuerit ſuper quinque quinque, fiet ut triginta ſex ingrediantur circulum, uti exponitur ſecunda figura; ſed quando plantatus fuerit ſuper ſex ſex, numerus vitium in circulo contentus continebit viginti quatuor vites, & hæc eſt figura ejus.

Sed rogare non nemo poſſet, quare, quando circulus vitium plantatus eſt ſuper quinque quinque, inveniantur intra diametrum ejus triginta duo cubiti, quum diameter egreditur quadratum ſuum, qui continet ſeptem lineas ſuper ſeptem lineas unius cubiti ad quodlibet latus; quamobrem extendimus diametrum donec tangat alias quatuor junctas cum ſeptem lineis exterioribus; hìc autem quando plantatus eſt vineæ circulus ſuper ſex ſex non facimus illud; & quamobrem non addimus diametro circuli donec tangat alias etiam lineas, quandoquidem egreditur ſextam lineam cubitum, uti conſtat ex figura quarta? reſponſio eſt, quod vinea quando plantata fuerit ſuper quinque quinque, & fecerimus circulum, & conſideraverimus eum ac ſi totus eſſet plenus olere, & diameter ejus continuerit triginta duos cubitos, ac egreſſus fuerit diameter lineas ad quodlibet latus cubitum, relinquetur, ex diametro circuli & intra lineam junctam cum illo exterius, ſpatium quatuor cubitorum, uti conſtat ex figura ſecunda; cultura autem vineæ requirit quatuor cubitos, uti aliquoties dictum; & quia quantitas determinata eſt, conſideramus rem ac ſi circulus latus eſſet, & dilataſſet ſe uſque dum attigiſſet lineas exteriores qui fuerint inter illas, & finem diametri quatuor cubitorum, & hæc eſt ratio quare auctor dicit, quod ſanctificat quadraginta quinque vites, quando plantatæ fuerint ſuper quinque quinque, quod fieri nequit, niſi poſtquam addiderimus circulo, uti dictum. Quando autem plantata fuerit vinea ſuper ſex ſex, & diameter egreſſus fuerit unum cubitum, uti dictum in figura quarta, remanebunt quinque cubiti inter finem diametri & lineam ipſi junctam; & etiamſi hunc conſideremus circulum ac ſi plenus eſſet olere, nihilominus remanebunt inter eum & inter lineas exteriores quinque cubiti, id autem nimium eſt, quam ut ſit neceſſarium pro cultura vineæ, additamentum cubiti; & propterea nobis ſufficit id quod continetur intra circulum, quod eſt id quod ſanctificatur, & nihil omninò addimus circulo, quia non eſt neceſſarium hoc in caſu; ſed ſi plantata fuerit vinea ſuper ſeptem ſeptem, erit numerus vitium contentarum intra circulum, qui continet in diametro triginta duos cubitos, viginti & una, & hæc ejus eſt figura.

Quando autem conſideres hanc figuram, invenies quod diameter circuli egreditur latera quadrati, quod continet quinque vites ſuper quinque, duo latera ad quodlibet latus, & relinquatur ſpatium, inter finem diametri & inter lineam cum eo conjunctam, quinque cubitorum, quia plantata eſt ſuper ſeptem, & propterea non dilatamus diametrum uſque dum tetigerit lineas exteriores. Atque eo modo explicuimus, quod numerus vitium, qui continetur intra circulum continentem in diametro ſuo triginta duos cubitos quando vinea plantata fuerit ſuper ſex ſex, differt à numero earum quæ plantatæ fuerint ſuper ſeptem ſeptem; obſervamus quoque ſedecim eſſe cubitos ad quodlibet latus circulares, præterquam ſi plantata fuerit vinea ſuper quinque, quo in caſu neceſſe eſt ut ſanctificet quadraginta quinque vites, ac ſi plantatæ eſſent ſuper quatuor; & ſic expoſuimus rationem iſtorum caſuum & ſecreta totius Miſchnæ hujus. Propterea animum applices, ut ea rectè intelligas, quia de iis interrogarunt omnium excellentiſſimum quendam Sapientem in Gemara, qui pluribus ad hoc reſpondit, & continentur in iis multa quæ ſunt valdè ſubtilia, quæ poſtea adjuvante Deo exponemus; ad hoc ſcias velim, quod non requiritur an locus olere conſitus ſit parvus, an magnus.

GUISIUS. 1 *Quadragenas quinas.*] Quot nimirum clauduntur orbita circuli, quæ ab olere tanquam à centro ducta, paulum citra angulos cadit quadrati ſeptenis ſeptenarum vitium ſingulis ordinibus conſiti. Vide fig. 5. Maimonides ad hunc locum plane argutatur.

ו הרואה ירק בכרם ואמר כשאגיע לו אלקטנו מותר כשאחזור אלקטנו אם הוסיף במאתים אסור :

6. Ut is, qui videt olus in vinea enatum, dicat, cum illuc acceſſero avellam, licet. Cum rediero avellam, ſi interea parte ducenteſima auctius fiat, non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

כשאגיע לו *quando tetigero illud*, etiamſi addiderit ducenta, ut non tangat illud, licitum eſt, ſi non ſit negligens quod ad heterogenea, at ſi dixerit, *quando rediero ad colligendum*, non licitum eſt, quia negligens fuit; & iſtiuſmodi quid invenitur in caſu de pariete vineæ vaſtato, cujus ſi rupturam reliquerit, & non macerie obduxerit, ſanctificatus eſt paries; at ſi non diſruptus fuerit, quia totam horam occupatus fuit ad eum macerie obducendum, & non impoſuit finem donec addiderit ducenta, non ſanctificatus eſt; & quomodo limitarunt quantitatem ſi addiderit ducenta? attendunt, quando incidunt olera iſta, aut ſpeciem illam proventus terræ, intra quantum temporis ſpatium exſiccatur, ut non relinquatur humiditas; ſupponamus autem quod exſiccatur poſt centum horas, ſi relictum fuerit illud olus in terra per dimidium horæ, à quo tempore id attigerit, & non collegerit, ſi addet ducenta, non licebit; quia exſiccatur à liquore ſuo per dimidium horæ, quod eſt una pars de ducentis, quando è terra extirpatum eſt, ſic etiam addit liquori ejus in dimidio illo horæ unam partem de ducentis, quando adhuc terræ connexum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc additio limitatur tempore, juxta id quod dicam, & hoc fiet quando dixerimus de olere, poſtquam id collectum fuerit aridum fiat, ut non remaneat in eo liquor per ducentas horas, non dubium eſſe id ſpatio unius horæ exſiccaturum à liquore ejus quod ad unam & ducenteſimam partem; & ſic etiam dicimus de eo, quod, ſi reliquerit illud unam horam, addet liquori ejus unam ex ducentis partibus, ſed ſi reliquerit id unam horam, non licebit; & hoc eſt quod dicunt in Gemara, *colligit unum & relinquit unum, quia unum diminuit, & alterum addit.*

ז הירה עובר בכרם ונפלו ממנו זרעים או שיצאו עם הזבלים או עם המים הזורע וסיערתו הרוח לאחריו מותר סיערתו הרוח לפניו ר׳ עקיבא* אומר אם עשבים יופך ואם אביב ינפץ ואם הביאה דגן תדלק:

7. Si tranſeunti cuipiam per vineam exciderit ſemen; vel ſi evectum fuerit cum ſtercore, vel cum aqua; item ſi inter ſerendum ſemen 1 in poſteriora agitaverit procella, 2 licet. Sin in anteriora agitaverit procella, R. Akibæ placet, dum in herba eſt aratro verti; ſi ſpicam fecerit diſſipari; ſi frumentum maturuerit uſtulari.

R. OB. DE BARTENORA.

עם הזבלים או עם המים *cum ſtercore aut cum aqua*, quando ſtercorat vineam, aut quando aquæductum aperit ad irrigandum vineam, & interdum etiam unà ſemina; at iſtiuſmodi omnia quæ ſine intentione ſata ſunt, licet, quia Scriptura dicit Deut. 22:9. לא תזרע כרמך כלאים, hoc intelligendum eſt quando quis ſerit cum intentione. וסערתו הרוח לאחריו *& elevabat illud tempeſtas venti poſt ipſum*, quando in campo ſerebat, elevabat ventus ſemina in vineam; לאחריו מותר *poſt eum, licet*; quia factum eſt præter intentionem, & non vidit ventum elevaſſe ſemina in vineam. לפניו *ante eum*, non licet, nimirum, ſi ventus elevaverit ſemen ante eum, ſive in conſpectu ejus; quomodo faciet? אם עשבים יופך *ſi fuerint ſemina, convertet*, arando convertet radices herbarum, ne iterum progerminent.

ואם אביב *ſi fuerit culmus*, ſi jam creverit ſemen, at nondum creverit tertia pars, ſuccidet culmen ſeminis, & ſtramen erit licitum ad uſum, at granum illicitum, & ſi internè fecerit granum, comburet, in totum prohibetur frui eo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura Deut. 22:9. פן תקדש המלאה הזרע אשר תזרע ad hoc traditio exponit, quod id excludit ſemina quæ deciderint de vinea, aut quæ provenerint ope ſtercoris, aut aquæ, quæ ſemina non ſevit, ſed præter intentionem ab ipſo ſata ſunt.

וסערתו הרוח מאחריו *& tempeſtas venti elevat id poſt eum*, ſi ſe ſparſerit ſemen poſt tergum ejus, & ceciderit in vineam, id quod coactè fit, & propterea non ſanctificat. Sed ſi ventus ſparſerit ſemen poſt eum, & ipſe viderit illud, tenetur id removere; ſi vero creverit, & factum fuerit in herbam, uti eſt herba qua veſcuntur beſtiæ, aratione convertet terram, & hoc ſufficiet, ſi autem factus fuerit culmus, ſuccidet eum, & triticum ſeparabit ad unum latus, nec fruetur eo, at fruetur ſtramine. Quando autem intentio ejus fuerit relinquere culmum donec accreverit, ut ſemen ejus fuerit aptum ad meſſem & triturationem, totum comburet illicitum in uſum, quia ita ſe habet jus de heterogeneis vinearum, ut comburantur; & hoc eſt quod Scriptura dicit Deut. 22:9. פן תקדש המלאה, quod Paraphraſtes Chaldæus transfert, דילמא תתחייב יקידא; deciſio eſt juxta R. Meyr.

GUISIUS. 1 *In poſteriora.*] In vineam pone eum qui ſemen in arvum ſpargit. 2 *Licet.*] Sinere ut adoleſcat, atque ita fructum percipere.

ח המקיים קוצים בכרם רבי אליעזר קדש וחכמים אומרים לא קדש אלא דבר שכמוהו מקיימין הארוי והקיסום ושושנת המלך וכל מיני זרעים אינן כלאים בכרם הקנבס רבי טרפון* אומר אינו כלאים וחכמים אומרים כלאים והקינרס כלאים בכרם:

8. Si quis ſpinas in vinea adoleſcere ſinat, R. Elieзer ſacraſſe arbitratur. Sapientes ſacraſſe non exiſtimant, niſi res talis fuerit, qualem ſinere ſolent homines. Iris, hedera, lilium regium, & univerſæ ſpecies ſeminum non habentur diverſi generis à vinea. Cannabis, R. Tarphon dicit, diverſi generis non habetur. Sapientes diverſi generis cenſeri exiſtimant. Cinara diverſi generis eſt à vinea.

R. OB. DE BARTENORA.

אליעזר אומר קדש *R. Elieſer dicit, ſanctificat*, quia in Arabia conſervant ſpinas in vinea ad cibandum iis camelos, & quandoquidem nonnulli eas conſervant in agris, ideo heterogenea ſunt omni in loco, nam ipſi convenit id quod dicitur Deut. 22:9. אשר תזרע, quod intelligitur de eo quod ſolent ſeminare ad reponendum in ſemen.

דבר שכמוהו מקיימין *rem cujus ſimilem conſervant*, illis nempe in locis, uti ſunt ſpinæ in Arabia, ubi eas conſervant, at

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura Deut. 22:9. אשר תזרע. quod intelligitur de eo quod ſolent ſerere ad conſervandum; at non ſolent in agro conſervare ſpinas, ſed extirpare eas; R. Elieſer vero dicit, Arabes eas relinquere in campis ad eſum camelorum; & quia nonnulli eas relinquunt in agro, vetitum eſt omni in loco. Sed Sapientes dicunt, non eſſe vetitum niſi in terra Arabiæ, ubi eas conſervant. אירוס eſt herba quæ Arabicè vocatur סוסנבר, & habet folia longa, barbare Menta dicitur. קיסום Ara-

at in plurimis locis ubi non conservant eas, licitum est sanctificare eas; decisio est juxta Sapientes. אירוס est herba cui ampla sunt folia, quæ coqui solent, & Arabicè dicitur סוסנבר. קיסום barbarè dicitur hedera, quam elevant super tuguria.

כל מיני זרעים אינן כלאים *omnes species herbarum non sunt heterogenea*, nempe juxta Legem; at juxta Sapientes sunt heterogenea, uti demonstratur in Tractatu Menachot. Arabicè dicitur לבלב & barbarè *coriola*. שושנת המלך *lilium regis*, rosa regis, & alio nomine שצקיק אל נעמן, & barbarè, *rosela*. קנבוס *cannabis*, barbarè canamo. קינרס Κύνρος sive κύναρα est carduus sativus, vulgo artioclus, *artischok*; decisio non est juxta R. Elieser, sed juxta R. Tarphon.

קנבוס *cannabis* barbarè. *Sapientes dicunt*, *heterogenea*; & deciditur juxta ipsos. קנרס Arabicè קרפוס & barbarè *carduus*, & in Lege dicitur דרדר vid. Gen. 3: 18.

פרק ו איזהו ערים הנוטע שורה של ה גפנים בצד הגדר שהוא גבוה עשרה טפחי׳ או בצד חריץ שהוא עמוק עשרה טפחים ורחב ארבעה נותנין לו עבודתו ארבע אמות ב״ש אומרי׳ מודדין ארבע אמות מעקר הגפנים לשדה וב״ה אומרים מן הגדר לשדה אמר רבי יוחנן* בן נורי טועין כל האומרים כן אלא אם יש שם ארבע אמות מעקר גפנים ולגדר נותנין לו את עבודתו וזורע את המותר וכמה היא עבודת הגפן ששה טפחים לכל רוח רבי עקיבא אומר שלשה:

Caput 6. Quid est pergula? Ubi 1 ponitur ordo quinque vitium ad maceriam altam denos palmos, vel ad fossam denos altam, latam quaternos, tribuunt ei cultum suum cubitorum quatuor. Sammæani quatuor cubitos à radicibus vitium in agrum emetiendos censent: Hillelæi à maceria in agrum emetiendos volunt. R. Johannes Nurii filius errare eos existimat, quicunque ita referunt: verum si intervallum sit quatuor cubitorum inter vitium radices & maceriam, 2 cultum suum eis tribuendum, reliquum semine obserendum. Quantus autem est cultus vitis? palmorum senum quaquaversus. R. Akiba censet palmorum trium.

R. OB. DE BARTENORA.

איזהו ערים *quid est area?* cui dant pro culturâ spatium quatuor cubitorum, uti pro cultura vineæ, etiamsi una tantum sit linea. ערים est quod formam lecti habet, super quem ducunt vites; at juxta Hillel est qui rogat, ad id quod dixit capite quarto, quod non habeatur vinea, nisi donec fuerint duæ lineæ, at quod ad aream etiam concedunt eam vocari vineam, etsi una tantum sit linea.

מן הגדר ולשדה *è pariete ad agrum*, ut, si vites plantatæ fuerint ad orientem parietis, & sarmenta transcenderint murum, vel parietem, si incipiat serere ad occidentem parietis, non numerabit quatuor cubitos inde à radice vitium, quæ sunt post parietem, sed necesse ut quatuor separet cubitos è pariete super quem rami vitium implicant sese, & hæc est una ex levissimis causis Scholæ Schamai, at è gravissimis Scholæ Hillelis.

טועין כל אמרים כן *errant omnes qui ita dicunt*, quia nunquam Schola Hillelis dixit aream unius lineæ vitium esse vineam ad obligandum, ut separent ex illa ad campum quatuor cubitos, & non dictum esse jus quatuor cubitorum de area nisi hoc in casu, nempe si fuerint quatuor cubiti indè à radice vitium usque ad parietem, supra quem ductæ sunt vites, & tum dari sex palmos pro culturæ spatio, uti datur pro vite unica, & reliquum seminari usque ad parietem, sive sepimentum; si vero non fuerint quatuor cubiti indè à radice usque ad parietem, non adducet eo semen, i. e. non feret in illo spatio, uti se res habet cum vite intra torcular plantata, aut in fovea, quod dixit R. Jose capite præcedenti, nempe, si non inveniantur illìc quatuor cubiti, non adducet eo semen. Sed R. Jochanan filius Nuri, & R. Jose dixerunt eandem causam, & eodem sensu etiam exponunt in Talmude Jerusolymitano. R. Akiba dicit, *tres palmi*, pro spatio culturæ vitis unicæ; at decisio non est juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus jam aliquoties, quod cultura vineæ est quatuor cubitorum; sic etiam quot vites sint, & quo modo, ut vocentur vinea; vites autem vineæ extensæ sunt super terram, itidem diximus quod cultura vitis est sex palmorum. ערים est vitis quæ ducta est super parietem, aut ligna, quæ tum se magis extendit quam vitis se extendit super terram. Dicit Mischna, si quis plantaverit quinque vites in una linea super ligna, quæ fecit ad modum lecti, vocatur ערים uti dixit, quando fuerint duæ è regione duarum, & una exierit in caudam, est vinea. Exposuimus etiam quid sit ערים, jam Mischna redit ad exponendum quid sibi velint ritus & jus דין ערים; & dicit quod Schola Schamai judicat, ejus jus esse uti est jus vineæ, & dicit separandos esse quatuor cubitos de radice vitis, & tum posse seri id quod quis voluerit, quia cultura vineæ est quatuor cubitorum; Schola Hillelis vero dicit, quod mensura quatuor cubitorum sumitur à radice parietis, aut foveæ, quia surculi vitium illarum se extendunt super illam, undè apparet ac si parietes essent radices illarum vitium, & si inter radices quinque vitium, & inter parietes fuerit unus cubitus, mensurabit tres cubitos à radice vitium, & feret proventum. Dicit R. Jochanan filius Nuri, quod omnes in eo errant, & omnem ערים *aream* eo modo factam, nimirum quando fuerit una linea, reputari vitem unicam, cujus culturæ spatium requirit sex palmos, uti linea quinque vitium quando non fuerit area, quæ non est vinea, uti dictum capite quarto; & etiamsi vites factæ fuerint in aream, non additur tamen plus juri ipsius quod antea non habebat. Sed mentionem facit de quatuor cubitis in area quinque vitium in alio casu, nimirum, si fuerint inter radices istarum vitium & inter parietem quatuor cubiti, separabit inde à radicibus vitium spatium sex palmorum pro culturâ vineæ, & reliquum spatium conseret, quod continet tres cubitos; at si minus spatium fuerit inter radices & parietem quam quatuor cubitorum, non licet seminare inter parietem & vites, uti diximus supra capite quarto ubi de מחול הכרם; & de hoc casu dicit R. Jochanan filius Nuri, quando dixit quatuor cubitos requiri ad istiusmodi aream, at indè à radicibus usque ad campum sex tantum sunt separandi palmi, quia habetur vitis unica. Et hæc est explicatio hujus Mischnæ, & sensus verborum quæ in ea proferuntur, & propterea operam des ipsis, quia multi commentatores magnos commisere errores in explicationibus suis ad illam datis; & quia non est scopus hujus libri, non argumentabor contra eos; decisio non est juxta R. Jochanam filium Nuri, nec juxta R. Akibam.

GUISIUS.

1 *Ponitur.*] Subintellige, *& pergula erigitur.*

2 *Cultum suum.*] Palmorum senum, tanquam in vite singulari. Neque enim pro vinea habendum censet ordinem unicum, utcunque pergula ita ad maceriam erectum. Reliquum

SURENHUSIUS.

בית הלל אומרים מן הגדר לשדה *Schola Hillelis dicit, à pariete ad agrum*, exponit Bartenora, *si vites plantatæ fuerint ad orientem parietis, & propagines ascenderint parietem; si contingat ut serat ad occidentem*; eodem sensu quo-

quum ergo interſtitium inter radices & maceriam ſatis occupari poſſe cenſet.

quoque R. Schimeon, nec non Maimonides Hilchot Cilaim capite octavo. Quærit autem R. Abraham Bar David, quare neceſſarium ſit interſtitium à poſteriori parte parietis, quandoquidem paries eſt inter vites & ſemen? Reſpondet autem auctor Ceſeph Miſnæ, rem hic aliter ſe habere, quia, cum vites parieti implexæ ſint, fit ut paries cenſeatur ac ſi vitium radix eſſet. Rurſus de R. Abraham Bar David quærit Ceſeph Miſnæ, quamobrem explicet juxta Commentaria Maimonidis ad Miſnam, dicentis, illa verba מן הגדר לשדה dicta eſſe ad diminuendum interſtitium juxta diſtantiam vitium à pariete, quoniam fundamentum menſuræ quatuor cubitorum venit à pariete? Tandem quærit dicens, cum ita comparatum eſt, quare, ſi inter radicem vitium & parietem ſint tres cubiti, à radice vitium tantum unius cubiti diſtantiam ponat, & diſtantia à pariete ſit quatuor cubitorum; quia fieri non poteſt ut diſtantiam à ramis ſuper parietem majorem ponamus, quam diſtantiam à radice vitium? Propterea Jom Tobh reſpondet ſententiam Maimonidis in Hilchot Cilaim magis eſſe fundamentalem, quam ea quæ in notis illius.

ב ערים שהוא יוצא מן המדרגה רבי אליעזר* בן יעקב אומר אם עומד בארץ ובוצר את כולו הרי זה אוסר ארבע אמות בשדה ואם לאו אינו אוסר אלא כנגדו רבי אליעזר אומר אף הנוטע אחת בארץ ואחת במדרגה אם גבוה מן הארץ עשרה טפחים אינה מצטרפת עמה ואם לאו הרי זו מצטרפת עמה:

2. Pergula ex aggere promiſſa, R. Eliezer Jacobi filius dicit, ſi is, qui in terra ſtat, totam vindemiare poteſt, ſationi illicitos reddit quatuor cubitos in agrum: ſin minus, non aliud illicitum reddit, quam quantum ei ſubeſt. R. Eliezer addit; Etiam ubi depangitur *ordo* unus in terra, alius in aggere, ſi is denis palmis terra editior ſit, hic cum illo non conflatur: ſin minus, hic & ille 1 conflantur.

R. OB. DE BARTENORA.

מן המדרגה *è ſcala*, ex acervo alto facto in modum ſcalæ, vel gradus. אם יעמוד בארץ *ſi ſteterit in terra*, ſi ſtando infra in terra poterit colligere uvas ab area dependentes, conſideratur tota area ac ſi fuerit locus radicis vitis, & vetat quatuor cubitos in campo ad quodlibet latus indè à labiis areæ exterioribus; & hoc de induſtria fit quando vetat ſeminare; ſed non ſanctificat præter ſex palmos, uti ſe res habet cum partibus deciſis areæ, de quibus infra capite ſeptimo. ואם לאו *ſi vero non*, i.e. ſi non poterit colligere uvas omnes niſi donec adſcenderit in ſcalam, non vetitum eſt ſeminare niſi infra ſcalam tantum, at extra eam licitum eſt etiam intra quatuor cubitos radicum vitium areæ, quia ſtant ſuper ſcalam; & ſic deciſio eſt.

אחת בארץ *una in terra*, una linea in terra & una linea in ſcala, ex duabus lineis quæ neceſſariæ ſunt ad conſtituendam vineam; hic autem non loquitur de area, ſed de duabus lineis vitium, duæ è regione duarum, & una exeunte in caudam; ſi ſcala fuerit alta decem palmos, non conjungunt duas lineas ad conſtituendam vineam, ſed jus unicæ vitis unaquæque habet linea; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit, quod ſi area egreſſa fuerit è loco alto, etiamſi radix ejus longè diſtet ab hac figura, ſi tamen ſtare potuerit in terra, & omnes vindemiare uvas ab area pendentes, vetiti ſunt quatuor cubiti ad quodlibet latus areæ, etiamſi radices vitium fuerint in loco areæ, aut è regione ejus; & non vocatur area ſi minus ſit quam quinque vitium, uti jam diximus, quod ſemper in memoria tenendum eſt; ſi vero non potuerit omnes vindemiare uvas, niſi tetigerit ramos areæ, aut aſcenderit ſupra ſcalam, prohibentur tantum quatuor cubiti è regione ejus, & eo ſenſu dicitur, *è regione ejus*, nempe, in loco qui eſt è regione radicum vitium, indè à fine areæ metietur quatuor cubitos in illo latere, & tum ſeret.

אחת בארץ ואחת במדרגה *una in terra & una in ſcala*, ſenſus eſt, una linea in terra, & una linea in ſcala; ſi ſcala alta fuerit decem palmos ſupra terram, non conjungunt duas lineas ad faciendam vineam; deciſio eſt juxta R. Elieſer filium Jacobi, & non juxta R. Elieſer.

GUISIUS.

1 *Conflantur.*] Adeoque vineam efficiunt.

SURENHUSIUS.

רבי אליעזר אומר אף הנוטע וכו׳ *R. Elieſer dicit, etiam ſi quis plantaverit &c.*, Bartenora item & Maimonides in notis ad Miſnam deciſionem pronunciant ſecundum ſententiam R. Elieſeris. Sed Jom Tobh putat, eo quod traditur, רבי אליעזר אומר *R. Elieſer dicit*, controverſiam indigitari; & cum ita ſe res habet, R. Elieſer fil. Jacobi qui in alia eſt ſententia, præferri debet, quandoquidem ſemper juxta ſententiam ejus deciditur quotieſcunque illa profertur in Miſnis? hac de cauſa Maimonides in Hilchot Cilaim capite octavo deciſionem pronunciat juxta R. Elieſerem filium Jacobi; & auctor Ceſeph Miſnæ rationem addit, quia Maimonides in eadem cum R. Elieſere fil. Jacobi ſententia eſt.

ג המדלה את הגפן על מקצת אפיפירות* לא יביא זרע אל תחת המותר ואם הביא לא קדש ואם הלך החדש אסור וכן המדלה על מקצת אילן סרק:

3. Qui vitem ſuſpenderit ſuper partem alteram 1 exoletorum ramalium, is non invehet ſemen ſubter reliquam partem. Sin vero invexerit, non ita ſacraſſe cenſetur. Attamen ſi prorepſerit materies, illicitum fit. Pariter ſi quis vitem attollat ſuper partem aliquam arboris infelicis.

R. OB. DE BARTENORA.

אפיפירות ſunt ligna aut cannæ intricatæ, & implexæ, ſupra quas elevant ramos vitium quando ſe admodum extendunt, ſi vero elevaverit vitem ſupra partem areolæ, vetitum eſt ſeminare infrà in parte loci quæ reſtat, etſi ſuper eam non ſint palmites, & quando ſeverit, non ſanctificat.

ואם הלך החדש *& ſi ſe extenderint novæ propagines*, ſi excoluerit vitem, & eduxerit intricatos ramos, impleveritque omnia jugamenta lignorum, tum vetitum erit ſerere infra in parte

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אפיפירות notat *cannas*, aut crates ex viminibus factas, quas faciunt in modum lecti, ut rami vitium perplexi iis veluti inſideant quando ſe extendunt; & dicit Miſchna quod, quando elevaverit ramos vitis ſuper illa jugamenta, quæ facta ſunt in uſum ejus vitis, etiamſi ſupra ea jugamenta non ſint rami, omne id quod ſeverit illic, non ſanctificat; ſi vero ſe extenderint rami qui inclinati ſunt ſupra aream, ſive jugamenta illa, donec contexerint ſemen, vetitum erit illud ſemen; & idem

parte loci reliqua, si addiderit ducenta, postquam adduxerit novum supra ea jugamenta.

וכן המדלה גפן על מקצת אילן סרק *sic etiam si quis elevaverit supra partem arboris infructiferæ*, jus ejus habet se uti jus jugamentorum, eo quod homines eam cum vite sua abrogant, undè fit ac si in totum esset vitis; sed arborem quæ profert fructus qui comedi solent non abrogant cum vite*, & illius pars reliqua supra quam vitis non est elevata, habetur res separata, & non habetur vitis, ac licitum est eo adducere semen.

idem jus observandum est ab omni eo qui elevaverit ramos vitium supra ramos arborum. סרק est arbor quæ non fert fructus, & infructifera habetur istiusmodi arbor, uti area super lignis & jugamentis constructa.

GUISIUS.

1 *Exoletorum ramalium.*] Nihil falsius quam Maimonidis interpretatio vocis אפיפירות. Sunt, ut illi videtur, ר"ל אלסינארת אלתי תעמל מן אלקצב ומן אלעוד לתמתד עליהא אלעריש *opera plexa ex arundine, vel ligno, ut super ea explicentur vites pergulanæ.* Et ad Chel. XVII. 3. אלתערישאת אלתי תנסג מן אלקצב שבה שבאך לתמתד עליהא אגצאן אלכרמאת כמא בינא פי כלאים ואסמה אלמשהור במצר אלמכעב *Opera ex arundine plexa cratium instar, super quibus protendantur vitium palmites, ut exposuimus in Titulo Chilaim, quæ vulgato nomine in Ægypto audiunt* مكعب. Sed nec vox illa in Chelim eadem cum nostra hac; nec nostra id sonat quod vult Maimonides. R. Nathan etiam differentiam agnoscit, ut ibi docebimus. Illi אפיפירות hic loci est אילן שעושה פירות הרבה *Arbor quæ largos fructus edit.* Sed Musaphias rectius ex lingua Græca, *arborem* interpretatur, *quæ jam non amplius fructus facit, senio confecta, vel alia de causa.* Egregie mea sententia; ut sit Hesychii ἀπόφορα, i. e. δένδρα μὴ φέροντα καρπόν. Nec audiendus est Cohen de Lara, qui Musaphiæ expositione rejecta, mendose אפיפירות legi contendit pro אפיפירוד cum ד, i.e. ἀποφυάδες. Bene quidem illud, & acute, si verum esset, quod addit, כי הוא סמוך אל גפן וממנו הוא אפיפירות, *juncta esse viti, & ex ea ipsa enata.* Tales enim αἱ ἀποφυάδες. Sed quam hoc, nihil aliud est à veritate magis alienum; ut vel hujus unius Misnæ autoritate abunde constat. Stultum sit credere, vitem in sui ipsius duramenta & flagella erigi posse & suspendi. Legendum ergo אפופורות, i. e. ἀπόφορα.

ד המדלה את הגפן על מקצת אילן מאכל מותר להביא זרע ל תחת המותר ואם הלך החדש יחזירנו מעשה שהלך רבי יהושע אצל רבי ישמעאל לכפר עזיז והראהו גפן מודלה על מקצת תאנה אמר לו מה אני להביא זרע אל תחת המותר אמר לו מותר והעלהו משם לבית המגניים והראהו גפן שהוא מודלה על מקצת הקורה וסדן של שקמה ובו קורות הרבה אמר לו תחת הקורה זו אסור והשאר מותר :

4. Si quis vitem suspenderit super partem aliquam arboris esculentæ; subter partem reliquam semen invehere licet: & si prorepat materia, revocabit. Casus. Profectus est R. Josua Capharazizum ad R. Ismaelem. Ille ostendit ei vitem super partem ficus suspensam, & percontatus est; nunquid licet mihi subter reliquam partem semen inferre. Respondit ei licitum esse. Inde assumsit eum secum Bethmaganiam, eique ostendit vitem suspensam super partem trabis; trabs autem illa fuit truncus sycomori, cui plurimæ trabes infixæ. Dixit ei sub trabe ista illicitum esse, sub reliquis licitum.

R. OB. DE BARTENORA.

יחזירנו *restituet vel convertet illud*, ad eum locum ubi fuit in principio, & feret quod reliquum est. עזיז est nomen loci. *Respondit ipsi, licet*, quia otiosam relinquit nemo ficum suam propter vitem. *Betaganaja*, est nomen loci.

סדן של שקמה *radix arboris sycomori*, quæ est ficus in sylvis crescens, de qua trabes succidunt ad fabricam. תחת הקורה זו אסור והשאר מותר *infra trabem vetitum est, at quod reliquum est licitum est*, quia quælibet trabs censetur ut arbor separata.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Areola sive lectus constructus super ligna, nec non rami arboris infructiferæ, illa plerumque ea intentione conficiuntur, ut vitium rami eleventur supra ea; & propterea vetamus omne semen quod satum fuerit infra illa jugamenta lignorum, quia destinata sunt ut vitium rami eleventur in ea; sed arbor frugifera non adhibetur ad conficienda istiusmodi jugamenta, ut ea intentione eam perdat; & propterea dicitur neminem relinquere suam ficum otiosam propter vitem; ideo permisere serere infra id quod reliquum est; si vero rami se extenderint supra id quod seminavit, elevabit ramos extensos, & convertet eos ad aliud latus. ובו קורות הרבה *& in ea fuerint multæ trabes*, nempe in radice ficus sylvestris; exposuimus jam antea שקמה notare ficum sylvestrem; prohibet autem id quod severit subter istiusmodi trabe, etiamsi rami fuerint extensi supra ejus partem, quia est jugamentum vitis; permittit autem seminare infra alias trabes, quæ proveniunt à ficu sylvestri; quia est arbor frugifera.

ה איזהו אילן סרק כל שאינו עושה פירות רבי מאיר אומר הכל אילן סרק חוץ מן הזית והתאנה רבי יוסי אומר כל שאין כמוהו נוטעין שדות שלמות הרי זה אילן סרק :

5. Quænam est arbor infelix? quæcunque fructum non fert. R. Meir universas infelicibus accenseri arbitratur præter oleam & ficum. Quibuscunque conseri non solent integri agri, eas omnes R. Joses infelicibus deputari vult.

R. OB. DE BARTENORA.

הכל אילן סרק *omnis est arbor Serac*, putat enim R. Meyr homines plurimas arbores relinquere otiosas & inutiles propter vites; R. Jose vero putat, omnes species, quibus solent plantare agrum integrum, pretiosas & caras esse, & non moris esse eas relinquere inutiles propter vineam; decisio est juxta doctorem primum, nempe ut arbor infructifera sit illa quæ otiosa relinquitur propter vitem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus jam antea differentiam inter arborem Serac; & arborem fructiferam, in casu vitis quam elevant super eam, & si licitum sit serere infra id quod reliquum est, aut non, uti antea diximus; decisio non est juxta R. Meyr, nec juxta R. Jose.

ו פסקי ערים ח' אמות ועוד וכל מדות שאמרו חכמים בכרם אין בהם ועוד חוץ מפסקי ערים אלו הן פסקי ערים ערים שחרב כאמצעו ונשתיירו בו חמש גפנים מכאן וחמש גפנים מכאן אם יש שם שמנה אמות לא יביא זרע לשם שמונה אמות ועוד נותנין לו כדי עבודתו וזורע ארת המותר:

6. Intercisiva pergulæ sunt octo cubitorum & amplius. In universis autem mensuris, quas de vinea tradiderunt Sapientes, non obtinet illud, *& amplius*, præterquam in pergulæ intercisivis. Hæc autem sunt intercisiva pergulæ, cum pergula media sui parte abolescit vitibus quinis utrinque remanentibus. Si intercapedo ista octo cubitorum sit, non licet illuc inferre semen. Si octo cubitorum & amplius, cultu suo vitibus attributo, reliquum satis occupatur.

R. OB. DE BARTENORA.

פסקי ערים *partes areæ decisæ*, deinceps hoc exponetur. שמנה אמות ועוד *octo cubiti & paulo plus*, ut addat parumper octo cubitis istis, nempe sextam cubiti partem, quæ facit unum palmum. שחרב כאמצעו *quæ destructa est in medio*, ut, si plantaverit undecim vites à latere parietis, & vitis destructa fuerit in medio ut duæ fiant areæ, quia area non minus quam quinque continet vites.

Octo cubitos & paulo plus dant ipsi in quantitatem culturæ, secundum R. Jochanan filium Nuri qui aream non habet pro vinea, dat sex palmos pro una & sex pro altera linea, & quod reliquum est seritur; sex juxta eum qui aream habet pro vinea, necesse est dari quatuor cubitos pro una & quatuor pro altera linea, & non poterit seminare nisi illud עוד *paulo plus*; sed etiamsi id juxta eum qui aream habet pro vinea, non tamen in omnibus causis procedit, quia non est necesse ut sedecim cubiti habeantur in parte decisa areæ, uti in calvitio vineæ; ועוד & *paulo plus*, quia is qui seminat quatuor cubitos in vinea, sanctificat, & qui seminat id quod restat ex parte decisa areæ, à sex palmis & ulterius non sanctificat, uti postea dicetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועוד *& paulo plus*, exponunt in Gemara, quod quantitas additionis illius sit sexagesima pars unius cubiti, quæ est decima pars palmi; & quantitas palmi de quo mentio fit in Mischna & Gemara semper continet quatuor digitos indices cum pollice, aut sex digitos cujusmodi post pollicem, & duæ hæ quantitates sunt omninò æquales, uti hæc omnia exponuntur in Gemara. Spatium pro cultura est sex palmi ad unam lineam, & sex ad alteram lineam quæ est è regione ejus; diximus etiam aliquoties, quod jus lineæ quinque vitium idem est cum jure unius vitis, quia non sunt vinea, sed pro spatio culturæ dantur sex palmi. Sic etiam quando fuerint duæ tantum lineæ una è regione alterius, & octo cubiti fuerint inter illas lineas, licet inter eas serere, uti exponitur in fine capitis quarti; & hoc ipsum jus judicamus in duabus lineis istis, quando fuerint area, sed necesse ut habeantur octo cubiti & paulo plus, & tum licitum erit seminare inter illas, postquam separaverit cubitum de qualibet linea, uti exposuimus.

ז ערים שהוא יוצא מן הכותל כתוך הקרן וכלה נותנין לו עבודתו וזורע את המותר רבי יוסי אומר אם אין שם ארבע אמות לא יביא זרע לשם:

7. Si pergula è pariete ex ipso angulo promissa deficiat, tribuitur ei cultus suus, & reliquum obseritur. R. Joses, nisi vacet spatium quatuor cubitorum, negat illuc inferri posse semen.

R. OB. DE BARTENORA.

ערים שהוא יוצא מן הכותל *area quæ exierit de pariete*, quinque vites quæ plantatæ fuerint ad latus parietis, & non comprehenderint totum parietem, nisi tres vites in principio anguli ab una parte, & duæ in principio anguli ab alia parte, & in medio parietis non fuerint vites, nisi in duobus tantum angulis parietis. *Dant ei spatium culturæ*, sex palmos ab una parte, & sex ab altera parte, & quod reliquum est seminabit, etiamsi longitudo parietis non conficiat quatuor cubitos.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit si inceperit facere aream ab angulo inter duos parietes, & diminuerit eam donec revertatur in figuram sectionis, quæ datur in labio inter collum, quæ Arabicè לבנה, ut triangulus. Dicit ulterius quod separabit quantitatem de cultura ejus, & seminabit intra parietes; at R. Jose dicit, necesse esse ut quatuor sint cubiti inter finem areæ & parietem, & tum dari ipsi spatium pro cultura, & serere eum posse quod reliquum est; decisio non est juxta R. Jose.

R. Jose dicit, nisi fuerint quatuor cubiti, non adducet eò semen, R. Jose sequitur opinionem suam, qua prohibuit capite præcedenti in causa torcularis, & fossæ, nisi fuerint quatuor cubiti; hìc autem docet nos, ne quis dicat de torculari & fossa, eo quod occlusa sunt quatuor lateribus tantum hæc dici, ideo hoc R. Josen movere, ut dicat quatuor cubitos; at de pariete, qui non est clausus ad quatuor latera, non; & si nos certiores faciat de opinione sua hoc modo, tum dicamus quod R. Jose in eo casu necessarium judicat quatuor dari cubitos, eò quod hìc habentur vites inter duos angulos parietis; sed in casu de torculari & fossa non nisi unica habetur vitis, dicamus quod non; propterea necesse erat ut diceremus opinionem ejus in duobus istis casibus; & supra jam diximus decisionem non esse juxta R. Josen.

ח הקנים היוצאים מן הערים וחס עליהם לפסקן כנגדן מותר עשאן כדי שיהלך עליהן החדש אסור:

8. Si quis prominentes extra pergulam perticas præcidere pepercerit, infra eas licet. Sin eo fine ita constituerit, ut per eas proserperet materia, non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

הקנין היוצאין מן הערים *Cannæ exeuntes ex area*, quæ prominent extra ordinem areæ. וחס עליהן לפסקן *& pepercerit eis ad succidendum*, quia non eas reliquit ibi, eo quod intentio ejus erat intricare super eas vites, sed quia vellet parcere eis.

כנגדן מותר *è regione earum licet*, quia tum non habentur ut

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וחס עלי הן לפסקן *si pepercerit illis ne succideret*, sensus est, pepercit eis ne succideret, ne damnum inferat areæ, neque eas relinquat quia cogitat de iis, sed alia de causa; & propterea licet ipsi seminare infra cannas, quia non habentur inter אפיפירות *jugamenta*, de quibus supra, nisi quando cogitaverit de intricandis super eas ramis qui excreverint.

ut אפיפירות, & idcirco licet seminare infra eas. עליהן החדש כדי שיהלך *ut addat illis novum quid*, ad implicandum super eas ramos vitium, quando excreverint & latius se extenderint.

ט הפרח היוצא מן העריס רואין אותו כאילו משולטלת תלוים בו כנגדו אסור וכן בדליה המותח זמורה מאילן לאילן תחתיה אסור ספקה בחבל או בגמי תחת הספוק מותר עשאה כדי שיהלך עליו החדש אסור :

9. Materiam extra pergulam luxuriantem appenso quasi perpendiculo æstimant, ut quicquid subsit satu illicitum habeatur. Similiter in vite suspensa, si quis traducem protendat ab arbore in arborem, quod subest illicitum habetur. 1 Si continuaverit funiculo vel junco, quod supplemento subest licitum habetur. Si eo fine usurpaverit ut per eam proserperet materia, illicitum.

R. OB. DE BARTENORA.

הפרח היוצא *flos qui exierit*, vult dicere id quod excrescet è vite quæ prominet ex area. משולטלת notat *ferrum perpendiculi quod conjungitur amussi*, solent enim opifices descendere ab ædificiis ope funis juxta parietes extensi, ut contemplentur an parietes sint recti, & eodem instrumento etiam considerare solent an semina recta sint respectu florum. Hoc loco autem tractat quando segmenta areæ excreverint magis quam cultura ejus, quæ extra aream excrescit, quia intra spatium culturæ, etsi in eo non reperiatur flos, non licet. וכן בדליה *& sic se res habet cum vite arbustiva*, eodem modo considerant vitem unicam quæ elevata fuerit super ligna, quæ non est area, si excreverit extra sex palmos, qui sunt spatium culturæ ejus. תחתיה אסור *subter eos non licet*, subter surculis vitis, sed ad latera ab una & alia parte, licet. ספקה בחבל *si ligaverit eos fune*, ut surculi non tam longi essent, ut pertingerent ab arbore ad arborem, ligavit ad cacumen ejus funem aut juncum ad extendendum eos, ut pertingerent usque ad arborem, subter surculis non licet, at subter ligationem licet; at si fecerit ligationem propterea ut ipsi addat novum quid, quod excreverit surculis, non licet serere sub eo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רואין אותו *considerant eum*, sensus est quod consideramus istiusmodi florem in mente nostra ac si aliqua pars illius supra terram elevata esset; & id quod fuerit è regione ejus à superficie terræ non licet seminare. וכן בדליה *& sic se habet res cum vite arbustiva*, sensus est, eodem modo se res habet cum flore qui exierit è vite arbustiva, quæ est vitis sine area. המותח זמורה *Qui extenderit surculos*, qui plantaverit eos. ספקה בחבל *si ligaverit illos fune*, si colligaverit fune aut juncis, & intentio ejus fuerit cum fune illo in fine rami ut implicaret cum eo etiam alios ramos, habetur ut אפיפירות *jugamenta*; & non licet serere, uti diximus.

GUISIUS. 1 *Si continuaverit.*] Ut traducem traduci connecteret. Ita & alibi significat verbum ספק. Para. XII. 1. האזוב הקצר מספקו בחוט *hyssopus brevior filo elongatur, vel continuatur*. Si locus lucem desideret, commentarii vice esto illud Columellæ V. 7. *Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.*

פרק ז המבריך את הגפן בארץ אם אין עפר על גבה שלשה טפחים לא יביא זרע עליה אפילו הבריכה בדלעת או בסילון הבריכה בסלע אף על פי שאין עפר על גבה אלא שלש אצבעות מותר להביא זרע עליה הארכובה שבגפן אין מודדין לה אלא מן העקר השני :

Caput 7. Is qui vitem in terra stratam propagaverit, nisi terreno adobruatur in altitudinem palmorum trium, semen non superinducet, ne quidem si cucurbitæ vel 1 tubulo trajecta deprimatur. In petra utcunque non supra existat terrenum plusquam trium digitorum, semen superinducere licet. Quod ad mergi curvaturam in vite spectat, emensuratio non instituitur aliunde quam à radice secunda.

R. OB. DE BARTENORA.

המבריך את הגפן בארץ *qui stratam propagaverit vitem in terra*, quando propagatio illa egressa fuerit extra sex palmos, quatenus intra sex palmos, etiamsi detur pulvis super eam trium cubitorum in profunditate, non licet serere super eam, quia illud spatium requiritur pro cultura unius vitis. לא יביא זרע עליה *non adducet super eam semen*, sed à latere licet, quia semina non radices agunt ad latera, sed terram reddunt fragilem, & damnum inferunt fundamentis parietis, quando circa ea sunt sata, sed radices ejus non egrediuntur è latere. Ratio autem, quare non adducat semen super vitem propagatam, etiamsi sit extra spatium culturæ, est, quia vitis est tenera, & radices seminum intrant vitem, ut fiat insitio arboris cum olere; sed super alias arbores quæ non sunt teneræ, licet serere. אפילו הבריכה בדלעת או בסילון *etsi propagaverit eam in cucurbita, aut canali*, si mensus fuerit vitem intra cucurbitas aut intra canalem, non licet; quia radices seminum perforant usque ad vitem, quando super eam non fuerint tres palmi pulveris; at de causa seminum cum cucurbita non est vetitum, quia cucurbita sicca est. סילון idem est quod מרזב *canalis, tubus*, hic vero tantum mentio fit de canali testacea, quia canalis ex metallo confecta non requirit tres pulveris cubitos. *Si propagaverit eam sub petra*, nempe petra dura, quia petra tenera incremento radicum etiam diffinditur. ארכובה של גפן notat vitem tortam & inflexam supra terram, quæ postea se in altum erigit in modum arcus. Quando autem metiuntur sex palmos, qui conficiunt spatium vitis unicæ culturæ, metiuntur radicem secundam è loco illo quo se erigere incipit; & hoc intelligitur quando prima radix non apparuerit, sed apparuerit ac si plantata esset in loco quo intorserit; sed si prima radix apparuerit & cognitum fuerit quod sit radix vitis intortæ, metiuntur tantum à prima radice.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui absconderit vitem in terra, ei licitum est seminare super eam, nisi super eam conjectus fuerit pulvis profunditatis trium palmorum, etiamsi absconderit eam in cucurbitis & in canali. Cæterum exponunt in Gemara hic dici de canali vel fistula testacea, ut si mensus fuerit surculos vitis in canali testaceo, aut in cucurbitis; quia cucurbita postquam de ea separaverit semen, relinquetur vacua, & se habebit ut canalis, non licebit ipsi serere circa eam, nisi donec trium palmorum quantitate terræ fuerit tecta.

סלע est terra dura. ארכובה של גפן *mergus in vite*, ejus figura hæc est; metietur autem spatium pro cultura ejus, quod est sex palmi, indè à secunda radice quæ apparebit ac si vitis esset indè proveniens; & hoc intelligitur quando non apparuerit prima radix, at si apparuerit, & conspicuum fuerit quod sit radix istius vitis quæ intorta est, metiendum est ipsi de prima radice.

GUISIUS. 1 *Tubulo.*] Pro סילון legendum potius סולין. Est enim Græcum σωλήν.

ב המבריך שלשה גפנים ועקריהם נראין רבי אליעזר בר צדוק אומר אם יש ביניהם מארבע אמות ועד שמונה הרי אלו מצטרפות ואם לאו אינו מצטרפות גפן שיבשה אסורה ואינה מקדשת רבי מאיר אומר אף צמר גפן אסורה ואינו מקדש רבי אלעזר בר צדוק אומר משמו אף על גבי הגפן אסור ואינו מקדש :

2. Si quis mergos deprimat à tribus vitibus ita ut radices conſpicuæ ſint, R. Eleazar Sadoci filius, dummodo interſit à quaternis ad octonos cubitos, 1 conflari exiſtimat; ſin minus, non conflari. Vitis quæ exaruit 2 illicita eſt, non autem ſacrat. R. Meir addit, etiam 3 lanam vitis illicitam eſſe, non autem ſacrare. R. Eleazar Sadoci filius illius nomine refert, etiam ſolum quod viti adobrutæ incumbit illicitum eſſe, nec tamen ſacrare.

R. OB. DE BARTENORA.

המבריך ג' גפנים *qui propagaverit tres vites*, modus propagationis hic eſt, nimirum, quando duo egreſſi fuerint ſurculi ex unica vite, tum effodit in terram, & demittit ſurculos in fundum illius foſſæ, & educit caput ejus ab alio latere, & ita fit vitis, atque ut tres fiant ſex vites; & eodem modo dicere poterit, qui abſconderit duas vites ex tribus, quæ eo modo fiunt in vineam, quatenus duæ ſunt è regione duarum, & una exiens in caudam.

ועקריהן נראים *& radices earum conſpicuæ fuerint*, ut tota vitis non fuerit tecta in ſolo, quia tres vites non faciunt ſex niſi relinquat radicem, & de una vite conficiat duas; ſi inter quamlibet vitem non minus quam quatuor fuerint cubiti, nec plus quam octo, conjunguntur, & etiamſi duæ ſugant ex una radice, nihilominus habentur duæ vites. גפן שיבשה אסורה *vitis quæ exaruit prohibita eſt*, non licet ſeminare intra ſpatium culturæ ejus, propter viſum oculi, i.e. ne quis eo offendatur; & ſi ſeverit non ſanctificat; & non tantum tempore hiemali non licitum eſt ſerere ſub ea, quia tum timendum eſt de viſione oculorum ſive ſpecie externa, quia omnes vites apparent ſiccæ; ſed magis tempore vernali quo cognoſcitur quod ſunt ſiccæ, non eſt licitum, quia tempore vernali etiam nonnullæ vites abjiciunt folia, & apparent ac ſi eſſent ſiccæ, cum tamen non ſunt ſiccæ. צמר הגפן *lana vitis*, Arabicè קוטון, & apparet hæc arbor ac ſi eſſet vitis. *Prohibitum eſt, & non ſanctificat*, quia non eſt ſpecies ſeminum. אף על גבי הגפן *etiam ſuper vitem*, ſi ſeminaverit ſuper vitem in terra abſconditam, & non fuerit tecta pulvere trium palmorum in profundum, non licet, & non ſanctificat; deciſio non eſt juxta R. Meyr, nec juxta R. Eleaſar filium Zadoki, in eo quod dixit in nomine ejus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מצטרפות *conjunguntur*, una vitis cum altera ſe conjungens, ut fiat vinea, vel ſaltem talis habeatur. גפן שיבשה *vitis quæ exaruit*, cujus decidêre folia principio hiemis, uti accidere ſolet vitibus, non enim dicere vult quod omnino exaruerit, & non protulerit fructus. צמר הגפן *lana vitis*, Arabicè dicitur קוטן *goſſypium*, & ſenſus eſt, ſi ſeverit lanam in vinea, non ſanctificat vineam, quia non eſt ex ſpeciebus ſeminis. Quod dicit על גבי גפן *ſuper vitem*, vult, ſi ſeverit ſuper eam quando abſconſa erat in terra, & non tecta erat pulvere trium palmorum in profunditate, uti diximus; deciſio non eſt juxta R. Meyr, nec juxta R. Eleaſar filium Zadoki in ultimis ſuis dictis.

GUISIUS.

1 *Conflari.*] Ut ita tres vites cum propaginibus pro vinea habeantur.

2 *Illicita eſt.*] Id eſt, ſationi illicitum reddit agri ſpatium illud, quod occupat. Non licet ergo frumentum ibi ſterere. Si autem contra fas ſeratur, non ſacris devovetur, ut infelicibus flammis uſtulari debeat, uti intelligunt Judæi locum Deut. XXII. 9. ubi פן תקדש *ne ſacrum fiat*, exponunt פן תוקד אש *ne devoret ignis.*

3 *Lanam vitis.*] Vites lanatas ex aminearum & apianarum genere, quarum averſa utique folia lanugine veſtiuntur, Columella, Plinius, alii memorant. Hæ autem veræ vites ſunt, quod huic loco convenire nequit. *Lanam vitis* vocare videntur τὰ ἐριοφόρα δένδρα, quorum meminit Theophraſtus, Tyli inſulæ indigenas arbores, quaſi dicas *vitem lanigeram:* Certe folia earum arborum viteis, niſi minora eſſent, ſimillima ipſe indicat Theophraſtus. Hiſt. Plant. IV. 9. Ad has ergo interdictum extendi volunt Magiſtri propter מראית העין, *ſpeciem externam* vitibus ſimillimam; ut non liceat juxta illas ſata ponere. Maimonides recte adeo צמר גפן exponit קטן *goſſypium*; locum autem de goſſypio, ſive arboribus lanigeris in vinea non ferendis perperam, ſi quid video, interpretatur. Interpretor ego de aliis ſeminibus juxta frutices goſſampinos non ferendis propter ſimilitudinem quam ferunt vitium.

ג אלו אוסרין ולא מקדשין מותר הרבן הכרם מותר מחול הכרם מותר פסקי עריס מותר אפיפירות אבל תחת הגפן ועבודת הגפן וארבע אמות שבכרם הרי אלו מקדשות :

3. Hæc illicitum reddunt, nec tamen ſacrum faciunt: 1 reſiduum calvitii vineæ, reſiduum præcinctus vineæ, reſiduum interciſiminum pergulæ, reſiduum exoletorum ramalium. Verum quod 2 viti ſubeſt, cultus vitis, & vineæ quaterni cubiti; hæc utique ſacrant.

R. OB. DE BARTENORA.

אלו אוסרין *hæc prohibent*, ut ſerantur in illo loco. לא מקדשים *non ſanctificant*, ut, ſi ſeverit ea ſemina, non neceſſe ſit comburere. מותר חרבן הכרם *reliquiæ deſolationis vineæ*, uti Miſchna dixit ſupra, quod calvitium vineæ continet ſedecim cubitos, & ſi non fuerit majus ſpatium quam quindecim cubitorum, at ſeptem ſeverit, non ſanctificat; eodem modo comparatum eſt cum reliquiis vineæ denudatæ, quæ conficiunt decem cubitos, & ſi non fuerint plures quam undecim cubiti, & ſeparaverit quatuor cubitos de vinea, ſeminans quod ſupereſt, non ſanctificat; reliquias vero fragmentorum areæ, de quibus Miſchna loquitur capite præcedenti, ne, ſi fuerint ibidem octo cubiti, eo ferat ſemen ad ſerendum,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus jam in præcedentibus de vinea quæ in medio deſtructa eſt, ſi continuerit ſedecim cubitos, ipſi dari ſpatium culturæ ſuæ, & quod reliquum eſt ſpatium ſeri. מותר חרבן הכרם *reliquiæ deſolationis vineæ*, ſi ſpatium deſolationis contineat minus quam ſedecim cubitos, & det ipſi ſpatium culturæ ordinarium, & ſeminet quod reliquum eſt; ſic etiam ſe res habet ſi in fragmentis areæ minus quam octo fuerint cubiti, & paulo plus, & dederit ipſi ſpatium culturæ, & ſeverit quod reliquum fuerit; itidem, ſi elevaverit vitem ſuper partem jugamentorum, & infra ſeverit reliquum, hæc, & ſimilia omnia prohibita ſunt facere. Et quod dicit אוסרין *prohibent*, ejus ſenſus eſt, quod illæ res quæ nominatæ ſunt prohibitæ

dum, si separaverit sex palmos ab una & sex ab altera parte, & severit reliquum, non sanctificat; loquitur autem de fragmentis areæ inclusivè, nimirum, etsi fuerit area ab una & altera parte, quanto magis si una tantum fuerit area, non sanctificat. מותר אפיפירות *reliquiæ jugamentorum*, de quibus Mischna locutus capite præcedenti, non ferendum esse eo semen sub eo quod reliquum est, & si tulerit, non sanctificat. *Sed sub vite*, ut sunt surculi qui extenderint se extra spatium culturæ vitis, & severit sub iis; spatium culturæ est sex palmi, qui conficiunt spatium culturæ vitis unicæ, at spatium culturæ vineæ est quatuor cubitorum.

tæ sunt, ut illo terræ loco ferantur. מקדשים *sanctificant*, sensus est, ut comburat omne id quod satum est, & simul vites, uti antea diximus.

GUISIUS. 1 *Residuum calvitii vineæ.*] Si vinea calvescat media sui parte eatenus ut calvitium occupet quadratum cubitorum sedecim, relictis circumquaque quaternis cubitis pro cultu vineæ, in quadratum interius cubitorum octo semen inferre licet; supra IV. 1. Jam si calvitium citra hanc mensuram deficiat, quasi demta foret pars ista, quæ ad justam mensuram deest, dicitur מותר קרחת הכרם *residuum calvitii vineæ*; quo non significatur id quod supra justam mensuram redundat; sed ipsum calvitium ἐλλιπές, vel à justo deficiens. Ita habe de *residuo præcinctus*, & *intercisiminum*. 2 *Viti.*] Extra cultum suum luxurianti.

ד המסכסך את גפנו על גבי תבואתו של חבירו הרי זה קדשו וחייב באחריותו רבי יוסי ורבי שמעון אומרים אין אדם מקדש דבר שאינו שלו:

4. Qui protenderit vitem suam super alterius sata, sacra fecit, & damnum resarcire tenetur. RR. Joses & Simeon arbitrantur, neminem sacram facere rem, quæ sua non est.

R. OB. DE BARTENORA.

חייב באחריותו *obnoxius est damno ejus*, ut retribuat proventum; etiam juxta eum qui dicit non pœna afficiendum aliquem eo quod aliis intulit damnum, hìc differentia est, quia hic illa opera peragit manibus scil. quod tegit proventum proximi vite sua. אין אדם מקדש דבר שאינו שלו *nemo sanctificat rem quæ non pertinet ad se ipsum*, nam hoc non ita se habet ut reliquæ Legis prohibitiones; uti is, qui dederit sanguinem aut adipem in olla proximi, aut coxerit carnem cum lacte proximi sui, cujusmodi & similia prohibita sunt, quia est differentia in heterogeneis, de quibus Scriptura dicit כרמך לא תזרע כלאים, ubi dicitur *vinea tua*, non autem vinea alterius; Sapientes dicunt, *non seres vineam tuam*, hoc velle dicere, vineam tuam non licet conserere heterogeneis; sed unde est quod alterius non licet conserere heterogeneis?

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חייב באחריותו *obnoxius damno illius*, ad solvendum & retribuendum id quod perdidit; decisio non est juxta R. Jose, nec juxta R. Schimeon.

ה אמר רבי יוסי מעשה באחד שזרע את כרמו בשביעית ובא מעשה לפני רבי עקיבא ואמר אין אדם מקדש דבר שאינו שלו:

5. Refert R. Joses casum de homine quodam, qui sementim in vinea sua fecit anno septimo. Re delata ad R. Akibam ille respondit; nemo sacrare potest rem, 1 quæ sua non est.

R. OB. DE BARTENORA.

שזרע את כרמו בשביעית *qui sevit vineam suam anno septimo*, anno septimo nemo participat de possessionibus terræ, quia tota terra Israelis est communis, & non habetur ullius terra *sua*; decisio non est juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Est res nota quod tota terra Israelis tempore remissionis, quod est anno septimo, sit communis, & quod nemo in ea habeat possessionem; & propterea vinea ejus anno septimo venit in eo statu, ut ad neminem pertineat; decisio non est juxta R. Akiba.

GUISIUS. 1 *Quæ sua non est.*] Scilicet anno septimo nemo ad agri sui proventum jus habet, sed communis juris est.

ו האנס שזרע את הכרם ויצא מלפניו קוצרו אפילו במועד עד כמה הוא נותן לפועלים עד שליש יתר מכאן קוצר כדרכו והולך אפילו לאחר המועד מאימתי הוא נקר' אנס משישקע:

6. Si prædo alterius vineam vi obserens deinde deseruerit, demetere curato vel in festo. Quantum autem operariis 1 dare tenetur? vel 2 trientem. Si plus postuletur, demetat sensim ut poterit, etiam post festum. A quo tempore vocatur prædo? ex quo 3 penitus inhæserit.

R. OB. DE BARTENORA.

אנס *violentus*, dicitur is qui rapuit vineam ut serat eam postea. ויצא מלפניו *& exivit è conspectu ejus*, & reversa fuerit ad dominos vel possessores, quando sata est vinea. קוצרו אפילו במועד *demetat eam etiam die festo*, etiamsi non sit res quæ ipsi damno est, quia nemo prohibet rem quæ non ad se ipsum pertinet, & etiamsi ita sit, nihilominus propter visum oculi permisère ipsi ut demetat mediis festis diebus, ut non appareat uti is qui heterogenea conservat in vinea sua; aut etiam, si timet ne accreverint ducentæ partes die festo, quò fiet res quæ facile perit, nam etsi violentus non prohibeat, eo quod nemo prohibet id quod non ad se pertinet, nihilominus tamen si vinea accreverit ad ducentas partes, posteaquam redierit ad possessorem, sanctificat, quia hujus jus non minus est quam illius, quando dixit, *quum recolligam illud*, *aut tempestas venti elevaverit illud ante ipsum*, uti dictum est, superiori capite,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Declarabimus suo loco quod non licet metere diebus festis, nisi necessitatis ergo; & dicitur quod licet metere heterogenea in diebus festi mediis, sive medianis. עד שליש *usque ad tertiam partem*, sensus est, quod addit tertiam mercedis partem, ad radices citius extirpandas, ut, si merces ejus fuerit tres denarii quotidie, dabit ipsi scil. mercenario quatuor denarios; si vero non invenerit quemquam nisi majorem dederit mercedem, metet lentè, etiamsi messis protrahatur post dies festos, & post festum quæret alios operarios mercede ordinaria, qui metent secundum consuetudinem. משישקע *quando eum depresserit*, sensus est, quod possessor vineæ se absconderit præ timore istius violenti ne ipsi vim inferat.

pite, quod tum sanctificat. עד שליש *usque ad tertiam partem*, nonnulli hæc verba exponunt de mercede operariorum, ut, si possessor non inveniat operarios nisi mercede ter majori quam convenit, tamen tantum det, ut statim heterogenea eradicet; sed hoc non dabit nisi metat juxta consuetudinem, etiamsi heterogenea in vinea morentur. Alia expositio, *usque ad tertiam partem*, eo sensu, ut det tertiam partem, de eo quod valuerint vineæ & proventus campi, operariis, ut statim extirpent heterogenea; at plus quam tertiam partem fructuum vineæ & proventus non dabit, sed expectabit usque dum messuerit juxta consuetudinem ejus. מאמתי נקרא אנס *quando vocatur violentus* sensus est, quando vinea vocatur de nomine violenti istius, ut reputatur *sua*, & prohibita sit quod ad sationem. משישקע *quando occubuit*, postquam perierit, & succubuerit nomen possessoris vineæ, & vocata fuerit de nomine illius violenti raptoris, ab eo tempore habetur *sua* illa vinea, & sanctificabit possessor omne quod violentus in ea severit.

GUISIUS.

1 *Dare tenetur.*] Ut velint in festo justa persolvere.

2 *Trientem.*] Alii intelligunt mercedem triente auctiorem: alii quantum valeat vineæ & proventus triens.

3 *Penitus inhæserit.*] Id est, ex quo bonæ fidei possessore perterrefacto & ablegato, prædo fundum ut proprium possederit, eique inhæserit. Ita ego interpretor vocem משישקע. Nam verbum illud significat *alte infigi*, & *inhærere*. Ne tamen lectori fraudi sim, Judæorum interpretationem eum non celabo. Ita ergo Bertinorius. מאימתי נקרא אנס כלומר מאימתי נקרא הכרם על שם האנס להחשב כשלו לאסרו בזריעה: משישקע שם הבעלים מן הכרם ויקרא על שם הגזלן מאותה שעה תהיה הכרם חשובה כשלו ויקדש כל מה שיזרע בה *A quo tempore vocatur prædo? ac si diceretur, à quo tempore vocatur vinea nomine prædonis, ut illius reputetur, & illicitum ei sit eam frumento serere? Ex quo delcatur nomen Domini ex vinea, atque ea censeatur nomine raptoris; ex eo tempore vinea illi pro sua reputabitur, & sacrum fiet quicquid in ea satum est.* Bertinorio adeo משישקע est, *ex quo submersum, abolitum vel deletum sit* nomen legitimi Domini. Maimonides aliter interpretatur; וקולה משישקע יעני כנד יכתפי צאחב אלכרם כשיתה מן אלקאהר אלדי יטלב נצבה *Quod autem dicitur* משישקע *id est, ex quo delitescat vineæ dominus, præ metu prædonis qui ei vim intentat.* Uterque refert verbum ad dominum vim passum. Ego potius ad eum qui vim infert. Fateor tamen in Gemara Hierosolymitana ea haberi, quæ Maimonidis sententiam adstruunt.

ז הרוח שעלעלה את הגפנים על גבי תבואה יגרור מיד אם ארעו אונס מותר תבואתו שהיא נוטה תחת הגפן וכן בירק מחזיר ואינו מקדש מאימתי תבואה מתקדשת משתשריש וענבים משיעשו כפול הלבן תבואה שיבשה כל צרכה וענבים שבשלו כל צרכן אינן מתקדשות:

7. Si procella vites in sata prostraverit, 1 retrahuntor confestim. Sin vis impedierit, 2 licet. Sata sub vitem reclinata revocantor, atque ita olus; nec tamen sacrant. A quo tempore sacrum fit frumentum? ex quo 3 tertia parte adoleverit. Uvæ? quamprimum fabam albam exæquent. Frumentum, quod quantum satis est peraruit, & uvæ, quæ quantum opus est permaturuerunt, deinceps non sacrantur.

R. OB. DE BARTENORA.

יגרור *exscindet*, & postea colliget eos scil. ramos, sic Dan. 4:11. dicitur גדו אילנא. *Sic etiam comparatum cum olere*, nimirum, si inclinaverit sub vitem. יחזור *convertet*, nempe proventum, aut olus ad locum suum. ואנו מקדש *& non sanctificat*, si non converterit non sanctificat, quod Mischna dixit supra, nempe id quod sub vite est sanctificari, id intelligendum est quando radix proventus se extenderit sub vitem, at si radix proventus fuerit extra vitem, & se inclinaverit sub vitem, non sanctificat. משתשריש *quando radices egit*, quando radices se extenderint per terram; at sunt qui tradunt משתשליש cujus sensus est, *quando tertiam produxerit partem*, quia textus dicit Deut. 22. ותבואת הכרם, sin vero minus sit quam tertia pars, non vocatur *proventus vineæ*.

ענבים משיעשו כפול הלבן *uvæ postquam factæ sunt ut fabæ albæ*, nam si severit proventum aut olus in vinea cujus uvæ factæ sunt ut fabæ albæ, & extirpaverit semen antequam uvæ factæ essent ut fabæ albæ, non sanctificat. Sic etiam se res habet cum uvis quæ factæ fuerint ut fabæ albæ, si severit ad latus earum proventum, aut olus, & collegerit semen priusquam egerit radices, aut priusquam excreverit pars tertia, secundum eum qui hoc loco legit משתשליש, non sanctificat. *Proventus qui omninò exaruit, & uvæ quæ omnino maturuerunt*, si plantaverit vitem ad latus proventus qui omnino exaruit, aut si seminaverit ad latus ejus uvas quæ omnino maturuerunt, non sanctificat; quia Deut. 22. dicitur *ne sanctifices plenitudinem seminis & proventum vineæ*, non sanctificat nisi donec fuerit plenitudo seminis & proventus vineæ, & proventus ac olus quæ non egerint radices, aut non excreverint ad tertiam partem, non vocentur *plenitudo seminis*; sic etiam postquam aruerunt non vocentur plenitudo seminis; ita quoque uvæ priusquam factæ fuerint ut fabæ albæ, aut postquam omnino maturuerint, non vocentur *proventus vineæ*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עלעלה est verbum quod derivatur à voce Chaldæa יעלעא notans id quod צלע *costa*, sensus vero est, quod ventus frangit ramos vitium, & efficit ut ii cadant super proventum, ideo dicit יגרד מיד *exscindet eos statim*. משתשריש *quando radices egit*, quando radices per terram se extenderint.

תבואה שיבשה כל צרכה וענבים שבשלו כל צרכן אינן מתקדשת *proventus qui exaruit omnino, & uvæ quæ maturæ omninò sunt, non sanctificantur*, sensus est, si quis plantaverit vitem cum proventu qui omnino exaruit, aut si severit proventum in vinea cujus uvæ omninò maturuerunt, non sanctificantur; sic etiam, si severit in vinea, & uvæ fuerint admodum tenues, ut fuerint omphaces, antequam fuerint instar fabarum albarum, non sanctificantur; & ratio in eo est, quando dicit Scriptura Deut. 22:9. פן תקדש מלאה הזרע ותבואת הכרם, propterea necesse est ut inveniatur proventus vineæ, & plenitudo seminis, sic etiam ut detur incrementum & additamentum; at si pervenerit ad perfectionem extremam, tum non vocabitur proventus vineæ, nec plenitudo seminis, sed uvæ & triticum.

GUISIUS.

1 *Retrahuntor.*] Triplicem lectionis varietatem notat Jomtobus, יגרור ex R. Samsone; יגרור ex R. Obadia, cujus etiam meminit R. Samson; יגרור ex Maimonide, quanquam Editiones saltem pleræque, præter istam parvo, (ut vocant) folio, Hal. Chil. V. habeant יגרור. His quartam addo יגרוד, quæ habetur in MS. & Maimonidis commentario Arabico, quam verissimam puto.

2 *Licet.*] Ulterius differre. Vel, *licita sunt*, nec sacris devota.

3 *Tertia parte adoleverit.*] Id est משתשליש. Sunt autem, qui משתשריש legunt, ut lectionis varietas notatur in Talmude Hierosolymitano; i. e. *ex quo radices egerit.* Hæc lectio habetur in MS. & Maimonide: sed altera præferri videtur in Talmude.

ח עציץ נקוב מקדש בכרם ושאינו נקוב אינו מקדש ורבי שמעון אומר זה וזה אוסרין ולא מקדשין המעביר עציץ נקוב בכרם אם הוסיף במאתים אסור:

8. Urceus pertuſus in vinea ſacrat: non pertuſus non ſacrat. R. Simeon utrumque illicitum cenſet, neutrum vero ſacrare. Urceum pertuſum per vineam transferre, ita ut interea incrementum capiat partis ducenteſimæ, illicitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

עציץ נקוב *vas perforatum*, quod foramen habet inſtar quantitatis radicis parvæ, ſi in eo vaſe ſeverit. מקדש בכרם *ſanctificat vineam*, ſi poſuerit id vas in vinea, aut in ſpatio culturæ vineæ quod conficit quatuor cubitos, ſanctificat, ac ſi ſatum eſſet in terra.

אוסרין ולא מקדשים *prohibent & non ſanctificant*, non ſerunt in eo de induſtria, at ſi ſeverit, non ſanctificat, quia aliter ſe habet quam id quod in terra ſatum; deciſio non eſt ut R. Schimeon vult.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

Locuti ſumus de עציץ נקוב *vaſe perforato* capite quinto tractatus Demai, ubi & de jure ejus egimus; ibidem etiam expoſuimus quomodo ſcire poſſumus quando addiderit ducenteſimam partem.

אם הוסיף במאתים אסור *ſi addiderit ducenta, prohibitum eſt*, eſt ſub conditione dictum, & hoc exponunt in Gemara; ubi eſt qui dicit, ea conditione ut relinquat eam partem ſub vitem; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

המעביר עציץ נקוב *qui detulerit vas perforatum*, vas perforatum in quo fuerit proventus qui produxerit tertiam partem, ſi tale vas tranſtulerit per vineam in qua fuerint uvæ inſtar fabarum albarum, & non depoſuerit in terram, ſed tantum id tranſtulerit infra vites, ſi tum addiderint ſemina in via per quam transfertur, continentia unam de ducentis partibus ultra quod continebant in principio, ſemen vaſis eſt prohibitum; at vites non ſanctificantur, quia non depoſuit illud vas ſub vitem in terra; ſupra vero capite quinto expoſuimus quomodo ſe res habet, ſi addiderit unam de ducentis partibus.

פרק ח כלאי הכרם אסורין מלזרוע ומלקיים ואסורין בהנאה כלאי זרעים אסורים מלזרוע ומלקיים ומותרין באכילה וכל שכן בהנאה כלאי בגדים מותרין בכל דבר ואינן אסורין אלא מללבוש כלאי בהמה מותרין לגדל ולקיים ואינן אסורים אלא מלהרביע כלאי בהמה אסורין זה עם זה:

Caput 8. Miſcella vineæ illicitum eſt ſerere, vel adoleſcere pati, vel etiam emolumentum inde capere. Miſcella ſemina illicitum eſt ſerere, vel pati adoleſcere: edere autem licet; 1 & multo magis emolumentum inde capere. Miſcellæ veſtes ad omnem plane rem licitæ ſunt, præterquam quod indutu illicitæ. 2 Miſcellum pecus enutrire licet, atque tueri; neque aliud in iis illicitum, quam admiſſuram exercere. Miſcella pecora copulare non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

כלאי הכרם אוסרין מלזרוע *heterogenea vineæ non licet ſerere*, at non vapulat propter heterogenea vineæ niſi donec ſeverit duas ſpecies ſeminis heterogenei, eaſque ſeminaverit in vinea; eo ſenſu ſe habet Scripturæ locus quo dicitur לא תזרע כרמך כלאים, nempe ne ſerat duas ſeminis ſpecies heterogeneas unam cum altera in vinea ſua, ſi vero heterogenea ſeverit vapulabit bis, propter heterogenea ſeminum, & propter heterogenea vineæ; ומלקיים *& ad conſervandum*, ſi viderit heterogenea, & ea voluerit extirpare, non licebit; ſed non vapulat ſi nondum rem peregerit. ואסורין בהנאה *& vetita ſunt quod ad uſum*, quia Scriptura dicit פן תקדש id eſt, ut ſtatim comburantur, & nullo modo iis fruantur. ואינן אסורין אלא מללבוש *& non vetita ſunt niſi quod ad veſtitum*, idem eſt quod dicitur Levit. 19: 19. לא יעלה עליך *non aſcendet in te.* אלא מלהרביע *niſi ad congrediendum more quadrupedum*, ut ſtylus ingrediatur in calamum, ſed licet conjungere diverſæ ſpeciei animalia in eadem caſa vel domicilio, marem unius & fœminam alterius ſpeciei. *Heterogenea quadrupedum illicita ſunt inter ſe*, ut ſi conjungat natum ex equo cujus pater fuit aſinus cum eo qui natus ex aſina cujus pater fuit equus; præterea Miſchna conformis eſt cum eo qui dicit, non attendunt ad ſemen patris, nam juxta eum qui dicit quod attendunt, omnes ſpecies mulorum ſunt eædem, & licet eas inter ſe conjungere. In Talmude Jeruſolymitano conantur demonſtrare quod non licet inſidere mulo propter conſequentiam à minori ad majus, nempe, ſi miſcellæ earum veſtium quas induere licet, unam ſuper aliam prohibitæ ſint, quanto magis prohibitæ ſint earum beſtiarum miſcellæ quas unam cum alia committere non licet; & argumentantur ex eo quod filii Davidis fecerunt quando Ammonem 2 Sam. 13:29. ubi dicitur וירכבו איש על פרדו וינוסו *& inſedit quiſque mulo ſuo, & aufugerunt*, & reſpondent, quod non argumentandum eſt ab eo quod ſolent facere reges eorumque filii; ſed argumentantur à Davide dicente 1 Reg. 1: 33. והרכבתם את שלמה בני על הפרדה אשר לי & reſpondent eam mulam fuiſſe creaturam ex creatione ſex dierum in principio; nihilominus videmus de Sapientibus priſcis quod coram eis inſederunt mulis, & quod nemo illud impedivit; ſed hoc admonere voluerunt ne quis duas mulas unà regat vel aſſuefaciat, quia fieri poteſt ut una ſit nata ex aſina cujus pater fuit equus, altera vero ex equo cujus pater fuit aſinus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicitur Deut. 22:9. פן תקדש de heterogeneis vineæ, ubi תקדש traditio exponit per תוקד *incendas, comburas*, cujus ſenſus, ſtatim igne conſumenda eſſe iſtiuſmodi heterogenea & nemini licitum eſſe iis frui. מלהרביע *à coitu*, notat igitur hoc verbum coitum in modum quadrupedum quo maſculus primis duobus pedibus inſidet fœminæ, donec ſtylus quaſi ingrediatur in calamum, hoc qui committit verberibus dignus.

כלאי בהמה אוסרין זה עם זה *heterogenea beſtiarum prohibita ſunt inter ſe*, ſenſus eſt, non eſſe licitum conjungere duo animalia quæ fuerint diverſæ ſpeciei, ut ſi conjungat mulam cum equo, uti exponetur deinceps.

GUISIUS. 1 *Et multo magis emolumentum inde capere.*] Abſunt illa וכל שכן בהנאה à MS.; & ex gloſſemate irrepſiſſe videri poſſunt. 2 *Miſcellum pecus.*] Bigenerum ex admiſſu miſcello & illicito prognatum.

ב בהמה עם בהמה וחיה עם חיה בהמה עם חיה וחיה עם בהמה טמאה עם טמאה וטהורה

2. [1 Quomodo intelligenda ſunt iſta?] 2 Nimirum pecudem cum pecude; vel feram cum fera; pecudem cum fera, vel feram cum pecude; mun-

ושהורה עם טהורה טמאה עם טהורה וטהורה עם טמאה אסורין לחרוש ולמשוך ולנהיג:

mundam cum munda, vel immundam cum immunda; mundam cum immunda, vel immundam cum munda copulare non licet in arando, 3 trahendo, vel agendo.

R. OB. DE BARTENORA.

בהמה עם בהמה וחיה עם חיה *bestia cum bestia & animal cum animali*, etiamsi Lex dicat Deut. 22:10. לא תחרוש בשור ובחמור; jam vero docemus per argumentum â pari vocem שור quæ extat Deut. 5:14. ubi de sabbato, ad vocem שור quæ hoc loco extat, quod scil. idem jus intelligendum est de bestiis, animalibus, & avibus.

למשוך ולהנהיג *ad trahendum & educendum*, ad trahendum, puta istiusmodi quorum consuetudo est ut trahant, uti Cameli solent trahere, at asini solent regi, & duci; nihilominus tamen tam de camelo quam de asino reus est, si traxerit, vel duxerit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Diximus in præcedentibus quod heterogenea bestiarum non sunt prohibita nisi quod ad conjunctionem masculi cum femina, jam vero dicit, hoc non ita se habere si bestia cum bestia, aut animal cum animali committatur, & quod ulterius dicit, sed bestia immunda cum munda, & munda cum immunda si conjungatur, majorem prohibitionis gradum indigitat, quam si mas conjungatur cum femina in heterogeneis, sunt enim prohibitæ ad arandum, trahendum & assuefaciendum; ad arandum, quando una in eodem jugo arant; & ad trahendum, quando una trahunt plaustrum aut lapidem; & ad assuefaciendum, quando colligantur una & reguntur; & hoc est quod Scriptura dicit לא תחרוש בשור ובחמור יחדיו, dicit יחדיו *una*, cujus sensus est, quando conjunguntur quocunque modo id fiat, sive ad arandum, sive ad alia agenda; de bove vero & asino concludimus ad reliqua animalia, & bestias duarum diversarum specierum, quorum unum immundum alterum mundum est; & hæc est prohibitio Legis; sed juxta constitutiones Sapientum non licet arare reliquis animalium heterogeneorum speciebus, uti exponunt in tractatu Bava Kama, ubi dicitur quod res eadem est quod ad bovem & alias bestias.

GUISIUS.

1 *Quomodo intelligenda sunt ista?*] Reduco ex MS: verba במה דברים אמורים, quæ in editis desiderantur.

2 *Nimirum &c.*] Hæc alio modo distinguit Maimonides; sic. *Nimirum pecudis cum pecude, vel feræ cum fera; pecudis cum fera, vel feræ cum pecude; mundæ cum munda, vel immundæ cum immunda.* Ut hæc hucusque referantur ad illud superioris paragraphi de diversorum generum admissura. Deinde. *Verum mundam cum immunda, vel immundam cum munda copulare* &c: Sed reliqui plerique Judæi ut nos. Et certe si Misna eo ordine legi debeat, quo extat apud Mosem Cottiensem Præc. neg. 282. Maimonidis interpretatio & interstinctio stare nequit. Ibi sic legitur, טמאה עם טהורה וטהורה עם טמאה טהורה עם טהורה טמאה עם טמאה *immundam cum munda, vel mundam cum immunda; mundam cum munda, vel immundam cum immunda.* Et tamen Moses ille Cottiensis hanc Maimonidis sententiam, quam ex Hal. Chil. IX. ibi affert, ex Tosaphta ad Chilaim confirmari posse censet. Commentarium nunquam viderat, nec ex hoc Misnæ loco eum istam sententiam hausisse vel somniare quidem potuit.

3 *Trahendo.*] Dupliciter exponitur vox ולמשוך. Actio enim referri potest vel ad hominem, qui jumentum habena trahit, i. e. ducit; vel ad jumentum, quod vehem trahit. Priore sensu vox usurpatur in Baraita & Gemara Babylonica Baba metz. 8. *b*. 9. *a*. Atque ita hic RR. Samson & Obadias. Posteriore occurrit infra in fine capitis; atque hunc sensum amplectitur Maimonides; quod magis probo.

ג המנהיג סופג את הארבעים והיושב בקרון סופג את הארבעים רבי מאיר פוטר והשלישית שהיא קשורה לרצועות אסורה:

3. Rhedarius quadraginta plagas luit; & qui in 1 rheda sedet quadraginta plagas luit. R. Meir absolvit. 2 Tertium helciis alligari non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

היושב בקרון סופג את ארבעים *qui sederit in carro, vapulat quadraginta*, nam quandoquidem ejus causa animalia trahunt, censetur ac si ipse duxerit ea. *R. Meyr liberat*, nempe eum qui insiderit carro, quia nihil omnino fecit; at decisio non est juxta R. Meyr.

השלישית שהיא קשורה לרצועות *tertium animal quod alligatum est loris*, si duo equi ligati fuerint ad carrum, & ligaverit ibidem etiam asinum, etsi sine asino etiam vehantur, nihilominus prohibitum est asinum alligare, nam asinus non consideratur ac si non fuisset cum illis duobus equis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרון est genus carri vel currus, & sunt duo carri una ligati, tertius vero alligatur eorum loris; dicit Mischna eum qui insederit carro, & eum qui duas bestias rexerit vel duxerit unà quando fuerint heterogeneæ, quales trahunt currum, vapulare, etsi nihil fecerit is qui insederit carro, nam si insidet potest opem ferre & dirigere. R. Meyr dicit liberum esse eum qui insederit carro, quia nullatenus opem fert in gubernandis equis, aut aliis bestiis.

השלישית שהיא קשורה לרצועות *& tertius qui loris alligatus est*, sensus est, tertius currus qui alligatus est carro, in eo non licet sedere, quando istiusmodi bestiæ heterogeneæ trahunt currum; decisio non est juxta R. Meyr.

GUISIUS. 1 *Rheda.*] קרון est *κάῤῥον*, quod in Glossis Cyrilli & Philoxeni *reda* exponitur. 2 *Tertium.*] Jumentum. Ridiculus plane Maimonides, qui nescio quid de trigemino curru hic comminiscitur.

ד אין קושרין את הסוס לא לצדדי הקרון ולא לאחר הקלון ולא את הלובדקס לגמלים רבי יהודה אומר כל הנולדים מן הסוס אף על פי שאביהן חמור מותרין זה עם זה וכן הנולדים מן החמור אע"פי שאביהם סוס מותרין זה עם זה

4. Non alligabitur equus neque lateribus 1 rhedæ, neque post rhedam. Nec 2 asinus Libycus alligabitur camelis. R. Juda asserit universam equarum prolem, utcunque patre asino procreatam, recte copulari: & similiter universam asinarum prolem, utcunque equo patre procreatam, recte

זה אבל הנולדים מן הסוס עם הנולדים מן החמור אסורים זה עם זה :

&te copulari: verum equarum prolem cum prole aſinarum non licite copulari.

R. OB. DE. BARTENORA.

אין קושרין הסוס בצדי הקרון *non alligant equum lateribus carri*, quando vacca trahit currum non alligant lateribus equum, aut poſt currum ut trahere diſcat, quia equus aliquoties deturbat currum una cum rhedario.

לובדקס *Lybicus aſinus*, eſt aſini ſpecies cujuſmodi reperitur in Lud, cæteris aſinis multo major & fortior, & aſſimulatur camelo. *Etiamſi pater ejus ſit aſinus licet copulare*, id nos docet non dicendum eſſe partem equi jungi cum parte aſini, & partem aſini cum parte equi, quatenus matres ſunt de una ſpecie, non habetur ratio ſeminis paterni. *Sed qui nati ſunt ex equa non copulentur cum natis ex aſina*, quia mater unius nati eſt ex ſpecie aſini, & mater alterius ex ſpecie equi, nam habetur ratio ſemen matris, & ſunt duæ diverſæ ſpecies, deciſio eſt ſecundum R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרון explicuimus verſu præcedenti quod notat genus carri, qui trahitur vaccis; at non licet alligare equum ad latera iſtiuſmodi carri, quia equus non copulatur cum vacca ad eundem carrum.

לובדקס *Lybicus*, eſt ſpecies aſini qualis invenitur in regione Lud, & quodammodo ſimilis camelo. Eſt autem ſententia R. Judæ, quod, ſi femina fuerit ex ſpeciebus equorum, & mas aſinus, mulus qui indè naſcitur erit unius ſpeciei, & licebit eum copulare cum aliis; at non dicimus quod dividimus partem equi cum parte aſini, quia quilibet eorum partem tenet de aſino & equo, quod R. Jehuda pro fundamento tenet quod paterni ſeminis non habetur ratio, illi vero muli, cum matres eorum ſunt ex ſpecie equi, ſunt unius ſpeciei, & licet unum copulare cum altero; eodem modo, ſi matres originem ducant ex ſpecie aſini, ſunt unius ſpeciei; ſed prohibet copulare mulum cujus mater prognata eſt ex aſini ſemine cum mulo cujus mater prognata eſt ex ſemine equi, quia tum ſine dubio erunt duæ ſpecies, quatenus R. Jehuda rationem habet ſeminis matris. *Natos ex equa cum natis ex aſina non licet copulare*, ipſo dicente R. Jehuda; qui vero ipſi contradicit, ait, eandem eſſe cauſam omnium mulorum, quia etiam paterni ſeminis habenda eſt ratio, & ſi mater unius muli fuerit ex ſpecie aſini, & mater alterius ex ſpecie equi, unam eſſe ſpeciem, & juxta opinionem ejus licet copulare natos ex equa cum natis ex aſina; deciſio eſt juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Rhedæ.*] Quam trahunt boves.

2 *Aſinus Lybicus.*] Ita in Gemara Babylonica Shab. 51. *b.* לובדקס exponitur חמרא לובא *aſinus Lybicus.* Inde Maimonides חמאר פי ארץ לובים ישבה אלגמאל *Aſinus in Lybia camelo ſimilis.* Vox ipſa, ut in his fieri amat, multifariam ſcribitur. Nam præter לבדקס vel ליבדקס, quod in utroque Talmude, in Rabbinorum commentariis, in Lexicis Nathanis & Tanchumi, & in MS. habetur, atque לובדקים vel לובדקם, quod in multis Miſnæ editionibus cernitur, in veteri Toſaphta legitur לפרקים, in Iſaaco Feſſano, & commentariis ad eum Rabbenu Niſſimi לוברקם, in Conſtitutionibus parvis Aſerianis רולבקי; denique quod Gen. XXXII. 15. pro Hebræo עירים in Chaldæa paraphraſi Hieroſolymitana לורין דקין, vel לוורין דקין, vel ולרין דקין legitur in tribus editionibus, Londinenſi, Hanovienſi, & Veneta; & in Pſeudo-Uzielidis paraphraſi, (quæ eadem Hieroſolymitana vetuſtioribus audit) ילרין דקין in editionibus Veneta & Londinenſi, ſed in Hanovienſi לווקרין; id ex paraphraſi Hieroſolymitana לברקין citatur Nathani, Tanchumo, & Philippo Aquinati Lexicographis, Eliæ in Lexico Chaldæo לברקין, R. Samſoni autem in commentariis ליבקסין: quæ omnia videntur ejuſdem vocis σφάλματα. Nec vero recens dubitatio eſt de vera hujus vocis lectione; ſed varia lectio jam olim adnotata eſt in Gemara Hieroſolymitana. ולא הליבדקס. אית תניי תני ניברקוס מאן דאמר ליבדקס שם ליבוי על שם לובים וכושים במצעריו. מאן דאמר ניברקוס אבחטם. מהו אבחטם חכר סלק Ita legitur in Gemara Chilaim ad hanc Miſnam; ſed ad Shabb. V. 1. ubi eadem recurrunt, paulo aliter: nam pro ניברקוס bis ibi legitur לגרקס, & pro אבחטם bis אמבטוס; omiſſis etiam illis שם ליבוי (ubi ליבוי mendoſum eſt pro ליווי) i. e. *nomen paronymicum* quod ex gloſſemate videtur irrepſiſſe. Eadem hæc citantur à R. Nathane in Lexico, qui pariter illa omittit, & pro ניברקוס bis habet ניבדקוס, & pro אבחטם bis אבהנוס. Hanc lectionem meliorem judicat Cohen de Lara, qui obſervat id facile committi à librariis, ut pro elementis נ & ו coaleſcentibus ſcribant præſertim in exoticis ט; adeoque in fine vocis agnoſcit Græcum ὄνος. De cætero deſperat. Quod ad me attinet, nullus dubito quin אבהנוס multo rectius ſit quam vel אמבטוס, vel אבחטם: illud autem miror ſolitam Cohenis ἀγχίνοιαν eum hic deſtituiſſe, ut non videret levi adhuc mutatione opus eſſe, quam etiam mendum illud אמבטוס ſuggeſſiſſe potuit, & pro אבהנוס legendum אמהנוס i. e. ἡμίονος. Sic ergo locum verto; *Neque* ליבדקס. *Sunt qui legunt* ניברקוס. *Qui* ליבדקס *dicit*; (*quod nomen paronymicum eſt*) *ita dicit, à nomine proprio*: (ut in iis Danielis XI. 43.) *Libyes & Æthiopes in comitatu ejus. Qui dicit* ניברקוס, *intelligit* ἡμίονος. *Quid eſt* ἡμίονος? *aſinus ſterilis.* Atque hæc illi. Qua autem ratione ליבדקס paronymicum eſſe poſſit à Libybus; vel quo pacto ניברקס mulum ſignificet, fateor, me latet. Dubitavi aliquando annon potius pro ניברקס reſcribendum eſſet נימרקס, מ pro ב, ut in אבהנוס, i. e. Νομαδικὸς *Numidicus*, atque eo intelligeretur tertia illa Camelorum ſpecies, quibus *nobiliores Numidiæ Arabes, & Afri Libyci uti ſolent*, ut habemus in Leone Africano. *Ragnabil* appellari aſſerit. Sed legendum *Raguahil*, i. e. رواحل De hoc autem nihil ſtatuo. Quod ad alteram vocem לברקס, vel ut Elias habet לברקין, Bochartus reſcribendum ſuſpicatur לורברקין; atque illud interpretatur *aſinos è terra Lud*: quomodo etiam Bertinorius expreſſis verbis ad Miſnam hanc, & ad Shab. V. 1. Nam βερκὸς inquit, *pro aſino vox Africana eſt, quam è Libybus acceperunt Cyrenæi. Heſychius*: Βερκὸν, ὄνον Κυρηναῖοι, βάρβαρον. Sed ab iſtiuſmodi vocum compoſitionibus, quibus ſemper fere indulget Bochartus, quam maxime abhorreo, ut à linguarum Orientalium genio plane alienis. Si in βερκὸς quærendum ſit Miſnæ לברקס, & Paraphraſtæ לברקין, illam ipſam vocem ut in Elia ſcribitur לברקין legitimam agnoſcerem. Tantummodo Arabum articulus ל præfigitur; i. e. ال; nam primum elementum, quod in puriori Arabiſmo uſurpatur, eſſentiale non eſſe, & ab aliis omitti autor eſt inſignis Arabum Grammaticus Sibavæus. Sic לברק eſſet ὁ βερκός. Utrumque, ut equidem puto idem quod البراق in puriori Arabiſmo. Eſt autem البراق jumentum quo Mohammedani Prophetam ſuum in cœlum nocturno itinere ſubvectum ſcriptitant. Illud Bocharius, celebris ille Traditionum Mohammedicarum compilator, fuiſſe aſſerit دابة فوق الحمار ودون البغل *jumentum aſino majus, mulo minus.* Atque hæc quidem, ſi admittatur lectio Eliana. Sed cum in Talmudicis potius habeatur לובדקס, vox illa ex terminatione Græca magis videtur quam Arabica. Græca autem, quod ſciam, nulla magis accedit quam λέπαργος, quæ lectionem Toſaphtæ לפרקים quam proxime exprimit. Eſt quidem λέπαργος adjectivum, quod bovi, vel alii cuilibet animali, quod λεπάρας, vel λαπάρας ἔχει λευκὰς, i. e. ἀργὰς, ut ex Heſychio in λεπαργοῦβος, ubi ſcribendum λεπάργου βοὸς, & ex Euſtathio ad Odyſſ. β. conſtat. Eadem autem vox etiam ſubſtantive ponitur pro aſino propter ilium vel abdominis albedinem, ut in dipſadis deſcri-

descriptione apud Nicandrum, ubi fessi mortales juventutem donum à Jove recens acceptum tardo asino imponentes eo misere spoliantur.

Νωθεῖ γὰρ κάμνοντες ἀμορβεύοντο λεπάργῳ Δῶρα.

Ubi Scholiastes: λεπάργῳ δὲ τῷ ὄνῳ φασὶ παρὰ τὸ τὴν λαγόνα ἔχειν λευκήν. Ex hoc loco corrigendus Etymologus, qui eundem afferens Nicandri versum in ἀμορβεύω, sed mendose, λεπάργῳ exponit τῷ ὄνῳ. ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὴν κοιλίαν λευκός. Huc etiam accedit quod Shab. V. 1. permittitur, ut die Sabbathi foras prodeat הלובדקים בפרומביא i. e. ὁ λέπαργος μετὰ φορβαίας, vel φορβειᾶς. Gemaristæ quidem & ex illis Commentatores ridicule ibi פרומביא pro capistro quodam ferreo habent; quo scilicet ferox & immorigerum animalis genus melius contineretur. Sed φορβαία simplicissimum est capistrum, quo asinus, tardum & hebes jumentum, satis tuto duci potest; & φορβαίαν quidem asino tribuit Lucianus.

ה הפרוטיות אסורות והרמך מותר ואדני השדה היה רבי יוסי אומר מטמאין באהל כאדם. הקופר וחולדת הסניים חיה חולדת הסניים רבי יוסי אומר ב"ש אומרים מטמא כזית במשא וכעדשה במגע:

5. 1 Ambiguæ originis muli illicite copulantur, licite autem 2 burdones. 3 Homunculi agrestes feris accensentur. R. Joses autumat 4 tentorio polluere instar hominis. Erinaceus & 5 mustela ruborum feris accensentur. Mustela ruborum, ut Sammæanorum sententiam refert R. Joses, magnitudine olivæ polluit gestatu, magnitudine lentis tactu.

R. OB. DE BARTENORA.

פרוטיות est species mularum è quibus dignoscere non potest, neque è signis eorum judicare quænam nata sit ex matre asina, & quænam ex matre equa, ideoque non licet eas conjungere.

והרמך מותר *& burdo licitus est*, ad copulam, quia unius sunt speciei omnes burdones, matres agnoscentes equas, Arabicè enim equa vocatur רמך, sic dicitur בני הרמכים Esther. 8: 10.

ארני השדה notat animal quod nascitur & nutritur in agro, & connectitur cum fune quodam admodum longo è terra prodeunte, cujus ope illud animal accrescit, & vocatur nomine ידוע; idem quod ידעוני, de quo mentio fit in Lege; & hujus umbilicò alligatus est funis è terra prodiens, habet figuram hominis quòd ad faciem, manus, & pedes, & nemini datur ad illud accedere, quia occidit, & rumpit quemcunque qui accesserit; quando autem illud interficere volunt, funem conterunt sagittis, quo facto valde exclamat, & deinde moritur, & hoc innuitur ex Jobo cap. 5: 23. עם אבני השדה בריתך.

מטמא באהל כאדם *polluit in tentorio ut homo*, quia dicitur Num. 19. 16. וכל אשר יגע על פני השדה, intellige hominem qui creverit ex terra. קופר notat reptile cujus corpus plenum est spinis, & si quis tangat illud contrahit manus ac pedes, sub ventrem ejus instar globi. חולדת הסניים *mustela ruborum*, est mustela quæ crescit in rubis. כזית במשא *ut oliva onere*, est enim dubium an sit species feræ, & cadaver ejus polluat quantitate olivæ, & polluat eum immunditie graviori quod fit onere, immundum reddendo hominem & vestimenta, uti cadaver animalis immundi; an vero sit species reptilis, immundum reddens quantitate lentis, at non polluens onere uti cadaver bestiæ, sed tactu ut reptile; & decisio non est juxta R. Jose, neque in homunculis in agro crescentibus, neque in mustela ruborum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nomen פרוטיות intelligitur de quavis specie quæ nata fuerit ex conjunctione speciei equi & speciei asini, quocunque modo se miscuerint. רמך notat speciem equi quod ad concupiscentiam infirmi, dantur enim species equorum quod ad concupiscentiam debilium, & quod in hoc casu dicit *sunt illiciti, & sunt liciti*, sensus est, quod non licet marem conjungere cum femina, aut quod licet.

ארני השדה sunt animalia speciem hominis ferentia; de quibus narrant auctores quod multa loquuntur quæ non possunt ab ullo intelligi, proferentia verba instar hominis, & Arabicè dicitur אלנסנאס, nanus Latinè, & compositi sunt multi de sensu vocis libri. קפור *erinaceus*, Arabicè קנפד.

חולדת הסניים *mustela ruborum*, est species vulpium mustelis similium. Est unum ex fundamentis quæ exponentur suo loco, nempe quod est species reptilium ex octo illis speciebus quæ memorantur in Lege, Levit. 11:29. non polluens onere, sed tantum tactu; at animal mortuum polluit onere & tactu; reptile immundum polluit quantitate lentis, sed animal mortuum polluit quantitate olivæ, ideo R. Jose dicit quod Schamai dubitavit de mustela ruborum, an sit species una ex octo reptilium, aut, an sit species animalium, & propterea de eo judicarunt ad aggravandum quod ad animal mortuum, dicentes quod polluit quantitate olivæ onere, uti animal mortuum polluit; deinde quoque comprehenderunt sub gravitate reptilium, dicentes quod polluit quantitate lentis, tactu, uti polluit reptile; decisio non est juxta R. Jose.

G U I S I U S.

1 *Ambiguæ originis muli.*] De quibus non constat, muli an hinni sint. *Ex equa enim & asino fit mulus: contra ex equo & asina hinnus:* ut loquitur Varro de re Rustica, II. 8. Ita enim Judæi exponunt vocem פרוטיות. Maimonides: אסם פרוטיות ואקע עלי אלנוע אלכאין מן אכתלאט נוע אלכיל ונוע אלחמר כיף כאן אלכתלאט: *Nomen* פרוטיות *denotat animalis genus quod ex qualicunque equini & asinini generis mistura procreatur.* Quæ verba Maimonides, Aristotelis & Peripateticorum libris homo impense addictus, ex Aristotelis II. de Animal. gener. sumsisse videtur: καὶ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου ἡμίονον, ἀμφοτέρως ἄρρενος καὶ θήλεος ὁποτέρου οὖν ὄντος. Pessime Buxtorfius: פרוטיות *Mulæ, specialis mularum species, signis mundiciei vel immundiciei carens.* Quænam enim sodes signa munditiei in mulis esse poterint? Non intellexit R. Samsonem, vel Bertinorium, qui mulos istiusmodi, quos dixi, ambiguos intelligunt, quos nequeas ex signis, asinabus an equabus matribus procreati sint dignoscere. Signa illa tanguntur in Gemara Hierosolymitana: אר" יונה כל שאזניו קטנות אמו סוסה ואביו חמור. גדולות אמו חמורה ואביו סוס: *Inquit R. Jonas; quicunque aures habet parvas, matre equa est, patre asino: grandes, matre asina, patre equo.* Maimonides Hal. Chil. IX. לפיכך &c. *Ideo quicunque volet mulum mulæ admittere, vel junctis mulis ad trahendum uti, æstimare debet per signa aurium, caudæ & vocis. Si invicem sint similes notum est matres ejusdem generis fuisse & licite copulantur.* Neque hæc temere; nam etiam Columella VI. 37. *Qui ex equo & asina concepti generantur, quamvis à patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia magis similes sunt.* Damirius etiam Arabs: اذا كان الذكر حمارا يكون شديد الشبه بالفرس وان كان الذكر فرسا يكون شديد الشبه بالحمار *Si patre procreatur asino, equum valde referet; sin patre equo, valde similis erit asino.* Quod autem ad aures attinet, diversum videtur, quod asserit Varro loco mox laudato. *Hinnus, qui appellatur, est ex equo & asina; minor quam mulus corpore, plerumque rubicundior, auribus ut equinis, jubam & caudam similem asini.* Hæc sunt signa, de quibus hallucinatur non leviter Buxtorfius.

פרוטיות

פרוטיות autem muli qui ex his ſignis dignoſci nequeunt, ut illis placet. R. Nathan autem in Lexico mulos eſſe vult, quos Græci & Itali vocant מווּמוני. Ita editiones pleræque. Sed in Baſileenſi eſt מולי, *muli:* perperam, ni multum fallor. Vox מווּמוני mendoſa quidem eſt, ſed leviſſima vero apicula. Legendum enim מוזמוני, i. e. Græcum *μέσμονες*, & Italicum *muſimone*. Μέσμονες quidem proprie ovinum genus eſt in Sardinia, quod pro lana caprino pilo tegitur; ut ex Strabone conſtat. Inde *muſimo* animal bigenerum ex ariete & capra, *tityro* oppoſitum, ut mulo hinnus; de qua re vetus epigramma:

Tityrus ex ovibus oritur hircoque parente;
Muſimonem capra ex vervegno ſemine gignit.

Nec tamen muſimo in ovibus & capris duntaxat; ſed in aſinis etiam & equis. Nonius Marcellus: *Muſimones aſini, muli aut equi breves. Lucil. lib.* 6 *Pretium emit, qui vendit equum muſimonem. Cato Deletorio: Aſinum aut muſimonem aut arietem.* R. Tanchum פרוטיות ab aliis exponi אלבגאל *mulos* aſſerit, ab aliis אגאריש; vel ut in aliis codicibus legitur, & in Epitome אכאריש. Quid illud ſit, neſcio; niſi forſan legendum ſit אגאחיש, tanquam plurale pluralis à جحش, quod *aſini pullus* eſt Jauhario & Phiumio Lexicographis, & non infrequenter in Arabibus Bibliorum interpretibus. Atque hæc fere illi in Græcis & Latinis literis hoſpites. Mihi vox דפרוטיות in his linguis quærenda videtur. Nec aſinos vel mulos interpretor, ſed equos *Epirotas*. Epirotarum equorum ſatis celebris fama apud Poetas, Maronem, Faliſcum &c. Vegetius etiam: *Epirotas, ac Siculos non deſpexeris, ſi mores pulchritudo non deſerit.* De his inaudiverat aliquid Miſnæ noſtræ autori, qui, ut illis hominibus mos eſt, arreptum novum vocabulum, necdum tamen intellectum, in jus vocavit. Ita mihi videtur de hac voce, de ſuperiore λέπαργος, de aliis etiam nonnullis, de quibus data occaſione dicam. Volunt ergo equos Epirotas, tanquam diverſi generis animalia, equis vulgaribus, vel & generoſis ſibi notis non copulari; quod in burdonum genere licitum agnoſcunt. In verſione tamen vulgatam potius Judæorum interpretationem retinendam cenſui, ne cui viderer conjecturas noſtras temere nimis venditare.

2 *Burdones.*] Vox רמך etiam in Bibliis occurrit, Eſth. VIII. 10. Ejus tamen ſignificatio non ſatis nota eſt; & ſi nos aſſequi non valeamus, excuſationem tamen merebimur, cum & ipſi Judæi, nec ii quidem recentiores, ſed antiquiores etiam Gemariſtæ hunc ipſum locum afferunt pro exemplo rei quæ intelligi nequit. Locus eſt Megill. 18. *a.* ubi cum ad iſtam Miſnam II. 1. *Barbarus, qui lectum audiverit Eſtheræ libellum Aſſyriace, officio ſatisfecit:* in Gemara objicitur, Barbarum non intelligere quid legatur; Rabina regerit, אטו אנן האחשתרנים בני הרמכים מי ידעינן אלא מצות קריאה ופרסומי ניסא הכא נמי מצות קריאה ופרסומי ניסא *Etiam nos illud Eſtheræ* האחשתרנים בני הרמכים *nunquid intelligimus? & tamen lectio præcepta eſt, & miraculum pervulgandum; ita hic lectio præcepta eſt, & miraculum pervulgandum.* Verum cum Abenezra obſervet רמכים *equas* eſſe, & vocem ita ſignificare in lingua Arabica, deſidioſi foret iſtam linguam in ſuppetias non advocare. Arabicum رمكة equam quidem ſignificat, non quamlibet, ſed الأنثي من البراذين, *equam ex burdonum genere*, ut loquuntur Jauharius & Phiumius Lexicographi, & ex Jauhario Damirius in Hiſtoria animalium. Jam vero برذون βόρδων, *burdo*, Arabibus ſignificat vilius equorum genus, quod Arabicis generoſitate cedit. Motarrezius: التركي من الخيل وهو خلاف العراب *Equus Turcicus, qui Arabico oppoſitus.* Damirius: كنيته ابو الاخطل كني به لخطل اذنيه وهو استرخاوها بخلاف اذن الفرس العربي *Cognomine dicitur* abu 'l-achtal, *ita dictus propter flacciditatem aurium, contra quam ſunt aures equi Arabici.* Inde proverbia: برذن الجواد *Burdo factus eſt equus generoſus.* انغل من البرذون واضرع من البرذون

Burdone ſegnior, ſtellione noxior. Hæc apud Zamachſharium, quæ fruſtra quæras in magna collectione Midanii. Hinc etiam verbum برذن *burdone, vel viliori equo vectus eſt vel inequitavit;* ut apud eundem لقيت فلانا مجيدا واخاه مبرذنا *obviam factus ſum τῷ δεῖνι equum generoſum inequitanti, & fratri ejus burdone vecto.* Item *burdonis inſtar ſegnis fuit:* ut سالته حاجة فبرذن عنها *petii ab eo rem quandam, ſed concedere ſegnis fuit.* Denique ut Zamachſharium exhauriam, non ſine fructu Lectoris Arabiſmo dediti, idem verbum active etiam ſignificat equum generoſum burdonis inſtar hebetem & ſegnem reddere, ut in illo Phalæ verſu:

لله در جياد انت سايسها
برذنتها وبها التحجيل والغرر.

Deo curæ ſunto generoſi iſti equi, quorum tu rector es. Burdones effeceris, inſignes licet pedum & frontis candore. Vides quomodo inter equum & burdonem diſtinguunt Arabes; quo egregie pertinet & hic verſus:

اريت اذا جالت بك الخيل جولة وانت
علي برذونة غير طايل.

Præ te tuliſti, quum circum te orbes agerent equites, & ipſe in orbem currere, cum tu brevi burdone vectus eſſes. Si vera ſunt hæc Arabum, certe magnopere fallitur R. Tanchum, qui רמך interpretatur אלכיל אלאצילה *generoſos equos*, idque ex Arabum uſu. Nec hic ſequitur magiſtrum ſuum Maimonidem. Nam ille ſic, הרמך הו מן אלכיל נוע מן אנואעהא אטנה אלמתברר מנהא לאן מן אלכיל מתברריה *Equorum quædam ſpecies eſt* רמך, *& ut ego quidem reor, ſylvatica, nam ſunt etiam equi ſylvatici.* Hæc non aſſecutus eſt Interpres Hebræus. Sed Eſtheræ locus R. Tanchumo fraudi fuit. בני הרמכים *generoſarum equarum pullos* ibi ſignanter dictos exiſtimavit. Sed forſan non aliud ibi ſignificat הרמכים, quam quod رمكة Phiruzabadio, الفرس والبرذونة تتخذ النسل *equas vel burdones fœminas proli procreandæ deſtinatas:* vel *equas armentarias* à Perſico رمه *armentum*, in plurali رمكان. Deforme, degener, & vile equorum genus רמך dici potuit, vel à ſtrigoſo & extenuato corpore, ab ارمك, voce nona, quod iſtum corporis habitum gerere ſignificat: vel à colore obſoletiore رمكة, quod *colorem* denotat اشد كدرة من الورقة, *fuſcedine obſcuriorem*, ut Phiumius loquitur, vel, ut Zamachſharius رزقة في سواد *fuſcedinem nigredine mixtam colorem* plane *fuliginoſum*, ut intelligere eſt ex lepidiſſimo Rubæ verſu:

وصبية مثل الدخان رمكا
يخلط بالمسك فتجعل سكا.

Et adoleſcentulos fumi inſtar fuligineos, ex quibus admiſto muſco fiat odor Succon *dictus.* *Succon* odor eſt ex atro odoramento رامك dicto, & muſco compoſitus. Poeta alludit ad iſtam compoſitionem, & falſe inſectatur adoleſcentulos deformes & nigricantes, qui tamen ex muſci & odorum uſu delicias captabant. Quidni enim ad equos extendatur vocabuli uſus, cum in camelis ناقة & جمل ارمك ورمكا *camelum marem & fœminare fuliginoſi coloris* memorant Jauharius, Zamachſharius, Phiumius, & Phiruzabadius? In Talmude Hieroſolymitano R. Immæus nomine R. Lazari רשכרה exponit דלא כלינס; nunquid *infrænis?*

3 *Homunculi agreſtes:*] De אדני השדה ſic Maimonides, אדני השדה חיואן ישבה אלאנסאן יקול אצחאב אלאכבאר אנה יתכלם כלאמא כתירא לא יפהם וכלאמה שביה בכלאם אלאנסאן ואסמה אלנסנאס ויוצף מן אכבארה פי אלכתב כתיר

Animalis genus est ארני השדה *homini similis, de quo referunt narrationum autores, quod multum loquitur, nunquam silens, & loquelam habet humanæ similem; nomine dicitur* (Arabibus utique) Nesnas; *de ejus descriptione multa feruntur in libris.* Eadem fere R. Tanchum. Pro אלנסנאס in Hebræis codicibus impressis perperam אלנאנס. Et de النسناس verum quidem est multas extare Arabum fabellas. Eas ex variis autoribus collegit Damirius. Ex eo non pauca Bochartus; sed in multis hallucinatus, ut in Arabicis solet. Verum in tota illa Damirii farragine nulla est descriptio, quæ cum ista ירו׳ ארני השרה, quæ in Talmude Hierosolymitano habetur, congruat. Arabum *Nesna* semi-homo est, vagus & pernix. Misnæ homunculus agrestis è radice nascitur, animal simul & planta, umbilici funiculo coercitus, & uni loco alligatus. In Talmude enim sic: בר נש רטור הוא והוא חיי מן טיבור ייה איפסיק טיבורייה לא חיי *Homunculus montanus est, qui ex umbilico vivit; disjecto umbilico amplius non vivit.* Hæc eadem Bochartus ex Jarchio (R. Samsone dixisse debuit, nam ex illius commentario petuntur, quæ ille Jarchio tribuit) citans, pessime sic vertit. *Fera est ab umbilico, sed parte quæ supra umbilicum est, non est fera.* Sed voces, quod posui, sonant. Hinc etiam in Talmude ratio propter quam R. Joses hoc animal tentorio polluere censet, ex Num. XIX. 16. petitur; ac si, quod ibi scriptum est, וכל אשר יגע על פני השדה בחלל חרב *Et quisquis tetigerit in superficie agri occisum gladio*, sic interpretatus esset; *Et quisquis tetigerit* כגדל על פני השדה *id quod crescit super faciem terræ* &c. nempe monstrum hoc ζωόφυτον. Hoc ipsum monstrum alio nomine ידוע dictum arbitratur R. Moses Calonymi filius Spirensis, & sic describit, ut sententiam ejus refert R. Samson. וכמין חבל גדול &c. *Funiculus quidam magnus ex radice quæ in terra est exit, unde vivit illud animal, quod dicitur* ידוע *plane cucumerum & cucurbitarum more. Hujus tamen forma hominem omnino refert, vultu, corpore, manibus, pedibus; ab umbilico autem annectitur funiculo ex radice enato: nec quisquam valet accedere intra funiculi longitudinem, quia circumcirca rapit & interimit. Quam longe autem extenditur funiculus omnia depascit. Cum illud venantur, nemo audet accedere, sed funiculum sagittis petunt, quo succiso statim perit.* Hæc ille; nec aliunde sunt ea quæ habet Bertinorius ad Syned. VII. 7. ubi addit, Sapientum dialecto vocari בר נש רטור *Homo montanus*; respiciens proculdubio ad locum Talmudis jamjam allatum. Perperam ergo Maimonides, & ex eo Bochartus, Misnæ ארני השרה conferunt cum Arabum نسناس. Fabulæ quidem utrobique, sed dispariles. Quanquam autem Rabbini in fabulas procudendas omnes nervos intendisse videntur, tamen hic excusandi forsan sunt, nec tam mendacium ipsi finxisse putandi, quam Josephum (ut nonnullis videtur, autorem gravissimum) secuti esse. Certe quæ ille per totum caput 23. lib. VII. de Bello Judaico, refert de stirpe βαάρας, in cognomine loco vallis, quæ Machæruntem ab aquilone cingit, nasci solita, talia sunt, ut orientem hanc fabulam ibi agnoscas. Deest quidem humana forma; cætera omnia adsunt, quæ descriptionem implent. Proinde pro βαάρας rescribendum βάρνας, id est, Talmudis בר נש. Et sic quod descriptioni deest, vel ipso nomine satis indicatur. Atque hæc quidem de ארני השרה; quibus hoc unum addo, in Gemara Hierosolymitana contra Misnæ editionum omnium, & MS. codicis fidem, pro ארני legi אבני; quod ne temere factum credas, ecce ad Job. V. 23. ubi dicitur, *Quia cum* אבני השרה *lapidibus agri fœdus inivisti*; R. Salomo sic commentatur: אבני השרה מין אדם הן, *hominum genus est* quod hic dicitur אבני השרה.

4 *Tentorio polluere.*] Num. XIX.

5 *Mustela rucorum.*] חולדת הסנאים *mustela ruborum*, & חולדה הדרה בעיקרי בתים *mustela, quæ degit in ædium latebris*, eo modo opponi videntur, quo γαλῆ ἀγρία, & γαλῆ κατοικίδιος Græcis. Attamen in Gemara Baba ca. 80. *a.* mustela ruborum numeratur inter domesticas feras, quas nutrire ideo licet, שעשוים לנקר את הבית, *quia aptæ natæ sunt* (non, *ad perfodiendas ædes*, ut Bochartus vertit, sed) *ad domum tutandam*; à muribus scilicet, ut exponit R. Salomo. Sed ita forsan legendum לנקות pro לנקר, i. e. *ad domum* à muribus *liberandam*. Cohen de Lara חולדת הסנאים mustelam Sinicam esse vult, quam eandem Scythicam, & Hispane *marta zebelina* appellari asserit. Eodem etiam pertinet, quod Musaphias ad גלאקסינן, (quam vocem R. Nathan affert ex Bereshith rabba, & quam ille compositam vult ex Græcis γαλῆ & ξένος, & significare pellem mustelæ magni pretii in terris Septentrionalibus oriundæ) notat eandem mustelam forsan eam esse, quæ in Misna Tituli Chilaim dicitur חולדת הסנאים.

ו שור בר מין בהמה ורבי יוסי אומר מין חיה כלב מין חיה רבי מאיר אומר מין בהמה החזיר מין בהמה הערוד מין חיה הפיל והקוף מין חיה ואדם מותר עם כולם למשוך ולחרוש ולהנהיג:

6. Bos sylvester generis pecuini est; sed R. Joses feris accensendum arbitratur. Canis ferini generis; sed R. Meir inter pecudes numerat. Sus pecuini generis est; onager ferini; elephas & simia feris accensentur. Homo cuicunque horum omnium junctus licite 1 arat vel trahit.

R. OB. DE BARTENORA.

שור הבר est bos qui degit in sylvis locisque desertis. מין בהמה *est species bestiæ*, & adipem ejus non licet comedere, & non est necesse ut sanguis tegatur, quia Sapientes principium ejus statuunt domesticum, sive quod domi degerit & postea aufugerit in desertum & sic factus fuerit bos sylvestris. מין חיה *species animalis*, cujus sanguis contegitur & adeps comeditur, eo quod principium ejus censetur desertum; differentia vero quam posuere Sapientes inter בהמה & חיה, eam quoque ponunt in cæteris excepto bove sylvestri, & decisio non est uti vult R. Jose. כלב מין חיה *canis est species animalis*, hac de causa, si quis conscribat alii omnia animalia quæ fuerint in potestate ejus, aut sanctificet omnia animalia quæ fuerint in potestate ejus, etiam canem conscripsisse censetur. *R. Meyr dicit species bestiæ*, at non decidimus juxta ipsum. אדם מותר עם כלם *homini licet illis omnibus uti*, quia Scriptura dicit, *non arabis bove & asino simul*, nihilominus arare licet homine & bove, atque etiam homine & asino.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui dicit quod bos sylvester est species animalis, is permittit comestionem adipis ejus ut comestionem adipis cervorum, & taurorum. ערוד *onager*, sive asinus montanus ac sylvester. קוף *simia*, Arabicè dicitur קרד. Commodum vero vel usus, eorum quæ dicuntur de cane & homunculis terræ quod sunt species animalis, & alii, quod sunt species bestiæ, obtinet respectu emptionis & venditionis ac donationis, quando suum vendiderit animal vel bestiam, sive etiam quando ea emerit.

אדם מותר עם כלם *homini licet iis omnibus uti &c.*, quia Scriptura dicit לא תחרוש בשור ובחמור יחדיו, & dicunt in Siphri, bove & asino non arabit, sed arabit bove & homine, homine & asino; decisio non est juxta R. Jose, nec juxta R. Meyr.

GUISIUS. 1 *Arat vel trahit.*] Editi fere omnes למשוך ולחרוש ולהנהיג, vel ולנהוג, vocibus iisdem, quæ supra 2. sed mutato ordine. Verum in Talmude Hierosolymitano, לחרוש ולמשוך. Ita etiam MS. codex, quo utor, & veteres membranæ à Jomtobo laudatæ. Ita demum citatur locus Shab. 54. *a.* in Gemara Babylonica Atque hanc lectionem sequor. Etenim illud ולהנהיג hic locum habere nequit.

פרק ט Ca.

פרק ט אין אסור משום כלאים אלא צמר ופשתים ואינו מטמא בנגעים אלא צמר ופשתים אין הכהנים לובשין לשמש בבית המקדש אלא צמר ופשתים צמר גמלים וצמר רחלים שטרפן זה בזה אם רוב מן הגמלים מותר ואם רוב מן הרחליי אסור מחצה למחצי אסו׳ וכן הפשתן והקנבוס שטרפן זה בזה :

Caput 9. Non aliud vetitum cenſetur 1 miſcellorum nomine quam lana & linum. Neque aliud 2 polluitur lepra præter lanam & linum. Neque Sacerdotes alia re veſtiuntur, ut ſacris operentur in Sanctuario, quam lana & lino. 3 Lana camelina & ovina ſimul commiſtæ, ſi potior pars camelina ſit, 4 licitæ ſunt: ſi vero ovina vincat, illicitæ: & ſi æquis partibus permiſceantur, illicitæ. Ita etiam de lino & cannabo ſimul commiſtis.

R. OB. DE BARTENORA.

Nihil vetitum eſt nomine heterogeneorum præterquam lana & linum, quia Lex dicit Deut. 22: 12. לא תלבש שעטנז צמר ופשתים יחדו, dicit שעטנז in genere, ſed צמר ופשתים in ſpecie, non invenitur in genere quod non invenitur in ſpecie, nempe lana & linum, & nulla res præterea; lana, hic eſt lana ovium & arietum tantum; & ſic ſcriptum eſt 2 Reg. 3. *Et Meſah rex Moabitarum erat pecuarius, & regi Iſraelis offerebat centum millia agnorum, & centum millia arietum lanam gerentium*, ubi abſolute non dicitur צמר, ſed צמר רחלים ואילים; ſed plurima lana inſignitur nomine conjuncto, ſic lana camelorum, lana leporum, lana caprarum. ואינו מטמא בנגעים אלא צמר ופשתים *& nihil polluit vel polluitur lepra quam lana & linum*, uti Lex dicit Levit. 13: 27. *Et veſtimentum quando in eo fuerit plaga lepræ, in veſtimento lanæ aut in veſtimento lini.* אין הכהנים לובשין לשמש בית המקדש אלא צמר ופשתים ſacerdotes non induunt veſtes, ad miniſtrandum in templo, niſi lanæ & lini; quia de veſtitu ſacerdotali ſcriptum eſt שש *linum*, בד *linum* etiam, â בדד *ſolum*, quia בד ſolitarie creſcit, nempe unica canna de ſingulo grano, & non creſcunt duæ cannæ de uno grano; & de cingulo extat תכלת וארגמן ותולעת שני, ſed תכלת eſt lana tincta ſanguine Chillaſon. ארגמן eſt lana tincta colore rubro. תולעת שני eſt lana tincta colore rubro, barbarè carbaſus. מותר *licet*, nimirum, cum iis miſcere linum, quia lana ovium cum majori parte camelorum mixta fit irrita; illud ipſum etiam fit in lino & cannabe quæ commixta fuerint, quando cannabis major fuerit pars, liceat miſcere cum lana.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura de heterogeneis veſtimentorum צמר ופשתים יחדו, at ubi de plaga lepræ, dicit בבגד צמר aut בבגד פשתים; & de omnibus ſacerdotalibus veſtimentis dicit, ne conſtent niſi ex cocco, purpura, & cocco tincto, & lino contorto, & de omnibus illis, aut de uno illorum veſtimentorum; שש idem eſt quod פשתין, תכלת eſt idem quod *lana tincta*, תולעת שני eſt lana tincta colore coccineo; unde vides quod differentia in coloribus ſita, & duæ ſpecies ſunt lana & linum; & ne te offendat quod Lex in nonnullis locis dicit כתנת בד, & ומכנסי בד, nam בד etiam *linum* ſignificat. אם רב מן הגמלים מותר *ſi major pars ſit camelorum lana, licet*, ſupple miſcere & texere lino. קנבס *cannabis*, Arabicè etiam אל קנבס, quando autem in terra creſcit, prodeunt ex ea cannæ ſimiles lino, & plurima ex ea reperiuntur contexta veſtimenta.

GUISIUS.

1 *Miſcellorum.*] In veſtibus.

2 *Polluitur.*] Vel polluit. Veſtis lepra infecta polluitur & polluit; & pro diverſa punctatione vox מטמא utrumvis ſenſum exprimit. Paſſiva ſignificatio mihi magis probatur. Vide Nega XI. 2.

3 *Lana camelina.*] Ita dicunt צמר ארנבים *lana leporina*, & צמר עזים *lana caprina*.

4 *Licitæ ſunt.*] Recte admiſcentur lino in eadem veſte.

ב השריים והכלך אין בהם משום כלאים אבל אסורים מפני מראית העין הכרים והכסתות אין בהם משום כלאי׳ ובלבד שלא יהיה בשרו נוגע בהם אין עראי לכלאים ולא ילבש כלאים אפילו על גבי עשרה אפילו לגנוב את המכס :

2. Ad 1 ſericum & 2 vellus marinum nihil attinet interdictum de miſcellis; vetantur tamen propter ſpeciem externam. Ad culcitas & pulvillos nihil attinet interdictum de miſcellis; ita tamen ut corpus ea non contingat. Ne quidem uſus extemporaneus miſcellorum permittitur: neque enim induetur quiſpiam veſte miſcella vel ſuper alias denas, vel ideo quidem, ut eludat telonium.

R. OB. DE BARTENORA.

השריים והכלך *ſericum & vellus marinum*, ſunt ſpecies ſerici, כלך creſcit in civitatibus maritimis, & figura ejus eſt ut figura auri, & admodum tenerum inſtar lanæ. אבל אסורין. *ſed vetita ſunt*, quia commutat ea cum lana & lino, & quia non reperiuntur ſigna inter ea, non bene cognoſcuntur, & venduntur ut commutentur inter ſe, ideo vetita ſunt מפני מראית העין *propter viſum oculi*, id eſt externum intuitum; ſed cum apud nos reperiatur משי, & omnes cognoſcant quid id ſit, non vetita eſt ulla ſpecies משי cum lana & lino; ſic etiam cannabis permiſſa eſt, tam cum lana quam cum lino, quia omnes eam norunt. הכרים והכסתות אין בהם משום כלאים *culcitæ, & pulvilli non ſubjiciuntur interdicto de heterogeneis*, quia facta ſunt ad cubandum in iis, & Lex dicit Levit. 19: 19. לא יעלה עליך, ſed licet ſubter te deponere, & extendere; & hoc intelligas quando fuerint duræ & vacuæ illæ culcitæ, & pulvilli in ſcamnum depoſiti, quo in caſu licita ſunt, ſi corpus vel caro ejus qui cubat non contingat ea; at ſi fuerint tenuia & plena, vel etiamſi fuerint vacua, ſi extenſa fuerint in lecto, etſi ſint decem culcitæ una ſuper aliam extenſa, & heterogenea ſubter iis, nihilominus vetitum eſt dormire ſuper eis, eo quod illas ſubſtituerunt ſubter eis ut carnem contingant. אין עראי לכלאים *caſus inſolitus non permittitur in heterogeneis*, quia veſtitus accidentalis & inſolitus habetur veſtitus, etſi ſuper decem induat veſtes, & non fruatur uſu veſtimenti heterogenei. ואפילו לגנוב בהם המכס *imo etiamſi ad eludendum vectigal*, vidi quoſdam ex magiſtris meis qui exponunt de Judæis pervenientibus ad locum ubi ſolvendum eſt vectigal, ad quod evitandum ſuperinducunt veſtem heterogeneam, ne videantur Judæi; at mihi videtur, hæc fieri ne quis vectigal ſolvat pro veſtimentis quibus indutus eſt,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שיריים והכלך *ſericum & vellus marimum*, ſunt ſpecies ſerici, & apparent inſtar lanæ & lini, quia una ex illis ſpeciebus eſt glabra, ut linum, & altera ſicca & piloſa, ut lana.

אין עראי לכלאים *in heterogeneis non permittitur caſus extraordinarius*, ſenſus eſt, quod non licet iis ſe veſtire, etiamſi id fiat ex accidenti, & more inſolito, uti deinceps dicitur, non veſtiet ſe iis etſi ſuper decem veſtes, unam ſuper aliam; imo ne quidem ad deludendum vectigal.

Miſchna hæc ſimpliciter vult, omnem rem ſine intentione factam eſſe vetitam; contra vero alia Miſchna ſentit, dicens, quod venditores veſtium vendunt uti moris eſt apud eos.

GUISIUS.

1 *Sericum.*] In Gemara Babylonica Shab. 20. *b.* palam diſtinguitur שירים à סיריקן *ſerico*; atque inde eadem diſtinguit R. Nathan. Verum tamen dialecto potius quam re diſtingui videntur; atque ideo Apoc. XVIII. 12. Interpres Syrus pro *σηρικοῦ* habet ܘܫܐܪܝܐ, quod noſtrum eſt שירים. Accedit Arabicum سيرا; quod Jauharius quidem interpretatur برد فيه خطوط صفر *lacernam flavo ſtriatam.* Ita etiam Phiumius, eum ſecutus. Sed ſi non aliam autoritatem habuit Jauharius, quam verſum Nabegæ, quem affert, non metuo interpretationem illam in dubium vocare. Quod enim Jauharius apud Nabegam صفرا كالسيرا interpretatur *Flava inſtar lacernæ flavis pictæ ſtriis*; id ego potius interpretarer, *Flava inſtar ſerici.* Flavedo enim vel color ad flavedinem valde accedens telæ bombycinæ fere naturalis eſt. Videor autem mihi non ſolum errorem, ſed & ipſam erroris occaſionem deprehendiſſe. سير *ſegmentum* eſt *in longum diductum*, & ob ſimilitudinem *ſtria* in veſte. Veſtem inde ſtriatam مسير vocant. Hinc etiam سيرا interpretari voluit Jauharius. Hoc verum eſſe intelliges, ſi apponam verba Zamachsharii ad hanc rem plane egregia. ومنه ثوب مسير مخطط شبهت خطوطه بالسيور ومنه عليه ثوب من السيرا اضرب من برود الحرير *Inde* (nempe à سير) *veſtis ſtriata dicitur* مسير, *ut cujus ſtriæ ſegmentis oblongis ſimiles ſint. Inde etiam dicitur, Indutus eſt veſte è* سيرا *de ſpecie quadam lacernæ ſericæ.* Vides Zamachsharium eodem errore, ſed cujus cauſa jam certior, in veſte, quam ipſe agnoſcit ſericam eſſe, vocem سيرا ad ſtrias, non ad materiam referre. Equidem nullus dubito quin ثوب من السيرا exponendum ſit *veſtis è ſerico*; & Arabum vox iſta eadem ſit cum Miſnæ השירים. Chaldaice idem שיראה, ut in ſecunda, quam vocant Eſtheræ paraphraſi, V. 1. שיראה פרנגן טבא, & VI. 10. שיראה טבא פרנגן, ubi utrobique legendum reor פרגינן, i. e. *ſericum optimum Phrygianum.* Ita שירא פרנדא Sota, 48. *b.* interpretor *ſericum undulatum*; nam فرند Arabibus eſt *undulatus* enſis *nitor.* Niſi ſi quis mallet פרנדא pro nomine Gentili habere. Eſt autem فرندان loci nomen Jauhario.

2 *Vellus marinum.*] De כלך ſic Maimonides in Yad, Hal. Chil. X. ויש בכרכי הים כמו צמר שגדל על האבנים שבים המלח תבניתו כתבנית הזהב והוא רך ביותר וכלך שמו ואסור עם הפשתן מפני מראית העין שהוא דומה לצמר רחלים וכן השירים והכלך אסוריין מפני מראית העין *Eſt in maritimis urbibus quiddam lanæ inſtar, quod ſaxis maris ſalſi innaſcitur, auri ſpeciem ferens, molliſſimum, nomine* calac, *quod illicite admiſcetur lino propter externam ſpeciem, qua lanam ovinam refert; uti etiam illicite miſcentur ſericum &* calac *propter externam ſpeciem.* Ex hac deſcriptione collata cum deſcriptione *velleris marini*, vel *pinnarum lanæ*, quam ex variis utriuſque linguæ autoribus collegerat Salmaſius in Plinianis, doctiſſimus Bochartus eandem eſſe arbitratur pinnarum lanam & Miſnæ noſtræ כלך. Addit כלך à *Colchis* dici, non illis ad oram ponti Euxini, Iberis & Albanis conterminis, (quanquam & illi ob velleris aurei famam & Argonautarum navigationem percelebres) ſed à *Colchis*, Indiæ intra Gangem emporiò, & ei adjacenti ſinu *Colchico*, ubi inſignem pinnici piſcationem, *κολύμβησιν τοῦ πιννικοῦ*, agnoſcunt Ptolemæus & Arrianus. Atque hæc quidem ille ſummo cum acumine, ut ſolet. Interim conſiderabit lector, annon ex ipſa voce Græca *κόχλος* Judæi ſuum fecerint כלך, metatheſi admiſſa, ne idem elementum in initio vocis geminaretur, quod aliquando quidem, ſed raro patitur lingua Hebræa: Κόχλος autem non ſolum pro concha ponitur, ſed & ſignanter pro vellere, lanave ei innaſcenti. Baſilius Homilia ad divites. *Τὰ δὲ ἐκ θαλάττης ἄνθη, ἡ κόχλος, ἡ πίννα, ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον.* Atque hæc quidem, ſi vera ſit illa Maimonidis deſcriptio. Alii כלך exponunt פסולת של משי *ſerici recrementum*; & אותן קליפות שנשארו מן המשי שמוציאין התולעין ואין נוחין לטוות *ipſos folliculos, qui reſtant de ſerico, quos excernunt bombyces, qui non facile nentur.* Ita R. Nathan. Ubi tamen pro שמוציאים, iiſdem literis leviter trajectis mallem legere משיוצאים, *poſtquam prodeunt* bombyces. *Bombycum enim folliculi*, (ut Golius aſſerit ad vocem خز) *à papilionibus perrupti, pluſculum coquuntur cum ſapone, emollitique & cohærentes à mulieribus in fila ducuntur fuſo.* Utrum vero hoc ſit אגבין קיסריי, quod in Gemara Hieroſolymitana ad hunc locum legitur, vel ut ad Shab. II. 1. in eadem legitur Gemara, אגבין, alii viderint. Id unum moneo, אגבין in Pſeudo-Uzielide Gen. XLIV. pro ſcypho Pharaonis poni aliquoties, folliculum autem bombycis perruptum ſcyphum vel calicem non male referre. Attamen mihi potior habetur altera illa Maimonidis ſententia. Talem enim lanam ad veſtes adhiberi ſolitam conſtat ex his Procopii De Juſtiniani ædificiis, III. 1. ubi inter Satraparum minoris Armeniæ inſignia numeratur chlamys ex pinnarum lana. *Χλαμὺς ἐξ ἐρίων πεποιημένη, οὐχ οἷα τῶν προβατίων ἐκπέφυκεν, ἀλλ' ἐκ θαλάσσης συνειλεγμένων. πίννους τὰ ζῶα καλεῖν νενομίκασιν, ἐν οἷς ἡ τῶν ἐρίων ἔκφυσις γίνεται.* Serici autem recrementa ad ellychniorum uſum non ſatis apta videntur, ut vel ideo aliud eſſe debeat כלך Shab. II. 1.

ג מטפחות הידים מטפחות הספרים מטפחות הספג אין בהם משום כלאים רבי אליעזר* אוסר ומטפחות הספרים אסורות משום כלאים :

3. Ad linteola manuum, 1 tonſorum, balnearia nihil attinet interdictum de miſcellis. R. Eliezer in his etiam miſcella vetat. 2 Librorum velamina miſcellorum nomine vetita ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מטפחות הידים *Lintea manuum*, quibus abſtergunt manus quando eas lavant. *Lintea librorum*, quæ ponunt ſuper librum Legis. *Lintea balneorum*, ſunt lintea quibus totum abſtergunt corpus poſt lotionem. *R. Elieſer vetat*, nempe linteola manuum, quia iis aliquoties calefaciunt manus; & lintea balneorum vetat, quia aliquoties viderat magiſtrum ſe iis involventem, & deciditur juxta R. Elieſer *Linteola tonſorum*, ſolent enim tonſores antequam tondeant collo circumquaque ſubjicere linteum ne veſtes commaculentur; hæc igitur vetita ſunt propter heterogenea; & hoc concedit primus doctor, quia linteolæ eſt foramen, & induunt eam in modum veſtitus, uti demonſtratur in Talmude Jeruſolymitano.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטפחות הידים *linteola manuum*, ſunt linteola quibus abſtergere ſolent manus. מטפחות הספג *linteola balneorum*, ſunt lintea quibus abſtergunt corpus in balneis.

מטפחות הספרים *lintea librorum*, ſunt lintea libri Legis, quibus liber Legis apprehenditur ab eo qui leget. *Lintea tonſorum*, ſunt lintea quæ ponunt circum collum ejus quem tondent; deciſio eſt juxta R. Elieſer, qui vetat tria illa lintea propter heterogenea.

GUISIUS.

1 *Tonsorum.*] Vox כפריס, ut diversis animatur vocalibus, significat vel *libros* vel *tonsores*. Priore loco *libros* intelligunt Judæi, secundo *tonsores*; atque in MS. puncta, quæ id exprimant, apposita reperio. Attamen meo judicio tonsorum lintea cum mantilibus & sudariis rectius sociantur, quam Legis velamina. Atque ita est punctatio Mishnæ Amstelodamensis.

2 *Librorum velamina.*] Mappa libro legis substernitur in Synagoga, qua post singulas lectiones integitur liber legis tantisper, dum alius ad legendum evocatus accedat anagnosta. Tales mappæ מטפחות הספרים vocantur.

ד תכריכי המת ומרדעת של חמור אין בהם משום כלאים לא יתן המרדעת על כתיפו אפילו להוציא עליה זבל:

4. Ad involucra cadaveris, & asini dorsuale nihil attinet interdictum de miscellis. Ne quis tamen humero imponat dorsuale istiusmodi, ne quidem ad stercoris evectionem.

R. OB. DE BARTENORA.

תכריכי המת sunt vestimenta quibus involvuntur mortui; אין בהם משום כלאים *non subjecta sunt heterogeneis*, quia Scriptura dicit Psal. 88:6. במתים חפשי quando enim homo mortuus est, liber est à præceptis.
ומרדעת של חמור *& dorsuale asini*, durius hoc est dorsuale, vel clitellæ, quam culcitæ & pulvilli, propterea, etsi caro tangat illud, non est ut disrumpat super carnem ejus; & hoc intelligas quando heterogenea apparuerint, & ejusmodi cognita fuerint; sed si vestimentum sit quod perit in heterogeneis, indè non conficiunt dorsuale pro asino; sed cogitandum est indè confici vestimentum aliquod, quandoquidem heterogenea in eo non fuerunt cognita.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תכריכי המת *involucra mortuorum*, sunt vestimenta quibus mortuorum cadavera vestiuntur, cessant enim ab homine post mortem Legis præcepta, & viventes non obligati sunt de prohibitione eorum, neque de ullo præcepto, uti sunt Zizit, Thephillin, Mesusa, & similia. מרדעת notat clitellas quæ imponuntur asinis, Arabicè מרדעא.

ה מוכרי כסות מוכרין כדרכן ובלבד שלא יתכונו בחמה כפני החמה ובגשמים מפני הגשמים והצנועים מפשילין במקל לאחוריהן:

5. Institores vestiarii suo more 1 vendunt; ita tamen ne in æstate æstatis rationem habeant, vel hiemis in hieme. Verecundiores autem baculo suspendunt à tergo.

R. OB. DE BARTENORA.

מוכרין כדרכן *vendunt suo more*, induunt vestes heterogeneas, ad monstrandum emtori mensuram longitudinis & latitudinis; at non ea intentione ut utatur, & si ea fuerit intentio ejus, vetitum est de Lege, at quando non fuerit intentio ejus, licet de industria; & sic est decisio.
צנועים sunt rigidi Legis observatores. מפשילין במקל *suspendunt baculo à tergo*, baculum imponunt humeris, & heterogenea suspendunt cacumini, ne humerus tangat heterogenea.

GUISIUS. 1 *Vendunt.*] Vestes vendendas circumferunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sensus est, quod venditoribus liberum est vendere vestes heterogeneas, easque ipsis imponere, at ea conditione ne fiat intentione calefaciendi, aut à calore tuendi se. צנועים sunt devoti & separati ab hominum consortio propter præcepta Legis.
מפשילין במקל *baculo suspendunt à tergo*, suspendentes vestes cacumini baculi, baculum vero imponentes humero alicujus, ne vestis heterogenea eum tangat.

ו תופרי כסות תופרין כדרכן ובדלבד שלא יתכונו בחמה מפני החמה ובגשמים מפני הגשמים והצנועים תופרים בארץ:

6. Sartores suo more suunt; ita tamen ne in æstate æstatis rationem habeant, vel hiemis in hieme. Verecundiores autem humi suunt.

R. OB. DE BARTENORA.

תופרין כדרכן *suunt more suo*, imponunt vestimenta heterogenea genibus suis, & cruribus, quando humi suunt sartores.

ז הבריסין והברדסים והדלמטיקיון ומנעלות הפינון לא ילבש בהן עד שיבדוק רבי יוסי אומר הבאים מחוף הים וממדיני הים אינן צריכים בדיקה מפני שהחזקתן בקנבוס ומנעל של זרד אין בו משום כלאים:

7. 1 Birros, bardiacos, dalmaticas, 2 calceos è lana soloci inducere non licet, nisi habito examine. R. Joses asserit non opus esse quæstionis in iis quæ veniunt ab ora maritima vel à provincia maritima, quia in illis præsumtio est de cannabe. Ad 3 soccum pedulem nihil attinet interdictum de miscellis.

R. OB. DE BARTENORA.

הבריסין והברדסין *birsi & bardiaci*; ambo sunt ex lana confecti, & solent iis contegere lectos, verum hi tenues sunt, illi vero densi. הדלמטיקין sunt calcei pedum. מנעל הפינון calceus ex lana confectus. עד שיבדוק *donec examinaverit*, an linum cum iis sit mixtum. *Ora maritima & provincia maritima*, sunt loca vel provinciæ quorum termini sunt mari confines. שחזקתן

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non opus erit omnes illas explicare voces, nam sensus earum notus est, nimirum, quod omnes sunt vestes ex lana constantes, quibus vestiunt pedes, & crura; & dicit primus doctor, quod vetitum est vestiri eis, nisi re prius benè examinata, an appareat in iis linum; R. Jose vero dicit, eas quæ ex provinciis, & oris maritimis veniunt non esse examinandas,

שחושין בקנבוס *quia suspecti sunt de cannabe*, hæc Mischna dicta est de eo tempore quo nondum ubique inveniebatur linum, sed ab eo tempore quo linum ubique est inventum, omnia loca subjecta fuerunt examini; propterea, quicunque à gentili emerit vestem, non induet eam, priusquam bene examinaverit. מנעל של זרד notat calceos ex corio confectos, & intus lana crassiori contectos, contingentes usque ad femora; & quia facti sunt ad calefaciendos pedes vocantur זרב, vid. Job. 6:17. אין בו משום כלאים *non sunt subjecti interdicto de heterogeneis*, quia eorum non habetur ratio de lino immixto. das, quia illæ omnes consui solent cannabe, quia non habent linum. Sed R. Jose hæc dixit de tempore illo quo non inveniebatur linum in terra Israelis; ita quoque dicunt in Gemara, hoc dictum est de principio quo nondum ubique inveniebatur linum, sed jam, cum ubique invenitur linum, necesse est ut examinemus. ומנעל של זרד *& calceus pedulis*, vel *ocrea*, est calceus quem plantæ supponunt pedis, ad incedendum iis super tapetum, & alia strata.

GUISIUS.

1 *Birros.*] Maimonides in vocibus his ignorantiam suam fatetur; soccorum tamen species esse arbitratur. R. Nathan pro ברדסין legit ברסין, & tam illud, quam sequens inter stragula numerat. Addit autem alios ברדסין vernacule exponere לינא, lænam ברדסין *vestes laneas inconsutiles*. Atque hanc sententiam vero propiorem ausim affirmare. In titulo extra Misnæ corpus, qui Semacoth dicitur, capite IX. R. Juda dicit, קורע את הברסים ואת הברדסים *Qui lacerat birros vel bardiacos* &c. *non satisfacit officio*. Neminem tam fatuum fore arbitror, qui in luctu, ut præcepto de vestium laceratione satisfaceret, soccos vel lecti stragula lacerare velit. Sed voces ipsas ex Latinis, quas posui, factas arbitror.

2 *Calceos è lana soloci.*] Bene ergo Bertinorius, מנעל שעושין מפסולת הצמר, *Soccus quem faciunt ex lanæ retrimentis*. Est enim פינון Græcum πῖνος; quæ vox sordes quidem significat, & speciatim lanæ; unde πινώδη & πινήεια apud Hippocratem, *lana solox*.

3 *Soccum pedulem.*] Maimonides. מנעל של זרב פראשה מנעל i. e. תכון תחת כף ארגל ימשי בהא עלי אלפרש ואלוטא ש׳ זרב *dicitur pedule plantæ pedis substratum, quo inambulatur super tapeta & strata*; ut solent in oriente. R. Tanchum. מנעל של זרב ויסמי איצא של זבר מקלוב מן הדא

ויסמי של זרד ואלמעני ואחד והו עלי ראי בעץ אלשארחין אלאכפאף אלתי תלבסהא אלאגנאד ונחוהם ושרח אלמשנה קאל פראשה תכון תחת אלכף ימשי בהא ענד מא יקלע אלכף עלי פראש ונחוה לאנהא תכון נציפה לאנל אנהא תחת אלכף פלא יצלהא טין ולא תראב ולא גיר דלך i. e. מנעל של זרב, *quod dicitur etiam per metathesin* זבר, *atque etiam*, זרד *eodem sensu, ad mentem interpretum quorundam ocrearum genus est, quod milites & ejusmodi homine usurpare solent. Maimonides autem in expositione Misnæ pedule esse vult sub ocrea gestandum, quo exuta ocrea super strata & ejusmodi inceditur; quippe quod mundum est, quia, quum sub ocrea geratur, ad illud non penetrat cœnum, pulvis, & cæteræ sordes.* Hæc ille in optimo codice Pocockiano. In aliis aliter; sed discrepantiam ad nos non multum attinet annotare. In his autem illud observabit lector, Tanchumum pro Maimonidis כף ארגל i.e. كف الرجل *planta pedis*, perperam substituere אלכף, (ita enim hic legi necesse est) i.e. الخف *ocream*. Quid autem de voce זרב, vel זבר, vel זרד, prout varie scribitur, statuam, non est in promtu. Si rectum sit, quod in MS. & Talmude Hierosolymitano comparet, non multum distare videtur ab Arabico جورب, quod etiam pedule significat.

ח אין אסור משום כלאים אלא טוי וארוג שנאמר לא תלבש שעטנז דבר שהוא שוע טוי ונוז רבי שמעון* בן אלעזר אומר נלוז ומליז הוא את אביו שבשמים עליו:

8. Non aliud interdicitur miscellorum nomine præter netum & textum; quia dicitur, (Deut. XXII. 11.) *Non indues* שעטנז, nempe rem שוע 1 *carminatam*, טוי *netam*, & נוז 2 *textam*. R. Simeon Eleazari filius dicit, 3 Tergiversatur, & tergiversari erga se facit patrem suum qui est in cœlis.

R. OB. DE BARTENORA.

שוע est id quod pectine rasum ac lævigatum est, sic in Targum גבר שעיע. נוז *contortum*, sunt duo fila unà contorta; interdictum vero de heterogeneis juxta Legem hoc est, nimirum, ut lana sit pectine rasa, neta, & contorta seorsim; linum etiam rasum, netum, & contortum seorsim, & postea unà texantur, aut duobus juncta nodis, ac si texta essent unà; & propterea necesse est ut adducatur Scripturæ locus ad permittenda heterogenea *in peniculamento*, quia fila hyacinthina sunt duplicata, & contorta, ita etiam fila alba, quando conjunguntur duobus nodis, tum omnino sunt heterogenea juxta Legem; & hoc est quando Mischna dicit אסור משום כלאים אלא טוי וארוג non exponenda est vox ארוג à שעטנז, quia deprehenditur à voce יחדיו, cujus conjunctio fit duobus nodis. *Et non indues* שעטנז *vestem variegatam*, nisi ad fila; vidi quendam ex magistris meis exponentem, pectine rasum, & netum, lana seorsim, & linum seorsim, & postea contortum, id est, ambo una contexta, & ita etiam sentit maxima ex parte nostra Mischna, & similiter Talmud Jerusolymitanum; & multas præterea inveni explicationes magistrorum nostrorum ad שוע, טוי, & נוז, de quibus omnibus quæstio est, hac excepta, de qua non est quæstio. *Deridetur*, & *deridet eum Pater ejus qui est in Cœlis*, perversus est, & pervertit vias Patris qui est in Cœlis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שוע est id quod levigatum & emollitum est in facie, vel superficie vestis, sic in Targum Levit. 14:42. וישוע ית ביתא; טוי *netum*, quod ex lana & lino commixtum est, unde nent fila. נוז est id quod ex duobus textum est telis, & est vox apud Armenios usitata, cujus sensus est, fila torquere, conduplicare, & rursum unire; quando enim ex duobus, nempe lino & lana confecerint fila, & ex illis filis fecerint pannum, postea vero lævigaverint, & extenderint, tum istiusmodi pannus fit heterogeneus; & hæc sunt illa heterogenea quæ vetantur in Lege. Quando autem tres illæ res non sunt conjunctæ, non vocantur heterogenea, & id quod ita se non habet non vocatur heterogeneum, ex sententia scribarum; & hæc est sine dubio certissima decisio, quo sensu etiam dicitur in Gemara; si vero quis veniat qui huic veritati contradicat, non est ut dubites, si oblitus fueris decisionem quæ dicta est in Gemara in tractatu Nidda. נלוז ומליז את אביו שבשמים עליו *deridetur, & deridet Patrem suum qui est in Cœlis*, is nimirum à veritate aberrat, & removet à se misericordiam Dei benedicti; transgrediendo præcepta quæ commendavit, in re ubi non datur concupiscentia quæ eum constringat, & propterea grande committens delictum.

GUISIUS.

1 *Carminatam.*] Maimonides *lævigatam* exponit; & intelligit ultimum in pannificio opus, quo panni jam facti perpoliuntur. Nos aliorum sententiam sequimur, qui primum in pannificio opus intelligunt, id est carminationem; quæ, præter coactionem, unica in coactilibus adhibetur, ut hæc sententia firmetur à sequenti paragrapho.

2 *Textam.*] Vocem נוז alii *textum*, alii *contortum* exponunt. Sed vox mere fictitia est ad ineptum etymon adstruen-

ſtruendum excogitata. Maimonides quidem ex lingua Armena accerſendam arbitratur. ונז הו אן ינסג מנהמא גמיעא נסיגא והו מן לגה אלארמאניין ומענאה ענדהם אלאתצאל ואלאתחאד, *Dicitur* נז, *cum tela ſit ex utriſque* lana & lino, *nempe ex Armenorum lingua, apud quos illa vox conjunctionem ſignificat, & unionem.* Eadem fere R. Tanchum. Sed quidni ex lingua Sinica pari jure originem vocis Hebrææ petunt? Nec vero ulla vox eſt in lingua Armena, quæ huic ſimilis ita ſignificet. Addit Maimonides veſtem nullam pro miſcella ex lege habendam, חתי תגתמע פיה הדה אלתלתה אוגה כלהא וכלמא עדי דלך אנמא הו כלאים מדברי סופרים והדא קטוע צחיח לא שך פיה והו נץ תלמוד פאן וגדת כלאמא יכאלפה לאחד פלא יראכלך שך אנה נאס לדלך אלנץ אלמנצוץ פי גמר נדה, *niſi conveniant in ea omnia hæc tria. Quæ aliter ſe habet, miſcellam quidem eſſe ex placitis Scribarum. Hæc autem vera eſt deciſio, de qua nulla eſt dubitatio, cum ipſiſſimus ſit Talmudis textus. Si autem quenquam contra ſentire animadvertas, ne dubites, quin oblitus ſit textus illius propoſiti in Gemara Nidda.* Hæc eodem modo ſe habent in verſione Hebræa R. Judæ Harizii. Attamen in Arabico codice MS. quo viri optimi beneficio utor, inverſo ſtylo deletis omnibus à voce סופרים *Scribarum*, hæc repoſita invenio. הכדא דכר בעץ אלגאונים והדא ענוי גיר צחיה בל כל ואחד מנהא כלאים של תורה ודלך אלנץ אלמדכור פי גמר נדה פליס הו נץ תלמוד בל פירוש: *Ita Gaonum nonnemo. Hoc autem mihi minime verum videtur. Enimvero unumquodque eorum miſcellum ex lege eſt. Textus autem ex Gemara Nidda allatus; non eſt Talmudis textus, ſed gloſſema.* Locus Gemaræ eſt Nid. 61. *b.* ubi cum Mar Zutra שעטנז interpretatur שוע טווי ונוז *rem carminatam, netam, & textam*; Rab Aſes autem contendat exponi poſſe, או שוע או טווי או נוז, *vel carminatam, vel netam, vel textam*, ut ita quodlibet eorum ſufficiat; ſubjicitur, והלכתא כמר זוטרא מדאפקינהו רחמנא בחדא לישנא *Conſtitutio ſequitur ſententiam Mar Zutræ, ideo quia Deus tria iſta effert una voce.*

2 *Tergiverſatur.*] Vult R. Simeon ultimam partem vocis שעטנז ex לוז vel נלוז deformatam, quæ tergiverſandi ſignificationem habet, quia tergiverſatur, contra Deum & religionem rebellis, quicunque miſcella veſte utitur. Ineptiſſime.

ט לבדים אסורים כפני שהם שועים פיף של צמר בשל פשתן אסור כפני שהם חוזרין כאריג. רבי יוסי אומר משיחות של ארגמן אסורות מפני שהוא מולל עד שלא קושר לא יקשור סרט של צמר בשל פשתן להגור בו את מתניו אע"פי שהרצועה באמצע:

9. Coactilia vetita ſunt quia carminata. Limbus laneus cum linea *tela* illicitus, quia telæ ritu reciprocantur. Faſciæ ex purpura 1 illicitæ, quia 2 aſſutæ demum conſtringuntur. Non una alligabit quiſquam laneum & lineum ſegmentum, ut iis lumbos accingat, ne quidem vel medio interveniente loro.

R. OB. DE BARTENORA.

הלבדים eſt lana mixta ſine filis, non neta, neque texta, ex qua conficiunt pannos, ſi vero lanam cum lino miſceant, & faciant indè pannum, vetitum eſt ex conſtitutione Sapientum, quatenus ex Lege tantum eſt vetitum lævigatum, netum, & contortum; ſed ſecundum Sapientes unum ex iis ſufficit, ſi ſit aut lævigatum, aut netum, aut contortum, ii vero panni qui ſunt lævigati, vetiti ſunt juxta Sapientes.

פיף של צמר בשל פשתן *limbus lanæ cum lino*, textores, poſtquam perfecerunt pannum, ſolent conficere ſuper ejus oris tria aut quatuor fila craſſa, ad conſervationem panni, & hoc vocatur פיף, & ſi pannus fuerit è lino confectus, non licet oras ejus conficere ex lana.

מפני שחוזרין כאריג *quia reciprocatur, uti tela*, circumdans telam; aliter, inſtar telæ. משיחות של ארגמן *fila purpurea*, ſunt funiculi lanei purpura tincti, & his non ſuccingantur veſtimenta lini.

מפני שהוא מולל עד שלא קושר *quia conſtringit antequam ligaverit*, ſolent enim conjungere cingulum lanæ cum panno, antequam liget eo lumbos. *Non ligabit ſegmentum lanæ cum ſegmento lini*, nam non ſolent jacere cingulum lanæ & cingulum lini, & unum conjungere cum altero. אע"פי הרצועה באמצע *etſi lorum ſit in medio*, ut, lorum ex corio in cujus extremitate una fuerit filum lini, & filum lanæ in extremitate altera; & quando eo ſuccingit ſe, colligat duas extremitates lanæ, & lini; quod ſi non ita ſe habeat, clarum eſto quod non ſit vetitum, quia ſemper vidimus, quod ſub veſtimentis laneis aſſuunt coria agnorum, quæ conſuunt cum lino.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לבדים ſunt vela lanea, non texta, ſed mixta, & Arabice vocantur לבד. Porro dicit; ופיף של צמר בשל פשתין & *limbus laneus cum lino*, fila contorta lanæ, & lini, quia fila contorquentur inter ſe, uti miſcentur in textura.

משיחות של ארגמן *fila purpurea*, ſunt denſa fila purpurea, erat enim moris illa facere ad conjungendum multa fila, & ligare ea cum filis lini; & dicit Miſchna quod ſunt heterogenea, quia illud filum contorquet cum purpura, & tum colligat, atque ea opera fit טווי *netum*; & hoc vult quando dicit מולל עד שלא קושר.

כרט צמר בשל פשתין *ſegmentum lanæ cum ſegmento lini*, ad conjungendum cingulum, aut balteum lanæ, & aliud ex lino cum loris corii inter duo illa cingula, hinc fit ut extremitas una corii colligetur cum cingulo laneo, & altera cum cingulo lini; & inde ſequitur quod non licet ſuere pannum lanæ cum panno lini, etiamſi id fiat filis ſerici, aut goſſypii; & omnia hæc habentur heterogenea ex decreto Sapientum, uti diximus; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

GUISIUS.

1 *Illicitæ.*] Subintellige, *ad pallium lineum conſtringendum.*

2 *Aſſutæ.*] Maimonides מולל exponit verbo Arabico فتل, quod ſignificat *contorquere.* Id Hebræis dicitur שזר. Quid autem ſit מלל hoc loco multo certius nos docet lingua Arabica. Arabibus مل ſignificat, *prima & rudiore ſutura veſtem conſuere*, ut concinnius tandem reſuatur. Dicitur مللت الثوب, inquit Jauharius, اذا جطته الخياطة الاولي قبل الكف, *quum veſtem conſuas prima vice ante* كف, ſeu *legitimam & juſtam ſuturam.* Idem in كفف sic: كففت الثوب اي خطت حاشيته وهي الخياطة الثانية بعد الل, *Dicitur* كففت الثوب *quum oram veſtis* (duplicatam utique) *denuo ſuis, quæ ſecunda eſt ſutura poſt* الل. Zamachsharius, مل الخياط الثوب ثم كفه, *Conſuit ſartor veſtem, deinde reſuit.* Et mox الل exponit الخياطة الاولي, *ſutura prima.* Iiſdem Arabibus شل dicitur ſenſu non multum alieno. Dicitur enim شللت الثوب, inquit Jauharius, اذا خطته خياطة خفيفة *quum veſtem leviter ſuis.* Hæc ad locum noſtrum optime facere intelliges, ſi apponam Baraitam unam & alteram ex Moed caton. 26. *a. b.* de reſuendis veſtibus in luctu laceratis, ubi tam מולל, quam

 שולל

תר״ וכולן רשאין לשוללן ולמוללן שולל hoc ſenſu occurrit. וללוקטן ולעשותן כמין סולמות אבל לא לאחותן, *Tradunt Rabbini, Univerſis licitum eſt leviter reſuere, conſuere, connectere, ſcalatim committere*, (i.e. ita ut laxior ſutura inter hiantes rupturæ oras ſcalarum ſpeciem referat,) *non autem reſarcire.* Alia Baraita ibidem. תר״ הקורע מתוך השלל מתוך המלל מתוך הלקט מתוך הסולמות לא יצא מתוך האיחוי יצא, *Tradunt Rabbini, Qui lacerat veſtes qua parte leviter reſutæ vel conſutæ ſunt, in connexione vel in ſcalari commiſſura, non fungitur officio lugentis; qua parte reſartæ ſunt, fungitur officio lugentis.* Sunt adeo מלילה, לקיטה, שלילה, & סולמות quatuor ſuendi & reſarciendi differentiæ ab איחוי omnes diverſæ. Eſt autem איחוי, ut Author Toſephoth ex Talmude Hieroſolymitano ad locum laudatum, כל שאין מקומו נכר *talis concinnatura, ut locus agnoſci nequeat.* Anglice vocamus Finedrawing. Hoc ſenſu מולל hic exponit R. Samſon, & ex eo Bertinorius, optime, ut ego reor. Faſcias purpuræ pretio inſignes noluit quiſquam ad pallium cingendum niſi aſſutas adhibere, ne ſolutæ perderentur. Illicitum autem faſciam laneam lineo pallio aſſuere.

י אותות הגרדין ואותות הכובסין אסורות משום כלאים התוכף תכיפה אחת אינה חיבור ואין בה משום כלאים והשומטה בשבת פטור עשה שני ראשיה לצד אחד חיבור ויש בה משום כלאים והשומטה בשבת חייב רבי יהודה אומר עד שישלש השק והקופה מצטרפין לכלאים : תם

10. Textorum fullonumque ſigna diverſi generis vetita ſunt. Unica acus trajectio non efficit 1 conjunctionem; nec ea violatur interdictum de miſcellis; & qui illam ſabbatho ſolvit, inſons habetur. Si ambo capita ad eandem partem ſint, fit conjunctio; atque ibi locum habet interdictum de miſcellis; & ſons eſt, quicunque ſabbatho ſolvit. R. Juda negat, niſi tertio trajiciatur. 2 Saccus & cophinus conflantur quoad jus miſcellorum.

R. OB. DE BARTENORA.

אותות הגרדין *ſigna textorum*, ſolent textores & fullones inſignire nomina pannis, ut dignoſci queat ad quem pertineant, & hoc per modum acupictionis; ſi vero pannus fuerit de lana, & ſignum de lino, aut vice verſa, vetitum eſt propter heterogenea.

תכיפה אחת *infixio una*, quando ſemel tantum acum immiſerit panno. אינו חיבור *non eſt conjunctio*, ad immunditiem, & ſi pollutus fuerit unus pannus, non ideo polluitur alter; & ſi aquam purificantem ſparſerit ſuper unum, non ideo ſparſit ſuper alterum.

אין בה משום כלאים *non ſubjicitur heterogeneis*, quando unus confectus fuerit ex lino, & alter ex lana, eoſque conjunxerit mediante infixione una. והשומטה בשבת *& qui ſolverit in ſabbato*, ea intentione ut iterum conſuat. פטור *liber eſt*, qui non cenſetur ut is qui rumpit ea intentione ut ſuat, vel infigat duas infixiones, qui reus habetur.

עשה שני ראשיה לצד אחד *ſi fecerit duo capita ejus ad unum latus*, ſi immiſerit acum ſemel, at non totum immiſerit filum, ſed immiſerit acum ſecunda vice, ut duæ extremitates vel capita inveniantur ad unum latus, & ligata ſint capita, nam ſi duo capita fili non ſunt ligata, non ſubſiſtunt. עד שישליש *donec tertia vice infigat*, ſi immiſerit acum, & eduxerit, immiſerit, & iterum immiſerit tertia vice; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

השק והקופה מצטרפין לכלאים *ſaccus & cophinus commiſcentur, ut fiant heterogenea*, ſi ſegmentum panni lanei annexum fuerit ſacco, & ſegmentum panni ex lino confecti annexum fuerit cophino, & conjuncta fuerint mediantibus duabus infixionibus, commiſcentur, etiamſi conjuncta fuerit cum duabus rebus; nam non dicimus, hoc eſt ſeorſim, & illud ſeorſim, & non ſunt juncta; eodem modo ſe res habebit, ſi conjuncta fuerint cum aliis rebus, nempe ut jus, & ritus ſe habeant ut jus de ſacco, & cophino.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Textores & fullones ſolent panno affigere ſigna, ne commiſceantur, ſi vero ſignum ex filo laneo conſtans affixerint panno lineo, aut vice verſa, accenſetur heterogeneis.

ותוכף תכיפה אחת *& qui fixerit unam fixionem*, immittendo filum duobus pannis ſimul, quando autem extrahitur illud filum, extrahitur per lineam rectam, & dicit, *iſti duo panni non ſunt conjuncti, & ſi polluitur unus, non polluitur alter*; & hoc vult quando dicit אינו חיבור; ſi vero unus pannus conſtet ex lana, & alter ex lino, non ſubjiciuntur interdicto de heterogeneis, & qui ſolverit filum in ſabbato, liber eſt, & non ſcindit.

עשה שני ראשים לצד אחד *ſi fecerit duo capita ad latus unum*, quando duo capita fili ad unum latus conjunxerit, & ſimul pannum cum panno, hinc duæ fient juncturæ in una fixione. R. Juda dicit, non cenſendos eſſe duos pannos conjunctos in unum pannum, ut ſubjiciantur illi juri ac ritibus, uſque dum fuerit vel infixerit tres infixiones, & acum ter immiſerit in pannum.

השק והקופה מצטרפין בכלאים *ſaccus & cophinus miſcentur quod ad heterogenea*, ſenſus eſt, quando conjunxerit quis veſtem lanæ & lini, mediante fruſto ſacci vel cophini, ut ſaccus & cophinus dicantur eas conjunxiſſe invicem quod ad extremitates, ut habeant fines vel extremitates conjunctionis, fecit eo modo heterogenea, & vetitum eſt induere iſtiuſmodi pannum qui conjunctus, vel compoſitus eſt duabus ſpeciebus; & ſic dicunt in libro Siphri. יחדיו *ſimul*, omni modo; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Conjunctionem.*] Ut pro uno habeantur panni ita connexi, adeoque polluto uno, polluatur & alter; vel vice verſa, aqua luſtrali in unum irrorata, effectus ad alterum tranſeat.

2 *Saccus & cophinus.*] Maimonides. וקולה והשק והקופה מצטרפין לכלאים יריד בה אנה אדא גמע תוב אצוף וכתאן ווצל המא בקטעה שק או קופה פקד אצאפהא אשק או אקפה בעצהא לבעץ וצאר להא נוע מן אתצאל וצארת כלאים ולא יגוז לבאס דלך אלתוב אלמולף מן מגמועהא ללאנסאן *Quod autem dicit, Saccum & cophinum conflari quoad jus miſcellorum, eo intelligitur; ſi quis ſimul connectat veſtem laneam & lineam mediante ſacci vel cophini fruſto, ita ut eas invicem conjungat ſaccus vel cophinus, adeoque aliquo modo uniantur, id ita miſcellum fieri, veſtemque ita compoſitam ab homine non licite indui.* Ita ſcripſerat Maimonides, atque ita apud eum legit R. Juda Harizius interpres Hebræus, quanquam non intellexit. Cæterum in optimo codice Maimonidis mox laudato, ſive ipſe Maimonides, ſive alius quis, deletis illis ווצלהמא בקטעה שק, ſic reſcripſit, פי חמל ואחר; & pro illis לבאס דלך אלתוב אלמולף מן מגמועהא ללאנסאן ſic iterum נקל אן דלך אלהמל או אלקופה עלי טהר אנסאן Ita ſonant verba: —— *ſi quis conjunxerit veſtem laneam & lineam in eadem ſarcina vel cophino, ita ut eas invicem conjungat ſaccus vel cophinus, adeoque aliquo modo uniantur, id ita miſcellum fieri, nec licite bajulari ejuſmodi ſarcinam vel cophinum ſuper hominis dorſum.* Bertinorius aliter locum exponit, ſic: *ſi fruſtum veſtis laneæ ſacco adjiciatur, & fruſtum veſtis lineæ cophino, ſaccus vero & cophinus duplici acus trajectione connectantur, ea conflari, adeoque miſcellum fieri.* Ego de ſanitate hujus loci multum dubito.

Finis Tractatus de Heterogeneis.

מסכת שביעית

Tractatus de Jure Anni Septimi.

פרק א עד אימתי חורשין בשדה האילן ערב שביעית בש״א כל זמן שהוא יפה לפרי וב״ה אומרים עד עד העצרת וקרובין דברי אלו להיות כדברי אלו :

CApur 1. Quousque licet obarare agrum arboribus consitum 1 anno ante septimum? quamdiu fructibus conducit, ut Sammæanis placet. Hillelæi censent ad 2 Pentecosten usque. Atque horum sententia proxime accedit ad sententiam illorum.

R. OB. DE BARTENORA.

עד אימתי חורשין בשדה האילן *quamdiu arant agrum arboribus consitum*, postea dicet quinam sunt agri arboribus consiti. ערב שביעית *vespera septimi anni*, nam necesse est de anno sexto addere septimo quod ad interdictum culturæ terræ, uti deinceps nos docebit Scriptura.

כל זמן שהוא יפה לפרי *quamdiu conducit fructibus*, sensus est, quia aratio conducit fructibus, quo modo terra adaptatur ad usum anni sexti, & non ad usum anni septimi. עד העצרת *usque ad Pentecosten*, quia usque ad Pentecosten conducit proventui, at non ulterius, & à Pentecoste & ulterius videtur ac si quis adaptet terram ad usum anni septimi; sed de campo ab arboribus denudato restat ipsi tempus usque ad Pascha; & hæc est Mischna prima, at non ita deciditur; quia Rabban Gamaliel & senatus ejus convenerunt de duobus his temporibus, nempe tempus agri arboribus vacui produci usque ad Pascha, at tempus agri arboribus consiti usque ad Pentecosten, & permiserunt; & licet arare usque ad initium anni scil. septimi.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Hæc est Mischna omnium prima; & dixere, quod non licet arare anno sexto id quod anno septimo non potest meti; sic etiam, quod non licet metere anno septimo, id quod erit ad usum anno octavo; quia dicitur Exod. 34:21. ששת ימים תעשה מעשיך וביום השביעי תשבת בחריש ובקציר תשבת & dixerunt quod hoc loco non intelligitur aratio & messis de die sabbati, quia ingreditur generalem regulam, dicentem, לא תעשה כל מלאכה; at hoc dici non potest eodem modo de anno septimo remissionis, quia de eo jam extat interdictum satis clarum Levit. 25:4. לא תורעו ולא תקצרו את ספיחיה, & si non sit sensus de sabbato, dicunt, neque de sabbatis annuis sensus est; & dicunt de eo quod obaratum est, quod messis ipsius sit interdicta, & hoc est illud quod aratum est vesperi ante annum septimum vel ingrediente septimo; messis vero cujus aratio est interdicta, est aratio illa sive ea quæ peracta est vesperi septimi egrediente in exitum septimi. Et scias, per vesperam septimi intelligi annum sextum, & per exitum anni septimi intelligi octavum annum; qui est annus primus secundæ remissionis. Dicunt in Gemara, Rabban Gamaliel & senatus ejus decreverunt de duobus illis temporibus, & permiserunt ea; ita quoque dicunt in Additamentis, Rabban Gamalielem eum senatu ejus ordinasse duo illa tempora permissa esse quod ad culturam terræ usque ad principium anni; quia opinio eorum eadem est quæ R. Ismaelis, qui locum Scripturæ בחריש ובקציר explicat alio sensu, uti hoc capite exponetur; & dicit quod cultura terræ quæ peragitur vesperi anni septimi de Lege non est interdicta; sed decisio hæc obtinebat stante templo, at quando templum est destructum tempore Gamalielis, permissa cultura terræ usque ad principium anni.

GUISIUS.

1 *Anno ante septimum.*] Ut in dierum septimana feria sexta Judæis dicitur ערב שבת *pridie sabbathi*, προσάββατον, *antesabbatum*, & feria prima postridie sabbathi, מוצאי שבת *exitus sabbathi*; ita in annorum septimana annus sextus dicitur ערב שביעית, quasi dicas, (si venia duriori metaphoræ) *annus septimi pridianus*, vel *annus antesabbaticus*: & annus primus insequentis septennii מוצאי שביעית, *exitus anni septimi*.

2 *Pentecosten.*] Vox עצרת in sacris literis ponitur pro ultimo die panegyris paschalis & Scenopegiæ, quod vulgatis Lexicographis notatum; atque id ob hanc rationem, quia diebus istis celebriora haberentur populi comitia sacra. Hæc enim vera est hujus vocis notatio, ut vel ex unico Jeremiæ loco IX. 2. clarissime patet. Ibi LXXII. Interpretes pro עצרת habent σύνοδος, Chaldæus סיעת, Syrus ܟܢܘܫܬܐ, Hieronymus *cœtus*, eodem omnes significatu. Comitia enim mutuo pressu & arcto hominum stipatu consistunt, quæ vocis עצרת notio. Melius hoc, quam quod affert Kimchius, עצרת dici festam solennitatem, quia in ea נעצרים ונמנעים העם בו מעשות מלאכה *reprimitur & cohibetur populus ab opere faciundo*. Quod addit, octavum diem scenopegiæ hoc nomine peculiariter præ cæteris venire festis, ut verum concederem quoad usum vocis in sacro textu, (ubi tamen septimo paschatis etiam tribuitur) certe, si usum respiciamus popularium ejus antiquissimorum circa & paulo post Christi tempora, planissime pernegandum est. In Misna enim frequentissime pro Pentecoste ponitur, cujus rei exempla luculentissima habes Biccur. I. 6. & Becor. IX. 5. & exerte Josephus Ant. III. 10. τῇ πεντηκοστῇ ἣν ἑβραῖοι ἀσαρθὰ καλοῦσι. Ἀσαρθὰ est עצרתא dialecto populi è Babylonia reducis.

SURENHUSIUS.

(a) Sequitur hic tractatus de Jure Anni Septimi eum qui inscribitur Cilaim, cum tamen juxta Scripturæ ordinem deberet præponi tractatus Orla, ubi de præputiis arborum, nam postquam Levit. 19:19, Deus locutus fuisset de Heterogeneis, post deinde loquitur versu tertio & vigesimo de arborum præputiis. Cæterum cum præputia arborum non tantam homini imponant necessitatem, quam annus septimus, ideo hunc præmisit Misnæ auctor; nam quandiu arbores non plantaverit homo, non tenetur ad præputia earum. Præterea, cum intermissio anni septimi peculiari Legis capite præcipiatur, hac de causa ipsum potius prætermisit. Observat Maimonides in principio Hilchot Shemitta, quod hic tractatus hujusmodi imprimis nititur fundamentis, quorum primum est, ut terra anno septimo quiescat ab omni opere. (2) Ne quisquam agrum colat hoc anno. (3) Ne colat arbores hoc anno. (4) Ne metat stirpes renascentes in modum messorum. (5) Ne amputet surculos in modum vindemiantium. (6) Ut relinquat id quod terra produxerit. (7) Ut remittat quicquid mutuo dederit. (8) Ne premat debitorem neque exigat mutuum. (9) Ne tergiversetur quo minus daret mutuo ante annum remissionis, etsi pereant opes ejus. (10) Tenetur annos singulis septem annis computare. (11) Cæterum ipsa Lex de intermissione agricolationis extat Exod. 23:10, 11. Levit. 25:1, 2. &c. Nec non de æris alieni remissione Deut. 15:1, 2. &c.

ב איזהו שדה האילן כל שלשה אילנות לבית סאה אם ראוין לעשות ככר דבילה של ס׳ מנה באיטלקי

2. Quinam est ager arboribus consitus? quicunque ternas habet arbores intra sati spatium. Si illæ conficere possunt massæ palathæ minas Italicas sexa-

באיטלקי חורשין כל בית סאה בשבילן פחות מכאן אין חורשין להן אלא מלא האורה וסלו חוצה לו :

sexagenas, earum causa totum obaratur agri satum: sin minus, non amplius quam extra arborem quantum ficitorem & canistrum capiat.

R. OB. DE BARTENORA.

לבית סאה *pro spatio sati*, intellige fundum quinquaginta cubitorum super quinquaginta cubitos. ככר דבלה *panis palathæ ficuum*, ficus siccæ confectæ in modum frusti panis, ideo panis ficuum dictus. Loquitur de minis *Italicis* sive Græcis, quia tempore Mosis ita erat comparatum, ideo eo modo rem determinarunt; מנה autem conficit denarios centum, & denarius sex meahs; & pondus Meæ est sedecim grana hordei mediocris. פחות מכאן *sin vero minus*, supple minus quam panis sexaginta Minarum. אין חורשין כל בית סאה *non exarant totum sati spatium*, nisi sub arbore tantum, at extra eam, spatium canistri & illius qui decerpendo colligit ficus; nam qui ficus colligit vocatur אורה, uti qui dactylos colligit dicitur גורר, & qui uvas, בוצר. Tandem dicit וסלו *& canistrum ejus*, in quo deponit id quod collegit; reliqui vero agri habentur agri nudi & ab arboribus vacui, quos non exarant nisi ad festum Paschatis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus aliquoties in tractatu Kilaim spatium sati continere quinquaginta cubitos super quinquaginta cubitos i. e. in longitudinem & latitudinem; & exponunt in Gemara, causam, ob quam hic ubi de ficubus agitur limitarunt certam quantitatem, hanc esse, quia multos profert fructus in magna copia; & quod dicit ככר *panem* sive *massam*, indicat corpus quoddam ficuum inter se junctarum usque dum habeant figuram panis. Explicuimus etiam antea pondus מנה conficere centum denarios, & denarium sex Meahs monetæ Italicæ, & sunt illæ Meæ sive numuli quorum mentio facta est in fine tractatus Pea; est etiam Mea pondus sedecim granorum hordei. אורה notat eum qui decerpit & colligit ficus, & sic dicitur de vite Psal. 80: 13. : וארוה כל עוברי דרך

ג אחד אילן סרק ואחד אילן מאכל רואין אותן כאלו הם תאנים אם ראויין לעשו׳ ככר דבילה של ס׳ מנה באיטלקי חורשים כל בית סאה בשבילן פחות מכאן אין חורשין להם אלא לצרכן :

3. Eadem est ratio arboris infelicis & esculentæ; eas æstimant ac si ficus forent: & si ita conficere possint massæ palathæ minas Italicas sexagenas, earum causa totum obarant agri satum: sin minus, duntaxat quantum sufficit.

R. OB. DE BARTENORA.

אחר אילן, סרק *eadem est ratio arboris infructiferæ*, est arbor quæ non profert fructus, quando tres plantarunt in loco vel spatio sati. לעשות ככר דבלה וגו׳ *si conficiant panem vel massam ficuum &c.*, considerant quamque arborem seorsim, si sit ficus similis ipsi faciens panem vel massam ficuum, & considerant etiam ficum, quia fructus ejus est crassus & in magna copia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ante jam explicuimus quod אילן סרק habetur inter arbores infructiferas, uti cedrus & pinus & ejus generis similes. צרכן intellige plenitudinem sive spatium collectoris ejusque canistri.

ד. היה אחד עושה ככר דבלה ושנים אין עושין או שנים עושין ואחד אינו עושה אין חורשין להם אלא לצרכן עד שיהיו משלשה ועד תשעה היו עשרה מי׳ ולמעלה בין עושין בין שאינן עושין חורשין כל בית סאה בשבילן שנאמ׳ בחריש ובקציר תשבו׳ אין צריך לומר חריש וקציר של שביעית אלא חריש של ערב שביעי׳ שהוא נכנס בשביעית וקציר של שביעית שהוא יוצא למוצאי שביעית רבי ישמעאל אומר כה חריש רשות אף קציר רשות יצא קציר העומר :

4. Sive una efficere possit massam istam palathæ, & aliæ binæ nihil efficiant; sive binæ efficere possint, & tertia nihil efficiat; non plus illis obaratur, quam quantum sufficit; idque à ternis novenas usque. Si denæ sint, vel plures, sive facere possint, sive non, propter eas obaratur integrum agri satum. Quemadmodum dicitur, (Exod. XXXIV. 21.) 1 *In sementi & messe cessabis.* Nihil opus fuit ita præcipere de sementi & messe anni septimi. Pertinet ergo ad sementim anni ante septimum, quæ in septimum incurrit; & ad messem anni septimi, quæ in exitum septimi evadit. R. Ismael sic loquitur: Qualis sementis? quæ ex arbitrio: ergo messis etiam quæ ab arbitrio pendet; ut exemta sit 2 præmetii messis.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיהיו משלשה ועד תשעה *usque dum fuerint à tribus ad novem*, sensus est, hoc est jus quod diximus, nimirum, à tribus usque ad novem; at si fuerint decem & plures arbores, etsi non proferant fructus, obarant. *Nam ita scriptum est &c.*, revertitur auctor ad ea quæ dixit Mischna tertia אין חורשין להם אלא לצרכן;. Sed unde tenemus quod non exarant totum sati spatium? ex eo quod scriptum est בחריש ובקציר תשבות, at hic non est sensus de sabbato, quia de eo dicitur ששת ימים תעבוד ועשית כל מלאכתך. Neque de remissionis anno, quia de eo jam dictum est שש שנים תורע שרך; dicas ergo quod sit sensus ad vetandum duo tempora vesperæ anni septimi, inde à Paschate, pro agris ab arboribus vacuis, & inde à Pentecoste,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שיהיו משלשה ועד תשעה *donec fuerint à tribus usque ad novem*, sensus est, quando in spatio sati fuerint à tribus usque ad novem arbores, non licet propterea totum exarare sati spatium, nisi omnes fuerint fructiferæ, & ex fructu earum collectus fuerit panis, sive massa palathæ ficuum sexcentarum minarum; quam quantitatem limitavimus esse pondus sexaginta duarum librarum, & septem uncias cum tertia parte unciæ propemodum, juxta libram quæ continet sedecim uncias, & uncia sedecim drachmas, & drachma triginta sex grana hordei; & si minus protulerint quam hic supputavimus, non licet arare, sed tantum circum arbores illas; uti exponetur; at si in spatio sati fuerint inde ad decem arbores, & ulterius, sive mul-

coste, pro agris arboribus consitis. Et sic ergo dicit Scriptura de aratione cujus messis est interdicta, & hæc messis est messis anni septimi exeuntis in annum septimum, quo cessabis; & messis cujus aratio est interdicta, est messis septimi anni exeuntis in exitus septimi, quo etiam cessabis; quia stirpes quæ progerminarunt anno septimo, aut si transgressus sit, & seminavit anno septimo, interdicta sunt omnia ut metantur anno octavo. R. Ismael autem dicit, locum Scripturæ literaliter loqui de sabbato, & eum velle docere qualis est aratio voluntaria, quia non datur aratio ex præcepto; sic etiam messem, de qua loquitur Scriptura voce *cessabis*, esse messem voluntariam; excepta messe Homer sive manipuli, quæ continet præceptum, cujus vi obligati sumus in nomine ejus metere, quod depellit sabbatum.

multos protulerint fructus, sive paucos, causa earum totum exarant sati spatium; & hujus rei probationem adducunt ex Exod. 34:21. בחריש ובקציר תשבת, quod refert ad ea quæ superius dixerat אין חורשין להם אלא לצרכן *non arant propter eas nisi quantum est necessarium*, vide Misna 3.; & propterea interdixerunt arationi, præterquam quod diximus, etiam vesperi anni septimi. Quod R. Ismael dicit רשות *voluntaria*, id vult, quod non obligatur ad id faciendum, sed quod pro lubitu id poterit facere, & intermittere; sed manipulum demetere debet, & agitare, ita ut quietem anni septimi propellat; & hoc verissimum est uti exponetur suo loco in tractatu Menachot.

GUISIUS.

1 *In sementi &c.*] Hunc textum ergo interpretantur de operis intermissione respectu anni septimi. Aliter, & multo sanius R. Ismael de operis intermissione die sabbathi etiam tum cum sementis agitur, vel messis. Ex eo autem quod nulla datur sementis, quæ non sit arbitraria, concludit præceptum ad eam etiam messem duntaxat extendi debere, quæ arbitraria etiam sit; ut præmetii messis, quæ arbitraria non est, sed jussu divino imperata, quolibet die rite peragatur, & quod ajunt, vel ipsum sabbathum pellat.

2 *Præmetium.*] Ita appello manipulum illum, quem messe auspicaturi, postridie Sabbathi Paschalis præmessum, offerre tenebantur, & coram Deo rite agitare. Lev. XXIII. 10. &c. Præmetium Romanis dicebatur, quod prælibationis causa præmetebatur Cereri sacrum, ut ex Festo liquet.

ה ג' אילנות של שלשה אנשים הרי אלו מצטרפין וחורשין כל בית סאה בשבילן וכמה יהא ביניהם רשב"ג אומר כדי שיהא הבקר עובר בכליו :

5. Trium hominum arbores ternæ conflantur, ut earum causa obaretur integrum agri satum. Quantum autem spatii intercedere debet? Rabban Simeon Gamalielis filius censet, quantum bubus cum instrumentis transitum præbeat.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו מצטרפין *ecce illæ commiscentur*, & habentur ac si unius essent hominis, & propter illas exarant totum sati spatium. וכמה יהא ביניהן *&c. quantum spatii erit inter illas*, supple arbores illas. כדי שיהא הבקר עובר בכליו *ut jumentum transire possit instrumentis suis*, si vacca conjungitur cum jugo, comprehendet spatium quatuor cubitorum; si vero minus fuerit spatium, extirpandæ sunt illæ arbores, & non obarant earum causa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia arbores illæ sunt trium hominum, cogitaremus eas non commisceri, & unumquemque araturum circum arborem suam plenitudinem sive spatium collectoris cum canistro extra eam; propterea nos instruere vult Mischna quod commisceantur, at ea conditione ut tantum distent quantum determinavit Rabban Schimeon filius Gamalielis, cujus verba sunt verissima, quapropter secundum sententiam ejus deciditur.

ו עשר נטיעות מפוזרות בתוך בית סאה חורשין כל בית סאה בשבילן עד ראש השנה היו עשויות שורה ומוקפות עטרה אין חורשין להם אלא לצרכן :

6. Plantis denis sine ordine positis intra sati spatium, earum causa obaratur integrum agri satum ad annum usque ineuntem. Si in lineam dispositæ sint, vel coronæ ritu circumflexæ, non amplius obarandum est quam quantum necessario postulant.

R. OB. DE BARTENORA.

נטיעות *plantæ*, sunt arborum stirpes & propagines, quas veteres vocarunt אילנות *arbores*; vult igitur nos docere Mischna, quod, etiamsi tres sint arbores in spatio sati, nihilominus earum causa totum exarant sati spatium, at quod plantas non obarant nisi donec fuerint decem. בשורה *in linea*, plantatæ adinstar muri, in ordine, & non dispersæ.

אין חורשין אלא לצרכן *non arant præterquam quod necessarium est*, quia si sparsim plantatæ sint, videbitur ac si ex necessitate arborum aret; at si plantatæ sint in uno loco, videbitur ac si terram velit adaptare ad usum anni septimi, & non ad usum ac necessitatem arborum. עטרה notat parietem circularem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נטיעות hic sunt אילנות *arbores* in principio plantationis earum; postea vero exponit quantitatem; & dicit, decem plantas esse traditionem Moschis è Sinai. שורה *ordo, linea*, & hoc est quando plantæ fuerint positæ juxta unam lineam rectam super funiculum quendam. ומוקפות עטרה *& circumflexæ in modum coronæ*, si fuerint in modum arcus circularis, aut instar arcus.

ז הנטיעות והדלועים מצטרפין לתוך בית סאה רשב"ג אומר כל עשרה דלועים לבית סאה חורשין כל בית סאה עד ראש השנה :

7. Plantæ & cucurbitæ conflantur intra sati spatium. Ubi denæ habentur cucurbitæ intra sati spatium, Rabban Simeon Gamalielis filius integrum agri satum ad annum usque ineuntem obarari posse censet.

R. OB. DE BARTENORA.

הנטיעות והדלועים מצטרפין *plantæ & cucurbitæ conjungun-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Verba Rabban Schimeonis filii Gamalielis intelligenda sunt de

guntur, Mischna tantum de cucurbita Græca loquitur, quia magna est instar arboris, & non de reliquis cucurbitis. Cæterum requiritur ut plantæ sint plures quam cucurbitæ, ut, si sex fuerint plantæ, & quatuor cucurbitæ, conjungantur ad decem, & exarent totum sati spatium propter illas. R. Schimeon filius Gamalielis dicit, etiamsi decem fuerint cucurbitæ, nihilominus totum arant sati spatium earum causa; decisio est juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

de cucurbitis Græcis tantum, quia illæ sunt majores, instar arboris; decisio est juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

ח עד איכתי נקראר נטיעות ר"א בן עזריה אומר עד שיחולו רבי יהושע אומר בת ז׳שנים ר"ע אומר נטיע׳ כשמה אילן שנגמם והוציא חליפין כטפח ולכטה כנטיעה מטפח ולמעלה כאילן דברי רבי שמעון* :

8. Quamdiu dicuntur plantæ? donec 1 profanantur, ut placet. R. Eleazaro Azariæ filio. R. Josua autumat arbusculas septennes ita vocari. R. Akiba dicit, plantam dici quicquid eo nomine significatur. Arbos quæ succisa infra altitudinem palmarem, soboles citaverit, pro planta habetur, supra altitudinem palmarem pro arbore. Ita R. Simeon.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיחולו *donec profanatæ fuerint*, usque dum factæ fuerint profanæ in anno quarto medii redemptionis; si in anno quarto non redemerit, donec fiant profanæ ex se ipsis in anno quinto.

נטיעה כשמה *planta est, uti est nomen ejus*, intra annum vocatur planta, at non ulterius, alia expositio, *uti est illius nomen*, id est, quamdiu vocatur planta, & non vocatur arbor; decisio est juxta R. Akibam. חליפין notat ramos de novo excrescentes. כנטיעה *ut planta*, sive sensu arationis, sive sensu præputii; & decisio est juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שיחולו *usque dum profanatæ fuerint*, sensus est, plantas vocari per totos tres annos præputii, si redemerit eas anno quarto, & si non redemerit usque ad finem anni quarti, sanctæ sunt; & rogarunt, quid sibi vult *usque dum profanatæ fuerint?* usque dum redemptæ fuerint, aut donec ex se ipsis factæ fuerint profanæ, nempe anno quinto. R. *Akiba dicit, planta est, uti est nomen ejus*, sensus est, rem se habere juxta modum loquendi, & propterea quamdiu vocatur planta, tamdiu etiam vocandam esse plantam, uti superius dictum est, *decem plantæ in spatio sati*.

אילן שנגמם והוציא חליפין *arbor quæ succisa est & produxit ramos novos*, quando succiderit arborem, & inceperit de novo producere ramos; dicit R. Schimeon; quod, si succiderint eam ut non relinquatur quod se extendit super terram, nisi infra altitudinem palmarem, id quod de novo creverit habebitur planta; at si supra altitudinem palmi, id quod de novo creverit haberi arborem. Jam exposuimus differentiam inter plantam & arborem, quando tres erant arbores in spatio sati, & plantæ erant decem in spatio sati, quo in tempore vocabatur ager arboribus consitus; decisio est juxta R. Schimeon & R. Akibam, quia Additamentorum commentaria cum illis conveniunt.

GUISIUS. 1 *Profanantur.*] Post quadrimatum completum. Maimonides addit, vel currente anno quarto postquam adæratione redimantur: quod non probo. Habet quidem ille ex Talmude Hierosolymitano, ubi legitur, מהו עד שיחולו עד שיפדו או עד שיעשו חולין מאליהן *Quid est illud*, donec profanentur? *donec redimantur, vel donec ultro fiant profanæ.* Sed ibi statim sequitur, R. Abbam Jacobi filium R. Johannis nomine sic referre. כיני מתניתא עד שיעשו חולין מאליהן *Sic est sensus Misnæ; Donec ultro fiant profanæ.* Profecto actio illa adærandi fructus profanos reddit; ipsas arbores nullo modo afficit.

פרק ב עד אימתי חורשין בשדה הלבן ערב שביעית עד שתכלה הליחה כל זמן שבני אדם חורשין ליטע במקשאות ובמדלעות אמר רבי שמעון נתת תורת כל אחד ואחד בידו אלא בשדה הלבן עד הפסח ובשדה האילן עד עצרת :

Caput 2. Quousque licet 1 agrum albentem subigere anno ante septimum? dum nondum deficit succus quamdiu homines solent cucumeraria & cucurbitaria sationis ergo exarare. Inquit R. Simeon; Unumquemque ita arbitrio suo permisisti. Verum agrum albentem ad Pascha, agrum arboribus consitum ad Pentecosten.

R. OB. DE BARTENORA.

שדה הלבן *ager albus*, ager qui conseritur proventu, & legumine, in quo nullæ sunt arbores. ליחה *humiditas*, intellige humiditatem quæ venit pluviis. מקשאות ומדלעות *cucumeraria & cucurbitaria*, sunt loca cucumerum & cucurbitarum, nam ab eo tempore & ulterius videtur ac si præparet agrum ad usum anni septimi.

נתת תורת כל אחד ואחד בידו *dedisti Legem unicuique in manum*, unus dicet, defecit humidum in meo agro, alter dicit, non defecit in meo agro. אלא בשדה הלבן *sed agrum album*, qui conseritur postquam aratus est, ubi necessaria est magna humiditas, & succus, eum non obarant, nisi usque ad Pascha; at non est necessaria magna humiditas in agro arboribus consito, quia eum non arant, nisi propter decidentem pluviam in terræ fundum, propterea in eo arant usque ad Pentecosten; & omnes hæ Mischnæ sunt דחויות *depulsivæ*, quatenus depellunt sanctitatem feriarum, uti diximus capite primo, quod Rabban Gamaliel ejusque senatus convenerunt in duobus illis temporibus, nempe Paschate & Pentecoste; & licet arare usque ad initium anni septimi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שתכלה הליחה *usque dum defecerit succus*, id est, donec exaruerit terra, & defecerit humidum pluviarum tempore caloris.

נתת תורת כל אחד ואחד בידו *dedisti unicuique Legem in manu*; eorum arbitrio permisisti, id est, ut unus aret & dicat, nondum defecit humidum in meo agro; alter vero dicet quod jam defecit.

שדה הלבן *ager albus*, est ager in quo serunt proventum, & legumina, quia vero in eo agro seritur postquam arata est, necessum est ut in eo reperiatur humidum, & propterea non arant eum, nisi quatenus reperitur humidum in eo; agrum arboribus consitum obarant ut descendens pluvia eum humectet, & propterea non est necesse ut in eo reperiatur humidum quid, quia non licet arare eum, etiam postquam defecerit humidum; & hoc omne dicitur secundum Mischnam primam, uti exposuimus; decisio est juxta id quod ordinavit Rabban Gamaliel.

GUI.

GUISIUS. 1 *Agrum albentem.*] Id eſt השדה הלבן. Ita autem vocant agrum frumentarium, vel arvum ſementi paratum, quia umbra caret, ut volunt nonnulli. Forſan melius inde, quia matureſcens ſeges in meſſem albeſcit. Vide Joh. IV. 35.

ב מזבלין ומעדרין במקשאות ובמדלעות עד ר"ה וכן בבית השלחין מזבלין מפרקין מאבקין מעשנין עד ר"ה ר"ש אומר אף נוטל הוא את העלה מן האשכול בשביעית :

2. Stercorare & fodere licet cucumeraria & cucurbitaria ad annum uſque ineuntem: atque ita in 1 viridariis. 2 Abnodare arbores, frondare, pulverem excitare, ſuffumigare licet ad annum uſque ineuntem. R. Simeon aſſerit, etiam pampinum de uva recte detrahi anno ſeptimo.

R. OB. DE BARTENORA.

מעדרין notat *effodere*, & excavare terram circum radices, quia omne id, quod eſt ad utilitatem fructuum anni ſexti, permiſſum eſt in additamentum anni ſeptimi; ſed id, quod tantum eſt ad utilitatem & commodum fructuum, non eſt permiſſum ut adhibeatur, niſi ſit iſtiuſmodi quid, quod etiam in anno ſeptimo non eſt permiſſum per conſtitutiones Sapientum, ſive Scribarum, qui de additamento anni ſeptimi nihil decreverunt. בית השלחין notat agrum ſiticuloſum cui non ſufficiunt aquæ pluviæ, ſed præterea irrigatione indiget. מיבלין *ſuccidunt verrucas*, ſive maculas quæ excreverint in arboribus. מפרקין *avellunt folia ab arbore*, ut reliqua alleventur, & rareſiant, meliuſque excreſcant. מאבקין *radices retectas pulvere contegunt.* אף נוטל העלין *detrahit etiam folia*, in eodem anno ſeptimo; nam primus doctor tantum dixerat, quod avellunt folia in additamento anni ſeptimi; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מזבלין adjicientes agro ſtercus, & fimum hortis, ad humectandum terram. מעדרים *fodiunt*, nempe ad radices arborum. בית השלחין notat terram ſiticuloſam, nam Chaldaicè משלהי eſt Hebraicè עיף, vid. Deut. 25:18. מיבלין derivatur à voce יבלת *verruca*, notat ergo ſuccidere verrucas arborum. מפרקין *ſuccidunt*, folia arboris. מאבקין *pulverem adjiciunt*, ut arboribus bene ſit & abundantius producant. מעשנין *perfumant*, faciunt fumum ſub eis, ad necandum vermes qui comedunt fructus, iiſque adhærent; verba R. Schimeonis referenda ſunt ad ea quæ ſupra ſunt dicta, nempe quod avellunt folia uſque ad initium anni, & dicit, quod etiam in medio anni ſeptimi ſit licitum idem peragere; at in Gemara dicunt, מיבלין notare *extirpationem verrucarum*, & מפרקין *remotionem foliorum*; at deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

GUISIUS.

1 *Viridariis.*] Non aliunde magis apparet Judæorum in Miſna ſua interpretanda oſcitantia & ſtupor, quam ex eo quod בית השלחים *agrum* exponunt *ſiticuloſum*, ſqualore veluti defeſſum & languentem. Præeunt in hac ſententia Gemariſtæ Babylonici ad Moed cat. I. 1. ubi in hæc verba ineptiunt. מאי משמע דהאי בית השלחין לישנא רצחותא היא דכתיב ואתא עיף ויגע ומתרגמי' ואת נישלהי ולאי; ubi pro נישלהי reponendum משלהי. i. e. *Quid ſignificat hoc* בית השלחין? *Ariditatis notio ei competit. Quippe quod ſcriptum eſt* (Deut. XXV. 11.) cum tu defeſſus eſſes & fatigatus, *id Chaldaice interpretatur*, ואת משלהי ולאי. Nugaciſſima eſſe hæc nemo non videt. שלחים & משלהי, voces ſunt plane diverſæ; nec minus differunt notiones laſſitudinis & ariditatis. Et tamen Judæi Juris Interpretes in hanc ſententiam cæci ruunt. Maimonides etiam in antiquiſſimo codice Huntingdoniano pro שלחים, aliquoties habet שלהים. Ibi etiam confundit cum בעל, de quo mox ¶ 9. והי בית השלהים ארץ אלבעל אלארץ אלעטשאנה. i. e. בית השלהים *idem eſt* בעל, *id eſt terra ſiticuloſa.* Ubi interpres Hebræus illud ארץ אלבעל prudens magis, quam fidelis omittit. R. Tanchum autem Maimonidem & hic ſequitur. Sed in ipſa Miſna בית השלחים diſtinguitur aperte à שדה הבעל. Baba bat. III. 1. Tolerari tamen hæc poterint forſan, ſi Miſnæ ſenſui, ubicunque hæc vox occurrit, ita ullo modo ſatis fieret. Sed profecto dantur Miſnæ loca, ubi hic ſenſus omnino ſtare nequit. Talis eſt ille Baba bat. IV. 7. *Vendita urbe væneunt ædes, ciſternæ, putei, ſpeluncæ, balnea, columbaria, trapeta, &* בית השלחין. Ubi manifeſto patet eo intelligi aliquid, quod urbi accenſetur. Ibidem III. 1. inter eaſdem res numeratur, & iis accenſetur, quæ fructum jugiter faciunt. Proinde Gemariſtæ ad priorem locum ab altera illa interpretatione recedere coguntur; atque illic exponunt per באני & גנוניתא; inter quæ qui ibi differentiam ponere volunt, ii nodum in ſcirpo quærunt. Nam באני eſt Perſicum باغ, quod idem ſonat cum Chaldæo גנוניתא. Utrumque hortum, vel amœnum viretum ſignificat. Perſicum باغ exponitur à nonnemine تفرجگاه *locus amœnus, locus recreationis.* Regius Babylone hortus ſignanter ita dictus videtur in illis Plinii. *Clariſſimæ omnium, quas regias appellavere ab honore, quoniam regibus tantum Perſidis ſervabantur, Babylone natæ uno in horto Bagou.* Pro ſpadonis nomine *Bagou* ibi habet Plinius. Mihi potius ita dictus videtur regius hortus: quod & illa Plinii, quæ ſequuntur confirmant. *Hortus ille nunquam niſi dominantis in aula fuit.* Proinde apud Theophraſtum ſic locum emendare velim, unde hæc Plinius: σχεδόν τι ἐν μόνῳ τῷ Βάγῳ κήπῳ τῷ παλαιῷ περὶ Βαβυλῶνα. In vulgatis legitur Βάτλε —— τοῦ παλαιοῦ. Hinc nomen ad alios hortos traductum. Bertinorius ergo ad iſtam Miſnam, בית השלחין exponit גנות ופרדסין השייכין לעיר *hortos & paradiſos, qui ad urbem pertinent*; cum alibi ſemper pro agro ſiticuloſo habeat. Atque hæc vera mihi videtur בית השלחין ſignificatio, ut ager ſit hortenſis, eximie cultus, & aſſidue rigatus; unde etiam Baba metz. IX. 2. ad eundem neceſſario requiritur perennis fons, ex quo rigari poteſt. Et hanc quidem vocis notationem in textu ſacro habemus. Ut שלחיך פרדס רמנים *horti tui paradiſus malorum punicarum.* Cant. IV. 13. ubi R. Baruc Aben-Jaiis, commentator luculentus, Conſtantinopoli impreſſus, necdum ſatis notus, שלחים exponit גנות *hortos*; afferens etiam בית השלחים è Talmude. Nec multum aliter Kimchius, & ex eo Aben-Melecus. Hinc etiam piſcina juxta hortum regium vocatur ברכת השלח *Piſcina horti*, Nehem. III. 15. Atque hic quidem ſenſus ubique congruit. Eximie autem in locis iſtis ex Baba bat. citatis; & in alio illo ejuſdem tituli II. 13. ubi arbor, quæ in alterius agrum propendat, eatenus ſublucari jubetur, ut bubulcus ſtimulum libere vibrare poſſit; ſin ager ille בית השלחין ſit, ſive amœnum viretum, arbor ita propendens ad amuſſim penitus prætonderi debet. Rectius ergo quam cæteri R. Samſon ad hanc noſtram Miſnam בית השלחין pro horto habet. Denique locus hic aliter diſtingui poteſt, forſan debet. *Atque ita in viridariis abnodare* &c.

2 *Abnodare.*] Ita interpretor מיבלין. Verum quod pro eo legitur in Gemara Moed cat. 3. *a.* מזבלין ex hac Miſna, id mendoſum eſt. R. Salomo tamen id in commentariis habet, & explicat ac ſi ſanum foret. Idem mendum in Siphra, & in Aaronis ibi commentario. Sed Siphra MS. מובלין. Idem etiam in Peſicta zoterta, & Quæſtionibus Ahæi Gaonis.

ג מסקלין עד ר"ה מקרסמין מורדין מפסלין עד ר"ה

3. Solum elapidare ad annum uſque ineuntem li-

ר"ה רבי יהושע אומר כזירודה וכפיסולה של החמישית כך של ששית ר"ש אומר כל זמן שאני רשאי בעבודת האילן רשאי אני בפסולו :

licet. Arbores detruncare, putare, 1 expurgare ad annum usque ineuntem licet. Qualis est putatio & expurgatio 2 anni quinti, talem R. Josua assignat anno sexto. R. Simeon dicit, Quamdiu licet mihi arborem colere, expurgare etiam licet.

R. OB. DE BARTENORA.

מזרדין notat succidere ramos virides, quando illi in magna dantur copia ut arbori noceant, quorum pars quædam relinquitur, & vocatur זירור. מפסלין abjiciunt id quod perditum est, & non amplius valet; alii exponunt succidere, nempe quod succidere solent omnes arboris ramos, ut de novo excrescat, & producat novos ramos. כזירודה וכפסולה *qualis est amputatio & expurgatio*, primus doctor tantum permittit usque ad initium anni septimi, sed R. Jehoschga putat anni sexti & quinti eandem esse rationem, & quo modo se habet ratio quinti ingredientis sextum, eo etiam modo se habet ratio sexti ingredientis septimum; & quemadmodum succidunt ramos anni quinti in sexto, sic etiam succidunt ramos anni sexti in septimo; R. Schimeon vero dicit, quod indè à Pentecoste, & ulterius quò non licet colere terram, etiam non esse licitum putare arbores, unde tres proveniunt diversæ sententiæ; sed decisio est juxta doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מסקלין notat lapides removere ex agro. מקרסמין *succidere ramos*, & spicas, ac relinquere paleam, idem quod מכסמין, quod jam explicuimus. מזרדין est amputare arborum ramos se nimium extendentes, nam זרדין est nomen ramorum qui amputantur in tempore putationis. מפסלין notat exscindere ramos qui exaruerunt, & perditi sunt. R. Jehoschua dicit, quod non licet amputare usque ad initium anni, sed quamdiu homines id solent facere per totum annum, at non ulterius amputandum. R. Schimeon dicit, quod non licet nisi usque ad Pentecosten tantum, quia licet quod ad culturam arborum juxta Mischnam primam, & decisio est juxta doctorem primi membri.

G U I S I U S.

1 *Expurgare.*] Veteres & emortuos ramos deputando. Et hic etiam in eodem loco Moed cat. pro מפסלין, legitur מפסגין, quod ibi agnoscunt RR. Salomo & Nathan; & quod, ut illis placet, significat arborem nimio virore in terram repandam statumine fulcire. Ita etiam R. Aaron Abenhajimus in commentario ad Siphram, quanquam מפסלים ibi legatur in ipsa Siphra, tum impressa, tum MS. in Pesicta zoterta, & Quæstionibus Ahæi Gaonis.

2 *Anni quinti.*] Vel alius cujuslibet communis. Non autem istam culturam adhibere solent ad novum usque ineuntem annum in anno quolibet communi.

ד מזהמין את הנטיעות וכורכין אותן וקוטמין אותן ועושין להם בתים ומשקין אותן עד ר"ה רבי אלעזר בר צדוק אומר אף משקה הוא את הנוף בשביעית אבל לא את העקר :

4. Plantas sordibus oblinere, circumligare, 1 cinere perfundere, caveis emunire, rigare ad annum usque ineuntem licet. R. Eleazar Sadoci filius in ipso anno septimo frondem licite rigari arbitratur, non autem radicem.

R. OB. DE BARTENORA.

מזהמים *sordibus inungunt*, quando arborum cortices decidunt, adjiciunt ipsis fimum, aut stercus ad sanationem conferens, ne arbores moriantur; est qui exponit, quod ungunt arborem odore quodam ingrato, quo depelluntur vermes, aut moriuntur, conservata arbore. וכורכין *& circumligant*, nonnulli exponunt quod aliqua re circumligant arborem in vere, propter solem, at in hieme propter frigus; alii exponunt, ligant inter se ramos, & conjungunt cacumina ut se erigant in altum ut non inclinent in terram. קוטמין exponunt cinerem adjicere radicibus, & amputare radices.

עושין להם בתים *conficiunt iis caveas*, solent arborem cingere vallo, vel macerie quantitatis cubiti; alii exponunt, quod faciunt tugurium circum arbores, ad muniendas illas contra calorem & frigus. אבל לא על העקר *sed non super radicem*, quia non licet facere in anno septimo, uti in reliquis annis; sed decisio non est juxta R. Eleasarem filium Zadoki, nam non licet irrigare arbores in anno septimo, tam quod ad truncum quam quod ad radicem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זוהמא indicat rem mali odoris, sensus autem est, solent hortulari oblinere arbores, sive plantas oleo ingrati odoris, ut vermes comedentes arbores id olfaciant, & eo modo depellantur. וכורכין *& circumvolvunt*, colligunt ramos eosque colligant, ut recta via tendant in altum, & non inclinent se ad terram. וקוטמין *& cinerem aspergunt*, commentator exponit per *succidere ramos*.

ועושין להם בתים *& faciunt ipsis caveas*, conficiunt pro ipsis umbracula quibus teguntur, & muniuntur contra pluviam & solem, ne ipsis noceant. ומשקין אותן *& irrigant eas*, ferunt aquam super caput aut culmen arboris, ut ea descendat super totum arboris corpus; dicit R. Eleasar filius Zadoki id etiam permissum esse in ipso anno septimo. נוף truncum arboris notat, nempe ramos, & folia; decisio non est juxta R. Eleazarem filium Zadoki.

GUISIUS. 1 *Cinere perfundere.*] Ita קוטמין interpretantur nonnulli. Alii potius, *decacuminare*, vel *ramusculos præfringere*: ut *thallus* & *salix* נקטם ראשו, *præfracto capite*. Suc. III. 1. Sed de his vocibus universis vide synopsin R. Nathanis in זבל.

ה סכין את הפגים ומנקבים אותם עד ר"ה פגי ערב שביעית שנכנסו לשביעית ושל שביעית שיצאו למוצאי שביעית לא סכין ולא מנקבין אותן רבי יהודה אומר מקום שנהגו לסוך אינן סכין מפני שהיא עבודה מקום שנהגו שלא לסוך סכין ר"ש מתיר באילן מפני שהוא רשאי בעבודת האילן:

5. Grossi recte 1 perunguntur & scalpuntur ad annum usque ineuntem. Grossi anni ante septimum, qui in septimum incurrunt, atque septimi, qui in exitum septimi evadunt, nec perunguntur nec scalpuntur. R. Juda dicit: Ubi solent perungere non perungunt, quia ea est cultura. Ubi solent non perungere, ibi licet perungere. R. Simeon id 2 in arbore permittit, quia arborem colere licet.

R. OB.

R. MOS-

R. OB. DE BARTENORA.

סכין את הפגין *ungunt grossulos*, fructus qui non maturescunt ungunt oleo, ut eo modo acceleretur eorum maturitas; aliquando etiam eos perforant in medio foraminis ponentes oleum; vel perforant etiam ipsos fructus immaturos, ut eos permeet pluvia, qua mediante citius maturescunt.

פגי ערב שביעית *grossuli vesperæ anni septimi*, eos fructus, qui mense Tisri demum maturescunt in anno septimo, non ungunt, neque perforant in anno sexto, quandoquidem non maturescunt nisi in anno demum septimo; & vetat primus doctor unctionem etiam in istiusmodi loco quo solent ungere; R. Jehuda verò distinguit inter locum in quo ungere solent, & inter locum quo non solent ungere; quia in loco ubi non solent ungere, unctio non videtur opus, & propterea permissa est; R. Schimeon autem permittit arborem plenam fructuum anni septimi colere in exitu anni septimi, & quia permissa est arboris cultura, etiam fructus ejus sunt sancti, juxta sanctitatem anni septimi; decisio est juxta doctorem primum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סכין *inungunt*, nempe oleo, ad maturitatem accelerandam. ומנקבין *& perfodiunt*; foramina faciunt in ficubus, & sic agere solent cum ficubus in quibusdam apud nos locis, ubi non maturescunt antequam tenue lignum unxerint oleo, quo perforant quamque ficum, decisio est juxta R. Jehudam, & non juxta R. Schimeonem.

G U I S I U S.

1 *Perunguntur & scalpuntur.*] Vide quæ nos supra ad Demai I. 1.

2 *In arbore.*] Fructu, quem in anno septimo creavit, etiam post eum annum adhuc onusta. Permittit autem R. Simeon istiusmodi fructum perungere & scalpere, non ideo ut fructus maturius percipiatur; sed ut ita arbori consulatur, quæ quanto maturius onus exuit, tanto citius ad novam prolem procreandam vires resumit. Atque hoc est quod in Siphra legitur, כיון שיצאת שביעית אף על פי שפירותיו שמיטה מותר אתה לעשות מלאכה בגופו של אילן אפילו פירותיו אסורין עד ט״ו בשבט *Exeunte anno septimo, utcunque fructus ejus remissionis juri subsint, licet tamen tibi opus facere in ipsamet arbore, quantumvis fructus ejus illiciti sint usque ad diem quintam decimam mensis Sebat.*

ו אין נוטעין ואין מבריכין ואין מרכיבין ערב שביעית פחות מל׳ יום לפני ר״ה ואם נטע או הבריך או הרכיב יעקור רבי יהודה אומר כל הרכבה שאינה קולטת לשלשה ימים שוב אינה קולטת רבי יוסי ורבי שמעון אומרים לשתי שבתות:

6. Non pangitur arbor, nec sternitur, nec inseritur anno ante septimum intra tricenos dies ante annum ineuntem. Sive autem depacta sit, sive strata, sive insita, revellitor. R. Juda asserit omnem insitionem, quæ intra triduum non comprehendit, deinceps nunquam comprehendere. RR. Joses & Simeon, intra duas septimanas.

R. OB. DE BARTENORA.

מבריכין *propagant*, notat propagines vitis immittere in terram, easque contegere terra. מרכיבין *inserunt*, notat amputare stirpem arboris & inserere alteri arbori ejusdem speciei.

פחות משלשים יום *intra triginta dies*, in Gemara in tractatu Rosch Hasschana demonstratur, quod illi triginta dies referendi sint ad verba doctoris primi, & quod tres dantur juxta R. Jehudam, & duæ septimanæ juxta R. Jose, & R. Schimeon, quæ requiruntur ante triginta dies additionis anni septimi, quas necesse est ut contineat plantatio ante additionem anni septimi, & omnes concedunt quod additio anni septimi continet triginta dies; sic etiam juxta doctorem primum, qui dixit, quod additio non minus quam triginta continet dies, requiruntur triginta qui recipiuntur, & triginta qui adduntur; sed juxta R. Jehudam, qui dicit tres dari qui recipiuntur, necesse est ut tres dentur qui recipiuntur, & triginta qui adduntur; at juxta R. Jose, & R. Schimeon, qui duas statuunt septimanas, necesse est ut duæ dentur septimanæ quæ recipiuntur, & triginta dies qui adduntur. Intellige per vocem קליטה *receptio*, vel *coalitio*, istum modum coalitionis quo planta coalescit terræ suis radicibus; decisio est juxta R. Jose, & R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מבריכין *propagant*, ut arborem altius in terram demittant, & ipsi terram subjiciant, ut plures ex ea crescant arbores. מרכיבין *inserunt*, notat plantare in corpore, sive interiori parte arboris; & omnes doctores in eo concordant quod necesse est ut annus enumeretur ante annum Remissionis, & quod tum istiusmodi planta permissa erit vesperi anni septimi, sive anno ante septimum. At contradicitur sententiæ huic, nam primus doctor statuit, quod unus anni dies habeatur annus; sed R. Jehuda, & R. Jose, & R. Schimeon statuunt triginta dies anni haberi annum; & omnes in eo conveniunt, quod necesse est ut ascendat annus post tempus קליטה *coalitionis*, (quæ vox per metaphoram desumpta est à conjunctione, vel coalitione arborum quæ terræ coalescunt, & cui radices se immiscent), & contradicunt sibi quoque de modo coalitionis; nam primus doctor dicit coalitionem fieri triginta diebus, at R. Jehuda statuit tribus; R. Jose, & R. Schimeon dicunt coalitionem fieri duabus septimanis; unde sequetur id quod proposuimus; nam opinio R. Schimeonis est, quod necesse est ut quadraginta quatuor dies ante initium anni plantent, duas septimanas coalitionis, & triginta dies post coalitionem, ut adscendat annus; at opinio R. Jehudæ est, quod necesse est triginta tres dies ante initium anni plantare, tres coalitionis, & triginta, ut adscendat annus post coalitionem; & juxta opinionem doctoris primi necesse est ut plantent triginta dies tantum ante principium anni, unde sequetur ut triginta sint dies & unus, triginta coalitionis, & unus post coalitionem, ut adscendat annus, uti exposuimus opinionem ejus; ut unus dies anni habeatur annus: at ille putat quod triginta dies valent pro una & altera parte, nimirum, ut ille dies numeretur cum diebus coalitionis, & numeretur cum eo quod sequitur, & denique cum anno; decisio est juxta R. Jose, & R. Schimeon.

ז האורז והדוחן והפרגין והשומשמין שהשרישו לפני ראש השנה מתעשרין לשעבר ומותרין בשביעית ואם לאו אסורין בשביעית מתעשרין לשנה הבאה:

7. Oryza, milium, papaver, sesama, quæ radices egerint ante annum ineuntem, decimantur 1 pro ratione anni præteriti, & 2 licite percipiuntur in septimo. Sin vero, illicite percipiuntur in septimo, & decimas solvunt pro ratione anni insequentis.

R. OB. DE BARTENORA.

הפרגין *papaver*, eſt inſtar malogranati pleni ſeminibus & ſemen ejus tinnit internè, & Arabice vocatur השומשמין. כשכש *Seſama*, eſt ſemen aliquod oblongum, cujus copia datur in terra Iſraelis, & Arabicè dicitur סומסם.

מתעשרין לשעבר *decimantur pro anno præterito*, pro decimis anni tranſacti, ſive fuerit annus primus, ſive ſecundus ab anno Intermiſſionis, ſunt decimæ ſecundæ; at ſi annus tertius, ſunt decimæ pauperum.

ומותרים בשביעית *& licita ſunt in anno ſeptimo*, quando radices egerunt in anno ſexto ante initium anni ſeptimi, eorum non habetur ratio quod ad ſanctitatem anni ſeptimi.

מתעשרין לשנה הבאה *decimantur pro anno futuro*, in anno collectionis eorum, ſi illo anno egerint radices; & ſi ille annus fuerit ſeptimus, nullatenus decimantur, & eorum habetur ratio quod ad ſanctitatem anni ſeptimi, etiamſi in arbore ſequamur protruſionem germinum & in olere collectionis tempus; in olivis & proventu incrementum tertiæ partis, nempe ſi tertiam partem maturitatis produxerint, quia tum obligantur quod ad decimas; nihilominus ad oryzam, milium, & papaver, quæ non colliguntur una vice, neque tertiam partem maturitatis producunt una vice, non conferunt ſe, niſi poſtquam radices egerint, quia in uno anno totus campus impletur radicibus, quando una vice ea ſeminaverit ſemina.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דוחן *milium*, Arabicè dicitur .דכן פרגין *papaver*, Arabice סבאים dicitur. שומשמין *ſeſama*, Arabice סומסם; de his quatuor ſpeciebus cogitandum eſt quod radices agunt ante initium anni ſeptimi, ſed de proventu, donec tertia pars excreverit, uti exponemus inferius; & ad olera ſe conferunt poſt tempus collectionis eorum; & ſic dixerunt, *olus poſt collectionem ejus pro decimis*. Et quod dicitur ראש השנה *initium anni*, non intelligendum eſt de initio anni in anno ſeptimo; ſed de tempore quo radices egerint ante initium anni, nempe tum eſſe ſolvendas eorum decimas, prout anni præteriti jus poſtulat, ut, ſi obligata ſunt de decimis pauperum anno præterito, ſeparet ab iis decimas pauperum; &, ſi obligata ſunt de decimis ſecundis, ſeparet decimas ſecundas; anni vero, in quibus ſeparat decimas pauperum loco decimarum ſecundarum, ſunt tertius, & ſextus ab anno Intermiſſionis, uti diximus, & iterum dicemus; ſi evenerit ut annus hic fuerit annus ſeptimus, fructus illi habebuntur fructus anni ſexti, & liciti erunt ut comedantur anno ſeptimo; at ſi nondum radices egerint ante initium anni, obligantur de decimis juxta jus anni futuri; & ſi evenerit ut annus futurus ſit annus ſeptimus, illiciti ſunt ſeptimo; & licet eos colligere conſervationis gratiâ, ſed jus eorum ſe habet ut jus fructuum anni ſeptimi.

GUISIUS. 1 *Pro ratione anni præteriti.*] Ut ſi annus præteritus, in quo radices egerint, tertius vel ſextus fuerit heptaeteridis, decimas pauperum ſolvant, utcunque quarto demum vel ſeptimo maturuerint. Sin primus, ſecundus, quartus vel quintus, decimas ſecundas. Vide quæ nos ad Pea VIII. 2. 2 *Licite percipiuntur in ſeptimo*, Cum annus præteritus ſextus fuit.

ח ר"ש שורי אומר פול המצרי שזרעו לזרע בתחלה כיוצא בהן ר"ש אומר אפונין הגמלונין כיוצא בהן רבי אליעזר אומר אפונין הגמלונין משתרמלו לפני ראש השנה :

8. R. Simeon 1 Sezorita eandem eſſe vult conditionem fabæ Ægyptiæ ab initio ad ſemen ſatæ. R. Simeon eandem eſſe vult conditionem ciceris majuſculi. R. Eleazar ait, cicer majuſculum, ſi ſiliquam ceperit ante annum 2 ineuntem.

R. OB. DE BARTENORA.

שזרעו לזרע *quam ſeminavit ad ſemen*, ſupple ſervandum ſemen ad ferendum in alio anni tempore, & non ad comedendum. כיוצא בהן *eadem eſt ratio*, ſive *ſimilia illis*, nempe poſt protruſionem radicis, uti oryza, milium, tam ſenſu decimarum ſolvendarum, quam ſenſu juris anni ſeptimi; & hoc intelligitur quando ſeminaverit ad conſervandum ſemen, ſed ſi ſeminaverit ad habendum olus, ſequimur tempus collectionis ejus, ut in olere. משתרמלו quando induruerint, & facta fuerint adinſtar peræ quam geſtant viatores & paſtores.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שזרעו לזרע *quam ſeminavit ad conſervandum inde ſemen*, non autem ut comedat fabas. משתרמלו *quando peram fecerint*, תרמל enim peram coriaceam notat, cujuſmodi portant paſtores, & viatores, cui imponunt viaticum, appendentes eam collo; & cum tali pera comparatur folliculus ille qui tegit cicera, eaque includit, quia olim eadem erat figura peræ & folliculi ciceris; deciſio non eſt juxta R. Schimeon Scezuri.

GUISIUS. 1 *Sezorita.*] Ita enim שזורי denominativum eſt à שזור. Eſt autem שזור, ſive ut Arabes ſcribunt شيزر, oppidum ad Orontis meridionalem ripam inter Epiphaniam & Antiochiam ſitum. Ita Arabum Geographi Edriſius & Abulfeda. Fallitur ergo Maimonides, qui in Præfatione commentariorum in Miſnam, quam nobis impreſſam dedit Cl. Pocockius noſter, Simeonem hunc ab arte, quam exercuit, tanquam à ſerici contorſione ita dictum, cognomen inveniſſe ſcribit. Adeouſque cæci ſunt iſti homines in rebus ſuis. 2 *Ineuntem.*] Supple ex ſuperiore paragrapho, *decimatur pro ratione anni præteriti*, &c.

ט הבצלים הסריסים ופול המצרי שמנע מהם מים ל' יום לפני ר"ה מתעשרין לשעבר ומותרים בשביעית ואם לאו אסורין בשביעית ומתעשרין לשנה הבאה ושל בעל שמנע מהם מים שתי עונות דברי ר"מ וחכ"א שלש :

9. 1 Cæpæ ſpadones & faba Ægyptia, à quibus ſubtracta fuerit aqua per triginta dies ante annum ineuntem, decimantur pro ratione anni præteriti, & in ſeptimo licite percipiuntur. Sin vero, illicite percipiuntur in ſeptimo, & decimas ſolvunt pro ratione anni inſequentis. 2 In ſiccaneo autem campo natæ, à quibus ſubtracta eſt aqua duarum rigationum. Ita R. Meir. Sed Sapientes dicunt, trium.

R. OB. DE BARTENORA.

בצלים סריסים *cepæ caſtratæ*, ſive ſteriles, ſunt illæ quæ non producunt ſemen ut reliquæ faciunt. פול המצרי *faba Ægyptia*-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Cepæ quando humidæ ſunt, poſtquam extirpatæ ſunt ex terra internè producunt germina, & dantur inter eas ſpecies quæ-

Ægyptiaca, quam seminavit ut ex ea habeat olus, de quo Mischna præcedenti dictum est quod sequimur radices, postquam egerit radices, etiamsi iis non sit inhibita aqua. שמנע מים מהם שלשים יום *quibus subtraxit aquam per triginta dies*, abeunt ex jure olerum quæ crescunt omnia ope aquæ, & fiunt instar campi. בית בעל *maritalis*, cui sufficiunt aquæ pluviæ, & propterea decimantur pro anno præterito. ושל בעל *& cepæ* דש *Baal*, est campus situs in valle, humidus, qui non opus habet irrigatione, nihilominus tamen olus irrigatione indiget, & propterea ejus causa dicitur de inhibitione aquarum. שתי עונות *duo tempora*, tempus quo solent irrigare vocatur עונה; & decisio est juxta sententiam Sapientum.

GUISIUS.

1 *Cæpæ spadones.*] Gemara Hierosl. בצלייא קופריא דלא עבדין זרע *Cæpæ Cypriæ quæ non ferunt semen.* Forsan potius cæpæ Ascaloniæ, de quibus sic Theophrastus. τῶ ἢ ἀσκαλωνίων ἴδία τις ἡ φύσις. μόνα γὰρ χεισὰ ἢ ὥσπερ ἄγονα ἀπὸ τῆς ῥίζης. ἔτι ἢ ἐν αὐτοῖς ἀναυξῆ ἢ ἀνεπίδοτα. διὸ ἢ ἐ πηγνύουσιν ἀλλὰ σπείρουσιν αὐτά. Hist. Plant. VII. 4. Hinc Plinius, XIX. 6. *Ascaloniarum propria natura. Etenim veluti sterilescunt ab radice, & ob id semine seri illas, non deponi jussere Græci.*

2 *In siccaneo &c.*] Et hic iterum cæcutiunt Judæi juris Interpretes, saltem recentiores. Nesciunt enim quid sit בעל, quanquam sæpissime in Misna recurrat, ut Terum X. 11. Suc. III. 3. & Baba bat. III. 1. R. Salomo ad Baba bat. agrum esse ait המסתפקת במי גשמים, *qui ex aqua pluvia subsistit*, non aliunde rigata. Ad Succa sic קרקע שאינה צריכה להשקות ודמי לירה במטר השמים *agrum, qui non opus habet rigationis, quippe cui abunde sufficit cœlitus demissa pluvia.* Et hæc quidem non usquequaque male; quanquam vel ex hac Misna nostra constet בעל agrum esse, in quo rigatio aliqualis saltem usurpatur. Sed hæc R. Samsonem & qui eum exscribit, Bertinorium, in fœdissimum errorem conjecerunt. Illis בעל est שדה שהוא בעמק ומלוחלחת ואין צריך להשקותה, *ager in valle, uliginosus, quem proinde non opus est rigare.* Non quicquam dici potuit sensui hujus vocis magis contrarium. Maimonides, si fieri potest adhuc fœdius, בעל cum בית השלחין confundit, cum palam distinguantur in ipsa Misna Baba bat. III. 1. R. Tanchum autem in Lexico multo melius describit בעל, ut sit אלארץ אלעטשאנה אלתי לא תסקי גיר מא תשרבה פי אלשתא מן אלמטר *terra siticulosa non aliunde rigua quam à pluvia, quam hyeme imbiberit.* Ego vero hujus vocabuli significationem multo certius docebo tum ex Misna Terum. X. 11. tum ex usu ejusdem in lingua Arabica. In isto Misnæ loco opposita habemus שקיא & בעל, plane ut *riguis siccanea* apud Columellam. כרוב של שקיא עם כרוב של בעל *Brassica rigua*, vel *agri rigui*, *cum brassica siccanea*, vel *campi siccanei*. Bertinorius ad hunc locum שקיא exponit, ארץ יבשה שצריך להשקותה *terram aridam rigationis indigentem*; & è contrario בעל interpretatur, ארץ לחה שאין צריך להשקותה, *terram uliginosam rigationis minime indigentem*. Nempe, ut בעל sit solum uliginosum, etiam notissimam vocem שקיא à certa & propria sua significatione deflectit. Sed שקיא pro loco suapte natura riguo centies in Chaldæis occurrit Paraphrastis. Exemplum affero ex Oncelo, Gen. XIII. 10. *vidit omnem planitiem Jordanis* ארי כולה בית שקיא *quod tota erat rigua.* Hinc etiam vetus & optimus Glossogr. Syrus Anonymus ܒܝܬ ܫܩܝܐ, الأرض السقي *terram riguam* ܒܝܬ ܫܩܝܐ dici significans. Scio tamen שקיא & בית שקיא, apud Chaldæos, adeoque & Syriacum ܫܩܝܐ, non modo pro solo suapte natura riguo, sed etiam pro illo, quod arte rigatur, poni. Significat adeo locum quoquo modo riguum. Jam ergo בעל ei oppositum siccaneum erit solum. Columella II. 17. *Ejus ergo animadvertimus duo genera, quorum alterum est siccaneum, alterum riguum.* Et supra cap. 2. *De siccaneis & riguis non comperimus utra numero vincant.* Hoc amplius apparet ex lingua Arabica, ubi بعل exponente Mohammede Phiruzabadio est الأرض المرتفعة تمطر في السنة مرة وكل نخل وشجر وزرع لا يسقى او ما سقته السماء *Editior terra semel quotannis pluvia permadens; item quicquid est palmarum, arborum, satorum, quod non rigatur omnino, vel cœlitus tantum.* Ubi præterquam quod terræ attribuitur non riguæ, tribuitur etiam palmis, arboribus, satis non riguis, plane ut ulmi Atiniæ siccaneæ riguis opponuntur apud Plinium XVI. 17. Huc etiam facit quod Ismael Jauharius بعل exponat, النخل الذي يشرب بعروقه ويستغني عن السقي *Palmam quæ radicibus humorem attrahit, rigationis non indiga.* Addit autem Abuamrum & Asmaæum (vel ut ex eo legitur apud Phiumium, Azharæum) dissentire de significatione vocis بعل Ille بعل & عذي synonymice dici contendit quicquid cœlitus rigatur. Hic eam inter ista differentiam ponit, ut عذي dicatur quicquid cœlitus rigatur; بعل quod nec cœlitus nec aliunde, sed radicibus suis tantum nutritur. Quod autem ad rem nostram plane facit, est versus ille Poetæ à Jauhario laudati, & ejus ad eum nota. Versus sic est

اذا ما علونا ظهر بعل عريضة

Cum superavimus dorsum campi late patentis. Ubi Jauharius notat بعل non significare campum quemlibet, sed ارض مرتفعة لا يصيبها سيح ولا سيل *editiorem terram, quam nunquam attingit aquæ fluxus, vel torrens.* Quod autem Misna nostra loquatur de rigatione דש בעל, quæ res nec بعل Arabum hactenus descripto, nec siccaneis Columellæ convenire videtur; (Nam & Columella rigationem plane excludit, verbis prius citatis, *quorum alterum est siccaneum, alterum riguum*, hæc subjungens; *Læto pinguique campo non desideratur influens rivus, meliusque habetur fœnum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quam quod irrigatum aquis elicitur.*) id accipiendum est de rigatione manu facta, non per rivos in campum inductos, quod nec patitur quidem situs campestris editior, qualem exprimit versus supra laudatus. Alterum autem rigationis genus admittere etiam Arabum بعل, vel ex hoc versu Abdallæ Ravahæ filii agnoscere licet:

هنالك لا ابالي سقي نخل ولا بعل وان عظم الاتا

Hic non mihi curæ est rigatio palmæ nec siccanei campi, quantumvis uberiorem efficiat proventum. Alii hic pro سقي نخل, legunt نخل سقي, ut ita reddi debat; *Hic non mihi curæ est palma rigua, nec siccanea*, &c. ut ita in hoc Poetæ Arabis versu eodem modo opponantur سقي & بعل, atque שקיא & בעל, in Misnæ loco laudato. Atque ex his satis patet quid sit בעל; nempe ager vel campus siccaneus, editiori positione, quam ut riguis lætari possit.

י הדלועים שקיימן לזרע אם הקשו לפני ר"ה ונפסלו מאוכל אדם מותר לקיימן בשביעית ואם לאו אסור לקיימן בשביעית התמרות שלהן אסורות בשביעית ומרביצין בעפר לבן דברי רבי שמעון רבי אליעזר בן יעקב אוסר מכרסין באורז בשביעית רבי שמעון* אומר אבל אין מכסחין :

10. Cucurbitæ quæ ad semen servantur, si induruerint ante annum ineuntem, adeoque factæ sint esui humano ineptæ, licite conservantur anno septimo: sin vero, illicite conservantur anno septimo. Earundem calyculi illiciti habentur anno septimo. Albentem cæspitem 1 conspergere licet ex sententia R. Simeonis. R. Eliezer Jacobi filius vetat. Oryzam anno septimo 2 permadefacere licet. 3 Addit R. Simeon, non autem herbis purgare.

R. OB. DE BARTENORA.

אם הוקשו *si induruerint*, si ariditate sua induruerint. אסור לקיימן בשביעית *interdictum est conservare illas septimo*, quia non licet fructus anni septimi conservare ad seminandum eos alio in tempore. התמרות *dactyli*, flores vel flosculi, nam antequam se distendant ac aperiant, similes sunt dactylis cucurbitarum flosculi; aliter, se habent instar rami vitis.

מרביצין בעפר לבן *conspergunt agrum albentem pulvere*, sensus est, rigant campum albentem; & sic decisio est, irrigant agrum albentem vesperi septimi anni ad protrudendum olerum stirpes in anno septimo; & non tantum hoc agunt, sed irrigant etiam agrum in anno septimo ad producendum olera in exitu anni septimi. מכרסין באורז *miscent oryzam*, facta mixtura ex aqua & pulvere qua eam conspergunt. אבל אין מכסחין *sed non amputant*, non succidunt folia oryzæ, idem quod זמר Hebraicè, vide Levit. 25: 3, 4. Decisio est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואם לאו *si vero non &c.*, quia fructus anni septimi non licet conservare, & seponere ad serendum inde alio tempore, uti ulterius exponetur. התמרות sunt dactyli & flosculi.

מרביצין בעפר לבן *conspergunt pulvere agrum albentem*, aquæ guttas spargunt super terram albam, nimirum in loco ubi habentur arbores ab aliis separatæ, ut decem sint in spatio sati; at quando una circa aliam fuerit plantata, omnes conveniunt, quod licet conspergere agros albentes, quia tum non est opus, aut cultura; & exponetur etiam quod fructus & proventus anni septimi interdicuntur ad colligendum & metendum eos ut solent in aliis facere annis; Exposuimus etiam in tractatu Kilaim quod vos כסוח notat *amputationem ramorum*. R. Schimeon dicit, id quod concedimus de mixtione orizæ in anno septimo, etiamsi id faciamus in annis aliis, licet; sed ne tibi videatur quod permittimus amputare folia oryzæ in anno septimo; sed vetitum est in septimo anno id facere, quemadmodum quod ad alias plantas & semina quorum non licet amputare folia; decisio non est juxta R. Eliéser filium Jacobi, sed juxta R. Schimeon qui vetat amputationem foliorum oryzæ.

GUISIUS.

1 *Conspergere.*] Aqua parcius irrorata. Sic apud Columellam ulmorum *seminaria conspergi potius quam rigari debent.* Hic autem lectionis varietas notatur in Talmude Hierosolymitano, interpositis his verbis, בשביעית אבל לא במועד, *conspergere licet anno septimo, non autem in festo, ex sententia* &c.

2 *Permadefacere &c.*] Ita Maimonides מכרסין hic confert cum Arabico مرس, *aqua maceravit.* Et certe constat oryzam nisi permadidam ægre crescere, & si crescat, segetem tamen nullam vel cassam ferre. Illi etiam כסח, quod alibi *succidere* ipsi sonat, & *supputare*, hic significat לתנקירה, *noxiis herbis purgare*, succidendo utique. Alii sumunt pro quadam ipsius oryzæ putatione, ut ita dicam, qua folia ejus superflua succisa detrahuntur. Sed hoc futile. Mihi aliud succurrit, quod an omnibus placiturum sit nescio, in medium afferre superfluum non existimo. Idem verbum Arabicum, sed in quinta voce تمرس, significat, arborem *interjectibus prærosit.* بياكلها وقتا بعد وقت, *eandem depastus est vice post vicem*, ut loquitur Zamachsharius. Hujus exemplum habemus in Sonaa, sive Mohammedanorum deuterosi, من اقتراب الساعة ان يتمرس الرجل بدينه كما يتمرس البعير بالشجرة *Signum est instantis mundi finis, quod quisque religionem suam tanquam arrodendo gradatim minuit, quo pacto camelus arborem subinde prærodendo minuit.* Ubi id apprime observandum, verbum illud eodem modo construi cum بـ, atque מכרסין in Misna cum ב. Jam eandem significationem Hebræo מרס attribuamus, verba Misnæ hunc sensum fundent. *Oryzam anno septimo data occasione subinde licet præcerpere; totam simul succidere non licet.*

3 *Addit R.*] Ita in plerisque editionibus, & MS. legitur, דברי ר' שמעון ר' שמעון אומר. Sed in Talmude Hierosolymitano, ut locus sic legi & distingui debeat. ——— *licet. Ita R. Simeon. Non autem &c.*

פרק ג מאימתי מוציאין זבלים לאשפתות משיפסקו עוברי עבירה (נ"א עובדי עבודה) דברי ר"מ רבי יהודה אומר משייבש המתוק רבי יוסי* אומר משיקשור :

Caput 3. A quo tempore stercus evehere licet in fimeta? Ex quo desitum est 1 agriculturam exerceri. Ita R. Meir. R. Juda dicit, 2 ex quo exaruerit succus. R. Joses, ex quo fatiscat.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתי מוציאים זבל לאשפתות *quandò evehunt stercus ad fimeta*, solent agricolæ evehere stercus ad certum locum campi, ibidemque magnum facere cumulum, usque dum stercus dispergant per agrum.

משיפסקו עוברי עבודה *quando cessant ab agricultura*, quando transgressores cessant à cultura agri in anno septimo; nam antequam transgressores cessaverint ab agricultura, interdictum est, ne dicant à transgressore quodam id esse factum, cum educit stercus ad stercorandum agros suos.

משיבש המתוק *quando aruerit dulce*, quando exaruerit succus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Res nota est quod cultura terræ prohibita est in anno septimo; & tempus stercorandi agros incurrit terræ culturam, propterea non licet in anno septimo evehere stercus, & facere fimeta extra civitatem, usque ad certum anni tempus. R. Meyr dicit, istud tempus esse quando cessat agricultura in anno septimo; quia ante illud tempus, si evehat stercus in agros, videbitur exercere agriculturam. R. Jehuda dicit, quod interdictum est evehere stercus, & facere fimeta in anno septimo, usque dum exaruerit succus, quod Arabicè dicitur חגל, quo in tempore non stercorant agros. R. Jose dicit, quando

cus stercoris, qui dat dulcedinem fructibus, משיקשר quando inceperit præ ariditate dehiscere, condensatur terra, & colligatur, & æqualia ferè sunt ejus verba. In Talmude Jerusolymitano exponunt, *quando exaruerit dulce*, de fissuris terræ in tempore pluviarum, quæ implentur aqua, & non exsiccantur nisi præterlapso tempore; & dicitur מתוק quia dicitur Job. 22: 23. כתקו לו רגבי נחל. do fatiscit, vel dehiscit terra præ defectu succi, qui vocatur מתוק *dulcis* per antiphrasin, quia amarum est, quo modo cæcus vocatur סגי נהור *multum videns*; decisio est juxta R. Jose.

GUISIUS.

1 *Agriculturam exerceri.*] Id est, cum jam contra rationem rei rusticæ est, stercora per agros dissipare. Sequor autem lectionem Talmudis Hierosolymitani, quam probari etiam à Jomtobo video. Alii pro עוברי עבודה habent שבוי עבירה, i. e. *ex quo desitum est à transgressoribus*. Ita MS. Maimonides &c. Quæ verba recte leguntur initio sequentis capitis, & inde videntur hic pro alteris substituta.

2 *Ex quo exaruerit succus.*] Facile hic fuit Judæorum interpretationes nugacissimas agnoscere. Rectam assequi non adeousque in promtu. In omnibus libris sic est משיבש המתוק ר' יוסי אומר משיקשור; vel משיקשר. In Talmude Hierosolymitano מתוק est פקועה. Maimonidi & aliis *colocynthis*, ita dicta per antiphrasin, si Dis placet. משיקשר est משיעשה קשרין קשרין, *ex quo nodis scateat*. Quibus id addit R. Ananias, מכיון שנתקשר בו קשר העליון מיד הוא יבש, *simulac superiore nodo nodatur, statim arescit*. Ita locus sic vertendus foret: *Ex quo exaruerit colocynthis. R. Joses, ex quo nodis scatrat*. Sed ridiculum plane est, quod מתוק *colocynthidem* exponunt, & quæ de nodis addunt, nescio an à quoquam intelligi possunt. Proinde R. Samson & ex eo Bertinorius מתוק hic accipiunt pro ipso lætamine, quod fructus ad maturitatem & dulcorem perducit; & משיקשר Bertinorius exponit sic, כשמתחיל להתיבש מתעבה ונעשה קשרים, *cum fimus incipit exarescere, concrescit, & quasi nodis scatet*. Sed nec verisimile est מתוק hic dici fimum, quod זבל hac ipsa Misna ante vocatur. Phrasis משיבש המתוק infra occurrit IX. 6. & id sonare videtur, quod posui, quod & huic loco bene congruit. R. Juda vult fimum anno septimo licite exportari cum jam exaruerit plane succus, sive fructuum, sive terræ, nec spes amplius existat eum quicquam hoc anno valere posse ad uberiorem proventum eliciendum. R. Joses non tamdiu expectandum jubet, sed exportari permittit משיקשור: quæ vox difficultatem parit, &, si quid video, mutanda est in משיקרוש i. e. ex quo succus fructuum, vel vis terræ prolifica, non penitus arefacta, sed congelata quasi & retusa spem omnem auctioris reditus præciderit.

ב עד כמה מזבלין עד שלש שלש אשפתות
לבית סאה של עשר עשר משפלות של לתך
לתך מוסיפין על המשפלות ואין מוסיפין על
האשפתות ר"ש אומר אף על האשפתות:

2. Quam crebra faciunt fimeta? ad usque terna per sati spatium, singula denum corbium semicoros capientium. Corbium numerum augere licet, non autem fimetorum. R. Simeon etiam fimetorum numerum augeri vult.

R. OB. DE BARTENORA.

משפלות *canistra*, sunt vasa vel corbes in quibus evehunt stercus, quodlibet canistrum continet unum semicorum, & semicorus continet onus quale fert asinus; & לתך *semicorus* continet quinque sata. מוסיפין על המשפלות *augent canistra*, deponunt in fimetis quot voluerint canistra. אין מוסיפין על האשפתות *non augent fimeta*, non plura quam tria facientes in spatio sati, ne videatur stercorare agrum suum. *R. Schimeon dicit, etiam augent fimeta*, augent, quia, etsi magnus habeatur in agro cumulus, non tamen propterea videbitur ac si velit stercorare; decisio non est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משפלות notat vasa in quibus evehere solent stercus. לתך est dimidia pars Cori, & diximus jam aliquoties quod Corus continet triginta sata, & quantitatem sati exposuimus in fine tractatus Pea; diximus etiam aliquoties spatium sati esse quinquaginta cubitos super quinquaginta cubitos.

מוסיפין על המשפלות *augent canistra*, sensus est, quod fimetum augent supra dena canistra. אין מוסיפין על האשפתות *non augent fimeta*, non deponunt plus in spatio sati quam tria fimeta; R. Schimeon concedit plures dari quidem quam tria in spatio sati; at non deciditur juxta sententiam ejus.

ג עושה אדם את שדהו שלש שלש אשפתות
לבית סאה יתר מכן מחציב דברי רבי שמעון
וחכמים אוסרין עד שיעמיק שלשה או עד
שיגביה שלשה עושה אדם את זבלו אוצר ר"מ
אוסר עד שיעמיק שלשה או עד שיגביה שלשה
היה לו דבר מועט מוסיף עליו והולך רבי אלעזר
בן עזריה אוסר עד שיעמיק שלשה או עד שיגביה
שלשה או עד שיתן על הסלע:

3. Cuilibet licet terna disponere fimeta per agrum suum pro singulis agri satis. 1 Plura etiam licet ex sententia R. Simeonis. Sed Sapientes vetant, nisi loco tres *palmos* alte cavato, vel tres sursum levato. Fimum in promtuarium congerere licet. R. Meir vetat, nisi loco tres *palmos* alte depresso, vel tres sursum levato. Si cui suppetat parum quid, subinde adaugere licet. R. Eleazar Azariæ filius vetat, nisi loco tres *palmos* alte depresso, vel tres sursum levato, vel nisi super petram reponat.

R. OB. DE BARTENORA.

יותר מכאן *si plura*, si plura quam tria fimeta. מותר *licet*, hæc sunt verba R. Schimeonis quæ dixit in principio; jam vero R. Schimeon indicare vult quod concedit, etsi non sint decem canistra, at ea conditione ne minora sint quam tria, etiamsi exigua sit quantitas stercoris in fimeto, unde intelligere licet quod R. Schimeon concedit, si auxerit quis fimeta, quod apparet ac si stercoret agrum suum, non tamen videri eum stercorare agrum quamdiu non spargit.

עד שיעמיק שלשה *donec effoderit tres palmos*, nempe locum fimeti, aut si elevaverit eum tres palmos supra reliquam campi

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שיעמיק שלשה *donec effoderit tres palmos*, sensus est, quando plura quam tria fuerint fimeta; spatium sati non est permissum, nisi effoderit locum fimeti, aut elevaverit, ut inde ostendat quod intentio ejus non est stercorare agrum, sed colligere stercus.

היה לו דבר מועט *si fuerit ipsi quantitas exigua*, quando in agro suo fuerit parum stercoris in anno septimo, licet ipsi subindè augere usque dum stercoris collectanea facta fuerint in fimetum; sed R. Eleazar filius Azariæ hoc non permittit, ne is qui accesserit dicat intentionem ejus esse stercorare agrum;

 &

campi partem, ut appareat eum id facere ad colligendum stercus in locum unum, & non stercorare agrum.

עושה אדם את זבלו אוצר *quilibet faciat stercus suum in promptuarium*, nimirum tria illa fimeta triginta corbium potest facere in unum fimetum, & augere quantum voluerit; & idem R. Eleazar fil. Azariæ injungit, ut decem faciat corbes simul, ut unicuique constet eum facere fimetum; at decisio non est juxta R. Meyr, nec juxta R. Eleazar filium Azariæ, sed juxta Sapientes.

quia non dicimus, quod, uti non licet plura quam tria facere fimeta in spatio sati, sic etiam non licet plura quam tria facere fimeta in loco uno. *R. Meyr vetat*, In Talmude Jerusolymitano demonstratur, quod, si plura sint quam tria, interdicta sunt per R. Meyr; at si quantitas fuerit conformis, si in tribus locis licet, quanto magis in uno loco; & decisio non est juxta R. Meyr. *R. Eleazar filius Azariæ vetat*, quia fieri potest ut ipsi non sit plus stercoris, & videatur ac si velit stercorare agrum, nisi decem canistra evehat simul, aut nisi effoderit tres cubitos, aut etiam elevaverit tres cubitos sursum, quia si locus ille differt ab aliis locis campi, non videbitur velle stercorare agrum; sic etiam si deposuerit stercus supra petram quæ non est apta ut conseratur.

GUISIUS. *Plura etiam licet.*] Lego יתר מכן מותר, ut Jomtobus. Vel simpliciter יתר מיכן ut in MS. Illud enim מחציב, quod in nonnullis cernitur editionibus, ab hoc loco alienum videtur.

ד המדייר את שדהו עושה סהר לבית סאתים עוקר שלש רוחות ומניח את האמצעית נמצא מדייר בית ארבעת סאין רבן שמעון בן גמליאל אומר בית שמונה סאין היתה כל שדהו בית ארבעת סאין משייר כמנה מקצת מפני מראית העין ומוציא מן הסהר ונותן לתוך שדהו כדרך המזבלין:

4. Qui pecus in agro stabulat, is facere potest caulam per spatium duorum satorum: revulsis dein tribus lateribus, 1 medium relinquere. Ita reperietur per quatuor satorum spatium stabulasse. Rabban Simeon Gamalielis filius dicit, per octo satorum spatium. Si totus ager quatuor exæquet sata, partem aliquam relinquere oportet propter externam speciem. Exportatum autem in agro ponere licet ut solent stercorantes.

R. OB. DE BARTENORA.

המדייר *qui caulificat*, qui habitaculum conficit ovibus, aut aliis campi bestiis, à דיר *habitaculum*, vel *caula ovium*, ut non sit ipsi alius præter hunc locus, quem destinat bestiis suis, neque intentio ejus sit eo modo stercorare agrum, sed stercus colligere & ferre ad fimetum. סהר notat sepimentum caulæ ovium, sive maceriem.

עוקר שלש רוחות *evellit duo latera*, quando caulam impleverint stercore, evellet à caula tria latera quæ elevabit ad latus unum medium, & faciet ibi etiam caulam per spatium duorum satorum, fimeta vero faciet in campo suo, tria fimeta in spatio sati, uti diximus.

נמצא מדייר בית ארבע סאים *reperietur fecisse caulam per spatium quatuor satorum*, duo sata de una parte parietis media, & duo sata de alia parte; docet enim hæc Mischna quod licet caulam conficere per spatium quatuor satorum, antequam faciat ex ea fimeta, at non majoris spatii, ne dicant intentionem ejus esse stercorare agrum.

מפני מראית העין *propter externum visum*, ne videatur intentionem ejus esse stercorare agrum, quando totam confecerit caulam. כדרך המזבלין *ut solent stercorantes*, nimirum tria fimeta in quolibet sati spatio; decisio non est juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המדייר את שדהו *qui caulam facit in agro*, ad stercorandum deinde agrum suum. סהר notat ovium caulam undiquaque macerie septam; dicit ergo si quis voluerit facere caulam in agro in anno septimo, faciet maceriem duorum satorum & colliget intra illud spatium oves, ut conjungantur stercora, & quando stercus in magna fuerit copia, removebit tres parietes, relinquens quartum, & convertet illos tres parietes à posteriori parte loci ad partem aliam; sic etiam si fecerit caulam per spatium duorum satorum ab altera parte, comperietur eum fecisse caulam quatuor satorum, & unus paries ex quatuor caulæ parietibus adjunctæ erit intra primam caulam continentem duo sata, & intra secundam caulam quæ facta est ab altera parte, sive medio latere dicente Mischna; Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, quod, quando fecerit caulam duorum satorum, uti ipsi licet facere secundam caulam ab altera parte vel latere, sic etiam ipsi licet facere caulam à quolibet latere ex lateribus primæ caulæ, eritque spatium octo satorum, excepta caula prima; primus vero doctor dicit, quod, si totus campus conficiat spatium quatuor satorum, non licet ipsi facere caulam per spatium duorum satorum, & alteram ad latus ejus, ut totus impleatur ager stercore, & videatur stercorare in anno septimo, sufficiet autem ipsi evehere stercus è caula, & conficere inde fimeta, eo quo diximus modo, si quis faciat fimeta, quod ad numerum & quantitatem; decisio non est juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

GUISIUS. 1 *Medium.*] Inter caulam veterem dirutam & novam altrinsecus deinceps ponendam.

ה לא יפתח אדם מחצב בתחלה לתוך שדהו עד שיהיו בו שלש מורביות שהם שלש על שלש על רום שלשה שיעורן עשרים ושבעה אבנים:

5. Non aperiet quisquam lapicidinam in agro suo de novo, nisi inibi sint tres 1 strues, singulæ cubicæ *cubitorum* trium, ut ita capiant saxa viginti novem.

R. OB. DE BARTENORA.

מחצב est locus in campo unde exscindunt lapides ad ædificia struenda, si petra pulvere fuerit tecta ut non videatur, non aperiunt eam in anni septimi principio; quia quicunque eam viderit dicet, quod id facit ut prosit agro suo, & seminet in eo, & non, ut exscindat lapides pro ædificiis.

עד שיהיו בו שלש מורביות *nisi in eo fuerint tres lapidum acervi*, nempe si fuerint aperti ex illa lapidicina ante annum septimum tres lapidum acervi, unaquæque linea comprehendens tres cubitos in longitudine, & tres cubitos in latitudine, & tres cubitos in altitudine, quando inveniuntur novem lapides, & quilibet lapis continet cubitum super unum cubitum in longitudine trium cubitorum; sic etiam in qualibet linea, ut sint viginti septem lapides in tribus lineis; & inde constabit quod lapides exscindit è lapidicina ad exstruenda ædificia, non autem ut prosit campo suo, & eum in meliorem redigat statum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מחצב est locus in campo in quo incidunt lapides; quia conducit agro quando petram vel lapidem ex eo tollit. שלש מורביות *tres lapidum acervi*, si inceperit incidere lapides ante annum septimum, & exsciderit ex illa petra viginti septem lapides, licet ipsi exscindere de ea in anno septimo; at omne id fiat sine intentione ut prosit agro suo, at si hæc fuerit intentio ejus, interdictum est.

GUISIUS.

1 *Strues.*] Vox מורביות, quam hic agnoſcunt editiones plane omnes, MS., vetus Toſaphta, & commentatores, alibi ſignificat arborum longiores ramos, ut Suc. IV. 5. Tam. II. 3. quæ ſignificatio locum hic habere nequit. Vox autem alia ſignificatione, quod ſciam, præterquam in hoc loco, nullibi occurrit. Hic autem vel ex ipſa Miſna clarum eſt, lapidum ordinatam ſtruem ea deſignari. Proinde non vereor pro מורביות, inveterato mendo, hic reponere מרבגות, vel מרבגים, quo ſenſu מרבג של אבנים olim legebatur Ohol. III. 7. teſte R. Nathane; ubi hodierni codices vel מרבך habent, vel מרבך; & in Gemara Suc. 20. *b.* ubi eadem Miſna citatur; & Shab. 125. *b.* ubi ad eandem digitus intenditur. Hodierni codices מרבך, & נרבך, perperam. Legendum מרבך, vel מרבג, ut ego malim, propter autoritatem loci è Siphra R. Nathani laudati.

ו גדר שיש בו י׳ אבנים של משאוי שנים שנים הרי אלו ינטלו שיעור גדר עשרה טפחים פחות מכאן מחצב וגוממו עד פחות מהארץ טפח. בד״א מתוך שלו אבל מתוך של חבירו מה שהוא רוצה יטול בד״א בזמן שלא התחיל בו מערב שביעית אבל אם התחיל בו מערב שביעית מה שהוא רוצה נוטל:

6. Si in maceria dena ſint ſaxa, quæ ſingula duobus hominibus oneri eſſe poſſunt, licite eximuntur. Menſura maceriæ denum palmorum eſt. Si ea minor ſit, ut lapicidina habetur, & infra altitudinem palmarem à ſolo exſcindere licet. Quomodo intelligenda ſunt iſta? De fundo ſuo. Verum de alieno, quicquid libet, licet eximere. Quomodo intelligenda ſunt iſta? Quum nondum id fieri occeptum eſt anno ante ſeptimum. Sin fieri occeptum ſit anno ante ſeptimum, quicquid libet, licite eximitur.

R. OB. DE BARTENORA.

משאוי שנים שנים *oneri binis hominibus*, ita ut in unoquoque lapide contineatur onus pro binis hominibus. הרי אלו ינטלו *tum illos eximant*, nempe omnes lapides, etiam minores qui in maceria fuerint, ne videatur propter maceriem feciſſe illum campi locum. פחות מכאן *ſin minus*, ſi non decem contineat palmos, totam tollet maceriem, niſi exſciderit eam & reliquerit aliquid ex macerie, altitudinem palmi ſuper terram continens, ne apta inveniatur ad culturam. במה דברים אמורים *de quo dicta ſunt hæc verba*, hæc dicta ſunt ne aperiat lapidicinam, illa vero, ne exſcindat. מה שהוא רוצה יטול *quicquid voluerit tollat*, ne appareat ac ſi agro prodeſſe velit, quando non eſt ſuus, neque etiam ſuo videatur prodeſſe, ſi inceperit eximere lapides veſperi ſive anno ante ſeptimum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando altitudo maceriæ non comprehenderit decem palmos, non licet eam ex fundamentis ſuis eradicare, ſed eximat ex ea lapides, relinquens minus quam cubitum ſuper terræ ſuperficiem; & hoc fit, ne campum in meliorem redigat ſtatum, relinquens lapides in ſuperficie campi; ulterius clara ſatis hæc eſt Miſchna.

ז אבנים שזעזען המחרישה או שהיו מכוסות ונתגלו אם יש בהם שתים של משאוי שנים הרי אלו ינטלו המסקל את שדהו נוטל את העליונות ומניח את הנוגעות בארץ וכן גרגר של צרורות או גל של אבנים נוטל את העליונות ומניח את הנוגעות בארץ אם יש תחתיהן סלע או קש הרי אלו ינטלו:

7. Saxa, quæ disjecerit aratrum, vel quæ adobruta reteguntur, ſi inter ea duo ſint, quæ ſingula duobus hominibus oneri eſſe poſſunt, ſummovere licet. Is, qui agrum lapidibus purgat, ſuperioribus ſublatis, relinquere eos debet, qui humo contigui ſunt. Pariter de ſcruporum 1 grumo, vel lapidum acervo, ſuperioribus ſublatis, relinquendi ſunt illi qui humum contingunt. Si ſubſit petra, vel ſtipula, & illi licite tolluntur.

R. OB. DE BARTENORA.

שזעזען המחרישה *quos dimoverit aratrum*, etiamſi eos non dimoverit aratrum, ſed dimovere poſſit, habetur ac ſi dimoverit. הרי אלו ינטלו *hi tollantur*, omnes illi una cum duobus qui binis hominibus poſſunt eſſe oneri.

ומניח את הנוגעות בארץ *& relinquit terræ contiguos*, quia eo modo non videtur agrum in meliorem redigere ſtatum. אם יש תחתיהן סלע או קש *ſi ſubſit petra aut palea*, non videtur colere agrum, quia locus non eſt aptus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixerunt in Gemara, ejus, quod dicitur שזעזען המחרישה *quos dimoverit aratrum*, ſenſum eſſe, ſi lapides iſtiuſmodi fuerint ut eos aratrum dimovere poſſit, etiamſi non dimoverit eos. גרגר של צרורות *cumulus lapillorum*, hæc ſunt clara eo quo diximus fundamento, nempe quod interdictum eſt ipſi agrum in meliorem redigere ſtatum.

GUISIUS: 1 *Grumo.*] In editis perperam habetur גרגר, quæ vox ſcruporum vel ejuſmodi rerum collectionem ſignificare nullo modo poteſt; quanquam id adſtruere laborant interpretes. Sed in MS. & Maimonide, uti etiam in Tanchumi Lexico habetur גרגש, quod genuinum duco. Ita etiam Maimonide, Hal. Shemit. II.

ח אין בונין מדרגות ע״פ הגאיות ערב שביעית משפסקו הגשמים מפני שהוא מתקנן לשביעית אבל בונה הוא בשביעית משפסקו גשמים לפני שהוא מתקנן למוצאי שביעי׳ ולא יסמוך (נ״א יסבוך) בעפר אבל עושה הוא חייץ כל אבן שהוא יכול לפשוט את ידו וליטלה הרי זו תנטל:

8. 1 Stagna aggeribus circummunire anno ante ſeptimum poſtquam jam pluere deſitum eſt, non licet, quia hoc eſt illa in annum ſeptimum curare. Ipſo autem anno ſeptimo poſtquam jam deſitum eſt pluere, licet, quia hoc eſt illa curare in exitum anni ſeptimi. Neque vero ex 2 aggeſta terra id fieri debet, ſed 3 opere cæmentitio: & quicunque lapis exporrecta manu capi poteſt, eum ſumere licet.

R. OB. DE BARTENORA.

אין בונין מדרגות על פי הנאיות *non ædificant aggeres ad oram ſtagnorum*, ne labantur quando deſcendunt ad hauriendum aquam quæ colligitur in profunditate iſtiuſmodi ſtagnorum, quia eo modo videtur irrigare campum ſuum in anno ſeptimo. לא יסמוך בעפר *non adjunget pulverem*, ſi locum voluerit occludere ab exitum aquæ lapidibus, non immittet pulverem, nec lutum inter lapides illos, quia videtur ac ſi vellet irrigare agrum ſuum.

אבל הוא שועה חייץ *ſed ædificat murum*, nimirum lapides, unum ſuper alium ordinatos inſtar parietis, ſine terra, & ſine luto. *Omnis lapis &c.*, qui inventus fuerit in campo, etiam minimus, quando ædificaverit murum, aut aliam ſtructuram, extendere poterit manum ſuam & capere lapides, iiſque ædificare, quia murus vel ſtructura innuit quod cepit eos ad perficiendum murum, & non ad agrum ſuum præparandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מדרגות & נאיות nota ſunt, quando autem ædificaverit ad ſtagna aggeres quoſdam, eoſque perfecerit. לא יסמוך בעפר *non adjungit pulverem*, id eſt, non apportat terram ad ſtagna, ut ſuperficiem reddat æqualem. חייץ eſt *murus*, vel *maceries*, qui conficitur ad ſeparandum ſtagnum à campo; lapides vero qui inventi fuerint circa illud ſtagnum, ſi eos manu exporrecta capere poſſit, licet ut capiat; at eos, quos non poterit capere niſi deſcendat in ſtagnum, non licet ſumere; quia, ſi quis eum videt deſcendentem in ſtagnum, dicet intentionem ejus eſſe ut curet campum.

GUISIUS.

1 *Stagna aggeribus &c.*] Longe aliter hunc locum commentatores, quorum autoritatem jamdiu rectæ rationi poſtponere didici. Senſus loci, quem dedimus, Abrahami Davidis filii eſt, viri ſane acutiſſimi, in Animadverſionibus ad Maim. Hal. Shemit. II. Juxta alios locus ita fere vertendus foret: *Gradus ad ſtagna ducentes extruere* &c. Mox. *Nec vero luto implicare*, vel *obſtruere licet*. Scilicet, ne effluat aqua, vel per fundum, vel per latera. *Sepimentum tamen licite fit: & quicunque* &c. Sed מדרגה non ſolum gradus eſt. Pro aggere jam ſupra habuimus Chil. VI. 2. Quem vocis ſenſum ſi hic admittamus, cætera, quæ interpretum vulgo crucem figunt, perſpicua ſunt.

2 *Aggeſta.*] Varie legitur יסמוך, & יסכוך. R. Abraham etiam יצבור ſe reperiſſe in quodam codice teſtatur. Ad ſenſum non multum attinet utrum eligas. יסמוך habetur in editis pleriſque, & in MS.

3 *Opere cæmentitio.*] Codices tam editi, quam MS., חין, vel חיין, quæ vox *paries* exponitur Ezech. XIII. 10. Ita R. David Kimchius, adducens hunc Miſnæ locum. Ita etiam legunt Interpretes. Maimonides autem, & ad eum R. Abraham loco mox laudato, חייץ.

ט אבני כתף באות מכל מקום והקבלן מביא מ"מ ואלו הם אבני כתף כל שאינה יכולה ליהנטל באחת יד דברי ר"מ ר' יוסי אומ' אבני כתף כשמן כל שהן נטלות שתים שלש על הכתף:

9. 1 Scapulares lapides undecunque afferuntur. 2 Redemtor etiam undecunque afferre poteſt. Iſti autem dicuntur ſcapulares lapides, qui ſinguli una manu tolli nequeunt. Ita R. Meir. At R. Joſes ſcapulares lapides juxta nominis ſignificationem eos dici contendit, qui bini vel terni ſuper humerum tolluntur.

R. OB. DE BARTENORA.

מביא מכל מקום *adfert ex omni loco*, etiam ex agro ſuo, quia conſtat eum quærere lapides pro ædificio, non vero ad præparandum agrum ſuum. הקבלן notat eum qui agrum pro cultura recipit, & is adferat lapides ex omni loco, etiam ex illo quem recepit campo, etſi ſint lapilli, quia campus ille non habetur *ſuus*; eſt qui vocem הקבלן exponit *fabrum* qui ſub certa conditione in ſe recipit ædificare aliquod ædificium, cujus unica eſt intentio colligere lapides, idcirco eos ex omni adfert loco, etiam ex campo ſuo. *R. Joſe dicit &c.*, & deciſio eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixi jam in præcedentibus haſce cauſas eſſe intelligendas de agro *ſuo*, at ſi lapides fuerint in fundo proximi, cum tum poſſe tollere quicquid voluerit; ſed loquitur jam de הקבלן *conductore*, qui eſt is qui agrum recipit pro cultura, cujus jus ſe habet ut jus ejus qui adfert lapides ex agro proximi ſui, qui adfert ex omni loco; & cujuſcunque quantitatis eos invenerit; deciſio eſt juxta R. Joſe.

GUISIUS. 1 *Scapulares lapides.*] Λίθοι ἐπωμάδιοι. 2 *Redemtor.*] Operis faciundi. Non agri jure partiario, ut vult Maimonides, & ex eo alii.

י הבונה גדר בינו ובין רשות הרבים מותר להעמיק עד הסלע מה יעשה בעפר צוברו ברשות הרבים וכתקנו דברי רבי יהושע ר"ע אומר כדרך שאין מקלקלין ברשות הרבים כך לא יתקנו מה יעשה בעפר צוברו בתוך שדהו כדרך המזבלין וכן החופר בור ושיח ומערה:

10. Qui extruit maceriam inter ſe & locum publicum, is ſolum licite excavare poteſt ad petram uſque. Quid fiet de regeſto? Exacervari poteſt in loco publico 1 in ejuſdem emolumentum. Ita R. Joſua. R. Akiba exiſtimat, uti in damnum non licet, ita nec in emolumentum id licere. Quid ergo fiet de regeſto? In agro ſuo exacervabit more ſtercorantium. Ita etiam is, qui ciſternam, foveam, vel ſpeluncam fodit.

R. OB. DE BARTENORA.

שיעמיק עד הסלע *ad excavandum ad petram uſque*, nam non putamus fieri poſſe ut quis murum non excavet, eumque non conſerat, quia non ſolent ſerere in loco qui conjunctus eſt cum juriſdictione publica; ſed ſi murus extructus eſt inter ſuum, & locum proximi, putamus quod forſan eum excavat, & conſerit, quod interdictum eſt. צוברו ברשות הרבים *coacervat*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מתקנו *adaptat*, R. Akiba vetat, ne quis legitimè diſponat, & adaptet id quod eſt in poteſtate publica, vel etiam perdat; quandoquidem ſi adaptet, & lapides removeat, neceſſe eſt ut projiciat eos in locum alium; unde fiet ut damnum inferat; niſi collegerit lapides è campo, & ſic removerit damnum, projiciens in mare eos quos collegerit lapides, aut in fimetum ſuum,

cervat in loco jurisdictionis publicæ, at postea tollat pulverem, & adaptet locum jurisdictionis publicæ, uti antea erat.

suum, eo sensu in Gemara exponunt; decisio est juxta R. Akibam.

כדרך שאין מקלקלין ברשות הרבים וגו' *uti non perdunt id quod in jurisdictione publica &c.*, sensus est, non tantum interdictum esse coacervare pulverem in jurisdictione publica etsi postea cum removeat, quia tum infert damnum; sed etiam interdictum esse adaptare ac reparare, ut, si lapides aut pulvis sparsi fuerint in loco jurisdictionis publicæ, non liceat coacervare eos in locum unum, sed removere eos omni modo; & hoc est quod dicit, uti non perdunt locum sub jurisdictione publica coacervando pulverem, etsi intentio ejus sit statim removere eum; sic etiam non reparant coacervando lapides qui fuerint dispersi, ponendo eos in lateribus jurisdictionis publicæ quod ad exiguum temporis spatium, sed removent eos statim ex omni jurisdictione publica, projiciendo eos in mare, aut in rivum. מה יעשה בעפר *quid faciet cum pulvere?* secundum sententiam R. Akibæ. כדרך המזבלין *more stercorantium*, nimirum, tria fimeta in spatio sati. וכן החופר בור *sic etiam qui effodit cisternam*, in reliquorum annorum temporibus, discrepant R. Jehoschua, & R. Akiba; juxta R. Jehoschuam coacervare licet lapides, aut pulverem in loco jurisdictionis publicæ, at ea conditione, ut postea eos removeat, & locum illum restituat eo in quo fuit statu; sed juxta R. Akibam interdictum, id est, etiamsi ejus intentio fuerit omnia restituere in eo quo antea fuit statu, sed in suæ jurisdictionis loco coacervare licet; decisio est juxta R. Akibam.

GUISIUS. 1 *In ejusdem emolumentum.*] Ut ei prosit lætaminis vice usurpatum. Aliter & hic Interpretes. Bertinorius. צוברו ברשות הרבים ואחר כך נוטלו משם ומתקן את רשות הרבים כמו שהיה *Exacervare potest in loco publico; sed postea in eo sublato locum publicum in pristinum statum restaurabit.* Frigidissime. Cæterorum tamen mentem loquitur. Sed תקן non solummodo *restaurare* & *reficere* denotat, sed & *meliorare*.

פרק ד בראשונה היו אומרים מלקט אדם עצים ואבנים ועשבים מתוך שלו כדרך שהוא מלקט מתוך של חבירו את הגס הגס משרבו עוברי עבירה התקינו שיהא זה מלקט מתוך של זה וזה מלקט מתוך של זה שלא בטובה ואין צריך לומר שיקצץ להם מזונות :

Caput 4. Antiquitus dicere solebant; Ligna, lapides, herbas è fundo suo legere licet, non aliter quam ex alieno, nempe crassiora quæque. Postquam autem crebriores facti sunt legis violatores sancitum est, ut quilibet ex alius fundo legeret, & ille ex alterius, absque omni gratiæ retributione. Nec opus est addere, ut ne conveniret de præstandis cibariis.

R. OB. DE BARTENORA.

בראשונה כדרך שהוא מלקט מחבירו את הגס הגס · *in principio faciebant ut is qui colligit ex agro proximi sui, crassissima quæque*, ita exponitur in Talmude Jerusolymitano; in principio dicebant, colligit homo ex agro suo crassissima quæque, uti colligit ex alieno à minori ad maximum; & etiamsi ligna & herbas è campo colligens præparet campum, ut conseri possit; nihilominus dicimus eum indigere iis ad ligna, non vero ad præparationem agri, uti dicimus de eo qui colligit ex agro alieno à minori ad maximum, quia nemo id facit ad præparandum agrum alienum, & propterea manifestum est eum indigere lignis illis.

משרבו עוברי עבירה *quando multiplicati sunt transgressores*, qui ex agro suo colligebant tam parva quam magna ligna, dicentes, *nos colligimus tantum magna.* שלא בטובה *sine retributione*, quia, si proximus ipsi retribuat, sine dubio non veniet ad colligendum minora, quia proximus non retribuit ipsi propter ea. ואין צריך שיקצץ להם מזונות *non est necesse ut paciscatur cum iis de cibariis*, dicens, *collige tu de campo meo, & dabo tibi cibaria*, quod est interdictum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הגס הגס *crassissima quæque*, exposuimus hoc jam aliquoties; hujus vero Mischnæ expositio ita se habet; in principio dicunt, colligebat homo ligna, lapides, & herbas ex fundo suo, etiam crassissima quæque, uti colligebat ex fundo alieno, tam minora quam majora, uti diximus, quia cum sunt proximi, non peccatur in iis; at quando multiplicati sunt transgressores qui evacuarunt agros, dicentes, nos removemus herbas & lapides grandiores, interdixerunt ne quisquam ex agro suo colligeret à minori ad majus, sed ut colligeret ex campo proximi sui.

שלא בטובה *sine retributione*, sine mutuo inter eos pacto, ut, si dicat proximo suo, *tu colliges è campo meo, ego vero de tuo*, aut, *ego faciam hoc & illud, tu vero mihi retribues*, & ejus generis alia; id intelligitur per id quod dicit בטובה; & hoc necessarium est ut memoriæ mandes, ut non opus sit id ipsum repetere. אין צריך שיקצץ להם מזונות *non est necesse ut paciscatur cum iis de victu*, nimirum, si dixerit ipsi, *collige tu ex meo fundo, & dabo tibi cibaria.*

ב שדה שנתקוצה תזרע במוצאי שביעית שנטייבה או שנדיירה לא תזרע במוצאי שביעית שדה שנטייבה ב"ש אומרים אין אוכלין פירותיה בשביעית וב"ה אומרים אוכלין ב"ש אומרים אין אוכלין פירות שביעית בטובה וב"ה אומרים אוכלין בטובה ושלא בטובה רבי יהודה אומר חלוף הדברים זו מקולי ב"ש ומחומרי ב"ה :

2. Ager sentibus liberatus recte seritur in exitu anni septimi. 1 Excultus, vel stabulatione lætatus in exitu anni septimi non seretur. Agri exculti fruges anno septimo non recte comedi existimant Sammæani. Hillelæi recte comedi arbitrantur. Sammæani fruges anni septimi cum gratiæ retributione comedendas negant. Hillelæis comedendas placet cum gratiæ retributione; & sine gratiæ retributione. R. Juda 2 conversam hujus sententiæ inter eas numerat, ubi leviorem Sammæani, Hillelæi graviorem tuentur partem.

R. OB. DE BARTENORA.

שנתקוצה *qui à spinis purgatus est*, nempe in anno septimo. שנטייבה *qui bene aratus est*, qui aratus est bis, cum quisque solet arare semel; loquitur hæc Mischna de temporibus periculosis, in quibus regnum est redactum sub onere tributorum quæ de fundo solvenda erant, quamobrem permiserunt in anno septimo etiam arare, ut regi solverent tributa quæ

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נתקוצה derivatur hoc verbum à קוצים *spinæ*, significat ergo removere spinas è campo. נטייבה *si bene exaratus*, vel aratro benè conversus fuerit. נדיירה *si bene stercoratus*, derivatur à דיר *caula ovium*, notat ergo stabulum in quo oves, & jumenta congregantur, & in quo dormiunt quando revertuntur à pascuo. בטובה *cum retributione*, hanc

quæ agris erant imposita, si vero bis araverit, mulctam ipsi imposuerunt Sapientes, quia unam vicem tantum & non duas permiserunt. שנדיירה *stercoratus*, si confecerint in agro illo caulas pro jumento, uti dictum est capite præcedenti, sed non fecerint ex ea fimetum, sed reliquerint stercus in caula ad stercorandum agrum. לא תזרע במוצאי שביעית *non feret eum in exitu septimi*, quia eum qui severit in anno septimo majori afficimus pœna, quam eum qui agrum à spinis purgaverit. אסור בטובה *interdictum est* comedere *cum retributione*, ne retribuat possessoribus, quia Deus qui est misericors eos fructus fecit communes. חלוף הדברים *contrarietas verborum*, nam Schola Schamai allevat quod Hillel aggravat; decisio non est juxta R. Jehudam.

hanc vocem explicuimus Mischna præcedenti de pacto mercedis; decisio non est juxta R. Jehudam.

GUISIUS. 1 *Excultus.*] Iteratus, si Judæis interpretibus fides. Sed illi nugas agunt. Intellige excultum in anno septimo, cum omnis agricolatio vetita. 2 *Conversam hujus.*] Occurrit Edai. V. 1.

ג חוכרין נירין מן העכ"ום בשביעית אבל לא מישראל ומחזיקים ידי עכ"ום בשביעית אבל לא ידי ישראל ושואלין בשלומן מפני דרכי שלום :

3. Novalia ab gentilibus pensione conducere licet anno septimo, non autem ab Israelita. Gentilibus 1 opitulari licet anno septimo, non autem Israelitæ. Iisdemque salutem dicere pacis tuendæ causa.

R. OB. DE BARTENORA.

חוכרין נירין *conducunt novalia*, Israelita tot vel tot per annum Coris ab ethnico recipere potest agrum, quem aravit in anno septimo, ad conserendum eum in exitu anni septimi, etiamsi gentili fuerit auctor ut eum exaret in anno septimo. מחזיקים ידי גוים *opem ferunt gentilibus*, si eum invenerit arantem dicat ipsi, *Deus tecum*, & ejus generis alia. שואלין בשלומן *salutem dicunt*, etiam in diebus festis gentilem salutare licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נירין *novalia*, est terra aratro subacta, & eam non licet conducere ab Israelita ad conserendam eam in exitu anni septimi; & hoc propter mulctam de eo impositam, eo quod ararunt in anno septimo. מחזיקים ידי גוים *opem ferunt gentilibus*, supple verbo & voce, at non opera & labore, nimirum, si Israelita viderit gentilem colentem agrum in anno septimo, dicat ipsi, *Deus tecum*, & ejus generis alia. שאלין בשלומן *salutant nomine pacis*, etiam in diebus festis non intermittet.

GUISIUS. 1 *Opitulari.*] Dum agricolationi student. Opitulari autem, non opere faciundo, sed tantummodo bene apprecando, volunt Judæi Interpretes. Acuti homines! Vide II. Joh. 10. 11.

ד המדל בזיתים ב"ש אומרים יגום וב"ה אומרים ישרש ומודים במחליק עד שיגום אי זה הוא המדל אחד או ב' המחליק ג' זה בצד זה במה דברים אמורי' מתוך שלו אבל מתוך של חבירו אף המחליק ישרש:

4. Qui oleas disrarat, eum Sammæani succidere volunt; Hillelæi radicitus evellere. Consentiunt de eo qui deglabrat, succidere debere. Quis est ille qui disrarat? Qui unam, vel binas. Qui deglabrat? Qui tres continuas sustollit. Quomodo intelligenda sunt ista? Nempe si quis de suo. Sin vero de alieno fundo, etiam is qui deglabrat, radicitus evellere potest.

R. OB. DE BARTENORA.

המדל בזיתים *qui attenuat olivas*, quando olivæ se proximè contigerint, removent unam, & relinquunt duas, aut removent duas, & relinquunt unam, ut eo magis crescant; מדל notat *removere*, at sunt qui exponunt *attenuare*, ut, si agrum suum attenuat ab olivetis. יגום *succidet*, succidet arborem, relinquens in terra radicem, & non penitus extirpabit, ne videatur colere terram.

מודים במחליק *conveniunt de eo qui deglabrat*, ut etiam extirpet, si removeat tres olivas, unam ad latus alterius, ut superficiem terræ magis deglabret, tum dicent eum id facere ea intentione ut campum excolat, quod interdictum est. מתוך של חבירו אף המחליק ישרש *ex agro alieno is qui deglabrat etiam extirpet*, quia nemo solet in ordinem redigere campum alienum, & constat eum id facere lignorum causa.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

Exposuimus jam מדל esse eum qui attenuat, & excidit ut reliquæ plantæ eo magis dilatentur ac leventur: המדל בזיתים *qui attenuat olivas*, qui succidit eas ut ligna comburantur; Schamai vero dicit, etiam si extirpaverit unam aut duas radices, nihilominus ipsi interdictum est extirpare radices earum ex terra, ne in ordinem redigat terram; & hoc innuitur per יגום nempe ut succidat super terræ superficiem, relinquens radices in terra. Hillel vero permittit extirpare radices, &, si extirpaverit tres arbores in una linea, ipsi interdictum esse earum extirpare radices, quia spatium est magnum, & accommodatum ut possit conseri, & censetur ac si extirpasset arbores ad faciendum agrum albentem, & istiusmodi actiones omnes designant culturam.

ה המבקיע בזית לא יחפהו בעפר אבל מכסה הוא באבנים או בקש הקוצץ קורות שקמה לא יחפהו בעפר אבל מכסה הוא באבנים או בקש אין קוצצין בתולת שקמה בשביעית מפני שהיא עבודה רבי יהודה אומר כדרכה אסור אלא או מגביה עשרה טפחים או גומם מעל הארץ:

5. 1 Qui oleam radicitus effoderit, is locum humo ne obducat; verum lapidibus, vel stipula contegat. Qui stipites sycomori exsciderit, is locum humo ne obducat; verum lapidibus, vel stipula contegat. Non licet virginem sycomorum detruncare anno septimo, quia cultus est. R. Juda usitato more vetat: permittit autem vel supra denos palmos, vel succidere juxta terram.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יחפהו *non teget*, id quod fissum est, non teget pulvere, quia eo modo videtur colere agrum, quoniam pulvis fit lutum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המבקיע בזית *qui fiderit olivam*, qui fiderit arbores, & stipites olivarum, ut ex iis capiat ligna, non teget eas terra, quia id est agricultura. בתולת

lutum quo benefacit arbori. באבנים ובקש *lapidibus*, *& palea*, quia ſe res habet ac ſi velit conſervare illud lignum ne exareſcat. בתולת שקמה *virginem Sycomorum*, dicitur ita ſycomorus quæ nondum eſt amputata.

מפני שהיא עבודה *quia agricultura eſt*, quoniam eo modo ſycomorus in meliorem redigitur ſtatum. כדרכה. אסור *juxta morem* vel *indolem ejus ei interdictum eſt*, quia eo modo accreſcit, & condenſatur, ut vites quando putantur. או מגביה *aut elevaverit ſe*, quia non ſolent eum exſcindere niſi infra decem palmos. או גומם מעל הארץ *aut ſucciderit juxta terram*, quia ita non ſolent exſcindere eam; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

בתולת שקמה *virginem ſycomorum*, eſt planta illa prima quæ progerminat antequam exſcindat ſycomorum; שקמה eſt ſpecies ficuum, quarum arborem ſuccidunt in loco quodam ipſis noto, ut poſtea eo melius creſcat & producat fructus in majori copia, uti fit per putationem in vitibus. Dicit R. Jehuda interdictum eſſe ſycomorum exſcindere è loco certo, ſed permiſſum eſſe eam juxta terræ ſuperficiem ſuccidere, aut ſuper decem palmos, quia ſycomorus ſolet amputari in medio decem palmorum; deciſio eſt juxta R. Jehudam.

GUISIUS.

1 *Qui oleam &c.*] Hunc locum, quem perperam vulgares Interpretes accipiunt, illuſtrat plane ille veteris Toſaphtæ Shebi III. המשרש חרוב וסדן שקמה לעצים מותר ולשדה אסור מחפירות שנוטל מהן אילן הרי זה לא יכסה בעפר אבל מכסים באבנים או בקש *Siliquam & ſtipitem ſycomori extirpare lignorum cauſa licet; ut agro proſit, non licet. Foveas, unde eruta eſt arbor, non licet humo tegere*, vel *opplere*, *verum lapidibus vel ſtipula licet.* Eadem res utrobique agitur, ſed in Toſaphta explicatius. הבקיע adeo ſignificat findendo terram ſuccisæ arboris ſtipitem eruere. Idem ſignificat ביקוע in illis Siphræ, שדך לא תזרע וכרמך לא תזמור אין לי אלא לזרע ולזמיר לחריש לעידור לניכוש ולכיסוח ולביקוע מניין תל״ שדך לא וכרמך לא כל מלאכה שבשדך ושבכרמך *Agrum tuum non ſeres, & vineam tuam non putabis.* (Levit. XXV. 4.) *Non aliud hic habeo quam ſationem & putationem. Aratio ergo, foſſio, runcatio, arborum ſucciſio, & ſtipitum extirpatio undenam? Nempe dicitur; Agrum tuum non, & vineam tuam non; id eſt, quicquid fieri ſolet in agro tuo, & in vinea tua.* Eadem fere habentur in Peſicta zoterta, & in Quæſtionibus Ahæi Gaonis ad Levitici Sectionem בהר.

ו המזנב בגפנים והקוצץ קנים רבי יוסי הגלילי אומר ירחיק טפח רבי עקיבא* אומר קוצץ כדרכו בקרדום או במגל ובמגירה ובכל מה שירצה אילן שנפשח קושרין אותו בשביעית לא שיעלה אלא שלא יוסיף :

6. Qui demutilat vites, vel ſubſecat arundines, R. Joſes Galilæus 1 ſpatium palmi relinquere cenſet. R. Akiba reſecare permittit uſitato more, ſecuri, falce vel ſerra, vel qua re cunque volet. Arborem diffiſſam anno ſeptimo religare licet, non ut coaleſcat, ſed ne ulterius findatur.

R. OB. DE BARTENORA.

המזנב *qui decaudat*, qui exſcindit extremitates vitium, ut truncus eo magis ſe extendat, & accreſcat; ſic etiam, ſi quis exſcindat arundines, & cannas, id facit ut augeantur cannæ.

ירחיק טפח *relinquat ſpatium palmi*, ſupple ſpatium terræ, & tum non videbitur agricultura. לא שיעלה *non ut coaleſcat*, ut fiſſura claudatur, & coaleſcat, ſed ne ulterius extendatur fiſſura, permanens in eo quo antea fuit ſtatu.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המזנב *qui decaudat*, qui exſcindit vitium extremitates. ירחיק טפח *relinquet ſpatium palmi*, relinquet palmi ſpatium de vite, vel radicibus arundinis. מגירה *ſerra*, vult dicere, quod non eſt neceſſe mutare inſtrumenta, quando exſcindit, nempe quando ſine intentione exſcindit. אילן שנפשח *arbor diffiſſa*, ſic Chaldaicè פשח idem eſt quod בקע *fidit.* שלא יעלה *ne amplius findatur*, non ut conjungat fiſſuram, vel coaleſcat, ſed ne findatur ulterius; deciſio eſt juxta R. Akibam.

GUISIUS. 1 *Spatium palmi.*] A trunco vitis, & à radice arundinis.

ז מאימתי אוכלין פירות האילן בשביעית הפגים משיזריחו אוכל בהם פתו בשדי ביחלו כנים לתוך ביתו וכן כיוצא בהם בשאר שני שבוע חייב במעשרו׳ :

7. A quo tempore comedere licet arborum fructus anno ſeptimo? Groſſos cum pane comedere licet ſub dio quamprimum 1 purpuraſcunt. Cum jam 2 ſucco turgent, domum portari. 3 Atque ita qui ejuſmodi ſunt reliquis annis heptaeteridis decimis ſolvendis obligantur.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתי אוכלין פירות האילן בשביעית *quando edunt fructus arborum in anno ſeptimo*, quia id quod Levit. 25: 6. dicitur לאכלה, exponimus, ut comedat eos in cibum, non autem quando non valent in cibum, at ſi eos comedat antequam maturuerint, non valent ut de iis dici poſſit לאכלה, ſed potius להפסד *in perditionem.* הפגים *groſſi*, nempe ficuum, ut extat התאנה חנטה פגיה vid. Cant. 2: 13. משיזריחו *quando rubuerint*, & illud eſt principium maturitatis eorum.

אוכל בהם פתו בשדה *comedit cum eis panem in agro*, ſed colligere groſſos ut ferat eos in domicilium ſuum non licet, niſi omnino fuerint perfecti. ביחלו *quando maturuerint*, ſi ad maturitatem uſque accreverint; in Talmude Jeruſolymitano docetur ſermonem eſſe de duobus proventum comedendi modis, & locis, quia Scriptura Levit. 25: 7. dicit תהיה כל תבואה לאכול, & Levit. 25: 12. מן השדה תאכלו את תבואתה

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura in cauſa anni ſeptimi Levit. 25: 12. מן השדה תאכלו את תבואתה *è campo comedetis proventum ejus*, ad quæ dixerunt, non comedet niſi fuerit proventus; & vetitum eſt eos comedere niſi ad comedendum fuerint apti; & dixerunt etiam, quod licet comedere proventum ejus, uti homines ſolent comedere fructus ſuos; at ſolent interdum etiam comedere fructus nondum perfectè maturos, ſed parum duros, ac crudos, uti ſe offert occaſio; & propterea Miſchna dicit, comedendas eſſe ficus quando rubuerint, ac intumuerint, uti ſe habent ficus virides, quando eas penetrat aqua. ביחלו *ſi maturuerint*, ego vèro puto Miſchnæ ſcopum hic reſpicere ficus virides.

וכן כיוצא בהם *& ſic de cæteris*, intelligas hoc de omnibus ferè fructibus arborum, qui rubent cum ſunt virides, & aliquatenus matureſcunt, quod comedi poſſunt extra ordinem; at quando omnino maturuerint, ferat eos domum.

תבואות, nimirum ut unus proventus comedatur domi, alter vero in agro.

GUISIUS.

1 *Purpurascunt.*] Maimonides יזריחו exponit, תברק ותמלס וכדאי, *splendent lævigato cortice*; addens יכון אלפג אדא כדי ירבלה אלמא ita grosso accidere., *quum primum succo turget*. R. Tanchum aliis verbis eundem sensum exprimit. Nec dubium, quin Maimonides ad sensum verbi זרח, quod de Sole usurpatum, *oriri & splendere incipere* significat, respexerit. Id agnoscit R. Tanchum. Ita etiam Judæorum alii. Sed frustra. Melius multo R. Obadias הזריח exponit האדים i. e. *rubuit*. Me autore הזריח significat eo esse colore quem Arabes appellant احمر ذريحي. Is vero Jauhario est, شديد الحمرة, Zamachshario قاني, *impense*, vel *saturato ruber*, Mohammedi Phiruzabadio ارجوان *purpureus*. Hinc ذراح & ذروح Jauhario, atque eum secutis Damirio & Phiruzabadio, dicitur, دويبة حمرا منقطة بسواد تطير وهي من السموم *animalculum rubrum, nigris distinctum maculis, volatile, quod inter venena numeratur*. Cantharidum species quædam ita dicitur propter colorem, qui ex rubro & atro mistus ad purpureum proxime accedit.

2 *Succo turgent.*] Quid sit, בחל, vel ut Maaf. I. 2. legitur, הבחיל, non aliunde melius constat, quam ex Nidda V. 7. ubi tria ætatis in fœminis intervalla, pueritiæ, imperfectæ, & plenæ pubertatis, comparantur hisce tribus in ficu, פג *grosso*, τῷ ὀλύνθῳ, בוחל *ficui jam succo turgenti, & maturitati proximæ*, τῷ φήληκι, & צמל *plenam adeptæ maturitatem*, τῷ κολύθρῳ. Puella imperfectæ pubertatis, hoc est per semestre spatium ante plenam pubertatem, τῷ בוחל, sive ficui succo turgenti comparatur, propter tumescentes & sororiantes tunc temporis mammas. Turgescendi autem significatum habet verbum בחל & in illis Zachariæ XI. 8. ubi solum in sacris occurrit, וגם נפשם בחלה בי, *& eorum etiam animus contra me intumuit*. Locutio Homericæ illi plane similis, Il. ί.

In reliquis Intermissionis annis obligati sunt ad solvendas decimas, nimirum quando rubuerint fructus, tum ingrediuntur tempus solvendarum decimarum.

Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. ——

Recte siquidem, ut mihi videtur, R. Salomo ad locum Gemaræ Nid. 47. *a.* ubi hic Zachariæ textus citatur, בחלה בי exponit גדלה עלי, *contra me intumuit*. Idem in Commentariis ad Zachariæ locum בחלה à Rabbinis sumi notat לשון גדול, *turgescendi*, vel *tumescendi sensu*. Recte adeo בוחל cum Græco φήληκι confero. Φήληξ enim est ficus succo turgens & maturitati proxima. Aristophanes in Pace.

Τέντε φήληχ' ὁρῶν οἰδαίνον
Τ', εἶθ' ὁπόταν ᾖ πέπων,
Ἐσθίω, κἀπέχω.

Scholiastes, ὁ ὄψιν μὲν πεπάσεως ἔχων, ἄωρος δ' ὤν. Hinc corruptissima illa Suidæ Φιλήκεσα. ἄγρια σῦκα. τὰ τῇ δήξει πέπειρα, sic refinge. Φήληκες. τὰ ἄγρια σῦκα. τὰ τῇ δείξει πέπειρα. Nam Φήληκες ficus specie tantum maturæ, non re.

3 *Atque ita qui ejusmodi sunt reliquis &c.*] Probo lectionem Talmudis Hierosolymitani וכן כיוצא בהן בשאר שני שבוע חייבין במעשרות. MS., & Maimonides mutata literula totum sensum mutant. Pro בשאר habent ושאר, tam in hoc, quam in sequentibus paragraphis. Atque ita etiam Siphra in Sectione בהר, cap. 1. in editione Veneta sine commentario, & MS. Sic sonant verba; *Atque ita qui ejusmodi sunt. Reliquis autem annis heptaeteridis decimis solvendis obligantur.* Priore sententia Maimonides intelligit eandem regulam ad parilis naturæ fructus extendi. Posteriore, obligationem de decimis incipere משיזריחו, *quamprimum purpurascunt*, non משיבחילו *quamprimum succo turgent*. Sed neutrum horum cum Misna Maaf. I. 2. satis congruit. Posterius plane contrarium est. Proinde in altera etiam Siphræ editione, quæ adjectum habet commentarium Aaronis, in duobus trium locorum, ubi hæc verba habentur, בשאר reperio, in medio ושאר, quod operis tribuendum videtur. R. Aaron plane בשאר legit; observat tamen Maimonidem aliter legisse.

ח הבוסר משהביא מים אוכל בו פתו בשדה הבאיש כונס לתוך ביתו וכן כיוצא בו בשאר שני שבוע חייב במעשרות:

8. Omphaces cum pane sub dio comedere licet quamprimum succum adeptæ sint. Cum 1 vinacea ostendunt, domum portare licet. Atque ita, quæ ejusmodi sunt reliquis annis heptaeteridis decimis solvendis obligantur.

R. OB. DE BARTENORA.

משהביא מים *quamprimum produxerit aquam*, quamprimum ex omphace exprimere poterit liquorem. הבאיש *maturuerit*, ab eo tempore quo vocatur באשה, quando grana in omphace extrà dantur conspicienda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בוסר notat uvam immaturam. הבאיש *maturuerint*, quod fit, quando grana quæ continentur intra putamen uvarum conspiciuntur exterius, præ magno uvarum splendore, quem emittunt quando eas penetrat aqua; & vocatur nomine באשה quia brevi tempore putrescit, si eam relinquant.

GUISIUS. 1 *Vinacea ostendunt.*] Id est הבאיש, si vera referunt Gemaristæ Hierosolymitani ad Maaf. I. 2. ubi משיבאיש exponitur משיקראו באושה, *ex quo vocantur* באושה. Ubi alius addit, והוא שתהא הרצנה שלהן נראית מבחוץ *illud vero fit, quum vinacea translucent.*

ט זיתים משיכניסו רביעית לסאה פוצע ואוכל בשדה הכניסו חצי לוג כותש וסך בשדה הכניסו שליש כותש בשדה וכונס לתוך ביתו וכן כיוצא בהם בשאר שני שבוע חייבים במעשרות ושאר כל פירות האילן כעונתן למעשרות כן עונתן לשביעית:

9. Olivas elidere & sub dio comedere licet ex quo singula sata quartarium fundant. Cum semilogum, tunsis sub dio inungi. Tertia ex parte maturas tundi sub dio, & domum deferri. Atque ita quæ ejusmodi sunt reliquis annis heptaeteridis decimis solvendis obligantur. Cæteri universi arborum fructus quando decimationi tempestivi sunt, tempestivi habentur anno septimo.

R. OB. DE BARTENORA.

רביעית לסאה *quartam partem in ſato*, ut ex olivarum ſato exprimere poſſit quartam Logi partem olei. פוצע *elidat*, vel *comprimat*, ſolent enim comprimere olivas, ut amaritudo earum lævigetur, & gratiores habeantur ad guſtum.

ואוכל בשדה *& comedat in agro*, quia eſt res quæ ſolet comedi, at non ungi, quia non ungunt rem quæ non ſolet ungi.

הכניסו חצי לוג *ſi comprehenderint dimidium Logi*, quando ad eam pervenerint maturitatem ut de ſato olivarum exprimere poſſit dimidium Logi.

הכניסו שליש *produxerint tertiam partem*, ſi tertiam partem accreverint; vel etiam, ſi quis expreſſerit ex olivarum ſato tertiam Logi partem, quando ad perfectam pervenerint maturitatem.

כעונתן לשביעית *ſic ſe habet tempus earum in anno ſeptimo*, nam ne comedant eas in anno ſeptimo, niſi advenerit tempus ſolvendarum decimarum, uti exponitur capite primo Maaſerot, quia ficus, & uvæ, & olivæ ſunt, quæ comedi ſolent ante maturitatem earum, propterea permiſerunt comedere eas in agro, in anno ſeptimo ante tempus decimationis; ſed non quod ad reliquos fructus idem permiſerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משיכניסו רביעית לסאה *quando comprehenderint quartam in ſato partem*, quando menſura ſati olivarum comprehenderit quartam Logi partem olei. פוצע *elidat*, uti ſolent comprimere olivas quando comeduntur.

הכניסו שליש *ſi comprehenderint tertiam partem*, nempe tertiam Logi partem tantum, ut quælibet oliva faciat tres Logos olei, quando ad perfectam pervenerint maturitatem; fundamentum vero hujus rei eſt, quod, ſi expreſſerint novem partes ex una oliva, quæ ad perfectam pervenit maturitatem, licet ipſis contundere eam, ac calcare extra civitatem, eamque ferre domum, & comedere.

וכן כיוצא בהם *& ſic de cæteris*, intellige fructus iſtiuſmodi de quibus exprimitur oleum; Logi vero menſuram jam expoſuimus, ſic etiam ſati, & quartæ partis, in fine tractatus Pea; tempus vero decimarum ſolvendarum exponetur in ſequentibus in tractatu Maaſerot.

י מאימתי אין קוצצין האילן בשביעית ב"ש אומרים כל האילן משיוציא ב"ה אומרים החרובין משישלשלו והגפנים משיגרעו והזיתים משינצו ושאר כל אילן משיוציא וכל האילן כיון שבא לעונת המעשרות מותר לקצצו כמה יהא בזית ולא יקוצנו רובע רשב"ג אומר הכל לפי הזית:

10. A quo tempore illicitum eſt arbores cædere anno ſeptimo? Sammæani dicunt, univerſas ex quo ſpondeant. Hillelæi cædere vetant ſiliquas ex quo 1 iülum induerint, vites ex quo 2 defloreſcant, oleas ex quo floreant, reliquas arbores univerſas ex quo ſpondeant. Univerſas autem, cum jam decimationi tempeſtivæ ſint, cædere licet. Quantum oleæ ineſſe debet, ut cædere non liceat? *Quadrans*. Rabban Simeon Gamalielis filius totam eam rem ex oleæ magnitudine æſtimari jubet.

R. OB. DE BARTENORA.

אין קוצצין את האילן בשביעית *non ſuccidunt arbores in anno ſeptimo*, quia Scriptura dicit לאכלה *in cibum*, vide Levit. 25:6. Non autem להפסד *in perditionem*; ego vero audivi, quod, ſi quis ſuccidat fructus quos Deus fecit communes, committit furtum, rapiens id quod commune, & publicum eſt.

משיוציא *quando propullulaverit*, quando produxerit folia in diebus menſis Niſan. משישלשלו *quando ſe extenderit*, quando inceperit emittere ramos ſuos inſtar catenarum. משיגרעו *quando fecerit grana*, aliter, poſtquam groſſulos produxit grana, & factus eſt ut faba alba, vocatur גרוע. משינצו *poſtquam effloruerint*, poſtquam in iis creverint flores, & in illis apparuerint qualitates iſtæ, tum non licet ſuccidere arbores in anno ſeptimo.

מותר לקוצצו *licet ſuccidere eas*, non datur interdictum hoc in caſu propter corruptionem fructuum, aut propter rapinam, propter aliam modo datam rationem, quia fructus jam eſt aptus ad comeſtionem; & quia non eſt interdictum ſuccidere arbores bonas ſi multum valeant, ut pretium lignorum majus ſit quam arboris.

וכמה יהא בזית *& quantum olei contineatur in olivis ut non ſuccidantur*, hæc non ſunt referenda ad annum ſeptimum, ſed ut interdictum ſit ſuccidere olivas propter interdictum de ſuccidendis arboribus bonis, uti ſcriptum eſt Deut. 20:19. כי ממנו תאכל ואותו לא תכרות.

רובע *quartam partem*, nempe Cabi, quia arbores olivarum pluris æſtimantur quam reliquæ arbores, quia dactylum ſuccidere licet quando attigerit quantitatem Cabi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In anno ſeptimo ſuccidere arbores interdictum eſt, ſi inceperint producere fructus, & emittere flores, quia tum homo ſibi rapit fructus quos Deus omnibus reddidit communes.

משיוציא *poſtquam propullaverint*, poſtquam inceperint producere folia viridia. משישלשלו *poſtquam extenderint ramos ſuos*. משינצו *poſtquam in iis viſi fuerint flores*.

כיון שבא לעונת המעשרות מותר לקוצצו *quando ingreſſa fuerit tempus decimationis, licet ſuccidere*, quia fructus apti ſunt ad eſum, uti expoſuimus, capiet fructum, & comedet eum; & licet ipſi ſuccidere arborem, at ea conditione ut lignum ejus magni vendatur, at ſi lignum non tanti æſtimatur, ut dicat, *pluris vendam ligna quæ ſuccidam, quam ſi arborem intactam relinquam*, non licet ipſi ſuccidere, quia eſt arbor fructifera; at arbores fructiferas non licet ſuccidere propter Legis interdictum, ne quidem ullo in tempore, niſi eo quo diximus modo; & hoc eſt quod dicitur Deut. 20:19. לא תכרות את עצה; & hoc ſenſu ac intentione dicit rogando, וכמה יהא בזית ולא יקוצנו *& quantum continetur in oliva ut non ſuccidatur*, quia interdictum eſt ſuccidere eam in quocunque anno, quoniam fructus profert. רובע *quartem partem*, ſupple Cabi, nempe florum; ſed reliquas omnes arbores exceptis olivarum arboribus, poſtquam produxerint Cabum florum, vetitum eſt ſuccidere, niſi id fiat propter majus lignorum pretium, uti diximus; quantitatem Cabi etiam expoſuimus in fine tractatus Pea; deciſio non eſt juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

GUISIUS. 1 *Julum induerint.*] Ita interpretor משישלשלו. Siliquæ enim iulus, vel panicula catenarum ſpeciem præfert. 2 *Defloreſcant.*] Si quid video, גרע hic ſignificat, acinorum prima rudimenta oſtendere, quod exuto flore fit. Non vinaceis repleri, quod volunt Judæorum Interpretes.

פרק ה בנות שוח שביעית שלהם שניה שהן עושות לשלש שנים רבי יהודה אומר הפרסאות שביעית

Caput 5. 1 Albarum ficuum annus ſeptimus in ſecundum incidit, quia triennio demum fructum perficiunt. R. Juda addit, 2 perſearum annus ſeptimus in

שביעית שלהן מוצאי שביעית שהן עושות לשתי שני' אמרו לו לא אמרו אלא בנות שוח :

in exitum septimi, quia biennio fructum perficiunt. Ei dictum est, non de aliis id dictum esse, quam de ficubus alibi.

R. OB. DE BARTENORA.

בנות שוח sunt *ficus albæ*, quæ tertio anno proferunt. שביעית שלהן שניה *septimus annus earum secundus est*, quia fructus quos produxerunt in anno septimo nondum pervenerunt ad maturitatem, nisi anno â remissione secundo, qui est annus productionis tertius; & tum demum subjiciuntur juri anni septimi, quia productionis tempus sequimur. פרסיות notat speciem ficuum crescentium singulis duobus annis; decisio non est juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod dicit שביעית שלהן שניה *septimus annus est earum secundus*, vult, fieri posse ut subjectæ sint juri fructuum anni septimi, in anno â septimo secundo; & hoc fiet, quando apparuerint protrudere flosculos in anno septimo, & fructus produxerint in anno tertio, quos perfecerint in anno ab Intermissione secundo, qui est tertius â principio anni Intermissionis, in quo incepit protrudere flores, propterea comedantur cum sanctitate anni septimi, quia incepit producere in illo Intermissionis anno. Exposuimus jam antea sensum vocis בנות שוח, quod notat speciem albarum ficuum. פרסיות etiam notat quandam ficuum albarum speciem; decisio non est juxta R. Jehudam.

G U I S I U S.

1 *Albarum ficuum.*] Ficuum בנות שוח frequens mentio est in Judæorum libris. Pariter & ficuum בנות שבע vel שוע, ut Maas. II. 8. & alibi. Has easdem esse vult R. Tanchum, & prolatione duntaxat differre. Author Tosephot ad Abo. za. 14. *a.* locum etiam affert ex Bereshith rabba, unde id probare satagit. תאנים שאכל אדם הראשון איכא דקרו להו בנות שוח לפי שגרמו שוח לאדם ואיכא דקרו להו בנות שבע שגרמו שבע אבילות לאדם *Ficus, quas comedit Adamus primus, alii vocant* בנות שוח, *ut quæ* שוח *depressionem*, vel *imminutionem lapso homini attulerint; alii* בנות שבע, *ut quæ causa extiterint* שבע, *septem dierum, quibus homo mortuus lugetur.* Id vero ex hoc loco probari nequit. Neque enim quicquam obstat, quin diversa ficuum genera istis nominibus designentur; & diversi autores de ficuum genere, in quo peccavit Adamus, diverse sensissent. Similia habet idem ad Shebu. 12. *b.* In Talmude Hierosolymitano בנות שוח exponitur פיטוריה, in R. Nathane פיטוריאה, & in R. Samsone פיטריה, hoc est sine aliqua notabili discrepantia. Id Græcum vult R. Nathan. Sed inter Græca ficuum nomina non reperio, nisi forsan mendosum sit pro פיבליה φιβαλέα.

2 *Persearum.*] Musaphias פרסאות vocem ex Græco factam arbitratur, ac si intelligi deberent τὰ πέρυσι σῦκα, vel οἱ πέρυσι καρποί. R. Nathan interpretatur תמרי פרסייתא, *dactylos Persicos*, respiciens locum Shab. 29. *a.* ubi פרסייאתא & ארמיאתא *dactyli Persici & Syri* opponuntur. Uti etiam דקלא ארמאה & דקלא פרסאה *palma Syra & Persica* Baba ca. 59. *a.* Vulgo genus ficuum, quæ secundo demum anno fructum perficiunt: cujus meminit & ipse R. Nathan. Ego nullus dubito quin פרסאות sint *Perseæ*, arboris genus Ægypto proprium. Nec nomine duntaxat, sed & re conveniunt. Theophrastus de Persea, Hist. Plant. IV. 2. καρπὸν δὲ φέρει πολὺν καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν πεπαίνει, περικαταλαμβάνει γὰρ ὁ νέος ἀεὶ τὸν ἕνον. Attamen fatendum est hoc in Tosaphta diserte de פרסאות negari. Sic enim ibi legitur initio capitis quarti. רבי יהודה אומר הפרסאות שביעית שלהן מוצאי שביעית שהן עושין לשתי שנים אמר לו הרי הן אצלך בטבריא ואינן עושות אלא בנות שנתן R. Juda asserit persearum annum septimum in exitum anni septimi incurrere, quia biennio fructum perficiunt. Et dictum est; Ecce apud te sunt in Tiberiade, nec alium fructum ferunt, quam qui ejusdem anni sit.

ב הטומן את הלוף בשביעית ר"מ אומר לא יפחות מסאתים עד גובה שלשה טפחים וטפח עפר על גביו וחכ"א לא יפחות מארבע קבים עד גובה טפח וטפח עפר על גביו וטומנו במקום דריסת אדם :

2. Si quis arum defossum servare cupit anno septimo, R. Meir jubet non minus duobus satis tres palmos alte defodere, humo palmum alte injecta. At Sapientes præcipiunt non minus quatuor cabis palmum alte defodere, humo palmum alte superingesta. Defodiat autem loco hominum commeatu trito.

R. OB. DE BARTENORA.

לוף notat speciem ceparum quas abscondere solent in terra, Græcè λοπὸς. לא יפחות מסתאים *non minus effodiet, quam duo sata*, quia aliter apparet ac si sementem fecerit, si nimirum duo absconderit ceparum sata in una cavitate super altitudinem trium palmorum, quando non sunt dispersæ, acervus continens altitudinem trium palmorum, & unius cubiti terræ supra acervum ceparum. במקום דריסת אדם *in loco hominum frequentia trito*, ne accrescat; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לוף est species ceparum, de quibus dicit, si quis eas in terra absconderit, ut abscondere solent triticum, aut hordeum, similiaque semina, non licere ipsi exiguam defodere quantitatem, quia apparent instar seminum, & ac si sementem fecerit; sed licet ipsi eas abscondere, si in terra fecerit cavitatem cujus quantitas conficit duo sata, sive duodecim Cabos, altitudo continens tres palmos, superinjecta unius cubiti terra super cepas, hæc sunt verba R. Meyr; Sapientes vero permittunt absconsionem quatuor Caborum in terra, altitudo loci unum conficiens palmum tantum; & quod dicit, *& abscondat eam in loco hominum frequentia trito*, id præcipit, ne accrescant cepæ, sed conculcentur; decisio non est juxta R. Meyr.

ג לוף שעברה עליו שביעית רבי אליעזר אומר אם לקטו העניים את עליו לקטו ואם לאו יעשה חשבון עם העניים רבי יהושע אומר אם לקטו העניים את עליו לקטו ואם לאו אין לעניים עליו חשבון :

3. De aro, quod perdurat post elapsum annum septimum, sic censet R. Eliezer. Si folia præcerpserint pauperes, esto. Sin minus, ineatur cum pauperibus 1 ratio. R. Josua sic. Si folia præcerpserint pauperes, esto. Sin minus, non possunt pauperes rationem exigere.

R. OB. DE BARTENORA.

לוף שעברה עליו שביעית *cepa Loph quæ perduravit annum septimum*, & intravit annum octavum, utpote longum tempus in terra conservata.

אם לקטו העניים עליה לקטו *si pauperes collegerint ejus folia, collegerint*, quia folia cepæ Loph obnoxia sunt remotioni, at radices non removentur, uti Mischna dicet capite septimo, propterea, si pauperes ejus collegerint folia in anno septimo, collegerint, sin minus, intrant octavum in quo etiam crescunt folia, unde fiet ut incrementa foliorum duorum annorum confundantur.

יעשה חשבון *inibit computum*, considerans quantum accreverint folia in anno septimo, ut eo modo det pauperibus; R. Eliesèr in eadem est sententia cum R. Jehuda, qui in sequentibus dicit quod pauperes comedunt post remotionem, at non divites. R. Jehoschua dicit, אין לעניים עליו חשבון *pauperes cum eo non ineunt computum*, quia est in sententia R. Joses, qui in sequentibus dicit pauperes æque ac divites comedere posse post remotionem; & decisio est juxta R. Jehoschuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Mischnæ explicatio dependet à variis fundamentis; quorum primum est, quod fructus anni septimi comeduntur usque ad certum tempus, at illo tempore præterlapso interdictum est quicquam de iis qui reliqui sunt comedere, nisi à pauperibus, juxta sententiam R. Jehudæ. Sed R. Jose dicit, etiam post remotionem pauperibus & divitibus liberum esse comedere; R. Eliesèr est in opinione R. Jehudæ, sed R. Jehoschua est in sententia R. Joses. Præterea etiam scias, quod cepa Loph, de qua hic sermo est, sata est ante annum septimum, & quod fructus crevit in terra, quem quis comedat ante annum septimum; quando autem intraverit annum septimum, folia ejus apparebunt supra terram; propterea dicit R. Eliesèr, quod, si pauperes collegerint folia in anno septimo, & deinde post annum septimum cepam extirpaverint, nihil ipsis debetur; si vero non collegerint folia, inibit cum pauperibus computum, casus vero computationis ita se habet; quando extirpaverit post annum Remissionis secundo, dabit tertiam partem pauperibus; at si extirpaverit post tres annos, pauperibus quartam partem; & eo modo dabit pauperibus partem anni septimi juxta annos alios in quibus cepa in terra fuit absconsa; & hæc sunt quæ juxta fundamentum exposuimus, nam opinio ejus est permittere pauperibus comedere fructus anni septimi post remotionem. R. Jehoschua vero putat pauperes non inire rationes cum possessore agri, quia non permittit ut comedant fructus anni septimi post Remotionem; decisio est juxta R. Jehoschuam.

GUISIUS. 1 *Ratio.*] Ut ita folia anno septimo enata pauperibus cedant nova patrisfamilias. In hac Misna R. Eliezer sequitur sententiam R. Judæ, qui fruges anni septimi post polluc turam pauperibus solis dat. R. Josua vero opinionem R. Josis, qui ex æquo pauperibus divitibusque permittit. Vide infra IX. 8.

ד לוף של ערב שביעית שנכנס לשביעית וכן בצלים הקיצונים וכן פואה של עידית בית שמאי אומרים עוקרין אותן במארופות של עץ וב"ה אומרים בקרדומות של מתכות ומודים בפואה של צלעות שעוקרין אותה בקרדומות של מתכות :

4. De aro anni ante septimum, quod in septimum invaserit, atque ita de cæpis æstivis, & de rubia 1 uberioris soli Sammæani censent palis ligneis extirpari: Hillelæi securibus è metallo. Consentiunt de rubia 2 angulosa, eam securibus metallinis extirpari.

R. OB. DE BARTENORA.

לוף של ערב שביעית *Loph vesperæ anni septimi*, quæ ante septimi anni vesperam crevit, & non amplius crescit in septimo, nam si ulterius accreverit in anno septimo, interdictum est extirpare eam propter perditionem fructuum anni septimi. בצלים הקיצונים *cepa æstivæ*, sunt qui exponunt eas seri in æstate; alii exponunt eas seri in vere tantum, & exarescere admodum. פואה של עידית notat cepam quæ crescit in agris pinguibus. מארופות של עץ *pali lignei*, quibus effodiunt terram, quod fit instrumento ligneo, & non ferreo, ne videatur exercere culturam terræ.

פואה של צלעות *rubia angularis*, est rubia quæ crescit in petris, ubi non solent seminare, & propterea non videbitur colere agrum; alia expositio, *rubia angularis* est rubia quæ seritur in angulis agrorum, in quibus non est moris seminare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לוף של ערב שביעית *cepa Loph vesperæ anni septimi*, nimirum quando Loph ante annum septimum ad perfectionem suam pervenerit, & nihil reliquum fuerit nisi ut eam effodiat & extirpet.

בצלים הקיצונים *cepæ æstivæ*, in specie cepæ æstivæ, eo quod illæ admodum exarescant. פואה של עידית *rubia agri optimi*, est herba rubra qua pingunt colores rubros; & quod additur של עידית notat bonitatem ejus, adeoque rubiam optimam.

במארופות של עץ *palis ligneis*, sunt instrumenta lignea quibus uti solent ad excavandum, ut eo modo differat à communi more fodiendi, & ne quis cogitet eum effodere terram eamque colere. פואה של צלעות *rubia costarum*, quæ habet costas, & latera in profunditate terræ, quæ non potest extirpari ope pali lignei, sed ferrei.

GUISIUS.

1 *Uberioris soli.*] Gitt. V. 1. triplex habetur fundi differentia, עידית *solum præstantissimum*, בינונית *mediocre*, & זיבורית *macrum & deterrimum*. Eadem vox עדית eodem sensu legitur in Paraphraste Chaldæo Psal. LXXXIII. 13. & Lam. II. 2. Vocis notationem, quam frustra quærunt Judæi, suggerit nobis lingua Arabica, in qua عذي de solo usurpatum significat *lætum & pingue evasit*. Inde istiusmodi solum عذية & عذاة, quod nostrum plane est עדית. Exemplum affert Zamachsharius نزلوا في اودية ذات عذوات *Consederunt in vallibus lætissima prata complexis.* Ubi عذوات exponit الارضون الطيبة التربة الكريمة النبات *terrena læti cæspitis, uberrimi proventus.* Aliud etiam è Poeta, بارض عذاة حبذا صدواتها *In terra uberrima, eximie serena.* Sed elegantiam omnem superat versus Dhurrummæ, in quo ita hoc vocabulum usurpat, ut simul de sensu dubitare non sinat.

بارض هجان الترب وسمية الثرى
عذاة نات عنها الملوحة والبحر.

In terra læti cæspitis, vernantis glebæ, uberrima, à qua longe absunt salsugo & salum. His adde quæ nos supra de عذي, ad vocem בעל. R. Nathan in פאה voces עדית & צלעות nomina propria locorum esse vult. Inscite.

2 Angu-

2 *Angulosa.*] Recte enim Maimonides פוארה של צלעות exponit פוה מצלערה, *rubia angulosa*, i. e. rubia Dioscoridis cujus οἱ καυλοὶ τετράγωνοι. Addit eam alte in terram defigi, adeoque ægre extirpari sine ferramentis.

ה מאימתי מותר אדם ליקח לוף במוצאי שביעית רבי יהודה אומר מיד וחכ"א משירבה החדש :

5. A quo tempore licitum est arum comparare exacto jam anno septimo? R. Juda existimat confestim. Sapientes autem, ex quo copia suppetat novæ.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי יהודה אומר מיד *R. Jehuda dicit, statim*, etiam in cæteris oleribus idem concedit R. Jehuda, quod interdictum est donec produxerit semen in cepa Loph, quia necessarium est extirpare eam palis ligneis juxta Scholam Schamai; sed juxta Scholam Hillelis instrumentis ferreis, nam in anno septimo non licet operari instrumentis ordinariis, ideo in exitu anni septimi nihil invenietur quod interdictum est, propterea licet statim sibi comparare Loph in exitu anni septimi; sed in oleribus, de quibus non timuerunt ut non extirparentur juxta eorum morem, invenietur etiam de eo quod interdictum est anno octavo, propterea vetitum est olus nisi produxerit simile. משירבו החדשים *quando multiplicatæ fuerint novæ*, in Talmude Jerusolymitano exponitur quod hoc intelligendum est de tempore Paschatis, & ulterius; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sensus hujus Mischnæ per omnia satis est clarus, ut non indigeat explicatione, & decisio pronunciatur secundum sententiam Sapientum.

ו אלו כליי שאין האומן רשאי למכרם בשביעית כחרישה וכל כליה העול והמזרה והדקר אבל מוכר הוא מגל יד ומגל קציר ועגלה וכל כליה זה הכלל כל שמלאכתו מיוחדת לעבירה אסור לאסור ולהתר מותר :

6. Instrumenta ista non licet artifici divendere anno septimo, aratrum cum toto instrumento ejus, jugum, ventilabrum, dentale. Verum licet divendere falcem manualem, falcem messoriam, & plaustrum cum toto instrumento. Hæc est regula generalis; Omne id, cujus peculiaris usus ad legis violationem tendit, illicite vænit: ad vetitum pariter & licitum, licite.

R. OB. DE BARTENORA.

שאין האומן רשאי למוכרם בשביעית *quæ non licet artifici vendere in anno septimo*, ei nempe non licet vendere qui suspectus est de jure anni septimi, sed licet vendere ei qui non est suspectus, quia is illa instrumenta emit ad conservandum ea post annum septimum. מזרה notat *ventilabrum*, quo ventilant proventum in area. דקר *dentale*, habet formam clavi ferrei, quo effodiunt, & exarant terram; at falcem manualem, falcem messoriam, & plaustrum cum ejus instrumentis licet vendere, quia forsan metet de eo quod est commune, & id plaustro domum vehet ad comedendum; nam interdictum est tantum si quis vehat magnam copiam, ut faciat indè thesaurum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit textus Levit. 10: 14. לפני עור לא תתן מכשול cujus sensum putes, qui clausos habet oculos, à concupiscentia & malis cogitationibus, ejus cœcitati non addes, ne eum à via recta deflectas, ac seducas; propterea non licet peccatores ullo modo adjuvare, neque eis instrumenta præparare, ut iis capiant peccandi ansam, sed potius illa perdere. מזרה est *ventilabrum*, quo proventum ventilant. דקר notat instrumentum quo terram effodiunt. מגל יד *manualis falx*, est falx parva, qua metunt quasi plenitudinem manus, & propterea vocatur *falx manus*.

כל שמלאכתו מיוחדת לעבירה אסור *omne id, cujus opus tendit ad peccatum, interdictum est*, sunt istiusmodi res quibus non licet operari, quia sibi illa conficiunt instrumenta in anno septimo, uti est aratrum, & falx messoria, quia omnia instrumenta quæ facta sunt ad illa opera, interdicta sunt vendere in anno septimo, & hoc intelligas, si vendat ei qui suspectus est de anno septimo, sed ei qui non est suspectus vendat omne id quod voluerit, quia id conservat, & reponit in exitum septimi anni.

ז היוצר מוכר חמש כדי שמן וחמשה עשר כדי יין שכן דרכו להביא מן ההפקר ואם הביא יותר מכאן מותר ומוכר לעכ"ום בארץ ולישראל בחוצה לארץ :

7. Figulo divendere licet quinos cados olearios, & vinarios quindenos; quia ad istum modum ex re communi colligi solet. Si quis plus adeptus sit, licet: & Gentilibus divendere potest in terra; vel extra terram Israeliticam.

R. OB. DE BARTENORA.

היוצר *figulus*, qui conficit vasa testacea. מוכר *vendat*, etiam ei qui suspectus est de anno septimo, quinque cantharos vendat olei & quindecim vini; nam non suspicamur fieri posse ut omnes cantharos destinaverit oleo, aut omnes vino, quia vini & olei canthari differunt, quia terra ex qua factus est cantharus vini alia est quam terra ex qua factus est cantharus olei.

ואם הביא יותר מכאן מותר *& si collegerit plus, licet*, & non suspicamur quod ipsi tradiderit de eo quod reservatum in anno septimo. *Et vendat gentili in terra Israelis*, nam non suspicamur gentilem venditurum Israelitæ suspecto. ולישראל בחוצה לארץ *& Israelitæ extra terram*, & non suspicamur eum in terram Israelis deportaturum illa, neque eum in iis collecturum vinum, & oleum anni septimi, quæ adduxit ex terra Israelis, quia Sapientes in eo non adeo aggravarunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio hujus Mischnæ ita se habet, vendat gentili in terra Israelis, etiam plus quam quinque cantharos, & Israelitæ habitanti extra terram Israelis; & non sumus solliciti gentilem venditurum, aut Israelitam emturum extra terram Israelis, & adducturum in Israelis terram, quia pro fundamento tenemus quod nihil prohibitum censemus præterquam ejusmodi quod scire possumus.

ח ב"ש אומרים לא ימכור לו פרה חורשת בשביעית וב"ה מתירין מפני שהוא יכול לשחטה מוכר לו פירות (אפילו) בשעת הזרע ומשאיל לו סאתו אע"פי שהוא יודע שיש לו גורן ופורט לו מעות אף על פי שהוא יודע שיש לו פועלים וכולן בפירוש אסורין:

8. Sammæani vaccam aratricem vendere vetant anno septimo. Hillelæi permittunt, quia mactari potest. Fruges alter alteri vendere potest sementis tempore; & satum commodare, quantumvis sciat eum aream habere; atque nummos commutare, quantumvis sciat operarios ei existere. Quæ omnia, si 1 diserte nominantur, illicita sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

שהוא יכול לשחטה *quia potest eam mactare*, nam cuicunque rei causam attribuere possumus, ei attribuimus illam. Schola Schamai vero putat, non esse moris mactare vaccam qua arant. בשעת הזרע *tempore sementis*, quia non statuimus eum emisse tantum illos fructus ad serendum, sed ut eos potius comedat.

אף על פי שהוא יודע שיש לו גורן *etsi sciat quod ipsi sit area*, nam non suspicamur eum metiri illos fructus ad reponendum, sed eum potius metiri illos ut molantur.

ופורט לו מעות *& commodet ipsi nummos*, dabit ipsi denarios graviores pro levioribus, etiamsi sciat eum habere mercenarios, unde fiet ut peccatorem ad peccandum adjuvet, quia fieri potest ut iis opus habeat ad alias res necessarias; & omnes istiusmodi res, si expressè earum interdictum usum nominaverit, interdictæ sunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משאיל לו סאתו *commodet ipsi satum*, mensuram quæ vocatur satum, & eodem modo ipsi commodet nummos, ut, si acceperit ab ipso denarium, & reddiderit ipsi nummos pro eo. וכולם בפירוש אסורין *& omnia quæ diserte nominantur vetita sunt*, ut, si dicat, vende mihi istam vaccam ad arandum ea, aut istos fructus ad serendum, aut commodes mihi istam mensuram ad metiendum ea semen quod ventilavi; aut des mihi nummos pro illo auro ad solvendum mercenarios qui coluerunt agrum meum, tum interdictum est istiusmodi homini opem ferre in illis quas diximus rebus.

GUISIUS. 1 *Diserte.*] Ut si dicat, *vende mihi fruges ut seram, commoda mihi satum ut frumentum metiar, commuta mihi nummos ut operariis mercedem solvam.*

ט משאלת אשה לחברתה החשודה על השביעית נפה וכברה ורחיים ותנור אבל לא תבור ולא תטחן עמה אשת חבר משאלת לאשת עם הארץ נפה וכברה ובוררת וטוחנת ומרקדת עמה אבל משתטיל המים לא תגע אצלה שאין מחזיקין ידי עוברי עבירה וכולן לא אמרו אלא מפני דרכי שלום ומחזיקין ידי עכ"ום בשביעית אבל לא ידי ישראל ושואלין בשלומן מפני דרכי שלום:

9. 1 Fœmina quæpiam alteri de anno septimo suspectæ commodare potest subcerniculum, cribrum, molam, clibanum. Cum ea autem nec cribrare licet, nec molere. Uxor Socii plebeji uxori commodare potest subcerniculum, vel cribrum; & cum ea cribrare, molere, & pollinem excutere. Verum simulac aquam affuderit, deinceps ne accedito; quia legem violantibus subsidio esse non licet. Hæc autem omnia non aliter permissa quam pacis tuendæ ergo. Gentilibus autem opitulari licet anno septimo, non autem Israelitis. Iisdem salutem dicere pacem tuendi causa.

R. OB. DE BARTENORA.

החשודה על השביעית *quæ suspecta est de anno septimo*, ut comedat fructus anni septimi post Remotionem. נפה *subcerniculum*, quia dicimus eam id accepisse instrumentum ad numerandum in eo nummos. כברה *cribrum*, quia id adhibet ad cribrandum arenam. רחים *mola*, ut in ea forsitan molat aromata. תנור *clibanus*, ad arefaciendum in eo fortassis fasciculos lini. ולא תטחן עמה *neque molet cum ea*, quia peccatrici auxilio esse non licet.

ובוררת וטוחנת עמה *& purificet & molat cum illa*, nam hic ubi de uxore viri plebeji qui suspectus est de decimis non interdixerunt eo modo uti interdixerunt ubi de uxore suspecta de anno septimo, quia maxima plebejorum pars solet decimare.

לא תגע עמה *non tanget cum illa*, quia quamprimum converterit massam, facta est mixtura in placenta, & polluitur mediantibus vasis immundis, quia disposita erat ut immunditiem posset contrahere, & hoc efficit adjutorium illud quo eam convertat massam; at immunditiem adferre placentæ vetitum est.

וכולן לא אמרו *& hæc omnia non dixerunt*, non permiserunt commodare vasa; & opera ferre sine transgressionis tempore, nisi pacis colendæ gratia. מחזיקין ידי גוים *juvant gentiles*, pacis colendæ gratia, hoc expositum capite quarto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נפה *subcerniculum*, quo farinam agitant ut eam à polline purgent, est etiam adinstar cribri, nisi quod cribrum adhibetur ad triticum, subcerniculum vero ad farinam; ratio vero illarum rerum quæ permissæ sunt, est, quia non sunt destinatæ ad peccandum, quia dicere potest se petere subcerniculum ad præparandum aut disponendum eo aliquam rem; sic molam ad molendum in ea aliqua medicamina; clibanum autem ad coquendum in eo id quod netum est; propterea, si declaraverit se petere istiusmodi instrumenta propter fructus anni septimi, interdictum ipsi quicquam commodare.

אשת חבר משאלת לאשת עם הארץ *uxor religiosi commodet uxori plebeji*, hoc non intelligas de anno septimo, sed de immunditie, & munditie, quia plebejus, & uxor cum domesticis continentur sub possessione immunditiei, & secundum Mischnam primam interdictum est immunditiem adferre profano in terra Israelis; & pro fundamento tenemus, quod edulia non nisi postquam affusa est aqua polluuntur, aut uno ex septem liquoribus, uti exponetur suo loco; sed omnia illa jam dicta sunt capite secundo Demai, & horum fundamentorum gratia licet adjuvare sociam usque dum illa inceperit affundere aquam, sed tum separabit se ab illa, quia eo in tempore massa contrahit suam immunditiem. וכולן לא אמרו אלא מפני דרכי שלום *& omnia hæc non nisi pacis colendæ gratia dicta sunt*, sensus est, omnia quæ dicta sunt in hac Mischna de permissione commodandi, & adjuvandi, etiam in minimis rebus, non dicta esse nisi pacis colendæ gratia; præcedenti vero capite jam exposuimus sensum eorum quæ dicuntur *adjuvant gentiles in anno septimo, & salutant eos.*

GUISIUS 1 *Fœmina.*] Recurrit hic paragraphus Gitt. V. 9.

פרק ו שלש ארצות לשביעית כל שהחזיקו עולי בבל מארץ ישראל ועד כזיב לא נאכל ולא נעבד וכל שהחזיקו עולי מצרים מכזיב ועד הנהר ועד אמנה נאכל אבל לא נעבד מן הנהר ומאמנה ולפני נאכל ונעבד :

Caput 6. 1 Trifariam dispescitur terra ratione anni septimi. In toto illo tractu, quem in ditionem recepit populus è Babylonia redux à terra Israelis Ecdippam usque, nec fruges percipi, nec terram coli licet. In toto illo, quem ultra Ecdippam occuparunt ex Ægypto profecti ad fluvium usque, & ad Amanam, fruges percipere licet, non autem terram colere. A fluvio & Amana quicquid intra recedit, ibi & fruges percipi licet, & terram coli.

R. OB. DE BARTENORA.

שלש ארצות לשביעית *tres regiones obnoxiæ sunt juri anni septimi*, differentes quod ad jus anni septimi. עולי בבל *reduces è Babylonia*, uti fuit Ezra, & copiæ ejus è Babylonia revertentes.

לא נאכל ולא נעבד *non comedere neque colere licet*; quia istius terræ cultura est interdicta in anno septimo, & si coluerit, & accreverint fructus, non licet eos comedere; alia expositio, fundamentum est; non comedant fructus post annum septimum sine Remotione, neque comedant in anno septimo. *Inde à Cesibh &c.*, Cesibh est tractus septentrionalis versus orientem, & ligula exit ex Aco in quadratura terræ Israelis in angulo septentrionali orientali, & illa ligula protrahitur ad orientem, procedens usque ad Cesibh; alia ligula protrahitur ab Aco versus orientem, & ibi invenitur fluvius de quo hic sermo est, & istas duas ligulas occuparunt ascendentes ex Ægypto, quia eas non occuparunt è Babylonia reduces. ועד אמנה *& usque ad Amana*, est mons Hor qui describitur in terminis terræ Israelis Num. 34:7. מהר ההר תתאו, quod in Targum Jerusolymitano exponitur טורי אמנום *montes Amnon*, & situs est ille mons ad septentrionem terræ Israelis versus orientem ad mare magnum; hunc vero tractum non occuparunt è Babylonia reduces, propterea comedantur fructus post Remotionem; at juxta expositionem alteram, si coluerit eam terram in anno septimo, comedantur fructus, quia prima sanctitas pro illo tempore sanctificat, at non sanctificat pro eo quod futurum est; & non colet eam, quia in causa agriculturæ Sapientes aggravarunt interdictum. מן הנהר ומאמנה ולפנים *è monte, & ab Amana, & interius*, sic in omnibus extat libris, sed melius tradidissent ולחוץ *& exterius*, & sic concise exponas, indè à principio fluminis & interius, ad latus fluvii extra terram Israelis, & sic, inde à principio montium Amnom, & interius, ad latus montis vocatur לפנים.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nonnulli legunt אמנה, alii legunt אמנום. Et quod dicit לא נאכל ולא נעבד *non comedant neque colant*, vult, istius terræ cultum non esse interdictum, at si ope alius fuerit culta, interdictum esse comedere id quod produxerit terra.

נאכל אבל לא נעבד *comedant at non colant*, sensus est, interdictum esse ejus cultum, & si coluerit eam, comedat omne id quod creverit cum sanctitate anni septimi. נאכל ונעבד *comedant & colant*; cultum ejus esse permissum vult in anno septimo, & quod creverit in eo comedi sine sanctitate anni septimi, & comedi eo modo quo comeduntur in omnibus aliis annis.

G U I S I U S.

1 *Trifariam dispescitur.*] Lightfootius pessime hunc locum in Centuria Chorographica LXV. *Tres regiones* [*Judæa* scilicet, *Galilæa*, & *Peræa*] *tenentur ad legem de anno septimo.* Divisio quidem illa in Judæam, Galilæam & Peræam alibi locum habet, ut mox infra IX. 2. Sed hic alia res agitur. Divisionem hanc, qualis sit, satis ostendunt, quæ in Misna sequuntur, & quæ illis gemina habentur Chal. IV. 8.

S U R E N H U S I U S.

מכזיב עד הנהר ועד אמנה *inde à Cesib usque ad rivum, & usque ad Amana*, dicit Bartenora quod sit tractus versus septentrionem, ad latus orientale, & quod ligula quædam exit ab Aco in quadrato terræ Israelis, in angulo septentrionali orientali &c.; Sed Jomtobus hic quærit quamobrem Bartenora hic Aconis mentionem facit, quia Misna non dixit, ab Aco & usque ad rivum, uti juxta expositionem ejus dicere debuisset; præterea, quare non exposuit unde initium fiat istius ligulæ, an ab Aco, an vero à Cesib? cum tamen in Talmude Jerusolymitano expresse dicatur מכזיב ועד הנהר מכזיב ועד אמנה. Cæterum ad Misnam octavam capitis quarti tractatus Challa Bartenora etiam exponit illud מכזיב ועד הנהר *à Cesib usque ad rivum* ad latus orientale, & מכזיב ועד אמנה *à Cesib usque ad Amana* ad latus occidentale, & sic etiam R. Schimson. Sed Jomtobus probat ex libro Caphtor Vapherach capite undecimo quod hæc tria loca, nimirum, Aco, Amana & Cesib, sita sunt ad littus maris occidentalis, cujus rei ipse autor fuit testis oculatus, qui hisce verbis de se ipso testatur in loco citato: *Duos fere annos commoratus sum in Galilæa, ubi de omnibus inquisivi quam diligentissime; præterea quinque annos commoratus sum in reliquis tribuum regionibus, quibus annis ne tantillum temporis spatium destiti ab inquisitione situs locorum.* Et addit: *Aco, Cesib, & Amana omnes tres loci siti ad mare occidentale terræ Israelis, & finis termini occidentalis meridionalis est fluvius Ægyptius, & finis termini occidentalis septentrionalis est Amana, quæ est Har Habar, cujus mentio fit in Lege Parascha מסעי, & occupata ab ascendentibus ex Ægypto.* Et subjungit quoque, dicens, *inde ab Aco ad fluvium Ægyptium est spatium cujusmodi est ab Aco usque ad Amana, & Cesib septentrionalis est respectu Aconis.* Quæ certe tam firma sunt ut ea nemo possit inficiari, sed omnem mereantur fidem. Quamobrem R. Bartenora & R. Schimson hic hallucinantur, utpote ipsi experientiæ contrarii. Qui plura desiderat consulat Jomtobum, qui è citatis à nobis auctoribus hæc prolixius pertractat.

ב עושין בתלוש בסוריא אבל לא במחובר דשים וזורין ומעמרין ודורכין אבל לא קוצרין ולא בוצרין ולא מוסקין כלל אר"ע* כל שכיוצא בו מותר בארץ ישראל עושין אותו בסוריא :

2. Frugibus avulsis in Syria operari licet, non iis quæ fundo hærent; ut triturare, ventilare, uvas calcare, manipulos vincire; non autem metere, vindemiare, olivas stringere. Regulam generalem tradit R. Akiba; ut 1 quicquid licite fit in terra Israelitica, idem in Syria facere liceat.

R. OB. DE BARTENORA.

Syria notat Aram Naharaim, & Aram Seboa, quas subegit David; sed in omnibus causis non se habent ut terra Israelis,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exposuimus capite sexto Demai per Syriam intelligi regiones illas quas occupavit David; & ibidem etiam exposuimus, qua-

lis, quia eas subegit priusquam subegisset totam terram Israelis; at in aliquibus causis eas compararunt cum terra Israelis. עושין בתלוש *operantur in avulsis*, etiam apud eos qui suspecti habentur, nam de terra Israelis Mischna dixit quod non ventilantur, neque moluntur ejus fructus in anno septimo. אבל לא במחובר *sed non in iis quæ terræ adhærent*, ut, succisio olivarum, messis, & vindemia, & hoc intelligas quare non subjiciantur omnibus præceptis; at non est interdictum in iis regionibus operari in rebus terræ adhærentibus, in anno septimo, etsi illic licitum sit, quia nemo solet relinquere terram Israelis, & extra eam mori; & hoc est id quod dixerunt eo sensu, *ne se eo conferant, & ibidem occumbant*; verba R. Akibæ vera sunt.

tantum de privato, sed in communi etiam licet operari in terra Israelis, uti Beraita in Torat Cohanim dicit, *id quod privatum est non vindemies, sed commune*; ratio vero, ob quam interdictum est in Syria operari in iis quæ adhærent terræ, hæc est, ne se conferant in Syriam relinquentes terram Israelis; at in eo quod avulsum est permittunt operari, ut pauperes terræ Israelis invenirent recreationem aliquam in Syria propè terram Israelis, & non fuisset ipsis opus egredi extra terram Israelis. כל שביוצא בו מותר בארץ ישראל *omne id quod ejus est generis, permissum est in terra Israelis*, juxta Legem, uti in eo quod avulsum est, etsi juxta Sapientum decreta sit interdictum sine mutatione instrumentorum operari, in Syria tamen operantur ordinario modo, & non est necesse instituere mutationem operationis; aut ut dicat, *omne id quod est ejus generis permissum est in terra Israelis in iis quæ communia sunt, id faciant in Syria, etiam in eo quod custoditum est*; sed in eo quod adhæret terræ, vetitum est operari juxta decretum Sapientum in terra Israelis, etiam in eo quod commune est.

GUISIUS. 1 *Quicquid licite fit.*] Mireris regulam, ut videtur, tam nihil ad rem. Sed supplemento succurrit Bertinorius. *Quicquid licite fit*; i.e. ex unica vi legis, absque superinductis Magistrorum scitis; uti frugibus avulsis operari. Vel, Quicquid licite fit in terra Israelis in re communi, idem in Syria licet in privata & custodita.

ג בצלים שירדו עליהם גשמים וצמחו אם היו העלין שלהן שחורין אסורין הוריקו הרי אלו מותרין רבי חנינא בן אנטיגנוס אומר אם יכולין להתלש בעלין שלהן אסורים וכנגד כן מוצאי שביעי מותרין :

3. Cæpæ, quæ imbribus permadentes germinaverint, si folia nigricant, illicitæ habentur; si virent, licitæ. R. 1 Ananias Antigoni filius illicitas esse vult, 2 si arreptis foliis avelli possunt; contra vero in exitu anni septimi licitas.

R. OB. DE BARTENORA.

בצלים שירדו עליהם גשמים *cepæ in quas descenderit imber*, cepæ anni sexti quæ intrarunt septimum, super quas descenderit pluvia, & creverint; si folia fuerint nigra, certum est quod accreverint, & incrementa illa pertinent ad annum septimum, radices vero irritæ habentur, etiamsi sint multæ; at si germinaverint folia, tum marcessere incipiunt, & non amplius crescunt è terra.

אם יכולין להתלש בעלין *si apprehensis foliis avelli possunt*, solent cepæ, quamprimum maturuerint, sponte prodire è terra, & facilè extirpari, si folia fuerint densa, & quando illa apprehendit poterit simul extirpare cepas, & tum sine dubio censeantur in anno septimo accrevisse.

וכנגד כן במוצאי שביעית מותרין *& contrà in exitu anni septimi licitæ sunt*, non est hìc sermo de cepis anni septimi quæ prodierint in exitu anni septimi, quia tum non allevaremus negotium ceparum, nam quodvis incrementum quod licitum est, sufficit ad depellendum illicitum. Sed tractat hæc Mischna de cepis anni sexti quas extirpavit in anno sexto, & denuo plantavit in anno septimo; postquam vero parumper accrevit in anno septimo, extirpat eas, & deinceps denuo eas plantat in octavo anno; & quoniam jam accreverint in anno sexto, non nisi parum tantummodo accrescunt in anno septimo, & interdicitur ipsis; quando autem rursus accreverint parum in anno octavo, redit ea permissio, & efficit ut prohibitio cesset parumper, quia incrementum anni sexti etiam parumper adjuvat ut cesset, quoniam incrementi finis erat permissio; decisio non est juxta R. Chaninam filium Antigoni.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הוריקו *germinaverint*, produxerint folia viridia, & quamdiu virent, habentur ut fructus, & licet comedere; si vero intumuerit id quod creverit, habetur uti id quod crevit in terra, & reputatur ut fructus anni septimi, & hoc est quod dicit אסורין *prohibita sunt*. R. Chananias filius Antigoni dicit, quod, si avulserint folia eaque reliquerint, ut non extirpaverint cepam una cum foliis, jus ejus se habere ut jus ejus quod crevit in terra, & fructuum anni septimi.

כנגד כן במוצאי שביעית מותרין *contra vero in exitu anni septimi licitæ sunt*, eo tempore quando folia possunt avelli, manente cepa in suo statu, licet comedere istiusmodi cepas in exitu anni septimi, quia non sunt ex fructibus anni septimi; decisio non est juxta R. Chaninam filium Antigoni.

GUISIUS.

1 *Ananias.*] חנניה. Alii חנינה Hanina, ut in his fieri amat.

2 *Si arreptis foliis avelli possunt.*] Talmud utrumque, & Misnæ editiones nonnullæ אם אינם יכולין להיתלש בעלין שלהן *si arreptis foliis avelli nequeunt*. Sed in Gemara Babylonica Nedar. 58. a. ubi hæc adducitur Misna, omittitur particula negans אינם vel אינן; atque ita ibi legit R. Salomo. Ita etiam hic legerunt RR. Samson & Obadias. Proinde omittitur in Cracoviensi Jomtobi editione, & in Amstelodamensi utraque. In MS. sic legitur אם היו יכולין להתלש העלים שלהן, *si avelli possunt folia earum*. Id est, Maimonide interprete, אן אנקלעת ורקהא ובקית הי לא תרתפע מע אורק, *si avulsis foliis, ipse cæpæ bulbus manet, nec cum foliis una tollitur*.

ד מאימתי מותר אדם ליקח ירק במוצאי שביעי משיעשה כיוצא בו עשה הבכיר הותר האפיל רבי התיר ליקח ירק במוצאי שביעית מיד :

4. A quo tempore olus comparare licet in exitu anni septimi? Ex quo fœtum ediderit olus ejusdem generis. Si præmaturum jam ediderit, licitum est serotinum. 1 Rabbi permisit exacto anno septimo olus statim comparare.

R. OB. DE BARTENORA.

משיעשה כיוצא בו *quando produxerit ejusdem generis*, si ex eo quod sevit in exitu anni septimi prodierit olus simile alteri,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משיעשה כיוצא בו *quando produxerit ejusdem generis olus*, usque dum creverit eadem species cujus altera est olus.

ri, ut possimus dicere quod idem est; vel ideo etiam, quia permissio major est quam interdictio, quam cessare facit. בכיר *præmaturum*, notat locum qui citius quam cæteri profert fructus suos. הותר האפיל *licitum est serotinum*, quia supponimus quod ex loco præmaturum reddente ea olera adduxit.

olus. בכיר est *præmaturum*, quod prodit in principio exitus anni septimi. אפיל *serotinum*, est id quod relinquitur ex fructibus anni septimi jam præteriti; decisio est juxta Rabbi. במוצאי שביעית *in exitu anni septimi*, quia olus extra terram Israelis adferre solebant intra eam, quia erat majus quam illud quod crescebat in terra Israelis; ego vero audivi rationem esse, quia duobus aut tribus diebus præterlapsis profert sibi simile.

GUISIUS. 1 *Rabbi.*] Ita, ut Judæis placet, dicitur suppresso nomine R. Juda Sanctus, Mishæ compilator. An vero id probabile sit, Autorem aliquem suam sententiam hoc modo proferre, æstimabit lector. Alibi filiorum ejusdem R. Judæ mentio in Misna, ut Macc. III. 15. ubi sententia refertur R. Simeonis filii Rabbi. Et Aboth II., ubi cum in primo paragrapho refertur sententia Rabbi, in secundo statim subjungitur sententia R. Gamalielis filii R. Judæ Principis, qui idem R. Juda Sanctus.

ה אין מוציאין שמן שרפה ופירות שביעית מהארץ לחוצה לארץ אמר ר"ש שמעתי בפירוש שמוציאין לסוריא ואין מוציאין לחוצה לארץ :

5. Non licet exportare 1 oleum combustionis & fruges anni septimi è terra Israelis in terram extraneam. Inquit R. Simeon, Diserte traditum accepi, in Syriam exportare licere, non in terram extraneam.

R. OB. DE BARTENORA.

שמן שרפה *oleum combustionis*, oleum oblationis immundæ, & quoniam oleum istud comburendum est, vocatur *oleum combustionis*, & hoc honore illud oleum affecerunt ut in terra Israelis combureretur, uti invenimus quod sancta profanata comburuntur suo loco; anni quoque septimi fructus obligantur de Remotione, quia scriptum est Levit. 25:7. בארץ תהיה כל תבואתה; & decisio non est juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שמן שרפה *oleum combustionis*, est oleum oblationis quod factum est immundum, & vocatur oleum combustionis, quia comburendum est; decisio non juxta R. Schimeon.

GUISIUS. 1 *Oleum combustionis.*] Oleum primitium pollutum, quod non ad aliam rem utiliter adhibetur, quam ad lucernas accendendas.

ו אין מביאין תרומה מחוצה לארץ לארץ אמר ר"ש שמעתי בפירוש שמביאין מסוריא ואין מביאין מחוצה לארץ :

6. Non licet primitias adducere à terra extranea. Inquit R. Simeon, Diserte traditum accepi, à Syria licite afferri, non autem à terra extranea.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מביאין תרומה מחוצה לארץ *non adferunt Trumam à terra extranea*, quia sacerdotes solent se in areas conferre, ut accipiant Trumam, ideo Sapientes curam gerunt, ne sacerdotes eo modo se conferrent extra terram Israelis ad Trumam suam expetendam; decisio non est juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia quæ in hac Misha occurrunt satis sunt clara, decisio non pronunciatur juxta sententiam R. Schimeonis.

פרק ז כלל גדול אמרו בשביעית כל שהוא מאכל אדם ומאכל בהמה וממין הצובעים ואינו מתקיים בארץ יש לו שביעית ולדמיו שביעית יש לו ביעור ולדמיו ביעור ואיזה זה עלה הלוף השוטה ועלה הדנדנה העולשין והכרישין והרגילה ונץ החלב ומאכל בהמה החוחים והדרדרים וממין הצובעין ספיחי אסטים וקוצה יש להם שביעית ולדמיהן שביעית יש להם ביעור ולדמיהן ביעור :

Caput 7. Regula magna traditur de anno septimo: Quicquid homini in escam cedit, vel quadrupedi, vel in genere tingentium est, nec perennat in terra, ad illud pertinet jus anni septimi, & ad pretium ejus: ad idem spectat pollutura, & ad pretium ejus. Quid vero est illud? Nimirum ari fatui folia, menthæ folia, intyba, porra, portulaca, 1 tithymalus. Et esca quadrupedum, ut cardui & tribuli. Et quod in genere tingentium est, ut isatis & 2 cnicus restibilis. Ad hæc pertinet jus anni septimi, & ad pretia eorum: ad eademque spectat pollutura, & ad pretia eorum.

R. OB. DE BARTENORA.

ולדמיו שביעית *& pretium ejus subjicitur juri anni septimi*, si vendiderit illos fructus & nummos acceperit, tum nummi subjiciuntur sanctitati anni septimi. יש לו ביעור *subjiciuntur Remotioni*, quando defecerit animal in anno septimo obligatur removere quod simile est ipsi.

עלה לוף שוטה *folia cepæ stultæ*, necesse est ut hic dicat de cepa stulta, quia Mischna capite secundo tractatus Okezin dicit, quod folia cepæ stultæ non polluunt pollutionem ciborum, unde intelligeremus quod sanctitas anni septimi non caderet in illas, ideo nos hæc præmonuit. הדנדנה *mentha*, Arabicè dicitur נענע.

העולשין *intyba*, sunt duo intybæ genera, nempe hortensis & campestris, & in aliis annis in quibus intyba hortensis invenitur,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלל גדול *regula magna*, dicitur respectu regulæ generalis quæ dicitur de decimis, quia jus anni septimi obligat quod ad hominis, & quadrupedum cibum.

יש לו שביעית ולדמיו שביעית *subjicitur juri anni septimi, nec non pretium ejus*, si vendiderit illa, pretium subjicietur juri anni septimi; *Remotionis* vero sensus exponetur deinceps; exposuimus jam לוף esse speciem ceparum. הדנדנה *menta*, Arabicè dicitur נענע. ונץ החלב *& flos lactis*, est species herbæ medicis non ignota.

ספיחי אסטים *stirpes croci*, est tinctura qua tingunt colores hyacinthinos, qui ita vocatur, quia renascitur postquam extirpatus est. קוצה est species tincturæ, nonnulli exponunt אלעצפור *cnicus*.

nitur, intyba campestris non habetur cibus, neque polluit cibum, quod nos docet, quod in anno septimo, in quo non datur copia intybæ hortensis, intyba campestris æstimatur, & polluit pollutionem cibi; & utuntur ea in anno septimo. כרישין *porra*, dantur etiam duo genera porri, nempe porrum hortense, & campestre. הרגילה *portulaca*, sunt flores, barbarè verdulaga. ונץ החלב *& flos lactis*, sunt flores albi adinstar lactis; alia expositio, est herba è qua, quando amputatur, exprimitur lac. אסטים est tinctura quæ adhibetur ad tingendum hyacinthinum, & Arabicè vocatur ניל, & accrescit quando succiditur, instar sponte renascentium, & propterea dicitur ספיחי אסטים *sponte renascentia croci*. יש להן שביעית *obligantur de jure anni septimi*, sanctitas anni septimi in illis stirpibus locum habet, ne illas perdant neque mercaturam exerceant eis. ויש להם שביעית *& obligantur de Remotione*, quando appropinquaverit tempus remotionis, removendi sunt istiusmodi fructus, in autem sequentibus exponetur jus remotionis.

GUISIUS.

1 *Tithymalus.*] Maimonides נץ החלב interpretatur אלמקרונס. Est autem مقدونس Herbariis Arabum Ebn-al-Cabatio & Beitaridi, *petroselinum* Dioscoridis. Dioscorides: *Σέλινον τὸ καὶ πετροσέλινον, τῦτο φύεται ἐν Μακεδονίᾳ.* Ebn Jazlæ مقدونس est الكرفس الرومي *apium Græcum*. Mihi magis placet altera sententia, quæ נץ החלב herbam exponit, quæ cæsa lac fundit, qualis est tithymalus.

2 *Cnicus.*] Maimonides קוצה dicit esse tinctorium quoddam, & à nonnullis exponi אלעצפר *cnicum*. Hinc deprehendo lacunam in Nathanis Lexico supplendam in voce אסטס. Ibi sic legitur פי אסטים אינדקו" ובלשון ערבי ניל" ובלשון ארמי מוריקא. פא" הוא ורד של קורטמי' ולו שם אחר בלשון הקדש חלות חריע ובלשון ארמי מוריקא ובלשון ערבי עצפור" וצובעין בו בגד פשתן ובגד עמר גפנא לכלורת בבירת חופתן. *Vox* אסטים *significat* Indico (*Italice*), *Arabicè* نيل, *& lingua Syriaca* מוריקא. *Aliter exponitur, ut sit rosa* (flos) *cartami, cui aliud nomen est in lingua sancta, ut* חלות חריע *cnici offulæ*, (Oketz. III. 9.) *lingua Syriaca* מוריקא, *Arabica* عصفر. *Eo tingunt telas lineas & gossypinas sponsis in nuptiali thalamo ornandis.* In his R. Nathanis, si quid video, omnia ista, *Aliter exponitur &c.* pertinent ad descriptionem vocis קוצה, non ad אסטים. Ista etiam ובלשון ארמי מוריקא priore loco plane redundant; & eorum loco excidisse videtur alia vocis קוצה expositio, qua *rubiam* exposuerat, ut planissime colligitur ex eodem R. Nathane in voce קצה, ubi lectorem huc remittit. Lacunam codicibus destitutus supplere nequeo; hoc autem pro certo affirmare ausim, R. Nathanem hic קוצה *rubiam* exposuisse; deinde aliam addidisse expositionem, qua *cnicum* significat. Pari modo fluctuat R. Salomo, cui nonnunquam קוצה est וורנצא *guarance* rubia alibi וישרא, sed legendum ווישרא, ut ad Pesac. 56. *b.* i. e. *guesde*, vel גוודא *guede*, Latinis *glastum*, vel *guastum*. Mihi probatur ultima illa expositio R. Nathanis. Jam supra ad Chil. II. 8. dixi חריע *cnicum esse*. Hujus capita, vel globi unde flores explicantur, vocantur קוצה, atque id quidem propter aculeatas squamas quibus armantur, & ex quibus fere consistunt; nam קוץ *aculeus*. Perpendat Lector an huc respexerit Chaldæus Paraphrastes Prov. III. 11. qui verbum Hebræum תקוץ reddit per תמריק. Quippe קוצה Syris & Chaldæis מוריקא.

ב ועוד כלל אחר אמרו כל שאינו (ס"א שהוא) מאכל אדם ומאכל בהמה וממין הצובעין ומתקיים בארץ יש לו שביעית ולדמיו שביעית אין לו ביעור ואין לדמיו ביעור אי זהו עקר הלוף השוטה ועקר הדנדנה והערקבנין והחלבצין והבוכריה ובמין הצובעים הפואה והרכפא יש להם שביעית ולדמיהן שביעית אין להם ביעור ולא לדמיהן ביעור ר"מ אומר דמיהן מתבערין עד ר"ה אמרו לו להן אין ביעור קל וחומר לדמיהן :

2. Porro autem & alia regula traditur: 1 Quicquid non est esca hominis nec quadrupedis, vel in genere tingentium est, sed in terra perennat, ad id pertinet jus anni septimi, & ad pretium ejus. Ad illud autem non spectat polluctura, nec ad pretium ejus. Quid vero est illud? Radix utique ari fatui, & menthæ, 2 scolopendrium, 3 peplis, 4 baccharis. Et de genere tingentium, rubia & 5 radicula. Ad illa pertinet jus anni septimi, & ad pretia illorum. Ad illa autem non pertinet polluctura, nec ad pretia illorum. R. Meir pretia eorum polluceri asserit usque ad annum ineuntem. Illi dictum est, Ad illa non pertinet polluctura, multo minus ad pretia.

R. OB. DE BARTENORA.

ערקבנין magistri mei exposuerunt *radicem*, & *herbam*, quæ prope dactylum crescit, & se implicat dactylo; & audivi etiam esse herbam cujus folia sunt similia עקרב *scorpioni*. החלבצין sunt radices floris lactei, de quibus supra dictum est. הכוכריא Arabicè כנגר dicitur. הפואה Arabicè dicitur פואה Latinè *rubia*. הרכפא sunt radices subterraneæ, quarum bibunt aquas ii qui vermes habent in ventre, ut eo modo interficiantur.

אין להם ביעור *non obligantur de Remotione*, quia se conservant in terra, & non consumuntur à bestiis agri, & propterea non est necesse removere ea è domiciliis.

דמיהן מתבערים עד ראש השנה *pretium eorum removeatur usque ad initium anni*, necessum est removere nummos eorum quæ vendiderit, ante initium anni octavi; id ipsum docere potuisset, quod removeantur post initium anni, si istiusmodi nummos possedisset post initium anni octavi, eum obligari removere eos vi sanctitatis anni septimi.

קל וחומר לדמיהן *multo minus eorum pretium*, R. Meyr putat, magis aggravari jus in pretio eorum, quam in ipsis fructibus, quia ipse fructus cognoscitur, ut non possit eo mercatu-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ערקבנין est herba quæ עקרביאן vocatur Arabicè. חלבצין & בוכריא sunt herbæ ignotæ. הרכפא vocatur Arabicè בקם, & barbarè brasil. Quod vero in hac Mischna dicitur וממין הצובעים *& de specie tingentium*, non exponitur in hac regula quam intravit, sed est principium causæ de qua dictum est in antecedenti regula generali, nempe, quod omne id quod de specie tingentium est, & non se conservat in terra, obligatur de anno septimo, & remotione, nec non pretium ejus, & numeravit cum eis Misna stirpes croci, & cnicum; deinde in secunda regula generali dixit, quod omne id quod non convenit cum tribus illis, neque cum uno illorum, nempe, neque id quod in cibum homini cedit, neque quadrupedibus, neque de specie tingentium est, obligatur de anno septimo, nec non pretium ejus, at non obligatur de Remotione, nimirum, quando se fructus conservat in terra, uti diximus in regula prima; deindè vero hoc sensu exempla adducit, ac comparationes, & denuo dicit quod sunt res tingentes quæ obligantur de jure anni septimi, nec non pretium earum; at non obligantur illæ ipsæ res, neque pretium earum de Remotione, uti sunt rubia; & Rachpa, quæ se conservant in terra, & non corrumpuntur.

caturam exercere, at nummi non cognoscuntur, ut iis mercaturam exercere queat; decisio non est juxta R. Meyr.

אין לשם ביעור *non obligantur de remotione*, sensus est, non desistet ab usu, & comestione fructuum, nisi dum copia eorum non datur amplius in agro, neque necesse hæc observare in tempore remotionis, neque quod ad pretium eorum quando fructus vendidit; decisio non est juxta R. Meyr.

G U I S I U S.

1 *Quicquid &c.*] Locus hic sic est in MS. כל שאינו מאוכל אדם ומאוכל בהמה וממין הצובעים ואינו מתקים בארץ *Quicquid non est esca hominis, nec quadrupedis, nec de genere tingentium, neque perennat in terra.* Ita etiam legit Maimonides, & multum se torquet in sensu eruendo. In Talmude Hierosolymitano bis omittitur particula negativa. Priore loco pro שאינו legitur שהוא; secundo pro ואינו מתקים legitur ומתקיים. Ut sic vertatur locus, *Quicquid est esca hominis, vel quadrupedis, vel de genere tingentium, atque in terra perennat.* Sed quæ deinceps numerantur, hominibus vel quadrupedibus in escam non cedunt. Ideo in priore loco negativam retineo cum editionibus plerisque.

2 *Scolopendrium.*] עקרבן est Arabicum عقربان, quo modo Arabes Hispanienses scolopendrium, vel ἀσπληνον Dioscoridis vocant, ut authores sunt Ebn-al-Cabatius, & Beitarides.

3 *Peplis.*] In Gemara Hierosolymitana חלבצין exponitur נץ חלב *ova plantæ* ביצי נץ חלב. R. Nathan: זרע כמין בצים ויוצאין מן פירולא *semen ovorum instar, quod ex ferula est.* Maimonides ignorantiam suam fatetur quoad hanc & sequentem vocem. R. Tanchum negat se uspiam reperisse expositionem hujus vocis, cum tamen ille R. Nathanem non raro laudet. Videtur autem expositio Nathanis ex duabus conflata; ex illa Talmudis Hierosolymitani, & ex alia cujusdam, qui pro חלבצין legerat חלבנין. Ita quod in Gemara Nid. 62. *a.* est חלביצים, id Shab. 90. *a.* est החלבנון. Qui sic legebat, facile sibi fingebat ferulam galbaniferam: Mihi videtur חלבצין esse Arabum حلبينا, quo nomine Beitarides Hippocratis πέπλιον, & πέπλιδα Dioscoridis describit. Authori Malayesæ, nomen est دوا يتوعي *herbæ medicamentalis è genere lactariarum.* Atque huc facit Jarchii לטרון ad Shab. 90. *a.* i. e. Gallice *Laiteron.*

4 *Baccharis.*] Maimonides nescire se fatetur quid sit בכריא. R. Nathan, & post eum alii, R. Tanchum, Bertinorius &c. כנגר exponunt. كنكر Persis, & inde Arabum Medicis, est cardui vel scolymi genus. Nec tamen id novit R. Nathan, cui כנגר est species colocynthidis. Qui primus ita exposuit, si quid video, non כנגר dixit, sed כנגרי. Certe in Jarchii commentario ad Shab. 109. *b.* pro אכנגר, quod in Gemara ibi mendose legitur, bis reperio בנגרי. Sed R. Nathan inde affert כנגר. Proinde vix dubito quin legendum sit כנגרי, i. e. κάγχρυ. Est autem κάγχρυ vel κάγχρυς, roris marini frugiferi fructus. Inde etiam frutex ipse Hippocrati dicitur κάγχρυς; ut author est Galenus in Glossis; & extrito elemento γ, Plinio *cachrys*. Proinde videtur, qui ita exposuit, in Misna hac legisse non בכריא sed כבריא. Quod si quis probet, in versione nostra pro *bacchare* reponat *cachryn.*

5 *Radicula.*] Imperite, (ut mihi videtur) Maimonides רכפה exponit אלבקם, atque ita eum secutus R. Tanchum. Ex Herbariis Arabum constat البقم arborem esse grandiorem, foliis amygdalinis, vel potius lignum istius arboris, quæ in India & Æthiopia Zingitana nascitur, ut ex Abuhanifa refert Beitarides, vel in insulis maris Indici & Zingitani ut Author Malayesæ, cujus decoctum ad tingendum usurpatur. Edrisius etiam & Abulfeda Geographi Arabes hanc arborem nasci tradunt in insula quam ille وامي, hic Birunium & Pharasum secutus لامري vocat, ad ortum à Sarandibo, sive Taprobana. Ex his satis constat arborem بقم, exoticam plane nihil commune habere cum Misnæ רכפה. Imperitius autem adhuc R. Nathan, & nonnulli apud R. Tanchumum רכפה hic exponunt שגר מריר, & בחור מריר, quibus nominibus Arabes intelligunt *cyclaminum*, plantam à tingendi usu plane alienam, quæ vel ob istam rationem hic locum habere nequit. Ad רכפה prope accedit Arabum وخف, quod Jauhario est ضرب من الصبغ *tinctorium quoddam.* *Radiculam* posui, dum quis certius quid afferat. Intelligo autem τὸ τῆς Συρίας ἄνθος, ὃ καλοῦσι ῥίζιον, de quo vide Salmasii Exercitationes Plinianas, p. 1162.

ג קליפי רימון והנץ שלו קליפי אגוזים והגלעינין יש להם שביעית ולדמיהן שביעית הצבע צובע לעצמו ולא יצבע בשכר שאין עושין סחורה בפירות שביעית ולא בבכורות ולא בתרומות ולא בנבלות ולא בטרפות ולא בשקצים ולא ברמשים ולא יהיה לוקח ירקות שדה ומוכר בשוק אבל הוא לוקט ובנו מוכר על ידו לקח לעצמו והותיר מותר למכרן :

3. Putamina mali punici & flos ejus, putamina nucum & nuclei, tum ipsa tum pretia eorum tenentur jure anni septimi. Tinctor sibi tinget, non autem mercede conductus. Neque enim licet mercaturam facere frugibus anni septimi, primogenitis, primitiis, morticinis, discerptis, rebus abominandis, reptilibus. Nec licet olera agrestia comparare, & in foro divendere. Potest autem quilibet legere, & filius ejus pro eo vendere. Si in usum suum comparaverit & supersint nonnulla, ea licite væniunt.

R. OB. DE BARTENORA.

והנץ שלו *& flos ejus*, intellige florem supra acumen mali punici. וקליפי אגוזים *& putamina nucum*, hæc & sequentia adhibentur ad pingendum. הגלעינין *nuclei*, nuclei fructuum, uti sunt nuclei olivarum ex quibus oleum exprimunt, & nuclei palmarum qui bestiis cedunt in cibum. צובע לעצמו *tingens in usum suum*, quia Levit. 25: 6. לכם dicitur, id est לכל צורכיכם *in usum vestrum.*

שאין עושים סחורה בפירות שביעית *quia non exercent mercaturam fructibus anni septimi*, quia mercede pingere est commercium facere. ולא בבכורות ולא בתרומות *neque primogenitis, neque Trumis*, quia eas forsan detinebit secum & incidet in occasionem errandi; sed de primogenito vivo tantum id decreverunt, at non de mactato, quod vendere licet etiam cum venia Sapientum, at ea conditione ne id vendat in macello. ולא בנבלות ולא בטרפות *neque morticinis aut discerptis*, quia Scriptura de illis dicit טמאים הם *immunda sunt illa*, quæ necessitas ut amplius dicat וטמאים יהיו לכם *& immunda erunt vobis*? sed ut unus locus sit ad interdicendum cibis, alter vero ad interdicendum usui; si vero mihi objicias de asino & camelo & equo, scias illa inter se differre, & creata esse ad operandum, nam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הגלעינין *nuclei*; quamvis pretium fructuum anni septimi suffulciatur illis, uti exposuimus; at non licet mercaturam exercere iis nisi indigeat ipsis, at si intentio ejus fuerit ut tingat tincturas anni septimi mercede, non licet ipsi, etiam si pretium eorum comedat in sanctitate anni septimi.

ובנו הוא מוכר בידו *& filius suus vendat pro ipso*, si filius vendat id quod pater collegit, non peccat in eo; sed pretium ejus pertinet ad jus anni septimi, uti id exposuimus.

nam non interdixere expeditioni negotiorum ac commerciorum nisi quod ad cibaria; & quicquid vetatur in Lege, id etiam vetitum est quod ad commercia; sed quicquid vetatur à Sapientibus, non est vetitum quod ad commercia; nisi vinum gentilium, quod, etsi juxta Sapientes sit vetitum; nihilominus etiam vetitum est quod ad commercia. ולא יהא לוקח *& non accipiet*, non colliget nec vendet publicè, quia se habet instar mercaturæ; at si filius vendat pro patre, etsi collegerit fructus, non habebitur mercatura. לוקח לעצמו *si collegit in usum suum*, ut comedat, & quod supererit licet ipsi vendere, etiam pro se ipso.

ד לקח בכור למשתה בנו או לרגל ולא צריך לו מותר למכרו צדי חיה עופות ודגים שנזדמנו להם מיני טמאין מותרים למכרן רבי יהודה אומר אף מי שנתמנה לו לפי דרכו לוקח ומוכר ובלבד שלא תהא אומנותו בכך וחכמים אוסרים :

4. Si quis 1 pecudem primogenitam comparaverit in filii nuptias, vel in festum solenne, nec ea opus habeat, vendere licet. Ferarum, volucrium, piscium venatores, quibus fors objecerit genera immunda, ea licite vendunt. R. Juda addit, Etiam is, cuicunque in via fortè obvenerit, capiat & vendat: ita tamen ne id pro arte quæstuaria usurpet. At Sapientes vetant.

R. OB. DE BARTENORA.

לוקח בכור *comparans primogenitum*, quod habet vitium, quo licitè utantur extranei. מותר למכרו *licet vendere*, sed ea conditione ut primogenitum vendat eo quo emit pretio, & non lucretur eo. מותר למכרן *licet ea vendere*, quia de morticino extat Deut. 14:21. או מכור לנכרי, non itaque interdixit Lex, nisi quando retinetur ab aliquo, ut mercaturam eo faciat, at si obtulerit se, licet.

R. Jehuda dicit, etiam quodcunque obtulerit se, etiamsi non sit venator, attamen inveniat aves immundas, quando occurrit ipsi avium nidus, uti dicitur Deut. 22:6. Et eo contradicit doctori primo, qui de solis venatoribus dixit. *Sapientes vero vetant*, eis qui non fuerint venatores, etiamsi eo non fungantur officio; ratio autem decreti Sapientum hæc est, nempe, quoniam venatores obligati sunt regi solvere tributa pro libertate venandi, propterea ipsis permisit venari, & vendere feras, & aves immundas, ut imposita ipsis tributa eo accuratius solvant; at cæteris hominibus id non concessit; decisio est juxta R. Jehudam.

GUISIUS. 1 *Pecudem primogenitam.*] Labe affectam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod primo nascitur, sacerdoti cedit, at si in eo reperiatur macula, nullatenus comeditur, uti dicit Deut. 15:21. וכי יהיה בו מום וגו׳ *& quando in eo fuerit macula &c.*, & licet primogenitum vendere, sive perfectum, sive vitiosum, uti exposuimus in principio tractatus Maaser Scheni; etiamsi etiam permissum sit vendere primogenitum, nihilominus vetitum est eo mercaturam facere, jus primogenituræ explicabimus una cum vitiis ejus in tractatu Bechorot.

מי שנזדמנו להם *quæcunque se offerant ipsis*, sunt qui venatum eunt, & venantur præter intentionem animal immundum, aut avem immundam. מי שנתמנה לו *quod se offerat ipsi*, si occurrant ipsi, vel ille occurrat nido earum; decisio est juxta R. Jehudam.

ה לולבי זרדים והחרובין יש להם שביעית ולדמיהן שביעית יש להן ביעור ולדמיהן ביעור לולבי האלה והבטנה והאטרין יש להם שביעית ולדמיהן שביעית אין להם ביעור ולא לדמיהן ביעור אבל לעלין יש ביעור מפני שנושרין מאביהן :

5. Palmitum siliquarumque surculi, tum ipsi, tum pretia eorum tenentur jure anni septimi; tum ipsi, tum pretia eorum polluceri debent. Verum ad surculos quercus, 1 pistaciæ, 2 rhamni jus anni septimi quidem pertinet, & ad pretia eorum. Polluctura autem, nec ad ipsos, nec ad eorum pretia. Folia autem polluceri debent, quia de trunco cadunt.

R. OB. DE BARTENORA.

לולבי זרדים *rami palmitum*, rami arboris quæ vocatur זרדתא. האלה *quercus*, Arabicè באלוט, & barbarè glandi. בטנה pistacia, Arabicè פאסתאק dicitur. אטרין *rhamnus*, est species spinarum producentium grana nigra ac dura, quæ comeduntur.

אבל לעלין יש ביעור *sed folia obligantur de remotione*, etiamsi rami non cadant, nam huic non applicatur quod dicitur Levit. 25:7. ולבהמתך ולחיה *bestiis & feris*, cujus sensus est, si defecerint bestiæ in campis, deficient bestiæ in domicilio, ne comedas illas; nihilominus tamen folia decidunt de loco ubi erant annexa; rami vero quibus folia sunt annexa vocantur *pater*, & quando decidunt obligantur de remotione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לולב notat *surculum*; & diximus jam aliquoties quod זרדים sunt rami vitium quos amputant, nonnulli etiam eos reservant ad comedendum quando humor datur in ipsis. אטרים est species spinarum quæ producunt grana nigra ac dura instar pisorum, & comeduntur.

שנושרין מאביהן *quia decidunt de patre* (i. e. trunco) *eorum*, sensus est, decidunt è ramis qui in relatione ipsis sunt ut pater & filius, & propterea obligantur de remotione quando cadunt, uti exponemus quando agetur de remotione.

GUISIUS.

1 *Pistaciæ.*] Ita Maimonides & R. Tanchum. Accedit quod R. Salomo ad Gen. XLIII. 11. notat quendam R. Machirum Glossographum בטנים, quod ibi legitur, exponere פישטקיאש. Nec Judæi duntaxat ita interpretantur, sed & Samaritani. Chaldæo-Samaritanus habet [illegible], Samaritanus Arabs nondum editus فستق. Quomodo etiam apud Interpretem Erpenianum legendum pro مستق. Huc etiam facit LXXII. Interpretum τερέβινθος. Est enim pistacia arbor terebintho simillima, utcunque fructu dispar, unde veterum non paucis *terebinthus* audit.

2 *Rhamni.*] Notha Dioscoridis de rhamno, Ἀφροὶ ἀτάδιν. Id plane nostrum est אטרין.

ו הוורד והכפר והקטף והלוטם יש להם שביעית

6. Rosæ, cypro, balsamo, 1 ledo, tum ipsis, tum pretiis eorum jus est anni septimi. R. Simeon

שביעית ולדמיהן שביעית ר"ש אומר אין לקטף שביעית מפני שאינו פרי :

meon negat balſamo competere jus anni ſeptimi, quia non eſt fructus.

R. OB. DE BARTENORA.

הכופר Arabicè dicitur אלחנא, alii dicunt eſſe genus aromatis, quod vocatur cariophillum. קטף eſt arbor balſami. לוטם Chaldaicè לוט, ſunt qui dicunt Arabicè צנובר dici.

יש להם שביעית ולדמיהן שביעית *obligantur de anno ſeptimo, nec non pretia eorum*, ſic etiam obligantur de Remotione, nec non pretia eorum, etſi id non dicatur in Miſchna.

מפני שאינו פרי *quia non eſt fructus*, & ſubjiciuntur juri lignorum, quæ non obligantur de jure anni ſeptimi, quia uſus eorum habetur poſt remotionem eorum, & Lex dicit לאכלה *in cibum*, cujus uſus, & remotio eſt æqualis, quod excludit ligna, quorum remotio fit ante eorum uſum; ſed primus doctor putat, quod balſamum ſit ejus arboris fructus; deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ורד notat roſam rubram & bono odore præditam, uti dicitur Cant. 5: 13. ספתותיו שושנים *labia ejus roſæ*. כופר *cyprus*, Arabicè חנא, & ſic dicitur אשכול הכופר vide Cant. 1: 14. חנה כופר vero notat botros præſtantiſſimos; ſunt qui dicunt notare cariophillum. לוטם vel לוטס *lotus* vel *caſtanea*, Arabicè dicitur סארה בלוט; eſt qui dicit quod vocatur צנובר, quæ vox notat nucem pineam; deciſio eſt juxta R. Schimeonem.

GUISIUS.

1 *Ledo.*] Editi לטום hic habent, atque ita Paraphraſtæ Chaldæi pro לוט Gen. XXXVII. 25. XLIII. 11. Metaphraſtes Syrus etiam poſteriore loco ܠܛܡ̈ܐ Priore ܒܛܡ̈ܐ habet, ſed & ibi legendum ܠܛܡ̈ܐ Vox eadem cum Chaldæa. Hanc noſtram לטום interpretantur nonnulli *caſtaneam*, non alia (opinor) de cauſa quam quia R. Saadias in verſione ſua pro לוט, poſuerat שאהבלוט, quomodo Arabes caſtaneam vocant, pro qua voce in Kimchii Lexico mendoſe legitur "שיך בלוט". Saadiæ autem temeritatem in hiſce rebus notat & acriter inſectatur Abenezra ad Gen. II. 10. Mihi perplacet ſententia Junii ad Gen. XXXVII. 25. ut tam לוט, quam לוטם ſit ciſti ſpecies, quam λήδον vocant. Vide etiam Ludovicum de Dieu ad eundem locum. Attamen in MS. legitur לוטס, tam in Miſna quam in Maimonidis commentario, atque ita etiam in Nathanis Lexico, quod *lotus* eſſe videtur. Sed quia jungitur hic cum קטף, pariter ac in Paraphraſtis Chaldæis, nihil mutandum cenſeo. Judæis autem ſolenne ס & ם finale confundere in peregrinis.

ז ורד חדש שכבשו בשמן ישן ילקט את הוורד וישן בחדש חייב בביעור חרובין חדשים שכבשן ביין ישן וישנים בחדש חייבין בביעור. זה הכלל כל שהוא בנותן טעם חייב לבער מין בשאינו מינו ומין במינו כל שהוא שביעית אוסרת כל שהוא במינה ושלא במינה בנותן טעם :

7. Si roſa nova oleo veteri condiatur, eximatur roſa; ſi novo vetus, polluceri debet. Si ſiliquæ novæ vino veteri condiantur, vel veteres novo, polluceri debent. Hæc eſt regula generalis: Quicquid ſaporem conferat rei diverſi generis admiſtum ad pollucturam obligat, rei ejuſdem generis quantulumcunque. Proventus anni ſeptimi quantulumcunque rem aliam ſui generis illicitam reddit, non ſui generis quantum ſaporem conferat.

R. OB. DE BARTENORA.

ורד חדש שכבשו בשמן ישן *roſa nova quæ condita eſt oleo veteri*, roſa anni ſeptimi quæ conſervata eſt in oleo anni ſexti. ילקוט את הורד *eximet roſam*, antequam venerit tempus remotionis, quando omnia ſunt licita; ſed roſa anni ſeptimi quæ conſervata eſt in oleo anni octavi, quando tempus removendi roſam jam appropinquavit, obligatur de omni remotione tam olei quam roſæ, uti in fine dicit Miſchna, quod annus ſeptimus vetat ſpeciem cum alia ſpecie mixtam, quando confert ſaporem.

וחרובין חדשים שכבשו ביין ישן *& ſiliquæ novæ veteri vino conditæ*, tractat hìc de tempore quo quis voluerit bibere vinum poſt tempus remotionis, quo omnino obligatur de remotione, & ſiliquæ nondum ſe dilatarunt in vino uſque ad tempus remotionis, eximet ſiliquas, & vinum erit licitum, eodem modo uti in roſa, & ſic clare exponitur in Toſaphta. *Hæc eſt regula generalis &c.*, tractat de omnibus Legis interdictis, in quibus ſpecies cum eadem ſpecie cujuſcunque quantitatis vetatur, item ſpecies cum alia ſpecie, quando confert ſaporem.

שביעית אוסרת כל שהוא במינו *annus ſeptimus vetat diverſas ſpecies commixtas*, poſt remotionem, ſed ante remotionem non obligantur de ſanctitate anni ſeptimi, quia non licet eas perdere, nec facere mercaturam, niſi conferant ſaporem, tam quando diverſæ quam ſi eædem ſpecies fuerint mixtæ; imo etiam in conjunctione diverſarum ſpecierum poſt tempus remotionis, quando ſaporem confert.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ורד חדש שכבשו בשמן ישן *roſa nova condita oleo veteri*, qui abſconderit vel condiverit roſam anni ſeptimi oleo anni ſexti, eximat illam, ne virtus roſæ penetret oleum, quando oleum eſt vetus, & roſa nova, niſi eam per aliquod tempus deponat ac conſervet. וישן בחדש *& vetus cum novo*, quando roſam anni ſeptimi immittit in oleum exitus anni ſeptimi, & roſæ virtus oleum illud ſtatim penetrat, & propterea obligatur illud oleum removere; ſed ſiliquæ vino conditæ ſtatim ſuum ſaporem conferunt in vinum, & propterea duplici modo obligatur de remotione vini.

מין במינו כל שהוא *ſpecies cum eadem ſpecie, cujuſcunque quantitatis*, ſi miſcuerit vinum anni ſeptimi cum vino anni ſexti, etſi unica gutta inveniatur in vaſe magno, nihilominus tenetur de remotione, & hoc notatur quando dicit שביעית אוסרת כל שהוא במינו.

ושלא במינה בנותן טעם *cum ſpecie alia, cum ſaporem confert*, quando roſa cum oleo & ſiliquæ cum vino miſcentur; & eodem modo ſe habent plurima Legis jura in plurimis interdictis; & omnia interdicta in eo comprehenduntur quando dicit, *hæc eſt regula generalis &c.*, idem etiam exponitur in fine tractatus Avoda Zara.

פרק ח כלל גדול אמרו בשביעית כל המיוחד למאכל אדם אין עושין ממנו מלוגמא לאדם ואין צריך

Caput 8. Regula magna traditur de anno ſeptimo: Quicquid homini privatim in eſcam cedit, eo non fiet

צריך לומר לבהמה וכל שאינו מיוחד למאכל אדם עושין ממנו מלוגמא לאדם אבל לא לבהמה וכל שאינו מיוחד לא למאכל אדם ולא למאכל בהמה חשב עליו למאכל אדם ולמאכל בהמה נותנין עליו חומרי אדם וחומרי בהמה חשב עליו לעצים הרי הוא כעצים כגון הסיאה והאזוב והקורנית :

fiet malagma homini; nec opus eſt addere, quadrupedi. Quicquid homini non privatim in eſcam cedit, eo fit malagma homini, non autem quadrupedi. Quicquid nec homini nec quadrupedi privatim in eſcam cedit, ſi tamen deſtinatum ſit eſcæ hominis & quadrupedum, ei imponuntur graviſſimæ conditiones *eſcæ* hominis & quadrupedum. Si lignis deſtinatum ſit, lignis deputatur, ut ſatureia, hyſſopus, thymus.

R. OB. DE BARTENORA.

מלוגמה *malagma*, eſt vox compoſita ex מלא & לוגמה *plenitudo buccæ*, ſolent enim homines implere buccam tritico, aut ficubus, & indè facere emplaſtrum quod apponunt vulneri. אין עושין ממנו מלוגמא *non conficiunt inde emplaſtrum*, quia Scriptura dicit Levit. 25: 6. והיתה שבת הארץ לכם לאכלה, nimirum id quod homini cedit in cibum vos comedetis, at non erit pro emplaſtro, ſed quicquid vobis non deſtinatum eſt in cibum, tam vobis in cibum quam in emplaſtrum cedet; propterea quicquid homini non cedit in cibum, indè homini fiet emplaſtrum.

אבל לא לבהמה *ſed non quadrupedibus*, quia Scriptura dicit Levit. 25: 7. ולבהמתך ולחיה אשר בארצך תהיה תבואתה לאכול, intellige rem quæ more ſolito ab animalibus, & beſtiis comeditur, illa erit quadrupedibus in cibum, at non ad conficiendum indè emplaſtrum.

חומרי אדם *graves conditiones hominis*, quod non licet conficere emplaſtrum. חומרי בהמה *graves conditiones beſtiarum*, quod non licet illud coquere. סיאה eſt herba quæ Arabice צירוג dicitur. אזוב Arabice צעתר dicitur. קורנית Arabicè חשא dicitur, & barbarè axedrea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicitur Levit. 25: 6. והיתה שבת הארץ לכם לאכלה; ſenſus eſt, res quæ pro vobis eſt, & in cibum hominis tantum; cedet in cibum & in emplaſtrum. מלוגמא eſt compoſitum ex מלא & לוגמא, at לוגמא eſt latus oris internum, ſenſus eſt, quod ingerit offam tritici aut ficuum quam in ore parat, ad conficiendum indè emplaſtrum pro vulnere; eſt autem ſatis clarum quando dicit, *non pro emplaſtro*, nimirum, ne ex fructibus anni ſeptimi conficiat emplaſtrum, nec medicamina ad vomendum, nec quicquam iſtiuſmodi rerum, ſed id quod homini cedit in cibum tantum; at quicquid non deſtinatum eſt homini in cibum, indè fiat homini emplaſtrum, uti Scriptura dicit, לכם לאכלה id eſt, quidquid vobis erit deſtinatum in cibum id erit pro vobis, in cibum tantum, & quod reliquum eſt, in cibum, & in emplaſtrum.

וחומרי אדם *& graves conditiones hominis*, ne conficiant indè emplaſtrum, uti non fiat emplaſtrum ex eo quod homini cedit in cibum. חומרי בהמה *graves conditiones beſtiarum*, nimirum, ut ſe habeant uti cibus quadrupedum, qui non comeditur ab animalibus niſi quamdiu ſimilis ſpecies reperitur in campis. קורנית Arabicè חשא & barbare axedrea; ſunt hæ herbæ medicis benè notæ.

ב שביעית ניתנה לאכילה ולשתיה ולסיכה לאכול דבר שדרכו לאכול ולסוך דבר שדרכו לסוך לא יסוך יין והומץ אבל סך הוא את השמן וכן בתרומה ובמעשר-שני קל מהם שביעית שנתנה להדלקת הנר :

2. Proventus anni ſeptimi in eſcam cedit, in potum & in uſum ungendi; ut comedatur ea res, quæ eſui apta, illinatur autem illa quæ unctioni apta. *Non illinetur vinum vel acetum: oleum autem illinitur.* Similiter de primitiis & decimis ſecundis. *Potior proventus anni ſeptimi* conditio quam illarum; nam is etiam ad lucernarum uſum adhibetur.

R. OB. DE BARTENORA.

לאכילה ולשתיה ולסיכה *in comeſtionem, potum, & unctionem*, loquitur de uvis & olivis, in quibus locum habet comeſtio, potus, & unctio. לאכול דבר שדרכו לאכול *ad comedendum id quod ſolet comedi*, etſi Lex dicat Levit. 25: 7. לאכל *ut comedatur*, non autem, ut perdatur, nihilominus neminem obligat ad comedendum id quod non ſolet comedi ab homine, uti coctura quæ nocet, & propterea non cenſetur quod perditioni traditur; ſic etiam ſe res habet cum ejuſmodi re quæ ab homine non ſolet comedi, niſi mediante quadam conſtitutione, quam comedit ſine apparatu, uti, ſi comedat betam crudam, aut triticum crudum. וכן בתרומה ובמעשר שני *ſic etiam ſe res habet cum Truma, & decimis ſecundis*; quæ data ſunt ut ea comedant, & bibant, & iis ſe ungant. שנתנה להדלקת הנר *quod datum eſt ad illuminandas candelas*, quod ita ſe non habet cum Truma pura, ſed oleo Trumæ pollutæ incendant candelam; & de decimis ſecundis ſcriptum eſt Deut. 26: 13. ולא בערתי ממנו בטמא, ſed eas removere licet cum quis purus eſt, ſed anni ſeptimi fructus tam in puritate quam impuritate removere licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Scriptura de ſenſu anni ſeptimi, Levit. 25: 7. ולבהמתך ולחיה אשר בארצך תהיה כל תבואתה לאכול, & in Siphri dicitur תהיה etiam referendum ad illuminationem candelæ, nec non ad tincturam colorum; itidem ad Trumam, & decimas ſecundas, uti exponetur ſuo loco.

ג אין מוכרין פירות שביעית לא במדה ולא במשקל ולא בכנין ולא תאנים במנין ולא ירק במשקל ב"ש אומרי' אף לא אגודות וב"ה אומרים את שדרכו לאגוד בבית אוגדין אותו בשוק כגון הכרישין ונץ החלב :

3. Fruges anni ſeptimi non væniunt menſura, pondere vel numero. Non ficus numero, non olus pondere. Sammæani addunt, etiam nec faſciculis. Hillelæi id quod in faſciculos colligi ſolet ut domum portetur, in faſciculos etiam colligi permittunt ut in forum deferatur, veluti porra & tithymalum.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא במדה ולא במשקל ולא במנין *neque menſura, neque ponde-*

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

Dicit res minimas, quas homini licet vendere ex fructibus

pondere, *neque numero*, ut ea vili pretio vendant; aut etiam, quia ea non vendant eo modo quo ſolent in aliis annis, ſed obſervant ſanctitatem anni ſeptimi, non exigua quantitate vendentes. אף לא אגודות *neque etiam faſciculis*, neque vendat uti vendit in aliis annis. ונץ החלב *& flos lactis*, de hoc dictum eſt capite præcedenti.

anni ſeptimi, uti exponetur in ſequentibus, vetitas eſſe vendere menſura, & modo aliorum annorum, ne videatur mercaturam facere fructibus anni ſeptimi; ſed neceſſe eſt ut ſe gerat ſecundum ritus fructuum communium anni ſeptimi, prout ſe res ultro offert, non determinata menſura, numero, aut pondere; pretium vero fructuum quod accipit eſt pretium quod obligatur de jure anni ſeptimi, uti exponetur inferius.

GUISIUS. 1 *Ut domum.*] In MS. legitur לבית & לשוק, melius quam בבית & בשוק, quod habetur in impreſſis.

ד האומר לפועל הא לך איסר זה ולקט לי ירק היום שכרו מותר לקט לי בו ירק היום שכרו אסור לקח מן הנחתום ככר בפונדיון כשאלקוט ירקות שדה אביא לך מותר לקח ממנו סתם לא ישלם לו מדמי שביעית שאין פורעי׳ חוב מדמי שביעי׳ :

4. Si quis operario ſic dixerit; *En tibi aſſarium hoc; tu autem lege mihi olus hodie*; merces ejus 1 ſoluta reputatur. *Lege mihi 2 pro illo olus hodie*; merces nexa eſt. Si quis acceperit panem dupondii à piſtore [3 ita pollicitus]; *Cum legero olera agreſtia, ad te afferam:* licet. Si ſimpliciter ab eo acceperit, non ei ſolvet de nummis anni ſeptimi. Neque enim licet nomina diſſolvere nummis anni ſeptimi.

R. OB. DE BARTENORA.

שכרו מותר *merces ejus permiſſa eſt*, & non obligatur de ſanctitate anni ſeptimi, etſi enim annus ſeptimus ſibi attribuat ejus nummos, nihilominus tamen non habentur nummi anni ſeptimi.

לקוט לי בו ירק *collige mihi olus*, eſt modus loquendi in venditionibus, eo ſenſu, collige mihi pretium oleris; *nam collige mihi*, eſt modus acquiſitionis, non vero venditionis. ככר בפונדיון *panem dupondii*, non quod dixit ei dabo ipſi panem dupondii, ſed, hic eſt panis dupondii.

כשאלקוט ירקות שדה אביא לך מותר *quando collegero olera campi afferam tibi, licet*; ſolent enim hanc ſibi exhibere gratiam, ut unus colligat interdum pro altero, quando campi ſunt vicini.

לקח ממנו בסתם *accepit ab ipſo ſimpliciter*, fide, ut ſolent ii qui vendunt in taberna. *Non ſolvet nummis anni ſeptimi*, quia id olet mercaturam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שכרו מותר *merces ejus permiſſa eſt*, ad ſolvendum ea, quia non eſt ex nummis anni ſeptimi. שכרו אסור *merces ejus vetita*, quia eſt ex nummis anni ſeptimi; ideo jus pretii ſe habet ut jus fructuum qui venduntur in anno ſeptimo; Commutatos vero fructus anni ſeptimi licet vendere aliis fructibus, ut, ſi dicat, *capias hunc fructum, & des mihi alios pro illo*; propterea ſi panem acceperit à piſtore, & dixerit, *dabo tibi pro pane fructus campi, quando collegeris illos*, licet; at ſi panem emerit pecunia, & non dixerit ſe daturum ipſi fructus pro pane, recepit in ſe debitum, & non licet ipſi ſolvere fructibus anni ſeptimi; loquitur porro de פונדיון, & איסר juxta eorum morem, quo panis comparari ſolebat pondio, & exiguum oleris aſſario; aſſarium vero eſt quarta pars drachmæ, & pondium media pars drachmæ, drachma vero continet ſedecim grana hordei, quas aliquoties explicuimus quantitates.

GUISIUS. 1 *Soluta.*] Lege anni ſeptimi. 2 *Pro illo.*] Illud בו *pro illo* indicat olus iſto numo væniſſe. Idem enim eſt ac ſi dixerat, *Lege tantum quantum valet*. Locutionis differentia eſt inter conductorem & mercantem. 3 *Ita pollicitus.*] Subintelligenda enim, vel ſupplenda in Miſna ואמר לו, quæ verba habentur in Toſaphta.

ה אין נותני׳ לא לבייר ולא לבלן ולא לספר ולא לספן אבל נותן הוא לבייר לשתות ולכולן הוא נותן מתנת חנם :

5. Eoſdem non licet 1 dare putei cuſtodi, balneatori, tonſori, navarcho. Dare autem licet putei cuſtodi ob aquam bibendam. Univerſis etiam dare licet gratuito.

R. OB. DE BARTENORA.

בייר notat effoſſorem putei, qui aquam porrigit urbanis, ei non licet ſolvere nummis anni ſeptimi pro opera ſua. ולא לבלן *neque balneatori*, qui balnea inſtruit. ולא לספר *neque tonſori*, mercedem tonſuræ. ולא לספן *neque nautæ*, mercedem navis, naulum. ולכלם *& omnibus*, nimirum iis omnibus, de quibus locutus eſt Miſchna, poterit aquam dare gratis, non pretio, etſi res nota ſit, eum non petiturum pretium, quia gratis dedit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בייר dicitur is qui ex puteo hominibus aquam præbet, certum pro eo pretium recipiens. ספן eſt nauta, ſive navarcha, de quo dicit quod non licet ipſi ſolvere naulum nummis anni ſeptimi, quia illi non dantur niſi ad comparanda cibaria, potum, & unguenta, uti jam expoſuimus; ſed cuſtodi foſſæ, vel putei licet ſuppeditare aquam in potum, quia datur in potum, ut loquitur Miſchna; balneatori vero det gratis, & non numeret pretium; etſi enim in eo detur modus gratificationis, nihilominus licet ipſi, & hoc eſt quando dixit, *comedunt fructus anni ſeptimi cum gratificatione, & ſine gratificatione.*

GUISIUS. 1 *Dare.*] Pro mercede conventa.

ו תאנים של שביעי׳ אין קוצין אותן במוקצי׳ אבל קוצה אותם בחרבה אין דורכין ענבי׳ בגת אבל דורך הוא בעריבה ואין עושין זיתים בבד ובקוטב אבל כותש הוא ומכנים לבודידה ר״ש׳ אומ׳ אף טוחן הוא בבית הבד ומכנים לבודידה :

6. Ficus anni ſeptimi in 1 tabulato pandere non licet, in glabreto licet. Uvas in torculari calcare non licet, in mactra licet. Oleas facere trapeto & prelo non licet, tundere & preſſorio ſubdere licet. R. Simeon permittit etiam 2 trapeto molere & preſſorio ſubdere.

R. OB. DE BARTENORA.

מוקצה eſt vas quod deſtinatum eſt ad ſuccidendas ficus. חרבה eſt *culter*, ratio eſt quia ſcriptum eſt ואת ענבי נזירך

לא

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוקצה eſt nomen loci in quo expandere ſolent ficus, & uvas. חרבה eſt locus deſertus & ſiccus. בד eſt torcular in

quo

לא תבצור id eſt כדרך הבוצרים *juxta morem amputantium.* עריבה eſt vas in quo maſſam depſunt. קוטב eſt lignum aliquod magnum, & grave, quod in ſummitate ſua habet magnum lapidem, quo olivas in torculari deprimunt; deciſio eſt juxta R. Schimeon.

quo olivas exprimunt, quod Arabice etiam בד vocatur. קוטב eſt torcular parvum in quo exprimunt olivas. בודידה eſt torcular minimum. עריבה eſt vas in quo maſſam depſunt; ſcopus vero horum omnium eſt, ut diſtinctionem faciat, & ut non operetur in fructibus anni ſeptimi, eo modo quo operatur in fructibus reliquorum annorum, quia Scriptura dicit, ועִנבי נזירך לא תבצור Levit. 25: 5. & certum eſt, quod ex illo loco concludi nequit, licitum eſſe penitus vindemiare, quia Scriptura permittit comeſtionem, quando dicit Levit. 25: 6. והיתה שבת הארץ לכם לאכלה ſed dicendum eſt uti exponitur in Siphri, *non vindemiabis juxta modum vindemiantium*; hoc vero in loco dicitur, non ſuccidunt ficus anni ſeptimi inſtrumento Mukze; & deciſio eſt juxta R. Schimeon, nimirum, quod exprimere licet ope קוטב.

GUISIUS. 1 *Tabulato.*] מוקצה inſtrumentum eſt ad ficus pandendas, ut in eo inareſcant, comparatum. Deſcriptionem vide, ſi libet, apud Columellam XII. 15. 2 *Trapeto.*] Talmud Hieroſolymitanum, בבית הבד pro בבית הבר, i.e. *in Socii ædibus.*

ז אין מבשלין ירק של שביעית בשמן של תרומה שלא יביאנו לידי פסול ר"ש מתיר ואחרון אחרון נתפש בשביעית והפרי עצמו אסור :

7. Non licet excoquere olus anni ſeptimi in oleo primitio, ne illud ad depravationem perducat. R. Simeon permittit. 1 Noviſſimum quodque ſubjicitur juri anni ſeptimi, & fructus etiam ipſe nexu tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

שלא יביאנו לידי פסול *ne ineptitudinem contrahat*, ſi olus propter oleum Trumæ factum fuerit ineptum, comburitur penitus, & fructibus anni ſeptimi in cauſa eſt quo minus comedantur. R. Schimeon vero permittit res ſanctas aliquando fieri profanas; at deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ואחרון אחרון נתפש בשביעית *& ultimum quodque ſubjicitur juri anni ſeptimi*, quo modo? ſi anni ſeptimi fructibus emerit carnem, caro & fructus removeantur in anno ſeptimo; ſi vero piſces emerit carne, excipitur caro, & piſces ſubjiciuntur juri anni ſeptimi; ſi piſcibus emerit oleum, excipiuntur piſces, & oleum tenetur, & poſſeſſor obligatur removere fructus, & oleum, unde fiet ut ultimum quodque teneatur, & ipſi fructus anni ſeptimi ſemper vetiti ſint; educamus autem oportet id quod Scriptura dicit, כי יובל היא קדש תהיה לכם *jubilæus eſt, ſanctitas erit vobis*, Levit. 25: 12. eo ſenſu, uti ſanctitas ſibi arrogat nummos fructuum, ſic etiam anni ſeptimi jus ſibi nummos venditorum fructuum arrogat; ſi vero objicias, dicendo, quod, ſicut ſanctitas ſibi arrogat pretium fructuum, & exit in profanum, ſic etiam annus ſeptimus ſibi arrogat pretium venditorum fructuum, & in profanum exit? propterea reſpondet Scriptura, dicens תהיה *erit*, id eſt, ſub jure ſanctitatis, & anni ſeptimi manebit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלא יביאנו לידי פסול *ne contrahat ineptitudinem*, nam ſi olus mediante Truma contraxerit ineptitudinem, totum comburitur, & impedit quo minus fructus anni ſeptimi comedantur. Dicunt autem in Siphri כי יובל היא קדש *nam jubilæus eſt, ſanctitas vobis eſt*, quid ſibi vult קדש? ut accipiat nummos; ſic etiam שביעית, ut jus anni ſeptimi accipiat nummos fructuum; ſi vero dixeris, quod, quemadmodum ſanctitas ſibi accipit nummos, & illa tamen exit in profanum, ſic etiam jus anni ſeptimi ſibi arrogat nummos, ſive pretium fructuum, exiens in tempus profanum? ad hoc reſpondet Scriptura voce תהיה *erit*, id eſt, erit in poteſtate ejus, & manebit in ſanctitate ſua; inde fit, ut noviſſimum olus ſubjiciatur juri anni ſeptimi, & ipſe fructus ſit vetitus; ſed quo modo? ſi fructibus anni ſeptimi emerit carnem, unum & alterum removendum eſt, nimirum fructus, & caro anni ſeptimi; ſi carne emerit piſces excipitur caro, & piſces tenentur de jure anni ſeptimi, & obligatur removere fructus, & olivas; & hoc eſt quando dicit, *ultimum quodque ſubjicitur juri anni ſeptimi, & ipſi fructus ſunt vetiti.* Id ipſum jus quoque locum habet in jure nummorum quibus venditi ſunt fructus anni ſeptimi, uti aliquoties diximus in hoc tractatu; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

GUISIUS. 1 *Noviſſimum quodque.*] Si fructus anni ſeptimi alia re permutetur, illa deinde alia, & ſic deinceps, fructus ipſe conditionem non mutat, & noviſſima earum rerum juri anni ſeptimi ſubjicitur.

ח אין לוקחים עבדים וקרקעות ובהמה טמאה מדמי שביעית ואם לקח יאכל כנגדן אין מביאין קיני זבים וקיני זבות וקיני יולדות מדמי שביעית אם הביא יאכל כנגדן אין סכין כלים בשמן של שביעית ואם סך יאכל כנגדו :

8. Non licet mercari ſervos, prædia, immundum pecus nummis anni ſeptimi: & ſi quis mercatus ſit, tantundem eorum vice cibariis impendito. Nidos profluvioſorum, profluvioſarum, puerperarum, adducere non licet ex nummis anni ſeptimi: & ſi quis adduxerit, tantundem eorum vice cibariis impendito. Vaſa perungere oleo anni ſeptimi non licet: & ſi quis perunxerit, tantundem ejus loco cibariis impendito.

R. OB. DE BARTENORA.

יאכל כנגדן *comedet tantundem loco eorum*, loco eorum nummorum emet ſuis nummis tantundem cibi, & comedet in ſanctitate anni ſeptimi. קני זבים וקני זבות *nidos profluvioſorum, & nidos profluvioſarum*, ſunt duorum turturum, aut duarum columbarum nidi, quos adducunt profluvioſi & profluvioſæ, ac puerperæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in ſuperioribus quod jus anni ſeptimi concedit quod ad cibum, potum, & unctionem, nempe quod ad unctionem hominis, non vero quod ad unctionem corii, & vaſorum, nidi vero profluvioſorum, & profluvioſarum ac puerperarum, ſunt duo turtures, aut duæ columbæ quos adducere debent pro propitiatione. יאכל כנגדן *comedet tantundem eorum loco*, ſeparabit pretium iſtiuſmodi rei, & emet eo fructus præter fructus anni ſeptimi, & comedet eos cum ſanctitate anni ſeptimi.

ט עור שסכו בשמן של שביעית רבי אליעזר אומר

9. Si quis pellem perunxerit oleo anni ſeptimi, R. Elie-

אומר ידלק וחכמים אומרים יאכל בנגדו אמרו לפני רבי עקיבא אומר היה רבי אליעזר עור שסכו בשמן של שביעית ידלק אמר להם שתוקו לא אומר לכם מה שרבי אליעזר אומר בו :

R. Eliezer cremari jubet. Sapientes tantundem cibariis impendi. Coram R. Akiba dictum est; R. Eliezerem pellem oleo anni septimi perunctam cremari jussisse. Tunc ille, Tacete, inquit; non dicam vobis quid de ea re jussit R. Eliezer.

R. OB. DE BARTENORA.

שתוקו לכם וגו׳ *silete non dicam vobis &c.*, R. Akiba acceperat à magistro suo R. Eliesere, quod leviores in unctione posuerant conditiones; quando autem ipsi dicebant R. Eliesérem dixisse quod comburendum esset corium, ipsis dixit, tacete, quia vobis dicere non possum quousque R. Eliesér in hac re allevavit; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba fuit discipulus R. Elieseris, qui in hoc casu dicebat in nomine ejus quod leviores posuerat conditiones, quando eos audiebat de magistro suo loquentes, imposuit ipsis silentium, quia ipse graviores ponebat conditiones; & dixit ipsis, non dicam vobis nomine ejus, quia in hoc casu vobis exponere nequeo opinionem R. Elieseris, eo quod leviores ponebat conditiones, ideo dicit, *non dicam vobis*; id est, non possum dicere vobis; decisio est juxta Sapientes.

י ועוד אמרו לפניו אומר היה ר׳ אליעזר האוכל פת כותים כאוכל בשר חזיר אמר להם שתוקו לא אומר לכם מה שרבי אליעזר אומר בו :

10. Insuper dixerunt coram R. Akiba, R. Eliezerem eum qui panem Cuthæorum comedit, comedenti carnem suillam æquiparasse. Quibus ille, Tacete; non dicam vobis quid de ea re sensit R. Eliezer.

R. OB. DE BARTENORA.

כאוכל בשר חזיר *ac si comedat carnem porcinam*, non stricte, quia is qui comedit panem Cuthæorum, non meretur verbera juxta Legem, sed juxta constitutiones Sapientum. *Id quod dicebat R. Eliesér de eo*, nempe qui leviores ponebat conditiones.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc etiam intelligenda sunt sensu præcedenti, & jus panis Cuthæorum vult interdictum esse ejus esum, sed comedentes eum non flagellari juxta Legem, sed flagellari juxta Sapientes.

יא מרחץ שהוסקה בתבן או בקש של שביעית מותר לרחוץ בה ואם מתחשב הוא הרי זה לא ירחוץ :

11. Si balneum succensum sit stramine vel stipula anni septimi, eo lavari licet. Sed qui honoratioris ordinis est eo lavari non debet.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם מתחשב הוא *si vero vir honoratus sit*, si fuerit vir doctus qui alios docet, necesse est ut graviores conditiones in se suscipiat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ואם מתחשב הוא *si vir honoratus sit*, si fuerit vir qui dignitate & honore apud populum multum valet, quia fieri potest ut se lignis urat, quæ tamen non sunt ligna, quæ inserviunt bono odori, cum grata sunt ad comestionem.

פרק ט הפיגם והירבוזין השיטים והחלגלוגות כוסבר שבהרים והכרפס שבנהרות והגרגר של אפר פטורין מן המעשרו׳ ונלקחין מכל אדם בשביעית שאין כיוצא בהם נשמר רבי יהודה אומר ספיחי חרדל מותרין שלא נחשדו עליהן עוברי עבירה ר״ש א׳ כל הספיחים מותרין חוץ מספיחי כרוב שאין כיוצא בהם בירקות שדה וחכ״א כל הספיחין אסורין :

Caput 9. Ruta, 1 blita, corrudæ, 2 portulaca agrestis, coriandrum montanum, apium fluviatile, eruca pratensis immunes sunt à decimatione, & à quoquam licite emuntur anno septimo, quia istiusmodi olera non solent custodiri. R. Juda sinapi restibile licitum pronunciat, quia de eo suspecti non sunt legem violantes. R. Simeon cuncta restibilia licita pronunciat præter brassicam restibilem, quia istius generis nil reperitur inter olera agrestia. Sapientibus universa restibilia illicita censentur.

R. OB. DE BARTENORA.

השיטים sunt asparagi campestres. החלגלוגות *portulaca*, Arabicè רגלא dicitur, barbarè *verdulagas*. כוסבר *coriandrum*, coriandrum montanum tantum immune est, nam hortense in pretio est, & propterea obligatur; sic etiam apium fluviatile, at non hortense. גרגיר barbarè *oregi*; של אפר *prati*, quæ crevit in pratis, sed hortensis eruca in pretio est.

פטורין מן המעשרות *immunes sunt à decimis*, omnibus annis, uti docet ratio, quia ejus generis non custoditur, nec æstimatur à possessoribus, qui propterea istiusmodi erucam reddunt communem, at quod commune est, immune est à decimis, quia Scriptura dicit Deut. 12:12. ובא הלוי כי אין לו חלק

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponemus primò fundamenta hujus Mischnæ, deinde vero ejus verba; necesse est ut scias quod interdictum est custodire fructus anni septimi iisque mercaturam exercere, uti antea diximus; si vero quosdam vendiderit, nummi pertinebunt ad jus anni septimi, quos non licet servare, aut iis mercari, nisi iis emat cibum, eumque comedat cum sanctitate anni septimi; est etiam interdictum nummos anni septimi dare plebejo, quia suspectus est de illis, quia eos solet sibi reservare, & non comparare iis cibum; quando autem videmus plebejum vendentem fructus anni septimi, si sint fructus, quos plantant in hortis, & quos custodiunt, uti ficus & uvæ nec non

חלק ונחלה עמך ſenſus eſt, quia vero tecum non tenet partem nec hæreditatem, ideo capiet decimas ſuas, excipe id quod commune eſt, ſpicilegium oblivionis, & angulum, in quibus tecum tenet partem ſuam.

בלקחים מכל אדם בשביעית *comparantur ab unoquoque in anno ſeptimo*; quia non cuſtodiuntur, nam quicquid cuſtoditur vetitum eſt à plebejo emere in anno ſeptimo, quia ſuſpectus eſt quod cuſtodit fructus, & eos non relinquit communes, is autem qui emerit id quod cuſtoditum eſt, reus eſt, etſi dimidio aſſarii tantum emerit; omnes res, de quibus noſtra loquitur Miſchna, ſi ſint in poſſeſſione ejus qui non cuſtodit eas, licet emere à plebejo in quantitate trium prandiorum tantum, quia nummos fructus anni ſeptimi non ferunt ad plebejum, etſi ſint de communi, præterquam quantitatem trium prandiorum; quia ſuſpectus eſt quod nummos illos in theſaurum reponit, & non obſervat in iis ſanctitatem anni ſeptimi.

שלא נחשדו עליהם עוברי עבירה *quia tranſgreſſores non ſunt ſuſpecti de illis*, ad ferendum de eo quod cuſtoditur; deciſio non eſt juxta R. Jehuda. חוץ מספיחי כרוב *exceptis ſtirpibus braſſicæ*, quæ habentur cuſtoditæ, quia ejus generis non datur in olere campeſtri, quod non creſcit, ut illæ, in locis deſertis; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

non triticum, non licet ab ipſo emere, etiam minimo pretio, quia is qui ab ipſo comparat ipſi dat nummos anni ſeptimi; ſi vero fuerint fructus communes in deſertis locis, licet eos ab ipſo emere exigua pecuniæ ſumma, eorum vero quantitas eſt portio trium prandiorum, & hoc vitæ ſuſtentandæ gratia; ſic etiam dixerunt, *non vendunt plebejo plus fructuum, quam ipſi ſufficit in tria prandia*; & hoc intelligendum eſt de fructibus in loco communi natis, ſed de iis qui cuſtoditi ſunt non licet emere, etiam dimidio aſſarii, quia eos contra jus cuſtodivit.

ונלקחים מכל אדם בשביעית *& comparantur ab unoquoque in anno ſeptimo*, in Gemara exponunt id intelligendum eſſe de comeſtione trium prandiorum tantum, & hoc vitæ ſuſtentandæ gratiâ, ut à quodam exponitur; qui itidem dicit, decimas non dari niſi de eo quod cuſtoditur. פיגם Arabicè פיגן dicitur, & barbarè *ruta*. הלגלוגות eſt ſpecies herbæ quæ Arabicè vocatur רגלה, & barbare *verdulagas*, tenet illa herba folia longa, & cannas longas. גרגיר של אפר *eruca pratenſis*, vel deſerti, nam אפר *deſertum* notat; ספיחי vero eſt id quod poſt meſſem renaſcitur, uti aliquoties expoſuimus. Scimus etiam quod Lex vetat metere ſponte renaſcentia, quando dicit וספיח קצירך לא תקצור *& ſponte renaſcentia non demetes*, *demetere* autem eſt eo modo quo meſſores ſolent metere; R. Jehuda dicit quod tranſgreſſores non ſunt ſuſpecti de ſtirpibus ſinapi, ut adferrent eas ex loco cuſtodito; R. Schimeon vero dicit, quod omnes ſtirpes ſponte renaſcentes ſunt licitæ, & comparari poſſunt eo quo diximus modo, ab omni homine, quia dubiæ ſunt an de loco cuſtodito an vero communi ſint; denique dicere poſſumus, quod nummos anni ſeptimi plebejis non dant, quando conſtat quod ſunt de fructibus loci cuſtoditi; exceptis ſponte renaſcentibus braſſicæ, quæ ſine dubio ſunt de loco cuſtodito, quia non reperiuntur in locis deſertis. Sapientes vero dicunt, quod nequaquam licet ulla ſponte renaſcentia emere à plebejo; deciſio non eſt juxta R. Jehuda, neque juxta R. Schimeon.

GUISIUS.

1 *Blita, corrudæ.*] Maimonides ירבוז Arabice eodem vocabulo vocari notat. R. Tanchum Arabice גרבוז, ſed & ירבוז, cui olus eſt atriplici vel ſpinachio ſimile, ſed ampliore folio. Herbarii Arabum utrumque agnoſcunt, uti etiam جرمون & يربوزج & idem olus eſſe volunt cum illo quod vocant بقلة يمانية *olus Jamanenſe*, i.e. olus Arabiæ felicis, quomodo blitum vocant. Serapion; اليربوز يربوز i.e. هو بكلام اهل الشام البقلة اليمانية *Syrorum dialecto olus Jamanenſe eſt*, Mox ex Alexandrini Excerptis ex Galeni libro de medicamentis ſimplicibus: اليربوز بالعربية هو البقلة اليمانية التي تسمي بليطوش *Lingua Arabica* يربوز *dicitur olus Jamanenſe, quod blitum appellatur.* Blitum autem olus eſt atriplici & ſpinachio ſatis ſimile, ut R. Tanchumo & Arabibus probe conveniat. Poloni etiam hodieque blitum ſua lingua ſarmuz vocant, quod eſt Arabum جرموز. Blitum ergo poſui, quamvis non neſciam blitum alibi in Miſna תרדין dici. Forſan eodem modo differunt, quo blitum & ſpinachium. Vel forſan ירבוז proprie eſt erraticum & agreſte genus. Sed hoc alii viderint. Quod autem hic legitur והירבוזין השוטים; quomodo editi omnes, præter Talmud Hieroſolymitanum, ubi legitur והריבוזין, una literula trajecta, habent, MS. etiam, Maimonides, R. Tanchum &c. pro eo in Gemara Succa 39. *b*. ubi hæc Miſna citatur, legitur והירבוזין והשיטים, quomodo etiam ibi legit R. Salomo, qui ירבוזין Germanice interpretatur הנפלש, vernacule; אייר"לש שיטים autem pro oleris nomine habet & exponit אישפרוש" *Aſperges*, *aſparagus*. Ita etiam R. Nathan olim legebat non ſolum in loco iſto Gemaræ, ſed & in Miſna noſtra, ut inde conſtat, quod priorem vocem in ירבז exponat *aſparagum hortenſem*, poſteriorem *agreſtem*, vel & *fœniculum*; quanquam hodierni codices tam hic, quam in שש, & in הלוגלוגות, hoc eſt *ter*, mendoſe nobis exhibent הירבוזין השוטים, contra illius mentem. Et hic ergo reponenda והשיטים, vox minus nota, adeoque in notiorem שוטים ſcribarum temeritate mutata. הירבוזין השוטים ſonaret, *blita fatua*, vel *erratica*.

2 *Portulaca agreſtis.*] Supra habuimus רגילה, quod eſt Arabicum رجلة *portulaca*. Hic eſt הלוגלוגות, quod etiam eſt portulaca, ſed diverſa ſpecies. Neſciverunt aliquando quid iſta voce deſignaretur, donec adeuntibus nonnullis ædes Rabbi percontandi cauſa, ecce חד רבי הוה טעין פרפחיניה בגולתיה ונפלון מיניה. אמרה ליה רבי רבי נתפזרו הלוגלוגותיך *quidam Rabbinus ſecum portabat portulacas in pallio, quæ illi forte exciderunt. Cui ancilla, Rabbi, Rabbi, Rabbi, exciderunt tibi* הלוגלוגות. Hæc in Gemara Hieroſolymitana, nec multo aliter in Babylonica Megil. 18. *a*. Hinc illis innotuit הלוגלוגות portulacas eſſe, eaſdem nempe cum פרפחינין, quæ vox Syris etiam & Arabibus portulacam notat. Arabibus فرفخ & فرفخين, non فرفج & فرفجين, ut minus bene Golius. In optimo codice Ebn Jazlæ ter ſcriptum reperio فرفخ, bis etiam cum appoſita nota, صح, ut recte ſcriptum agnoſcas, ſemel etiam addito بالخا المعجمة, *cum litera* خ *punctata*. Ita etiam exaratum video in pereleganti & optimæ notæ codice Jauharii meo. Quamvis autem رجلة & فرفخ, quantum video, apud Arabum Herbarios mere ſint ſynonyma, nobis tamen differentia ponenda eſt inter הלוגלוגה vel הלוגלוגית & רגילה. Maimonides: הלוגלוגות נוע מן אלרגלה כביר אורק טויל אסאק והו אבקלת אלחמקא *Portulacæ ſpecies eſt* הלוגלוגה *latifolia, cauliculis longioribus, quæ olus fatuum dicitur.* Plane habes portulacam agreſtem Dioſcoridis, quod & huic loco optime congruit. Quod ſi voluit Maimonides hanc duntaxat ſpeciem Arabice dici البقلة الحمقا *olus fatuum*, magnopere fallitur, ut præter Herbariorum Arabum autoritatem, ſatis conſtat ex adagio; احمق من رجلة *Stultior portulaca*; ad quod notat Midanius adagii anſam inde accerſitam, quod Arabes portulacam الرجلة, hoc eſt, alteram ſpeciem, vocant *olus fatuum*.

ב שלש ארצות לביעור יהודה ועבר הירדן והגליל ושלש שלש ארצות לכל אחת ואחת גליל העליון

2. Trifariam diſpeſcitur terra ratione polluctura, in Judæam, Peræam, & Galilæam; quæ ſingulæ etiam

העליון וגליל התחתון והעמק מכפר חנניה ולמעלן כל שאינו מגדל שקמין גליל העליון ומכפר חנניה ולמטן כל שהוא מגדל שקמים גליל התחתון ותחום טבריה העמק וביהודי ההר שפלה והעמק ושפלת לוד כשפלת הדרום וההר שלה כהר המלך מבית חורון ועד הים מדינה אחת :

etiam trifariam. Galilæa in superiorem, inferiorem, & vallem; quarum superior complectitur quicquid supra Capharananiam quod sycomoros non sustinet, inferior quicquid infra Capharananiam quod fert sycomoros, vallis territorium Tiberiadis. Judæa in montanam, campestrem, & 1 vallem. 2 Campestria Lyddæ æquiparantur 3 campestribus austri, montana ejusdem monti regio. A Bethorone autem ad mare 4 regio singularis.

R. OB. DE BARTENORA.

Tres dantur terræ in terra Israelis inter se divisæ in casu Remotionis, Remotio vero anni septimi in omnibus illis locis ita se habet, nimirum, quod quamdiu non reperiuntur in agro istiusmodi fructus quos colligit, tenetur removere istius generis speciem; ut, si collegerit ficus, easque exsiccaverit, non poterit illas ficus comedere in anno septimo, nisi ficus reperiantur in arboribus; quando autem ficus in arboribus defecerint, obligatur ficus siccas removere è domicilio suo, aut omnes comedere, aut omnes facere communes, quia scriptum est Levit. 25: 7. ולבהמתך ולחיה, ergo quamdiu bestia invenitur in campo comedens, dabis ipsi ad comedendum è domicilio tuo, quando autem defecerit bestiæ in campis pabulum, deficiet bestiæ domesticæ. Dixit autem Mischna totam terram Israelis dividi in tres partes ratione Remotionis, & unamquamque iterum in tres partes.

כל שאינו מגדל שקמין גליל העליון *quodcunque non producit ficus, est Galilæa superior*, quia ficus sylvestres non crescunt nisi in locis campestribus. תחום טבריה *terminus Tiberiadis*, est העמק *vallis*, & hæ sunt tres Galilææ partes. ההר והשפלה והעמק *mons, declivitas, & vallis*, sunt tres Judææ partes; Campus Lyddæ, & mons campestris Lyddæ, & â Bet-horen usque ad mare sunt tres partes trans Jordanem. ושפלת לוד כשפלת הדרום *& declivitas Liddæ est ut declivitas meridionalis*, quamdiu comedunt in campo Luddæ, tamdiu comedunt in campestri loco austri; in monte autem declivi Luddæ comedunt tamdiu, quamdiu in monte Regio comedunt.

מביתחורון ועד הים מדינה אחת *inde à Bethoren usque ad mare, est provincia una*, quamdiu bestiis non deficit pabulum in uno illorum locorum, tamdiu homines istius termini poterunt comedere suos fructus vi istius loci, in quo bestiis campi nondum deficit pabulum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בעור *Remotio*, dixi aliquoties in hoc tractatu id quod hoc loco prolixius exponam, dicitur Levit. 25. ולבהמתך אשר בארצך תהיה כל תבואתה לאכול & in Siphri dicitur, si animal, quod non est in potestate ejus, comedat, non est justum, ut animal, quod est in potestate ejus, comedat; sed quamdiu animalia in agro suum habent pabulum, tamdiu dabis animalibus domesticis: discimus inde, ut, si quis speciem aliquam fructuum, aut seminum attulerit domum, comedat eas quamdiu istiusmodi in arboribus, & campis inveniuntur; quando autem istiusmodi species deficit in campo, obligatur removere id quod est domi in potestate sua. Remotio autem anni septimi hæc est, nimirum, si collegerit ficus, easque exsiccaverit, ac comederit, non aggravabit in cibum suum per totum annum septimum; sed comedet ficus siccas quamdiu virides reperientur in arboribus; quando autem defecerint virides, removebit siccas quæ fuerint in potestate sua, aut omnes comedet, aut perdet, aut comburet, vel in mare projiciet; & hic est sensus Remotionis. Id ipsum etiam faciendum est cum nummis omnium illarum rerum, de quibus diximus. Hoc autem exposito fundamento, dicit terram Israelis in tres partes dividi, & quamlibet partem iterum dividi in tres partes quod ad jus Remotionis; quarum limites designans dicit; Galilæa dividitur in tres partes, superiorem, inferiorem, & vallem, sive terminum Tiberiadis; & terra Judææ etiam in tres partes, in montanam, campestrem, & vallem; & altera pars trans Jordanem etiam in tres partes, nempe in inferiorem Luddæ, montem inferioris Luddæ, & spatium inde â Bethoren usque ad mare; quando autem alicui fuerint uvæ exsiccatæ de Galilæa, comedat eas quamdiu reperiuntur uvæ in Galilæa, uti exponetur inferius. שפלת לוד כשפלת הדרום *planities Luddæ se habet ut planities meridionalis*, sensus est, jus planitiei Luddæ se habere ut jus planitiei meridionalis; & comedat fructus campestris Luddæ quamdiu istiusmodi species reperiuntur in planitie meridionali; & comedat fructus de monte campestris Luddæ quamdiu istiusmodi species reperiuntur in monte Regio, qui magis abundat fructibus quam ullus terræ Israelis alius. מבית חורן עד הים מדינה אחת *inde à Bethoren ad mare, provincia una*, sensus est, quod ipsi licet comedere fructus cujuscunque loci, quamdiu istiusmodi species reperiuntur in quocunque illius termini loco.

GUISIUS.

1 *Vallem.*] In editis plerisque hic legitur והנגב *& plagam meridionalem*. Sed MS. & Maimonides habent והעמק *& vallem*. Ita etiam edidit Jomtobus: atque ita legi debere patet ex Tosaphta & Talmude Hierosolymitano. Vallis autem, quam designant, plane non ad austrum Judææ, sed potius ad ortum æstivum, ab Engaddi Hierichuntem usque protensa.

2 *Campestria Liddæ.*] Mireris hic non immerito stuporem interpretum Judæorum, qui campestria & montana Lyddæ, uti etiam regionem à Bethorone ad mare in Peræa vel Transjordanina ponunt, atque hanc esse volunt trimembrem Perææ divisionem. Quis unquam vel fando audivit de Lydda & Bethorone in Peræa? quæ utræque in Judæa satis celebres. Misna nostra hoc dicit, Judæam quoad hanc rem partiri in montanam, campestrem, & vallem. Lyddæ territorium, quæ pars Judææ, propter inæqualitatem neutri harum recte contribui, sed campestria ejus sequi conditionem regionis campestris, montana montanæ, sive montis regii. Perææ divisionem in Misna omissam supplet Tosaphta, unde etiam in Gemaram Hierosolymitanam transiit. Sed utrobique non sine gravissimis mendis, ut incuriosi plane sunt Judæi in libris suis edendis. Tosaphtæ locus emendatus, nescio tamen, an hactenus satis sanus, sic habet רבי שמעון בן אליעזר אומר איזהו הר שבעבר הירדן כגון הרי מכוור וגדור וחברותיו שפלה שלה חשבון וכל עריה שבמישור דיבון ובמות בעל ובית בעל מעון עמק שלה כגון בית נמרה ובית הרן וחברותיה *R. Simeon Eliezeris inquit; Quænam est montana Peræa? Nempe montes Machæruntis, & Gador cum reliquis ejusmodi. Campestris ejusdem Esbon cum omnibus ejus oppidis, quæ in planitie, ut Dibon, Bamothbaal, Bethbaalmaon. Vallis ejusdem Bethnamra, Betharan, cum reliquis ejusmodi.* In editis pro הרי מכוור *montes Machæruntis*, habentur חרים וכגבור, nominum monstra. Deinde pro בית נמרה ובית הרן legitur בית נמרא ומתא. Sed cum בית נמרה & בית הרן conjunctas reperio Num. XXXII. 36. easdem etiam in Gemara Hierosolymitana tanquam ex Tosaphta, sed inverso ordine; non dubitavi easdem urbes Tosaphtæ restituere. Somniasse credas Maimonidem & alios, qui cum hæc in promtu habere potuerint, maluerunt tamen Lyddam & Bethoronem locis suis revulsas trans Jordanem portare.

3 *Campestribus austri.*] Id est, Judææ, nam Judæa frequentissime דרום audit, i.e. regio meridionalis, cum opponitur Galilææ.

4 *Regio singularis.*] Et tamen in Talmude Hierosolymitano sic quidam R. Johannes: עיר היא יש בה הר ושפלה ועמק מבית חורון ועד אמאוס הר מאמאוס ועד לוד שפלה מלוד ועד הים עמק *Et hæc etiam in montanam, campestrem & vallem dispescitur. Montana à Bethorone usque Emmauntem: campestris ab Emmaunte usque Lyddam: à Lydda ad mare usque vallis.* Et vel hinc etiam constare poterit de situ Bethoronis & Lyddæ, qui plane idem hic iis assignatur, & in Josepho de Bello II. 37.

ג ולמה אמרו שלש ארצות שיהיו אוכלין בכל אחת ואחת עד שיכלה האחרון שבה ר"ש אומר לא אמרו שלש ארצות אלא ביהודה ושאר כל הארצות כהר המלך וכל הארצות כאחת לזיתים ולתמרים:

3. Quamobrem dictum est, terram trifariam dispesci? 1 Ut uniuscujusque fructu vesci liceat, dum novissimus in ea defecerit. R. Simeon negat tripartitam divisionem de alia traditam quam de Judæa: reliquas omnes sequi conditionem montis regii. Universæ ejusdem conditionis sunt quoad olivas & dactylos.

R. OB. DE BARTENORA.

למה אמרו שלש ארצות *quare dixerunt tres terras*, quia tres dantur in qualibet, quæ conficiunt novem, quare ergo dixerunt tres terras obligari de Remotione, & non plures? respondet, אוכלין בכל אחת ואחת עד שיכלה האחרון *comedant in qualibet, donec defecerit ultimum*, id est, comedant in Judæa, usque dum ultimus fructus defecerit in tribus terris, sic etiam in Galilæa, & illa parte trans Jordanem; at non comedant in Judæa quia fructus reperiuntur in Galilæa; nec vice versa; quia sic recepimus, quod animal de terra Judææ non exeat in Galilæam, nec de Galilæa in Judæam; sed exeat de Galilæa in Galilæam, & de Judæa in Judæam. וכל הארצות כהר המלך *& omnes terræ sunt eædem quod ad montem regium*, omnes fructus totius terræ Israelis comedantur, quamdiu inveniuntur in monte Regio, qui mons magis abundabat fructibus, quam omnes Israelis terræ.

וכל הארצות כאחת לזיתים ולתמרים *& omnes terræ eædem sunt quod ad olivas, & dactylos*; in omnibus terris Israelis comedant olivas, & dactylos, quamdiu in una illarum non defecerint animalibus campi, sive in parte Judææ, sive Galilææ, sive trans Jordanem; decisio non est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia dictum est tres dari terras quæ obligantur de Remotione, nunc rogat quænam in eo sit utilitas, quod ita sint divisæ, quandoquidem dantur novem post divisionem secundam? ad hoc respondet, dicens, eam esse divisionis utilitatem, quod in qualibet parte tamdiu licet comedere, quamdiu in una ex illis reperitur fructus, ut, si reperiuntur fructus in Galilæa superiori, comedat eos quamdiu istiusmodi species reperiuntur in Galilæa inferiori, campestri, aut valle; & si defecerint fructus in duobus tractibus Galilææ, & inventi fuerint in tertia parte Galilææ, comedat eos quos possidet, usque dum defecerint ultimi. Quod autem dixit, tres in unaquaque, id non dixit additamenti juris gratia, de quo obligaretur, sed respectu terminorum in quos dividitur.

וכל הארצות כאחת לזיתים ולתמרים *& omnes terræ sunt eædem quod ad olivas, & dactylos*, quod ipsi licet comedere dactylos, aut olivas, quamdiu reperiuntur in quacunque terræ Israelis parte; decisio non est juxta R. Schimeon.

GUISIUS.

1 *Ut uniuscujusque &c.*] Nimirum si quis fruges anni septimi domi condiderit, iis licite uti & vesci potest, quamdiu restant ejusdem generis in agro. Deficientibus autem ex agro, amplius servare non licet, sed tenetur לבער *pollucere*. Atque hæc est ביעור *pollutura* frugum anni septimi quam hic exponere debeo. Fruges anni septimi juxta legem Lev. XXV. 7. præter homines pecoribus etiam & feris in escam cedere debebant. Hinc Magistri, ex quorum placitis fruges anni septimi domi recondere & in usus depromere licebat, in Siphra concludunt non ulterius domi reconditas servare licere, quam idem genus in agris perduret pecoribus & feris expositum; deinceps necesse esse ut polluceantur; id est, ut denuo palam exponantur, & occupantium fiant. Ipse etiam paterfamilias, qui recondiderat, denuo occupare poterat, & occupatis deinceps licite vesci dum absumantur. Hæc est sententia Tosaphtæ cap. VIII. מי שיש לו פירות שביעית והגיע שעת הביעור מחלק מהם לשכניו ולקרוביו ולמיודעיו ומוציא ומניח על פתח ביתו ואומר אחינו בית ישראל כל מי שצריך ליטול יבוא ויטול וחוזר ומכניסן לתוך ביתו ואוכל והולך עד שיכלו *Is cui suppetant fruges anni septimi, instante polluturæ articulo, partem earum distribuat vicinis propinquis & necessariis; reliquas efferito, & pro ædium foribus exponito, ita fatus,* FRATRES NOSTRI ISRAELITÆ, CUICUNQUE VESTRUM HORUM OPUS EST, VENITO, SUMITO. *Hoc facto denuo domi recondere licebat, iisque vesci subinde dum absumerentur.* Atque hæc erat pollutura ad mentem Tosaphtæ, cujus unum vel alterum mendum sustulimus ope Autoris Additamentorum, quæ Tosephoth vocantur, ad Pesac. 52. *b.* Mosis Cottiensis Præc. Aff. 147, 141. & Josephi Cari ad Maimonidem Hal. Shemit. VII. qui omnes hanc Tosaphtam adducunt. Maimonides loco dicto longe aliter de pollutura sentit. Sic enim ille parag. 3. היו לו פירות מרובין &c. *Si cui frugum copia suppetat, distribuit quantum satis est tribus refectionibus, singulis. Post polluturam nec pauperes nec divites iis licite vescuntur. Si autem non repererit qui comederent cum instaret pollutura, igne cremare debet, vel in mare salsum projicere, vel quovis cunque modo abolere.* Hic acriter contra Maimonidem insurgit R. Abraham Davidis, & ignorasse cum asseverat quid rei esset ביעור. Et quidem deceptus est Maimonides prava lectione, quam mox parag. 8. notamus. Sed nec Abrahamus ille censuram evitat, quem paris ignorantiæ hac in re, dum geminam polluturam comminiscitur, insimulat Josephus Carus, apud quem totam hanc rem disputatam reperiet lector studiosus. ביעור adeo in his consistebat, ut fruges domi coacta quo tempore ejusdem generis non amplius in agris extabant, in publicum protractæ occupantibus exponerentur; quod jure videor *Polluturam* dixisse.

ד אוכלין על המופקר אבל לא על השמור רבי יוסי מתיר אף על השמור אוכלין על הספיחין ועל הדופרא אבל לא על הסתוניות רבי יהודה מתיר כל זמן שבכרו עד שלא יכלה הקיץ:

4. Vesci licet fructibus 1 propter palam expositos, non propter custoditos. R. Joses permittit etiam propter custoditos. Vesci licet propter 2 cordos & biferos, non autem propter brumales. R. Juda permittit, dummodo præcociores maturuerint æstate nondum finita.

R. OB. DE BARTENORA.

אוכלין על המופקר *comedant super communi*, comedant de eo quod domi eſt, quamdiu eadem ſpecies reperitur in campo, in loco communi, at ſi defecerit talis ſpecies in communi, etiamſi inveniatur domi, aut in horto, vel loco cuſtodito, tenetur eam removere; nam ſi animalibus campi defecerit pabulum, deficiet etiam domeſticis. *R. Joſe permittit*; at deciſio non eſt juxta R. Joſe.

אוכלין על הטפיחים *comedant ſuper Tephichim*, ſuper id quod aves ponunt in *Tephichim*, quæ ſunt vaſa teſtacea in pariete ædificata, in quibus paſſeres nidificant, & comedunt ex eo quod domi datur tamdiu, quam iſtiuſmodi ſpecies datur in *Tephichim*. דופרא eſt arbor, quæ bis in anno profert, cujus primos fructus comedant uſque dum defecerint ſecundi.

אבל לא על הסתוניות *ſed non ſuper brumalibu*, non comedant uvas reſpectu earum quæ creſcunt tempore brumali; R. Jehuda tamen permittit comedere uvas reſpectu brumalium, quando inceperint matureſcere, antequam defecerint brumales; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אוכלין על המופקר אבל לא על השמור *comedant ſuper communi*, *ſed non ſuper cuſtodito*, ſenſus eſt, comedant quamdiu iſtiuſmodi ſpecies reperiuntur in agro communi, at ſi defecerint in communi, & remanſerint in hortis, aut domiciliis, non comedat, ſed obligatur removere, & ratio eſt, quia ſcriptum eſt, ולחיה אשר בארצך, ergo animal comedat de communi neceſſe eſt; טפיחים ſunt grana dura ex ſpeciebus proventus, & leguminum, quæ non ſunt ſemina, ſed quæ virtute terræ naſcuntur, & relinquuntur in terra per aliquod tempus, præ ſiccitate eorum, & ſunt inſtar aliarum ſpecierum, ut קורטמא, quæ eſt hordei ſpecies, quæ vocatur טופח, uti diximus aliquoties. דופרא eſt fructus ſecundus, alii dicunt eſſe arborem quæ bis in anno profert, & eſt vox compoſita ex דו & פרי uti diximus in Demai; ſin autem defecerit ſpecies ficuum viridium, & remanſerit ex eo quod creverit ſecunda vice, comedat ſpeciem quam poſſidet, quamdiu reperitur fructus ille ſecundus. סתוניות ſunt fructus brumales; deciſio non eſt juxta R. Jehuda, nec juxta R. Joſe.

GUISIUS.

1 *Propter palam expoſitos.*] Quamdiu illi extant.

2 *Cordos.*] Codices habent טפיחים, quod etiam agnoſcunt interpretes, & multum ſe torquent in explicatione. Maimonides: והי אלחבוב אלצלבה מן אנואע אלתבואה ואלקטנית אלתי לא תזרע ואנמא הי תנבת באלטבע והי תבקי פי אלארץ כתיר ליבסהא וצלאבתהא והי פי סאיר אלאנואע כתל אלקרטמאן מן נוע אלשעיר אלדי אסמרה טופיח כמא דכרנא כראת. i. e. טפיחים *grana ſunt duriora in genere frumenti & leguminum, quæ non ſeruntur, ſed ſponte prodeunt. Diu in ſolo perdurant propter ariditatem & duritiem, & in reliquis generibus idem ſunt, quod in hordeo* قرطمان, *quod dicitur* טופיח. *ut ſupra diximus aliquoties.* Et de hoc penes ipſum fides eſto. Vide autem quæ nos ſupra ad Pea VI. 7. Interim in Toſaphta pro טפיחים legitur ספיחים, forſan melius. Locus hunc noſtrum illuſtrat, & ſic eſt. אין אוכלין על הספיחים שבעכו רבי יוסי אומר אוכלין על הכפיחין שבעכו ועל הדיפרא אבל לא על שיפוניות רבי יהודה אומר אף על שיפוניות רבי יוסי אומר הדיפרא שביכרה עד שיכלה הקיץ אוכלין עליה. Ubi pro שיפוניות bis legendum סתוניות, & pro שיהלה legendum שלא יכלה. Verba ita emendata hunc ſenſum fundunt. *Non fructibus veſci licet propter cordos Aconis. R. Joſes veſci permittit propter cordos Aconis, & propter biferos; non autem propter brumales. R. Juda etiam propter brumales. R. Joſes propter biferam arborem, quæ præcociores tulit ante finem æſtatis veſci permittit.* Sed in Gemara Hieroſolymitana ex Toſaphta legitur etiam טפסים.

ה הכובש ג׳ כבשין בחבית אחת ר׳ אליעזר אומר אוכלין על הראשון רבי יהושע אומר אף על האחרון רג״א כל שכלה מינו מן השדה יבער מינו מן החבית והלכה כדבריו ר״ש אומ׳ כל ירק אחד לביעור אוכלין ברגילה עד שיכלו סגריות מבקעת בית נטופה :

5. Si quis terna ſalgama condierit in eadem fidelia, R. Eliezer propter 1 primum duntaxat iis veſci licere cenſet; R. Joſua etiam propter noviſſimum. Rabban Gamaliel jubet genus quodlibet, quod ex agro defecerit, è fidelia pollucere. [2 Atque Conſtitutio eſt juxta illius ſententiam.] R. Simeon omnia olera paria eſſe vult quoad polluĉturam. Portulaca veſci licet uſque dum defecerint 3 cinaræ è convalle Bethnetophæ.

R. OB. DE BARTENORA.

הכובש שלשה כבשים *qui condierit condimenta tria*, ut, ſi tres ſpecies oleris reperiantur in una fidelia aceti, ut tres olerum ſpecies diu conſiſtent ſimul. *R. Elieſer dicit, comedant ſuper primo*, quando una ex illis ſpeciebus defecerit in campo, omnes ſunt vetitæ, etſi non omnes defecerint, quia illa ſpecies quæ defecit, ſaporem dedit illis quæ nondum defecerunt, & illas fecit illicitas, uti diximus capite ſeptimo, quod annus ſeptimus res diverſæ ſpeciei, quando ſaporem conferunt, & res ejuſdem ſpeciei cujuſcunque quantitatis vetat, vid. Miſna 7. *R. Jehoſchua dicit, etiam ſuper ultimo*, ſuper conjunctione ultimi quod defecit, comedat tria, etſi duo jam defecerint animalibus campi, quia ſcriptum eſt Levit. 25: 12. מן השדה תאכלו את תבואתה, ergo quamdiu comedunt in campo, comedes in domicilio tuo, ſed ille locus ſuperfluus eſt, nam docent idem è verſu 7. quo dicitur לבהמתך ולחיה אשר בארצך, id eſt, quamdiu animalia comedunt in campo, tamdiu dabis animalibus comedendum domi; ſed illa verba מן השדה תאכלו את תבואתה ſpectare poſſunt ad condimenta, eo ſenſu, ſi in campo fuerit pars illius rei quæ conſervatur domi, cujus ſaporem attraxerit id quod eſt in olla, etſi ejus ſpecies inveniatur in campo quæ nondum defecit, etſi maxima & præcipua pars fructus defecerit, nihilominus tamen comedes proventum tuum, abſque neceſſitate Remotionis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל ירק אחד לבעור *omnia olera eadem ſunt quod ad remotionem*, ſenſus eſt, quod licet quamcunque ſpeciem olerum comedere, quamdiu iſtiuſmodi ſpecies reperitur in campis, aut etiam alia ſpecies, quia olera omnia ſunt ejuſdem naturæ reſpectu Remotionis.

רגילה *portulaca* alio nomine vocatur חלגלוגות & abundat liquoribus, propterea per aliquod tempus ſe conſervat, & quando deficit in uno loco, reperitur in alio humidiori; & quamvis non conſpiciatur, reperitur tamen ſub terra, quia eo modo ſolet creſcere; quando autem viderint herbam eſſe exſiccatam in vallæ Bethnetophtæ, ſciunt quod ubique exſiccata eſt, quia terra illa eſt admodum humida, propterea vocatur Bet Netophta *domus humida*; & herba illa quæ diu ſupra terram durat dicitur סגריות, quæ cognoſcebatur in illis locis; ſed nos non cognoſcimus eam; deciſio non eſt juxta R. Schimeon, ſed juxta Rabban Gamalielem non quod hic dicatur deciſionem eſſe juxta verba e us, ſed quia eſt juxta Ribbi, nam Gemara pronunciat deciſionem juxta Ribbi contra ſocium ejus.

כל ירק אחד *omnia olera sunt ejusdem naturæ*, non constituerunt Sapientes mensuram singulis oleribus, etsi igitur tres species defecerint in campo, & alia fuerit olerum quæ nondum in campo defecerint, comedat propter alia illa olera, & non removeat è fidelia nisi dum defecerint omnes simul in campo; decisio est juxta Rabban Gamaliel, nempe, ut quicquid defecerit in campo, ejus speciem removeat è fidelia, & comedat id quod restat.

GUISIUS.

1 *Primum.*] Illud quod primo deficit.

2 *Atque constitutio.*] Desunt in Talmude Hierosolymitano, non autem in MS.

3 *Cinaræ.*] Hoc voluit R. Nathan, dum קרדי דומישתקי *cardi domestichi*, pro סנריות hic ponit. Sed non solent Græcorum κ per ק exprimere. Cinaram vero alibi קינרס vocant: ut non dubitem, quin falsus sit R. Nathan. Scriptum autem reperio non solum סנריות, sed & סגריות, & סנדיות. In Siphra etiam Sectione בהר, cap. 3. in utraque editione legitur כנדריות מבקעת בית טיפה; sed Aaron Abenhaiimus in commentariis ibi habet סנריות, & ex Maimonide סגריות; & pro בית טיפה, ut nos בית נטופא. In membranis autem Siphræ reperio סכנרייות מבקעת בית נטופא. *Si recta* sit scriptura per geminatum ס, depravatam vocem crederem ex Græco *σισυέγχιον*, vel *σισύμβριον*.

ו המלקט עשבים לחים עד שייבש המתוק והמגבב ביבש עד שתרד רביעה שניה עלי קנים ועלי גפנים עד שישרו מאביהן והמגבב ביבש עד שתרד רביעה שניה ר"ע אומר בכולן עד שתרד רביעה שניה:

6. Qui legerit herbas virentes, *iis utitur*; usque dum exaruerit succus. Qui aridas conquisiverit, usque dum ceciderit pluvia secunda. *Qui legerit* arundinum vel vitium frondes, usque dum à trunco suo defluxerint. Qui aridas conquisiverit, usque dum ceciderit pluvia secunda. *R. Akiba de universis dicit, usque dum ceciderit pluvia secunda.

R. OB. DE BARTENORA.

המלקט עשבים לחים *qui colligit herbas virentes*, comedat eas sine remotione, usque dum terræ humiditas exsiccata fuerit, quæ fructus reddit maturos, ab hoc tempore, & ulterius obligatur de remotione.

המגבב ביבש *qui colligit aridas*, qui legerit herbas siccas, comedat eas sine remotione, usque dum descenderit pluvia secunda, quæ in anno mediocri cadit vigesimo tertio die Marchesvan, abhinc & ulterius obligatur de remotione. מגבב Chaldaicum est, & notat *colligere stipulas*. רביעה sic vocatur *pluvia*, quia cum terra coit, uti mas cum fœmina; aliter, quia irrigat pulverem, sic Chaldaicè רובץ רביץ *pluvia quæ pulverem recumbere facit*. ועלי גפנים *& folia vitium*, supple virentium, de iis comedant quamdiu reperiuntur in arbore. המלקט ביבש *qui colligit aridas*, in foliis cannarum, & vitium exsiccatarum quas collegerit, comedat usque dum descenderit pluvia secunda, & postea removeat בכלן *universas*, tam herbas colligat quam folia cannarum, & vitium, tam virentes quam siccas; decisio non est juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui colligit herbas virentes vocatur מלקט, qui vero colligit siccas vocatur מגבב, sic Targum לקושש קש transfert לגבבא גילי Exod. 5: 12. מתוק *dulce* vel *succus* idem quod חנטלא. Quod dicit רביעה שניה *pluvia secunda*, exposuimus jam in fine tractatus Pea, ejus tempus incidere in septimum diem mensis Marchesvan in anno maturo, sed in anno mediocri in vigesimum septimum diem Marchesvan, in anno verò tarde adveniente in primum diem mensis Cislev, & hoc in terra Israelis; decisio non est juxta R. Akibam. עד שישרו *usque dum ceciderint*, absorbetur נ in ש, & propterea dagessatur ש, dicendum enim est ינשרו à נשר *decidere*, uti exposuimus capite septimo.

ז כיוצא בו המשכיר בית לחבירו עד הגשמים עד שתרד רביעה שניה המודר הנאה מחבירו עד הגשמי' עד שתרד רביעה שניה עד איכתי עניים נכנסין לפרדסו' עד שתרד רביעה שניה מאימתי נהנין ושורפין בתבן ובקש של שביעי' משתרד רביעה שניה:

7. Similiter si quis ædes alii locaverit ad usque hyemem, intelligitur usque dum ceciderit pluvia secunda. Si quis voto interdictus sit utilitati ab alio percipiendæ ad usque hyemem, intelligitur usque dum ceciderit pluvia secunda. Quousque pauperibus competit jus in hortos intrandi? Usque dum ceciderit pluvia secunda. A quo tempore ad usus adhibere & cremare licet stramen & stipulam anni septimi? Ex quo ceciderit pluvia secunda.

R. OB. DE BARTENORA.

עד אימתי העניים נכנסים לפרדסות *quando pauperes intrant hortos*, in reliquis extra septimum annis ad colligendum spicilegium oblivionis, & angulum; eodem jure intrant hortos in exitu anni septimi, donec descenderit pluvia secunda, propter reliquos fructus qui remanserunt ex anno septimo.

בתבן ובקש של שביעית *stramen & stipulas anni septimi*, quia stramen, & stipula inserviunt quadrupedibus in pabulum, & subjiciuntur sanctitati anni septimi, & non licet ea comburere, nec frui illis, quia exponimus ex Levit. 25. *in comestionem*, & non, *in perditionem*; quando autem cessaverit id quod reperiebatur in campo in pabulum animalium, sanctitas anni septimi divellitur ab eo quod domi invenitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המודר הנאה *qui vota facit quod ad usum alicujus rei*, est is qui se voto obligat ut nihil commodi percipiat ex bonis proximi sui, aut aliorum hominum; hujus rei jus exponemus suo loco prolixius.

עד אימתי העניים נכנסים לפרדסות *quando pauperes intrant hortos*, sensus est, ad colligendum spicilegium, acinos deciduos & racemos, in annis ordinariis, ac profanis, uti expositum est in fine tractatus Pea. Eodem jure etiam intrant hortos in exitu anni septimi, donec descenderit pluvia secunda, quia in hortis remanent reliquiæ anni septimi; quando autem descenderit pluvia secunda in exitu anni septimi, tum licebit stramine & stipula frui in exitu anni septimi.

ח מי שהיו לו פירות שביעית והגיע שעת הביעור מחלק מזון ג' סעודות לכל אחד ואחד ועניים

8. Is qui fructus habet anni septimi quo tempore institerit pollucendi articulus, escam trium refectio-

ועניים אוכלין אחר הביעור אבל לא עשירים דברי ר׳ יהודה רבי יוסי אומר אחד עניים ואחד עשירים אוכלין אחר הביעור :

num 1 singulis distribuat. Pauperes etiam post pollucturam iis vescuntur, non autem divites. Ita R. Juda. R. Joses parem rationem esse pauperum & divitum censet, & utrosque post pollucturam 2 recte iis vesci.

R. OB. DE BARTENORA.

והגיע שעת הביעור *& appropinquaverit tempus removendi*, tempus removendi fructus juxta loca sua, uti Mischna in superioribus dixit, *tres terræ obligantur de remotione*; Beraita vero dicit, comedant uvas usque ad Pascha, & olivas usque ad Pentecosten, ficus siccas ad festum tabernaculorum, dactylos usque ad Purim, & omnes hi fructus sunt anni octavi; & hæc sunt tempora quæ simpliciter dicuntur, de quibus non constat an cibus animalibus defecerit in campo, an vero non; at si constiterit, omnes removeantur, propterea quod in campo defecerint. מחלק מזון שלשה סעודות לכל אחד ואחד *distribuat unicuique cibum trium prandiorum*, prius domesticis, deinde vicinis, parentibus, ac amicis, & adferat ad portam domicilii, & dicat, *fratres domus Israelis, qui indiguerit, tollat.* העניים אוכלים אחר הביעור אבל לא העשירים *pauperes comedant post remotionem, at non divites*, quia Deut. 23: 11. dicitur, ואכלו אביוני עמך, non autem, populus tuus. *Tam pauperes quam divites*, explicat hoc sensu textum, comedant pauperes, & comedant populus tuus; decisio est juxta R. Jose.

G. U I S I U S.

1 *Singulis.*] Domesticis & necessariis. Vide Tosaphtam cap. VIII.

2 *Recte iis vesci.*] Omittenda enim particula negativa אין, quæ in nonnullis editionibus, & in MS; quam etiam agnoscit Maimonides. Omittitur in Siphra impressa & manu exarata, ubi hæc Misna citatur, in Sectione בהר cap. I. Omittitur etiam in Tosaphta, in Tosephoth ad Pesac. 52. *b.* & in Mose Cottiensi. Hic locus Maimonidem fefellit, ut pollucturam eam esse diceret, qua fruges certo tempore ex rerum natura penitus abolerentur.

ט מי שהיו לו פירות שביעית שנפלו לו בירושה או שנתנו לו בכתנה ר׳ אליעזר אומר ינתנו לאוכליהן וחכ״א אין החוטא נשכר לא ימכרו לאוכליהן ודמיהם יתחלקו לכל אדם האוכל מעיסת שביעית עד שלא הורמה חלתה חייב מיתה :

9. Si quis habeat fructus anni septimi, qui ipsi hæreditatis jure obtigerint, vel dono dati fuerint, R. Eliezer eos iis dari jubet, qui comedere velint. At Sapientes dicunt, neminem mercede conducendum ut peccet; propterea vendi potius iis qui comedere velint, & pretia quibuscunque distribui. Qui comederit de massa farinæ anni septimi secio nondum delibato, mortis reus est.

R. OB. DE BARTENORA.

ר׳ אליעזר אומר ינתנו לאוכליהן *R. Eliefer dicit, dent iis qui comedent eos*, etsi fructus collecti fuerint licitè, ut comedantur cum sanctitate anni septimi, nihilominus R. Eliefer putat quod non licet comedere fructus ei soli, cui illi fuerint dati, verum etiam ut distribuat eos aliis; est enim in sententia Schamai, qui dicit anni septimi fructus comedi cum gratificatione, nimirum, gratificando ei qui ipsi dedit fructus anni septimi, quia Deus eos fecit communes, propterea ei cui dono dati sunt fructus anni septimi non licet eos soli comedere, ne gratificetur iis qui ipsi fructus hæreditate reliquerint, aut dono dederint, sed comedat eos cum aliis, ne anni septimi fructus comedantur cum gratificatione.

Sapientes dicunt peccatorem non esse conducendum mercede, Sapientes hæc dicunt juxta opinionem R. Eliefer is, at juxta illos licet comedere fructus anni septimi cum gratificatione, & sine gratificatione, sed secundum R. Eliesrem qui non licitum esse dicit comedere fructus anni septimi cum gratificatione, quando dicit eos dari iis qui velint eos comedere, permittentem, ut iis quibus dono dati sunt liceat comedere cum aliis, fieri potest ut peccator quidam conducatur mercede, qui eos comedat cum quolibet homine; sed necesse est ut ostendat jus juxta sententiam suam, quod vendantur iis qui comedant eos, & solvant quantum valuerint fructus, ne inveniatur peccator qui mercede conducatur, & nummi distribuantur unicuique; sed decisio non est juxta R. Eliefer.

האוכל מעסת שביעית *qui comedat de massa anni septimi*, priusquam ab ea separata sit placenta, reus est mortis; ne autem dicas quod non datur placenta è massa anni septimi, quia scriptum est Levit. 25: 7. לאכל *ut comedatur*, non autem ut comburatur, & quod placenta comburenda quando polluta est; propterea nos docet Misna, ex eo quod scriptum est Num. 15: 21. ראשית עריסותיכם de quacunque massa de qua separetur placenta, esse obligationem quod ad annum septimum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fructus illi de quibus hìc sermo, sunt *fructus permissionis*, id est, qui collecti sunt uti convenit; opinio autem R. Elieferis est eadem cum opinione Schamai, etsi sit ex discipulis Hillelis, sic constat de omnibus ejus verbis in Gemara: & sic dixerunt, *R. Eliefer Schamutæus est.* Dixi vero antea, quod Schola Schamai dicit, quod fructus anni septimi non comedant cum gratificatione; R. Eliefer dicit, si cui obtigerint jure hæreditatis, aut dono dati fuerint, non comedat eos solus, quia comedit cum gratificatione; propterea non tantum sibi, sed aliis etiam distribuet; & dixerunt ipsi Sapientes, certum est te juxta opinionem tuam statuere eum esse peccatorem, qui fructus anni septimi dono accipit; at non ita se habet jus, quia peccator est is qui mercede conducitur, quia eam comedit cum reliquis hominibus; at nos pro fundamento tenemus peccatorem non esse mercede conducendum, sed vendendum, ut solvat ad ultimum usque nummulum, & distribuat pretium cuicunque voluerit. Jam diximus quod fructus anni septimi comeduntur cum gratificatione, & sine gratificatione; decisio autem non est juxta R. Eliefer. Quatenus autem anni septimi fructus non obligantur de decimis, possemus etiam dicere, quod non obligantur de placenta, propterea nos docet quod fructus anni septimi etiam obligantur de חלה *placenta*, quia dictum est Num. 15: 21. ראשית עריסותיכם quod intelligendum de quacunque massa, quod itidem exponetur in tractatu Challa, nempe, quod quicunque non separaverit placentam reus est mortis; scopus vero hìc est ut doceat jus quod ad massam anni septimi idem esse cum jure massarum aliarum, etsi de communi.

פרק י שביעי משמטת את המלוה בשטר ושלא בשטר הקפת החנות אינה משמטת ואם עשאה מלוה

Caput 10. Annus septimus remittit mutuum sub chirographo, & non sub chirographo. Creditum taber-

מלוה הרי זו משמטת רבי יהודה אומר הראשון הראשון משמט שכר שכיר אינו משמט ואם עשאו מלוה הרי זה משמט רבי יוסי אומר כל מלאכה שפוסקת בשביעית משמטת ושאינה פוסקת בשביעית אינה משמטת׃

tabernæ non intercidit. Sin mutuum fiat, illud intercidit. R. Juda 1 primum quodque intercidere cenſet. Mercenarii merces non intercidit. Sin mutuum fiat, illud intercidit. R. Joſes autumat mercedem operis, quod intermitti debet anno ſeptimo, intercidere; operis, quod anno ſeptimo non intermittitur, non intercidere.

R. OB. DE BARTENORA.

שביעית משמטת את המלוה *annus ſeptimus remittit mutuum*, ſi quis mutuo dederit proximo, & advenerit annus ſeptimus poſtquam mutuo dedit, non poterit repetere mutuum, quia ſcriptum eſt Deut. 15: 2. שמוט כל בעל משה ידו. Dicit porro בשטר *ſub chirographo*, ut ſcribat ipſi chirographum debiti de reditu bonorum, ac agrorum, ad poſſeſſorem mutuo dantem, quod, etſi videatur ac ſi oppignoret agrum, nihilominus in anno ſeptimo remittitur. הקפת החנות *creditum tabernæ*, ſi fide ab ipſo emerit, non remittitur, quia non eſt debitum, neque modus mutui dati.

ואם עשאה מלוה *& ſi fecerit id mutuum*, ſi rationes inierit cum emtore, & ipſi id reliquerit mutuum. הראשון הראשון משמט *primum quodque remittit*, ſi tabernam una vice emerit fide, & poſtea ſecunda vice, quod prima vice emerit fit mutuum, & remittitur, ſed non quod ſecunda vice; ſi vero iterum emat tertia vice, id quod prima, & ſecunda vice emit fit mutuum, & remittitur, at non quod tertia vice emerit; & ſic ſemper ultimum quodque non remittitur, quoniam conveniebat ut ipſi ſolveret primos nummos, antequam emeret ſecunda vice, quos nummos ſi nondum dedit, primi fiunt mutui, & eo modo de cæteris ſemper; deciſio non eſt juxta R. Jehudam.

כל מלאכה שפוסקת בשביעית *omne opus quod ceſſat in anno ſeptimo*, ſi merces iſtius mercenarii proveniat ex operibus, quæ in anno ſeptimo ceſſant, quia vetita ſunt, uti aratio, meſſis, & agricultura, tum illa fit in mutuum, & remittitur in anno ſeptimo; ſi vero merces proveniat ex aliis operibus quæ non ſunt vetita in hoc anno, non fit ut mutuum, & non remittitur in anno ſeptimo; deciſio non eſt juxta R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ושלא בשטר *& non dato chirographo*, eſt hic chirographus debiti ne detur jus redeundi ad bona. ובשטר *& dato chirographo*, in quo exponitur jus redeundi ad bona, quod tamen irritum fit ratione anni ſeptimi, etſi res ſe habeat ac ſi quis oppignorat agrum ſuum quodam pretio.

והקפת החנות *& creditum tabernæ*, notat creditum emtionis & venditionis inter poſſeſſorem tabernæ, & emtores, qui pro eo conſumit id quod ipſi neceſſarium eſt, & ſolvit quando ſummam pecuniæ collegerit, id autem quod ita ex minimis colligit non remittitur in anno ſeptimo, quia in eo non eſt modus debiti, quia ipſi tabernam vendidit ut pecuniæ ſummam vario tempore è collectaneis ſuis ſolvat.

הראשון הראשון משמט *primum quodque remittit*, ſi poſſeſſor tabernæ conductori crediderit ut una vice, & ſecunda ſolvat, ultima vice tantum non remittitur ipſi in anno ſeptimo, & quod ipſi credidit ſuperioribus vicibus, eſt debitum uti alia debita, & remittitur in anno ſeptimo.

כל מלאכה שפוסקת בשביעית *omne opus quod ceſſat in anno ſeptimo*, uti eſt aratio & ſeges, nec non amputatio arborum, ac plantarum; R. Joſe vero dicit, ſi mercenario debeat mercedem arationis, aut meſſis, totam remitti mercedem, quia eam fecit in debitum, quoniam iſtiuſmodi opus ceſſat in tempore remiſſionis debitorum; deciſio non eſt juxta R. Jehuda nec juxta R. Joſe.

GUISIUS. 1 *Primum quodque.*] Eorum quæ ex officina concredita ſunt.

ב השוחט את הפרה והלקה בראש השנה אם היה החדש מעובר משמט ואם לאו אינה משמט האונס והמפתה והמוציא שם רע וכל מעשה ב״ד אין משמטין המלוה על המשכון והמוסר שטרותיו לבית דין אינן משמטין׃

2. Qui juvencam mactans 1 diſtribuerit ſub anni initio, ſi menſis intercalatus fuerit, remittit; ſin vero, non tenetur remittere. Multæ ejus qui vi ſtuprum extorſerit, vel eblanditus fuerit, & illius qui cujuſquam famam læſerit, atque omnia denique judicata Synedrii non remittuntur. Is qui pignore accepto mutuum dederit, & is qui tabulas Synedrio tradiderit, remittere non coguntur.

R. OB. DE BARTENORA.

השוחט את הפרה *qui mactaverit juvencam*, in anno ſeptimo, & diſtribuerit illam prima die duorum feſtorum dierum initii anni; ſi menſis Elul habuerit triginta dies, fiet, ut dies primus in quo diſtribuit carnem, ſit profanus; & dies ultimus menſis Elul incidat in annum ſeptimum, annus vero ſeptimus remittit in fine, ut ſcriptum Deut. 15: 1. מקץ שבע שנים תעשה שמטה.

האונס והמפתה *qui vi ſtuprum intulerit, vel eblanditus fuerit*, hi tenentur dare quinquaginta ſiclos. המוציא שם רע *calumniator*, tenetur centum ſiclos dare. וכל מעשה בית דין *& omnia acta ſynedrii*, ſi judices ſententiam pronunciaverint de pecunia, lis ceſſat, & tenetur ſolvere quod debet.

המלוה על המשכון *qui mutuo dederit ſub pignore*, quia ſcriptum eſt, ואשר יהיה לך את אחיך תשמט ידיך &c., quod excipit id quod fratri tuo eſt in poteſtate tua. המוסר שטרותיו לבית דין *qui chirographos ſuos tradiderit ſynedrio*, quia ſcriptum eſt, Deut. 15: 3. יהיה לך את אחיך excipe eum qui chirographos tradiderit ſynedrio, ut ſynedrio res ſit quod ad debitum fratris.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם היה החדש מעובר *ſi menſis fuerit intercalatus*, ſi menſis Elul habuerit triginta dies, fiet dies ille, quem in animo habuit, fore initium anni, dies ultimus menſis Elul, & fiet, quando vendiderit, ut vendat propter debitum, ante annum remiſſionis, diſtribua autem ſine intentione dilationis nummorum, quia cogitaverat illum diem fore diem feſtum, & ſe non poſſe eo die vendere, ut perfectam acciperet ſolutionem pro carne ſua, adveniente enim remiſſionis anno, remittebatur debitum; ſi vero declaraverit illum diem fore diem initii anni, non remittitur debitum, quia debitum non contractum eſt in anno ſeptimo. Sic etiam ſe res habet cum pœnis, quibus condemnat Lex eum qui vi ſtuprum intulerit, aut eblanditus fuerit; qui framam alicujus corroſerit, de quo obligatur de debito, non eſt debitum ejus naturæ cujus ſunt reliqua, ſed eſt condemnatio qua non abſolvitur priuſquam nummos ſolverit pro delicto ſuo. Dicit porro וכל מעשה בית דין *& omnia acta ſynedrii*, exponitur in Gemara מעשה eſſe ſententias judicum, quando judex dicit, *Tu N. N. ſolvere debes N. N. tantum & tantum*, iſtiuſmodi nummi non remittuntur, quia, poſtquam rem ad judices detulerit, ſe res habet, ac ſi intraverit poteſtatem domini ſui, & non eſt debitum. Tenemus etiam pro fundamento creditorem acquirere pi-

gnu sà debitore, & propterea, ſi ipſi mutuo det, ſe rem habere ac ſi pignus illud pecunia emerit ea, quod ipſi pro tempore mutuo dedit, & non remittitur. Qui vero tabulas ſuas ſynedrio tradiderit, ei non remittitur debitum, quia ſcriptum eſt Deut. 15:3. ואשר יהיה לך את אחיך תשמט ידך, ſed hoc jam tradidit in manus judicum quod erat in manu ſive poteſtate ſua quod ad repetitionem debiti, ita ut ad ſynedrium jam pertineat res de debito fratris ſui.

GUISIUS. 1 *Diſtribuerit.*] Ratus nimirum annum ſeptimum elapſum eſſe, adeoque ſibi utilem actionem de pretio competere. Si menſis Elul intercalatus ſit, adeoque dies quem ad novum annum pertinere ratus eſt, revera ad ſeptimum pertineat, qui partes juvencæ acceperint convenire non poſſunt.

ג פרוזבול אינו משמט זה אחד מן הדברים שהתקין הלל הזקן כשראה שנמנעו העם מלהלות זה את זה ועוברין על מה שכתוב בתורה השמר לך פן יהיה דבר עם לבבך בליעל וגומר התקין הלל לפרוזבול :

3. 1 Judicialis cautio non perimitur. Hæc una eſt earum rerum, quas inſtituit Hillel ſenior. Cum populum videret à mutui datione invicem alienum fieri, adeoque illud quod in lege ſcriptum eſt (Deut. XV. 9.) *Caveto tibi, ne rem nequam animo cogites,* &c. violari, inſtituit Hillel cautionem judicialem.

R. OB. DE BARTENORA.

פרוזבול eſt vox compoſita ex פרוז *remedium* & בול *divites*, ſenſus eſt, remedium eſſe divitibus ne tranſgrediantur id quod ſcriptum Deut. 15:9. השמר לך פן יהיה דבר עם לבבך בליעל; eſt etiam remedium pro pauperibus, ut inveniant qui illis det mutuum; remiſſio vero hodierno tempore obtinet juxta ſententiam Sapientum, quia dicitur שמוט כל בעל משה ידו vide Deut. 15:2. ubi de duabus remiſſionibus ſermo eſt, una eſt remiſſio de agris, altera de pecunia, eo ſenſu, quando remittis agros, remittes pecuniam, & quando non remittis campos, non remittes pecuniam; Sapientes vero ordinarunt remiſſionem pecuniæ hoc tempore, nimirum, quo ſcribebatur Perosbol; propterea Hillel ille ſenior ſibi primus hanc arrogavit auctoritatem inſtituendi Perosbol quo irritum faceret jus de remiſſione, quia pecuniæ remiſſio hoc in tempore tantum obtinet ex conſtitutione Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרוזבול eſt nomen compoſitum cujus ſenſus eſt *remedium cauſæ*; argumentati ſunt contra ea quæ inſtituit Hillel, & dixerunt in Gemara, forſitan fieri poſſe, ut juxta Legem annus ſeptimus remittat, & Hillelem ordinaſſe ut non remittat? & expoſuerunt, quod conſtitutio Hillelis ordinata de anno ſeptimo hodierno tempore eſt ex Sapientibus; nam ſcriptum eſt Deut. 15:2. וזה דבר השמטה שמוט כל בעל משה ידו & dixerunt, de duabus remiſſionibus loquitur Scriptura, una eſt remiſſio terræ, altera remiſſio pecuniæ, in tempore quo remittitur ager, remittes pecuniam, in tempore quo non remittitur ager, non remittes pecuniam; Sapientes vero ordinarunt ut remitterent in memoriam anni ſeptimi; & ſic fit ut annus ſeptimus hoc tempore obtineat juxta conſtitutionem Sapientum; indè eſt, ut exponamus quod de remiſſione pecuniæ obligati ſumus hodierno tempore ex conſtitutione Sapientum, & ſcias eam valere omni loco, & tempore, nempe remiſſionem mutui in anno ſeptimo juxta conſtitutionem Sapientum; & juxta eam judicandum eſt, & non tergiverſandum, quando hæc res tibi repetenda eſt, ſive judicum mandato ſive hæreditatis jure, quia pro fundamento tenemus quod hæredi graviores imponunt conditiones, & pronunciandam eſſe ſententiam, quod debitum remittitur, etſi debitor hoc non petat.

GUISIUS.

1 *Judicialis cautio.*] Ita interpretor vocem פרוזבול vel פרוסבול, de qua Judæi ineptiunt, alii vero multum ſe torquent. Eſt enim פרוזבול cautio πρὸς βουλευτὰς. coram judicibus interponenda. Hoc ſibi vult celebre illud vocis etymon R. Haſdæ in Gemara Gitt. 36. *b.* ubi פרוסבול exponit פריסבולי בוטי. Voces male conjunctæ pariter & male divulſæ. R. Haſda, vix dubito quin dixerit פרוס בוליוטי i.e. πρὸς βουλευτὰς. Id etiam voluit R. Joſeph: אלו בולאות שביהודי illi ſunt οἱ τῆς Ἰουδαίας βουλευταί. Aliter tamen Samuel; פרוסבולא עולבנא הדייני ſignificans פרוסבול eſſe violentam machinationem judicum, qua divinam legem temerabant, i.e. προσβολήν.

ד זהו גופו של פרוזבול מוסר אני לכם איש פלוני ופלוני הדיינים שבמקום פלוני שכל חוב שיש לי שאגבנו כל זמן שארצה והדיינים חותמין למטה או העדים :

4. Judicialis cautionis hæc eſt formula: HOC EGO VOBIS TRADO, N. ET N. JUDICES LOCI N. UT QUODCUNQUE ÆS ALIENUM MIHI DEBETUR, ID EGO VINDICEM QUO TEMPORE LIBEBIT. Judices autem infra ſubſignant, vel teſtes.

R. OB. DE BARTENORA.

זהו גופו של פרוזבול *hoc eſt corpus Perosbol*, hæc eſt ſubſtantia, fundamentum ac radix τοῦ Perosbol. והדיינים חותמים למטה או העדים *& judices ſubſignant, aut teſtes*, dicit judices aut teſtes, ut doceat teſtes etiam poſſe judices eſſe, aut judices teſtes, juxta ſententiam Sapientum enim teſtis fit judex, ſic etiam Perosbol juxta eos inſtitum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מוסר אני לכם *trado ego vobis*, vos teſtes voco in hac illa vere. והדיינים חותמים למטה *& judices ſubſignant infra*, ut conſtet judicem poſſe eſſe teſtem, & vice verſa; ſic etiam pro fundamento tenemus in rebus quæ à conſtitutionibus dependent teſtes fieri judices, jam expoſuimus quoque Perosbol eſſe conſtitutione Sapientum.

ה פרוזבול המוקדם כשר והמאוחר פסול שטרי חוב המוקדמי פסולי והמאוחרי כשרים אחד לוה מחמשה כותב פרוזבול לכל אחד ואחד חמשה לוין מאחד אינו כותב אלא פרוזבול אחד לכולם :

5. Judicialis cautio 1 cum prochroniſmo rata habetur, cum metachroniſmo irrita. Æris alieni tabulæ cum prochroniſmo irritæ, cum metachroniſmo ratæ. Si unus quiſquam à quinis mutuum accipiat, ſingulis ſcribenda eſt judicialis cautio. Si quini ab unico, ei unica ſcribenda eſt judicialis cautio pro omnibus.

R. OB. R. MOS-

R. OB. DE BARTENORA.

פרוזבול המוקדם *Perosbol anticipatum*, cujus tempus anticipatum est ac scriptum in mense Cislev, tempus vero illud, in quo anticipatum est, inde à mense Tisri ducitur. כשר *legitimum est*, eo quod potestas creditoris irrita fit mediante illo scripto, quia Perosbol anticipans tantum valet, quoniam, postquam tradidit id synedrio, judices constituuntur exactores, & non remittuntur debita, ideo debita quæ contrahuntur post Perosbol, quando res nondum synedrio tradita est, non remittuntur; fiet, ut perdat mutuo datum anticipatione temporis; *at Perosbol postpositum illegitimum est*, quoniam tempus ejus postposuit & mutuo dedit intra illud tempus, quum vero produxerit Perosbol & judices illud viderint quo tempore scriptum, animadvertent debita illa præcessisse Perosbol, & fiet ut exigat contra jus.

שטרי חוב המוקדמים פסולים *chirographi debitorum anticipati illegitimi sunt*, si in mense Nisan scribat tempus mensis Tisri præcedentis, illegitimi sunt istiusmodi chirographi, quia exigit contra id quod jus fert inter mensem Tisri ad Nisan; his vero imposuerunt Sapientes ne ab emtoribus exigerent istiusmodi chirographos debitorum; neque illos qui scripti sunt in mense Nisan, & postea, ne quis exigat ab emtoribus inter Tisri, & Nisan, contra jus; sed chirographus non ideo illegitimus est, quia testes qui subsignarunt fuere impii, falso anticipantes chirographi tempus; quia testes dicere possunt, nos subsignavimus tantum super fundamento debiti, non autem super tempore, quia non venimus ut testificaremur quod scriptus obsignatusque sit suo die. המאוחרים כשרים *postpositi sunt legitimi*, quia ope eorum potestas creditoris diminuitur, ut non possit quicquam è manu emtoris rapere, nisi post illud tempus quod in chirographo extat.

כותב פרוזבול לכל אחד ואחד *scribat Perosbol singulis*, quia quilibet creditor tenetur chirographum suum tradere judicibus, qui ipsi scribant Perosbol; ideo, si quinque mutuo acceperint ab uno, unicum tantum scribunt Perosbol, quia unicus est creditor, etsi debitores multi, quando igitur creditor acceperit unicum Perosbol super omnibus illis debitoribus, sufficit ipsi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרוזבול המוקדם *Perosbol anticipatum*, si prius scripserit Perosbol, & postea dederit mutuo. המאוחר *postpositum*, si prius alicui mutuo dederit, & postea scripserit Perosbol; & *illegitimum est*, quia istiusmodi Perosbol & chirographus debiti qui tenetur de jure debitorum, id est, ut remittantur debita in anno septimo; sed verba Rabban Schimeonis filii Gamalielis in Tosaphta ubi erravit, manifesta fiunt in Gemara, usque dum exposuerit, ac dixerit conditiones ד״ז Perosbol ejusmodi esse, ut prius quis det mutuo, & postea conficiat chirographum, & hoc est quod Rabban Schimeon filius Gamalielis dixit, quicquid post Perosbol mutuo datum est, non remittitur; me vero latet quomodo magnus hic error inciderit, & quomodo probaverit è re quæ verbis ejus repugnat; sed verba Rabban Schimeonis filii Gamalielis clara sunt, juxta id quod dicit Mischna, quando Perosbol anticipatum fuerit, & mutuum postpositum, non remittitur, sed valebit Perosbol.

שטרי חוב המוקדמים פסולים *chirographi debitorum anticipati illegitimi sunt*, ut, si Ruben mutuo acceperit à Schimeone, & scripserit ipsi chirographum debiti, postea vero Ruben Schimeoni restituit quod mutuo accepit, & scribit Schimeon chirographum solutionis, relinquens chirographum debiti in potestate sua, aut Ruben eum relinquens apud ipsum bona fide, dicimus quod istiusmodi chirographus debiti irritus fiat, ac nullius momenti, quando debitum solvit ei scripsit chirographum. Si autem Ruben deinde à Schimeone secunda vice mutuo acceperit, & Ruben dixerit, non obligabis me ut alium tibi conficiam chirographum, primum meum chirographum debiti, quem tenes, relinquo in potestate tua, quia pecuniæ summa est eadem; istiusmodi chirographus habetur anticipatus, quia tempus, quo scriptus est, præcedit mutuum secunda vice datum, & illegitimus etiam habetur vi fundamenti illius quod tenemus, nimirum, quemcunque, qui monstraverit chirographum debiti, è potestate emtorum posse educere omnes agros, quos à debitore emerunt post illud tempus quo conscriptus est ille chirographus, & hoc ope hujus chirographi, si dederimus eum pro legitimo, educet id quod vendidit post tempus quo conscriptus est, & antequam secunda vice pecuniam mutuo acceperit Ruben à Schimeone, non licet ipsi quicquam educere, nisi id quod Ruben vendidit postquam ab ipso secunda vice mutuo accepit, & fiet, ut diripiat ab emtoribus contra id quod justum est. Et dicimus, quod illegitimus est istiusmodi chirographus, quia nunquam ipsi licet quicquam è manu emtoris diripere; nam non dicimus, quod licet rapere bona quæ ipsi vendita fuere indè ab ultimo tempore, ea quidem cautione, ne rapiat indè à tempore ultimo. מאוחרים כשרים *postposita legitima sunt*, hoc clarum est, ut, si acceperit mutuum, & postea scripserit chirographum; & hoc convenit, quia emtoribus contra creditorem conducit, quia nihil ab ipsis exigere potest nisi post tempus conscripti chirographi, & hæc est explicatio *anticipatorum*, & *postpositorum*. Et huic rei diligenter incumbendum est, quia multi in hac errarunt, sibi imaginantes quicquid scriptum fuerit certo tempore, uno debiti chirographo, si præterito deindè tempore recepti fuerint nummi, esse chirographum debitorum anticipatum; sed hoc non est verum, nam falsitas ejus constat ex Gemara, nimirum, quod quamdiu chirographus confectus fuerit cum possessione, exigat & educat è potestate emtoris ab illo tempore quo conscriptus est chirographus, etsi postea dederit nummos. Sic etiam se res habet, si in mense Nisan signaverit tempus Adar, & testes illud confirmaverint, ut ille etiam vocetur *chirographus anticipatus*. Et hoc scitu necessarium est, quod, si Ruben petat à Schimeone pecuniam quam ipsi debet, & educat chirographum debitorum, & Schimeon dicat, quod ipsi nihil debet, & quod chirographus ille debitorum apud eum conservatur bona fide, Ruben vero confitetur quod sit chirographus anticipatus, eo quo diximus modo, jus pronunciatur, ut Schimeon juret jusjurandum Sapientum, quod nihil tenet ex bonis Rubenis; nam hic non dicimus, quandoquidem dicere potuisset quod chirographus hic erat postpositus, dixit autem quod erat anticipatus, veritatem dixit, & illi debet: quia non dicimus מגו *quoniam*, nisi ut hominem absolvamus à debitis, non ut ab aliis exigat, quando locum habuerit ratio *quare*, quemadmodum videtur ex hoc jure de quo diximus. Et hoc est fundamentum verum, ac utile, ad quod attendendum est. Cæterum jam exposui tibi quod negotium de Perosbol institutum est pro eo qui argentum dat mutuo, non pro eo qui mutuo accipit; propterea, si quinque ab uno mutuo acceperint, unum Prosbol tantum scribi necesse est.

GUISIUS.

1 *Cum prochronismo.*] Quia sic causa creditoris deterior fit, quod secus accidit in tabulis æris alieni. Judicialis enim cautio non aliter valet quam in illis nominibus, quæ ante ejus in Synedrio deditionem facta. Quæ post facta nulla cautione interposita, priore non obstante perimuntur anno septimo. Si quis ideo cautionem cum prochronismo interposuerit, id in suum ipsius damnum cedit. Contra si tabulæ æris alieni prochronismo peccent, irritæ habentur, quia ita creditoris causa melior fieret cum damno alterius. Si enim in instrumento adscribatur tempus, quod tempus nominis facti semestri spatio antecedit, sic creditori evictio competeret contra bonæ fidei emtorem, qui intra illud tempus semestre, hoc est ante nexum fundum debitoris mercatus est.

ו אין כותבין פרוזבול אלא על הקרקע אם אין לו מזכה הוא בתוך שדהו כל שהוא היתה לו

6. Non scribenda est judicialis cautio nisi oppignerato fundo. Si *debitori* non suppetat, *creditor* impertiat ei jus ad agri sui partem quantulamcunque.

לו שדה ממושכנת בעיר כותבין עליה פרוזבול רבי חוצפית אומר כותבין לאיש על נכסי אשתו וליתומים על נכסי אפוטרופין :

Si habeat agrum oppigneratum in urbe, ſuper eum ſcribitur judicialis cautio. R. Hoſpithes viro ſcribendam exiſtimat oppigneratis uxoris opibus, pupillis oppigneratis opibus curatorum.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא על הקרקע *niſi ſuper fundo*, niſi debitori fuerit fundus, quia tum cenſetur debitum quaſi jam exactum poteſtate ſynedrii, & non dicitur de eo לא יגוש Deut. 15:2. אם אין לו *ſi non ſuppetat ipſi*, debitori nempe, at creditori ſuppetat, creditor efficit ut debitori quantulacunque pars campi adjiciatur; deindè ſuper eo ſcribitur Peroſbol, etiamſi ſit debitum centum minarum, quia cujuſcunque quantitatis fundus legitimus eſt ut eo exigatur totum ejus debitum, nempe exigendo, & iterum iterumque exigendo, donec debita omnia fuerint ſoluta. היתה לו *ſi ſuppetat ipſi*, ſupple debitori.

שדה ממושכנת בעיר *ager oppignoratus in urbe*, tam quando alii oppignorarunt apud eum, quam quando is ipſe oppignoravit apud alios, ſcribendum eſt Peroſbol. כותבין לאיש על נכסי אשתו *ſcribunt viro ſuper bona uxoris ſuæ*, nempe ſuper campum bonorum מלוג *depilationis*, (bona uxoris, citra dotem ejus, quorum fructum tantum percipere poteſt maritus). על נכסי אפוטרופין *ſuper bonis tutorum*, qui mutuo accipiunt propter neceſſitatem orphanorum, quibus non erat campus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל שהוא *quantulamcunque*, in Gemara dicunt, etſi ſit caulis braſſicæ. ממושכנת *oppignoratus*, etiamſi oppignoratus ſit campus in Syria, ubi moris erat, ut is qui pignus capiebat ſimul daret pecuniam, & comederet fructus ad certum tempus uti convenerant, & tum redibat pignus ad eum qui oppignoraverat, & præterea nihil ſolvebat; ſic etiam ſcribebant ipſi, *his annis completis redibit hæc terra ſine pecunia*, quia nullam ejus tenet antequam ſolverit pecuniam. אפוטרופין ſunt *tutores*, deputati ſuper orphanis, quos pater vel ſynedrium deputavit, ſed hoc jus ulterius perſequemur ſuo loco. *R. Huſpit*, non video quiſnam ipſi contradicat.

ז כוורת דבורים רבי אליעזר אומר הרי היא כקרקע וכותבין עליה פרוזבול ואינה מקבלת טומאה במקומה והרודה ממנה בשבת חייב וחכ"א אינה כקרקע ואין כותבין עליה פרוזבול ומקבלת טומאה במקומה והרודה ממנה בשבת פטור :

7. 1 Alveare apum R. Eliezer exiſtimat tanquam fundum reputari, ut eo oppignerato ſcribatur cautio judicialis, *ut loco hærens pollutionem non recipiat*, *& ut is qui inde favos eximit ſabbato*, *reus fiat*. At Sapientes negant pro fundo haberi, adeoque eo oppignerato cautionem judicialem non ſcribi, loco hærens pollutionem recipere, eum denique qui inde favos eximat ſabbato, immunem fore.

R. OB. DE BARTENORA.

כוורת דבורים *alveare*, quando alvearia terræ fuerint contigua per lutum, omnes conveniunt quod illa in omni caſu ſe habent ut ſolum; ſi vero detulerint alvearia in clavos ferreos, omnes conveniunt ſe rem habere ac ſi detuliſſent in vaſcula, & non habentur inſtar ſoli; neque ſibi contradicunt, quando alvearia delata fuerint ſuper ſolum, & non contigua fuerint luto. *R. Elieſer dicit*, *eſt inſtar ſoli*, ut acquirantur alvearia argento, chirographo, & poſſeſſione, uti ſolum ſive fundus.

וכותבין עליו פרוזבול *& ſcribunt ſuper eo Peroſbol*, ſi debitori fuerit alveare, eſt ac ſi ipſi ſit ſolum. ואינה מקבלת טומאה *neque recipit immunditiem*, uti ſolum quod contiguum eſt, non recipit immunditiem; qui vero favos mellis exemerit ſabbato, tenetur eſt oblatione expiatoria, uti is qui rem aliquam evellit è loco cui erat annexa, uti extat 1 Sam. 14:27. ויטבול אותה ביערת הדבש ſed quænam eſt convenientia inter ſylvam & mel? ea eſt, uti is qui in ſabbato amputat arborem è ſylva teneatur offerre ſacrificium expiationis, ſic etiam qui mel exemerit in ſabbato obligatur quod ad idem ſacrificium; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כוורת eſt vaſculum in quo ſe conjungunt apes, & in quo producunt mel. הרי היא כקרקע *inſtar fundi eſt*, reſpectu acquiſitionis ſuæ, quæ fit pecunia, chirographo, & poſſeſſione, uti expoſuimus quædam in hoc ſenſu in tractatu Pea; & quod acquirit eo etiam bona mobilia, & juxta reliqua fundi jura.

והרודה ממנה בשבת חייב *qui eximit favos ſabbato reus eſt*, qui ex favis eximit mel, juxta opinionem ejus, facit ac ſi plantam extirpet è terra, & per modum applicationis adducitur id quod dicitur 1 Sam. 14:27. ויטבול אותה ביערת הדבש. Dicit igitur, eum eſſe reum, uti is qui amputaverit arborem è ſylva, ſi mel è favis exemerit ſabbato, qui reus eſt lapidationis. Tenemus enim pro fundamento, quod ſolum terræ contiguum non contrahet ullo modo immunditiem, uti ſuo loco exponetur. פטור *liber eſt*, liber eſt à morte, ſed reus eſt verberum; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

GUISIUS. 1 *Alveare apum.*] Occurrit iterum Oketz III. 10.

ח המחזיר חוב בשביעית יאמר לו משמט אני אמר לו אף על פי כן יקבל ממנו שנאמר וזה דבר השמטה כיוצא בו רוצח שגלה לעיר מקלט ורצו אנשי העיר לכבדו יאמר להם רוצח אני אמרו לו אע"פי כן יקבל מהם שנאמר וזה דבר הרוצח :

8. Si quis æs alienum rependere velit anno ſeptimo, *creditor* ſic ei dicito, *Remitto ego*: ſi reſpondeat, *Quantumvis ita*, accipito. Dicitur enim (Deut. XV. 2.) *Atque hoc eſt* 1 *verbum remiſſionis*. Similiter homicida, qui in urbem perfugii ſe receperit, ſi incolæ urbis eum ad honores evehere velint, ſic illis dicito, *Homicida ſum*: ſi reſpondeant, *Quantumvis ita*, accipito. Dicitur enim (Deut. XIX. 4.) *Atque hoc eſt verbum homicidæ*.

R. OB. DE BARTENORA.

המחזיר חוב בשביעית *qui debitum ſolverit in anno ſeptimo*, in fine anni ſeptimi, id eſt, in remiſſionis tempore, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Probatio adfertur ex eo quod dicitur דבר *verbum*, ac ſi dicas, quia verbum illud ore ſuo protulit, ideo cum

quia annus ſeptimus in fine demum remittit, uti ſcriptum eſt מקץ שבע שנים vide Deut. 15:1.

אמר לו אף על פי כן *ſi dixerit ipſi*, *quantumvis ita*, ſi ipſe dixerit debitor, *quantumvis ita*, *ego tibi ſolvere* volo. יקבל ממנו *recipit ab illo*, & hoc non tantum, ſed licet ipſi etiam ut extendat manum ſuam ad recipiendum, eo tempore quo ipſi dixerit creditor, *remitto tibi*. שנאמר וזה דבר השמטה *uti dictum eſt*, *hoc eſt verbum remiſſionis*, ſenſus eſt, ſimplex verbum, quod ore protulit dicendo, *remitto tibi*, ſufficere ipſi; & cum primo verbo, quo dixit *ego remitto tibi*, ſufficit etiam, & non neceſſarium eſt ſecundum verbum, quia dicitur וזה הדבר; & idem eſt ac ſi dicas, וזה דבר הרוצח vide Deut. 19: 4. quod etiam ſemel dictum ſufficit.

eum abſolvunt, ac recipiunt; deinde omnia hæc clara ſunt.

GUISIUS. 1 *Verbum remiſſionis.*] Cauſa, ratio, vel modus remiſſionis & σεισαχθείας. Id ſignificat הבר השמטה. Sed quia דבר *verbum* eſt, ineptuli Magiſtri inde arguunt neceſſitatem remittendi ſaltem verbo tenus, utcunque debitor paratus ſit rependere.

ט המחזיר חוב בשביעית רוח חכמים נוחה ממנו הלווה מן הגר שנתגיירו בניו עמו לא יחזיר לבניו ואם החזיר רוח חכמים נוחה ממנו כל המטלטלין נקנין במשיכה וכל המקיים את דברו רוח חכמים נוחה ממנו תם :

9. Si quis æs alienum reddet anno ſeptimo, res pergrata eſt Sapientibus. Qui mutuum acceperit à proſelyto iſto, cujus liberi una cum illo proſelyti facti, liberis reddere non tenetur. Si vero reddiderit, res pergrata eſt Sapientibus. Bona mobilia univerſa tractione acquiruntur. Sed res pergrata eſt Sapientibus, ſi quis 1 dicto ſtet.

R. OB. DE BARTENORA.

המחזיר חוב בשביעית *qui debita ſolvit in anno ſeptimo*, debitor qui dixerit creditori, *quantumvis ita*, & reſtituerit creditori nummos, ſuper eo ſpiritus Sapientum requieſcit. לא יחזיר לבניו *non reſtituet filiis ejus*, non tenetur reſtituere liberis quando proſelytus eſt mortuus; ſi vero reſtituerit, ſpiritus Sapientum requieſcit ſuper eo, ſed hoc intelligendum tantum de eo cujus filii ſimul facti ſunt proſelyti, quia Gentilis hæreditario jure acquirit à patre ſuo juxta Legem, uti dicitur Deut. 2:4. כי ירושה נתתי לעשו הר שעיר, ſi vero non reſtituerit liberis, cogitandum eſt eos ad gentiliſmum ſuum relapſuros, ut dicamus, ſi fuiſſent gentiles hæreditario jure acquiſiviſſent patris bona, & reſtituiſſet ipſis; at ſi concepti fuerint extra ſanctitatem, attamen nati fuerint in ſanctitate, nullatenus à patre quicquam hæreditario jure acquirunt juxta Legem, & tum non eſt cogitandum eos ad gentiliſmum relapſuros, & ſi quis reſtituerit tum ipſis bona, ſuper eo non requieſcit ſpiritus Sapientum.

כל המטלטלין נקנין במשיכה *omnia bona mobilia acquiruntur attractione*, quamdiu autem non attraxit, quiſque à contractu deſiſtere poterit, etſi ſolverit, quia nummi non acquiruntur priuſquam attraxerit rem quam ſibi acquiſivit; nihilominus tamen ſi quis ſteterit promiſſis, & non deſtiterit, etſi non attraxerit, ſuper eo requieſcit ſpiritus Sapientum, ſic exponunt in Berayta id quod dicitur Levit. 19: 36. איפת צדק והין צדק id eſt, *ut negatio tua ſit juſta*, *& tua affirmatio ſit juſta*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis proſelytus factus fuerit una cum liberis, nihil ipſi jure hæreditario ſuccedit, neque liberis ſuis, quia hæreditas propediem perveniet ad Iſraelem, nimirum, quando ipſi natus fuerit filius poſtquam factus eſt proſelytus; nam pro fundamento tenemus de peregrino, quando mortuus fuerit ſine hæredibus, quod omnia ejus bona acquiri debent à prioribus amicis. לא יחזיר *non reddet*, non obligatur ut reddat filiis, ſecundum jus; *ſi vero reddiderit*, *ſpiritus Sapientum requieſcit in ipſo*, ſenſus eſt, quod Sapientes eum amant propterea, & quod gratiſſimum ipſis eſt eum id feciſſe, ſi liberi in ſanctitate fuerint prognati; ſed ſi reſtituerit bona iis qui in gentiliſmo ipſi nati fuerint, non requieſcit in eo ſpiritus Sapientum.

כל המטלטלין נקנין במשיכה *bona mobilia omnia acquiruntur attractione*, & quando non attraxerit, unuſquiſque ab illo negotio ſe retrahere poterit, ac deſiſtere, etiam poſtquam ſolverit nummos, uti exponetur ſuo loco; ſed quicunque ſteterit promiſſis, & cujus commercia ac contractus firmiter tenentur, non revocans id quod dixit, etſi illic non ſit attractio, nihilominus ſpiritus Sapientum requieſcet in ipſo; dixerunt Sapientes, איפת צדק והין צדק *Epha juſtitiæ & Hin juſtitiæ erit tibi*, id eſt, Epha tua, & Hin juſta erit, nimirum, ut ſtes promiſſis.

GUISIUS. 1 *Dicto ſtet.*] Nudo pacto, ubi nulla acceſſerit tractio, quæ ad jus transferendum neceſſaria.

Finis Tractatus de Jure Anni Septimi.

מסכת תרומות

Tractatus de Primitiis.

פרק א

חמשה לא יתרומו ואם תרמו אין תרומתן תרומה החרש השוטה והקטן והתורם את שאינו שלו עכ״ום שתרם את של ישראל אפילו ברשות אין תרומתו תרומה :

CAput 1. Quinque non delibabunt primitias, & si delibaverint, quod delibatum est pro primitiis non habetur: surdus, mente captus, minor, is qui delibat de re non sua, alienigena qui delibat de re Israelitæ etiam ex illius mandatu. Quod ab his delibatum est pro primitiis non habetur.

R. OB. DE BARTENORA.

חמשה לא יתרומו *quinque non separant*, numerus hic adducitur ad diminuendum id quod R. Jehuda dicit inferius, quod parvulus, cui nondum fuerint duo pili, si separaverit, separationem ejus esse separationem, ideo nos docet quod separatio ejus non est separatio.

החרש והשוטה והקטן *& surdus, mente captus, & parvulus &c.*, omnia hæc discimus ex eo quod scriptum est Exod. 25:2. דבר אל בני ישראל ויקחו לי תרומה מאת כל איש אשר ידבנו לבו quod dicit, *loquere filiis Israelis*, excludit Gentilem, quod dicit, *ab omni viro*, excludit parvulum; quod dicit *cujus cor voluntarium fuerit*, excludit surdum, & mente captum, quibus non est cor ad sponte offerendum, parvulus autem non potest excludi ex eo quod dicit *cujus cor voluntarium fuerit ad offerendum*, quia parvuli dantur qui attigerunt tempus votorum, ut sacrificia spontanea vovere possint; & quod dicit vers. 3. זאת התרומה אשר תקחו מאתם excludit rem non suam, qui autem perdit id quod ipsi dant vocatur שוטה *stultus*.

אפילו ברשות *etiamsi auctoritate*, supple Israelis, qui gentilem constituit ministrum ad separandum; *ejus separatio non est separatio*, quia ibidem scriptum est כן תרימו גם אתם ubi vox אתם includit etiam eum qui mittitur ad separandum, ut, quemadmodum vos estis filii fœderis, sic etiam vester minister qui mittitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quoties in Mischna dicitur ותורם ויתרום; grammatici moderni de eo argumentantur, dicentes radicem esse חרים, מרים & ירים, sed hoc non est argumentum verum, quia omnium linguarum fundamentum referendum est ad ea de quibus loqui solent illius linguæ professores, & ad ea quæ ab illis percipiuntur. Auctores vero Mischnæ sine dubio erant Ebræi in locis suis, nempe in terra Israelis, & audita est ab illis vox תרם, quæ & ipsis suffecit, quod nobis argumento est, eam ab illis fuisse acceptam in lingua Ebræorum; & hæc erit responsio tua omnibus modernis qui dicunt, quod lingua Mischnæ non est pura, aut quod usi fuerunt vocabulis non convenientibus, & obsoletis; Et hoc quod tibi dixi fundamentum est verissimum, Sapientes enim qui de omnibus rebus locuti sunt, in omnibus linguis fuere consummatissimi. תרומה vero de qua hic fit mentio est ea de qua dicitur Deut. 18:12. ראשית דגנך תירושך ויצהרך וגו׳ sed non exponitur in Lege mensura ejus, sed nos eam exponemus; appellat autem Scriptura ראשית nomine תרומה, ut scriptum est Num. 18:8. נתתי לך את משמרת תרומתי וגו׳ vocatur etiam תרומה id quod ab Israelitis desumebatur ad tabernaculum, uti dicitur Exod. 25:2. ויקחו לי תרומה, quemadmodum igitur hæc Truma non afferatur ab hisce quinque jam memoratis, sic etiam Truma areæ non adferatur ab hisce quinque; probatio autem, quod Deus istiusmodi removerit ab ablationibus ad tabernaculum adferendis, adducitur ex eo quod scriptum דבר אל בני ישראל quod excludit gentilem; מאת כל איש quod excludit parvulum; אשר ידבנו לבו quod excludit surdum & mente captum, cui non est intellectus ad offerendum; אשר תקחו מאתם quod excludit rem non suam. אפילו ברשות *etiamsi auctoritate*, nimirum, si Israelita eum constituerit nuncium ac ministrum suum, quia Deus dixit Exod. 25. כן תרימו גם אתם ubi גם אתם includit etiam nuncium qui mittitur; sensus verborum ita est, אתם *vos* id est super vos; גם *etiam*, id est, quando alios constituerunt in loco eorum, quia vox גם dicere potest עוד *amplius*, magis, ac si dicat עוד אתם, quod ostendit etiam alios posse adhiberi præter Israelitas qui separent, nempe שלוח; dixerunt etiam magistri, quemadmodum vos filii fœderis estis, sic etiam vestri nuncii filii fœderis. Dicit autem חמשה *quinque*, ad excludendam opinionem R. Jehudæ, qui dicit, parvuli, cui non sunt duo pili, separatio est separatio.

SURENHUSIUS.

Lex de Oblationibus Primis extat Exod. 25:2. & 30:14. Levit. 7.14,32. Excipit hic Tractatus eum qui inscribitur שביעית, quia תרומות sunt ejusmodi oblationes quæ omnium primæ sponte dabantur è terræ seminibus, non habita ratione mensuræ ex Lege. Porro hic tractatus juxta Maimonidem hisce imprimis nititur fundamentis. (1) Ut separetur prima oblatio magna. (2) Ut separetur oblatio prima de decimis. (3) Ne oblatio prima antevertat decimas, nec vice versa, sed ut ordine suo separentur. (4) Ne quisquam præter virum sacerdotalem comedat oblationem primam. (5) Ne quis sacerdos inquilinus, aut mercenarius ejus comedat oblationem primam. (6) Neque in præputio comedat oblationem primam. (7) Ne sacerdos pollutus comedat oblationem primam. (8) Ne qua profanata comedat oblationem primam, neque is qui à sacris exclusus est. Cæterum separatio oblationum primarum, nec non decimarum, tantum fiebat in terra Israelis, ex Lege, sive sanctuario stante, sive non stante sanctuario. Prophetæ autem decreverunt, ut in terra Sinear quoque in usu esset, quia illa terræ Israelis proxima est, & multi Israelitæ eo commigrare solent. Sed Sapientes prisci decreverunt ut quoque in Ægypto obtineret, nec non in terra Ammonitarum, & Moabitarum, quia illæ terræ circumdant terram Israelis. Quocunque vero in loco mentio facta est terræ Israelis, intelligenda est ea terra quam subegit rex Israelis, aut propheta, ope totius populi Israelitici, & vocatur כבוש הרבים *subactio multorum*. Sed si quis privatus è tribubus Israelis subegerit aliquam terræ Israelis partem, non vocatur terra Israelis, ut in ea obtinerent omnia hæc præcepta. Propterea Josua totam tribubus divisit terram Israelis, etsi nondum subacta esset, ne fieret כבוש היחיד *subactio unius*, quando singularis tribus partem aliquam subegisset.

ב חרש המדבר ואינו שומע לא יתרום ואם תרם תרומתו תרומה חרש שדברו בו חכמים בכל מקום שאינו לא שומע ולא מדבר :

2. Surdus, qui loquitur, sed non audit, non delibabit: sed si delibaverit, quod delibatum est pro primitiis habetur. Surdus, de quo ubique loquuntur Sapientes, is est qui neque audit neque loquitur.

R. OB. DE BARTENORA.

חרש שדברו בו חכמים בכל מקום *surdus de quo locuti sunt Sapientes ubique locorum*, non est hæc regula generalis; quia in principio tractatus Chagigæ Mischna dicit חרש de eo qui loquitur, & non audit, sic etiam in tractatu Jebhamot capite 12. ubi de extractione calceamenti. שאינו שומע ולא מדבר *qui non audit, nec loquitur*, qui indè à ventre matris natus est surdus, & quia nunquam audivit quod dicebatur, fieri nequit ut unquam loquatur. לא יתרום *non separabit*, quia necesse est ut auribus audiat quando benedicit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חרש in lingua nostra notat eum qui non audit; Sapientes vero nostri mutum etiam vocant חרש, quia causa mutendi est surditas, quæ innovatur in fœtu, quando est in utero matris, non audiens id quod dicitur; quod exposui in libro de quæstionibus naturalibus, & propterea mutus vocatur surdus; scias etiam, quod, si alicui surditas accesserit postquam audiverit, aut si obmutuerit postquam locutus fuerit, ipsi licet separare.

ג קטן שלא הביא שתי שערות ר' יהודה אומר תרומתו תרומה ר' יוסי אומר אם עד שלא בא לעונת נדרים אין תרומתו תרומה ומשבא לעונת נדרים תרומתו תרומה :

3. Quod à minore, qui nondum emiserit duos pilos, delibatum est, R. Juda pro primitiis haberi censet. Si priusquam attigerit 1 ætatem vota nuncupandi, quod delibaverit R. Joses pro primitiis haberi negat; sin postquam attigerit ætatem vota nuncupandi, pro primitiis haberi censet.

R. OB. DE BARTENORA.

ר' יהודה אומר תרומתו תרומה *R. Jehuda dicit separatio ejus est separatio*, si eam constituerit, nam non sequitur R. Jehuda hanc expositionem quod מארת כל איש excludit parvulum. עד שלא בא לעונת נדרים *antequam pervenerit ad tempus nuncupandi vota*, si sit adolescens duodecim annorum, & unius diei, ab illo tempore, & ulterius si separaverit, nec non virgo undecim, annorum & unius diei, Truma ejus est Truma; decisio est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עונת נדרים *tempus nuncupandi vota*, est tempus quo vota quæ nuncupaverit quis, perficienda sunt, nempe, si adolescens decem annorum, & unius diei fuerit, virgo autem undecim annorum, & unius diei; decisio est juxta R. Jose.

GUISIUS. 1 *Ætatem vota nuncupandi.*] In maribus duodecim annos & insuper diem unum; in fœminis undecim & insuper diem unum.

ד אין תורמין זיתים על השמן ולא ענבים על היין ואם תרמו בית שמאי אומרים תרומת עצמן בהם ובית הלל אומרים אין תרומתן תרומה :

4. Non est delibandum de olivis olei primitias, nec de uvis primitias vini. Et si quis delibaverit, Sammæani agnoscunt ipsarummet primitias in illis haberi. Hillelæi quod ita delibatum est pro primitiis haberi negant.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תורמין זיתים על השמן *non separant de olivis pro oleo*, si cui fuerit oleum de quo separanda est Truma, & simul olivæ de quibus separanda est Truma, non poterit separare de olivis eam quantitatem quæ pro illis, & pro oleo debetur, ut oleum liberum reddat per Trumam olivarum, quia scriptum est Num. 18:12. כדגן מן הגורן id est, *de eo quod perfectum est pro perfecto*, non autem de eo quod nondum perfectum est, pro eo quod perfectum est, separandum est.

בית שמאי אומרים תרומת עצמן בהם *Schola Schamai dicit, ipsa separatio earum est in illis*, sensus est, non in ea Truma contineri præterquam Trumam olivarum.

בית הלל אומרים אין תרומתן תרומה *Schola Hillelis dicit, Truma earum non est Truma*, etiam si cogitaverit se separaturum simul pro oleo, non est Truma, neque pro olivis, neque pro oleo, & habetur ac si nullatenus separasset.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

Trumam separant ex arborum fructibus, nec non liquoribus; propterea, si cui fuerit vinum, & simul uvæ, & separaverit de uvis eam quantitatem quæ debetur pro uvis, & pro vino illo, ea intentione ut utrumque liberet; ad hoc Schamai dicit, id quod separavit de uvis, sufficiens esse pro uvis, sed restare Trumam de vino separandam, ideò dicitur תרומת עצמן בהם; Hillel vero dicit, quod nequaquam est Truma, nisi fuerit intentio ejus ut tantum pro uvis sit illa Truma, non pro vino; dicunt in Siphri, audivi ego quod separant de spicis pro tritico, de uvis pro vino, de olivis pro oleo, & propterea nos docet, id quod scriptum est Num. 18:12. כדגן מן הגורן *ut frumentum ex arca*, nempe de perfecto pro eo quod perfectum est.

ה אין תורמין מן הלקט ומן השכחה ומן הפאה ומן ההפקר ולא ממעשר ראשון שלא ניטלה תרומתו ולא ממעש' שני והקדש שנפדו ולא מן החייב על הפטור ולא מן הפטור על החייב ולא מן התלוש על המחובר ולא מן המחובר על התלוש ולא מן החדש על הישן ולא מן הישן על החדש ולא מפירות הארץ על פירות חוצה לארץ ולא מפירות חוצה לארץ על פירות הארץ ואם תרמו אין תרומתן תרומה :

5. Primitiæ non desumuntur de spicilegio, prætermisso, angulo, vel re communi. Neque de decimis primis quarum primitiæ nondum detractæ, neque de decimis secundis vel consecrato nondum redemtis. Non de nexo pro immuni, neque de immuni pro nexo. Non de avulso pro fundo adhærenti, neque de fundo adhærenti pro avulso. Non de novo pro veteri, neque de veteri pro novo. Non de frugibus terræ pro frugibus extraneis, neque de frugibus extraneis pro frugibus terræ. Et quod ita delibatum est, pro primitiis non habetur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תורמין מן הלקט ומן השכחה ומן הפאה *non sepdrant de spicilegio, nec manipulo oblivionis, nec angulo*, cui fuerit acervus frumenti de quo nondum separata est Truma, non poterit pro eo separare Trumam de spicilegio, neque de manipulo oblivionis, neque de angulo quæ fuerint in potestate ejus, quia hæ res sunt dona pauperum, quibus nemo res suas illibatas ab obligationibus earum liberare potest. ומן ההפקר *neque de communi*, quia scriptum est Deut. 12:12. ובא הלוי כי אין לו חלק ונחלה עמך, ergo de eo quod tuum est, & non suum, ipsi dandum est, excipe id quod commune est, cujus tu & ille æqualem habent potestatem.

ולא ממעשר ראשון שנטלה תרומתו *& non de decimis primi de quibus jam ablata est Truma earum*, non separabit de iis Trumam magnam pro acervo frumenti, de quo nullum datum est donum, & *Tebbel* vocatur; præterea nos vult docere, quod, si Levita anteverterit sacerdotem, in spicilegiis capiendis, à Truma magna liber est; sed hoc intelligendum est quando Truma ejus jam ablata est, at si nondum ablata est Truma ejus, separare poterit, ut Beraita dicit in Siphri, unde accepimus, Levitam, qui de decimis suis primis facere voluerit Trumam magnam, id facere posse? ex eo, quod scriptum est כי את מעשר בני ישראל אשר ירימו ליהוה תרומה Num. 18:24. Hinc probamus, quod, si quis voluerit Trumam facere pro aliis, ipsi licet facere; sed an potest etiam, postquam ablata est Truma ejus, eam Trumam facere pro aliis? Scriptura dicit את מקדשו ממנו vide Num. 18:29. id est, quamdiu sanctitas ejus fuerit in re, non faciet ex ea Trumam pro aliis.

ולא ממעשר שני והקדש שנפדו *neque de decimis secundis, & rebus sanctis quæ redemptæ sunt*, hic magister putat quod decimæ secundæ sunt bona Dei; quando autem nondum redempta sunt, clarum est quod Tébhel ipsius, utpote res illibata, adaptari nequit bonis Dei; at quando redempta sunt, concedimus eum inde Trumam magnam posse conficere pro suo Tébhel. Et si dicas id etiam esse clarum, quoniam omnino profanum est, tum necesse esset dicere, quando anticipaverint in spicis, possessor non obligatur de Truma magna, uti exponetur de decimis primis; præterea etiam necessario dicendum esset, res sanctas quæ redemptæ sunt, quando eas sanctificavit *Tébhel*, sive frumentum nondum ritè paratum, sed purificavit eas quæstor ærarii, & postea demum eas redemit, liberas esse à Truma magna. ולא מן הפטור על החייב *neque de libero pro obligato*, non licet separare de fructibus qui non protulerunt tertiam partem, qui liberi sunt à decimis, pro fructibus qui protulerunt tertiam partem, qui obligati sunt de decimis. ולא מן התלוש על המחובר *neque de avulso pro terræ adhærenti*, quia Scriptura dicit Num. 18:26. והרמותם ממנו, eo sensu, ne separet de evulso pro terræ adhærenti, neque de terræ adhærenti pro evulso, quia verbum הרם non cadit nisi in id quod evulsum est; & ממנו accipiendum eo sensu, ut Truma & id quod est profanum, sint æqualia. ולא מן החדש על הישן *neque de novo pro veteri*, de fructibus anni præsentis pro præteriti fructibus, neque vice versa, quia scriptum est Deut. 14:22. היוצא השדה שנה שנה sed si campus bis ferat in anno, uti sunt campi qui irrigantur, licet de uno ejus fructu pro altero separare ac decimare. ולא מפירות חוצה לארץ על פירות הארץ *neque de fructibus extraneis pro fructibus terræ*, uti scriptum est וכל מעשר הארץ מזרע הארץ quod de decimis & Truma simul dicitur; sic etiam non licet decimare de fructibus terræ Israelis pro fructibus terræ Syriæ, nec vice versa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum est spicilegium, manipulum oblivionis, & angulum cedere pauperibus, & possessorem campi in ea non habere potestatem, & propterea non licitum esse separare Trumam, quæ debetur de bonis ejus hic memoratis, quia pauperum bona sunt; sed de communi fortassis ipsi licebit separare Trumam quæ de bonis ejus debetur, quia potestatem habet in id quod est commune, quoniam id quod commune est, unicuique commune est, quia Deus benedictus dixit de Levitis כי אין לו חלק ונחלה עמך, & dixerunt magistri, *de eo quod tu tenes ille autem non tenet*, excludit id quod commune est, in quo tua & illius potestas est æqualis.

וממעשר ראשון שנטלה תרומתו *neque de decimis primis de quibus oblata est Truma earum*, si Levita habuerit frumentum de terra sua, sine dubio tenetur de Truma, &, si etiam habuerit decimas ipsi ab Israelita datas, non separabit de illis Trumam quam debet pro frumento suo, eam sacerdoti cedens, quatenus sacerdos potestatem habet in decimas illas, quia illæ sunt Truma de decimis; sed separabit Trumam de decimis, & postea separabit Trumam quam debet pro frumento.

ולא מן החייב על הפטור *neque de obligato pro libero*, supple separabit Trumam, de fructibus perfectis qui obligati sunt de decimis, pro fructibus qui nondum perfecti ac præparati sunt. Per *vetus* & *novum* intellige frumentum anni præsentis cum futuri fructibus, non licet ipsi separare Trumam de uno quam debet pro duobus; quia scriptum est, Num. 18:26. והרמותם ממנו תרומת יהוה, id est, ut separet id quod debet de illa specie, non autem de aliis speciebus. ולא על הפירות חוצה לארץ מפירות הארץ *neque super fructus extraneis ex fructibus terræ*, quia Scriptura dicit Levit. 27:30. וכל מעשר הארץ מזרע הארץ; etsi enim nonnulli versus de quibus adfertur probatio loquantur de decimis, nonnulli vero de Truma de decimis; non tamen in eo difficultas est, quia probationes adferre poterimus de locis qui loquuntur de Trumis, super decimis, & alia loca quæ loquuntur de decimis, super Trumis, quia omnia comprehenduntur sub eodem sensu, qui est, ut separet id quod ex statuto tenetur.

SURENHUSIUS.

ולא ממעשר ראשון שנטלה תרומתו *neque de decimis primis à quibus ablata est ablatio earum prima*, necesse erat ut nos doceret, quod, si Levita anteverterit sacerdotem in spicilegiis, liber est ab oblatione magna &c.; vide hoc clare explicatum à Bartenora in principio capitis septimi Berachot. Cæterum Maimonides juxta aliud Misnæ exemplar pro שנטלה תרומתו legit שלא נטלה תרומתו *de quibus non ablata prima earum oblatio*, & exponit, ne ex illis decimis primis faciat Trumam magnam. Nisi dum æstimet quantum in acervo est de Truma decimarum, & deinde ex eo quod reliquum est ritè confici potest Truma magna pro acervo. Et quod Maimonides porro explicat, *sed separabit Trumam de decimis*, non strictè intelligendum est, nam si ita esset, sanctitas non esset in acervo, quemadmodum ex Siphri allatum est à Bartenora; & hoc concludit Maimonides capite tertio Halacha 21. Hilchot Trumot, dicens, *si alicui Levitæ fuerint decimæ primæ, de quibus non ablata est Truma, & reliquerit eas ad separandum deinceps super illis, & perrexerit cum re sua illibata, id quod factum est, factum habetur*; quia Num. 18. 24. *dicitur*, *nam decimæ filiorum Israelis quas suparabitis Domino &c.* unde probatur quod ex *omnibus Trumam facere potest pro uno*. Præterea miratur Jomtobus quare Maimonides hæc eo sensu tradidit, cum fieri non possit ut Levita debitum Trumæ magnæ solvat Trumâ de decimis, quam jam sacerdoti tradere tenetur? sed putat Maimonidem velle ostendere, quod, quoniam tempore separationis non attendit Levita, ut prius separaret Trumam de decimis, idcirco Truma ejus nullatenus Truma sit, eo quod constat eum separasse de ipsa decimarum Truma pro re illibata. Verum ad Halacham 13. cap. 5. Hilchot Trumot, ad illa verba המפריש תרומה ממעשר ראשון שלא נטלה תרומתו notat R. Abraham fil. Davidis, quod, cum sanctitas adhuc est in acervo, possit separare Trumam pro alio acervo, quia putat fieri non posse ut separet omnes decimas pro acervo alio, sed ut prius taxet Trumam de decimis, quæ in eo est. Sic etiam auctor Ceseph Misnæ exponit verba illius ibidem, *quando ablata est Truma de decimis*, id est, quando nondum educta est Truma magna quæ continetur in acervo; vult dicere, quando Levita in acervo anteverterit sacerdotem. Et hisce Jomtobus putat se sententiam Maimonidis dilucidasse, veritatique conformem reddidisse.

ו חמשה לא יתרומו ואם תרמו תרומתן תרומה האלם והשכור והערום והסומא ובעל קרי לא יתרומו ואם תרמו תרומתן תרומה :

6. Quinque non delibabunt; sed si delibaverint, quod delibatum est pro primitiis habetur. Mutus, ebrius, nudus, cæcus, fluxum passus non delibabunt; sed si delibaverint, quod delibatum est pro primitiis habetur.

R. OB. DE BARTENORA.

חמשה לא יתרומו *quinque non separant*, numerus hic ponitur ad excludendum id quod R. Jehuda dixit, nempe quod separatio parvuli est separatio. האלם *mutus*, est ille qui audit, sed obmutescit infirmitatis alicujus gratia, is autem non separet quia benedictionem recitare nequit, sic etiam nudus non poterit idem facere, quia scriptum est Deut. 23: 15. ולא יראה בך ערות דבר id est quando loqueris cum eo, non apparebit in te quicquam nudi; sic etiam is qui pollutus fuerit seminis fluxu, antequam aquis se inundaverit, non poterit recitare benedictionem, uti Mischna dicit, *qui pollutus fuerit seminis fluxu cogitabit in corde suo*; Ebrius vero & cæcus quia nesciunt eligere optimum, non separant, quoniam is qui separat, optimum quodque tenetur eligere, uti Scriptura dicit את כל חלבו. *Ebrius* vero vocatur qui coram Rege nequit loqui præ ebrietate sua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אלם *mutus*, est ille qui audit & intelligit quæ dicuntur, loqui vero nequit propter infirmitatem organorum vocis; & propterea non convenit ipsi separare Trumam, neque nudo, neque ei qui fluxu seminis immundus est factus; quia non possunt recitare benedictionem; nam non est decorum ut nudus vel fluxu seminis pollutus dicant benedictionem de separatione Trumæ. *Ebrius, & cæcus non separant*, quia nesciunt eligere optimum, nam Trumæ jus est ut separet id quod optimum est, juxta id quod scriptum est Levit. 4: 19. את כל חלבו, quod etiam exponendum erit. חמשה *quinque*, ad excipiendum id quod dixit R. Jehuda, quod parvuli separatio etiam est separatio; & quod Mischna iterum dicit quod non separant, id fit ut fortius inculcet nemini eorum esse licitum ullo modo separare, ne quis cogitet separationem suam esse separationem, & ideo allevat in ea re, ac separat de industria; propter hanc causam Mischna sua duplicavit verba, ut eo fortius vetet, ne quis ullo modo de industria separet Trumam.

ז אין תורמין לא במדה ולא במשקל ולא במנין אבל תורם הוא את המדוד ואת השקול ואת המנוי אין תורמין בסל ובקופה שהם של מדה אבל תורם הוא בהן חציין ושלישן לא יתרום בסאה חציה שחציה מדה :

7. Non delibantur primitiæ mensura, pondere vel numero. Delibantur autem de re mensurata; ponderata vel dinumerata. Non debeat desumi canistro vel sporta, quæ mensuræ sint. Desumi autem possunt iisdem dimidiis vel subtriplis. Non desumentur sato dimidio, quia dimidium sati mensura est.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תורמין ולא במדה וגו׳ *non separant, neque mensura &c.*, quia Scriptura dicit Num. 18: 27. ונחשב לכם תרומתכם ergo æstimatione separabis, non autem pondere, vel mensura, aut numero, etsi hic locus de Truma decimarum loquatur, nam sensus est de Truma decimarum, quia Lex ipsis quantitatem imposuit, dicendo, *decimæ de decimis*, & necesse est ut metiatur, ut quantitas congruat; nihilominus etiam exponi potest de separanda Truma magna, cui Lex non imposuit quantitatem, quia dicitur נחשב *æstimatur*.

אבל תורם הוא את המדוד *sed separat de eo quod mensuratum est*, quando frumentum suum quod Tébhel est mensuravit, aut ponderavit, aut numeravit, & collegit in horreum suum; & quando de eo separat Trumam magnam, separabit eam ex consideratione quadam, at non mensurabit, nec ponderabit, nec numerabit. אין תורמין בסל ובקופה שהם של מדה *non separant in canistro, neque in sporta, quia habentur mensura*, quia, quicunque id viderit, dicet, *quod separat mensura*; *sed separet de media, & tertia parte eorum*, nam si ea non adimpleverit, non timendum est, illic de separatione quæ fit mensura. שחציה מדה *quia dimidium mensura est*, habentur enim aliquando signa ad locum sati medium, propterea timendum est ne separet mensura.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Interdictum est Trumam magnam separare mensura, quoniam Lex nullam imposuit quantitatem; sed metiantur quidem istiusmodi rem quæ obligatur de Truma, separantes de ea ex consideratione aliqua, applicantes id quod scriptum est Num. 18: 27. ונחשב לכם תרומתכם & dixerunt, propter æstimationem separabis, non autem aliam ob causam; etsi vero hic locus loquatur de Truma decimarum, nihilominus de eo dicimus fundamentum apud nos usitatum in considerationibus juris, nimirum, si non sit sensus de Truma decimarum, exponendum esse, quod sit sensus de Truma magna; non autem hunc textum trahimus ad Trumam decimarum, quia quantitas ejus nota est, admonuit enim Lex de quantitate illius, dicens, מעשר מן המעשר *decimæ de decimis*.

SURENHUSIUS.

אין תורמין לא במדה וכו׳ *non separant Trumam mensura, &c.* quamvis Sapientes Trumæ mensuram dederint, quemadmodum exponunt Mishna tertia capitis quarti, nihilominus tamen agendum est juxta jus separationis Trumæ, nimirum, ut cogitando quantitatem limitet & attente separet. Porro quod ad ordinem dicit, *neque mensura*, *neque pondere*, *neque numero*, & hoc ordine quoque capite quarto Mishna tertia pergit: Et quamvis eodem capite Mishna sexta dicat ordine paullum inverso, *qui numerat laudem meretur*, *qui mensurat est illo laudatior*, *qui ponderat trium laudatissimus est*, nulla tamen est contrarietas, nam, quia quælibet res mensurari solet & ponderari, ideo prius tradit *qui mensurat*, & deinceps, *qui ponderat laudatissimus est trium*; sed quia non omnis res numerari solet, ideo eum qui numerat inferiori loco ponit. Sic quoque Maimonides cap. 3. Hilchot Trumot, *quod mensurari solet, mensurat, & quod ponderari solet, ponderat, quod numerari potest, numerat*.

ח אין תורמין שמן על זיתים הנכתשין ולא יין על ענבים הנדרכים ואם תרם תרומתו תרומה ויחזור

8. Non desumi debent primitiæ de oleo pro olivis contundendis, neque de vino pro uvis calcandis. Sin desumantur, primitiæ sunt, sed aliæ deinceps

ויחזור ויתרום הראשנה מדמעת בפני עצמה וחייבין עליה חומש אבל לא שניה:

ceps desumuntor. Harum priores 1 seorsim inficiunt, & ad 2 quintam obligant. Non autem secundæ.

R. OB. DE BARTENORA.

זיתים הנכתשים *olivæ contusæ*, solent contundere olivas mortario, ad educendum eo modo oleum. תרומתו תרומה *Truma ejus est Truma*, perfecta secundum Legem. יחזור ויתרום *iterum separabit*, juxta constitutionem Sapientum, postquam calcaverit uvas, & contuderit olivas, separabit iterum secundam Trumam quam debet pro oleo, & vino illo quod expressit.

הראשונה מדמעת *prima fit mixtura*, si ceciderit in quantitatem non continentem centum partes sati profanas, tota massa fit mixtura, & vetita est ut detur ei qui non est sacerdos, sed vendat mixturam sacerdoti, quia tota massa est juxta Legem. וחייבין עליה חומש *& tenentur de ea quod ad quintam partem*, si is qui non est sacerdos comederit eam per errorem, solvet summam, & addet quintam partem, uti requirit jus omnium eorum qui non sunt sacerdotes, si Trumam comederint. אבל לא שניה *at non secunda*, quia juxta Sapientes tantum est hæc constitutio, propterea non comedet priusquam de ea separaverit Trumam, & decimas ab alio loco, quia juxta Legem tota massa est Tébhel. Si vero argumenteris, quare hic, si quis separavit de oleo pro olivis contusis, Truma habetur, & iterum separat, supra vero ubi de eo qui separavit de olivis pro oleo, & uvas pro vino, dixit Mischna, quod Truma ejus non est Truma? Respondemus, eum, qui separavit de olivis pro oleo, sacerdoti inferre damnum, & propterea Trumam illius non esse Trumam; sed illius, qui separavit de oleo pro olivis contusis, quod sacerdoti non infert damnum, Truma est Truma de Lege, sed ut iterum separet, id fit juxta constitutionem Sapientum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ויחזור ויתרום *& iterum separabit*, sensus est, ut postquam perfecerit contusionem illarum olivarum, & calcationem illarum uvarum, separet Trumam secundum quam debet pro illo oleo ac vino. Jus vero mixturæ est, cum Truma miscetur cum profano, quod ulterius exponetur in hoc tractatu. וחייבין עליה חומש *& tenentur de ea quod ad partem quintam*, quando quis comederit per errorem, addet id quod comedit, & præterea partem quintam, uti suo loco exponetur in hoc tractatu.

GUISIUS.

1 *Seorsim inficiunt.*] Si seorsim incidant in rem communem non centies majorem, efficiunt ut ea tota primitiarum conditionem sequatur, aliis quam Sacerdotibus esui illicita. Vide supra Dem. I. 3.

2 *Quintam.*] Ut quicunque eas usurpaverint, qui זרים sint, i.e. à Sacerdotum clero alieni, illi & sortem reddere, & quintam superaddere teneantur.

SURENHUSIUS.

אין תורמין שמן על זיתים הנכתשין *non separant oblationem primam de oleo pro olivis contundendis, &c.* rationem adfert Maimonides Halacha decima nona capitis quinti Hilchot Trumot, quia perinde se res habet ac si separet de re elaborata pro non elaborata.

ט ותורמין שמן על זיתים הנכבשים ויין על ענבים לעשותם צימוקים הרי שתרם שמן על זיתים לאכילה וזיתים על זיתים לאכילה ויין על ענבים לאכילה וענבים על ענבים לאכילה ונמלך לדורכן אינו צריך לתרום:

9. Delibantur autem primitiæ de oleo pro olivis condiendis, & de vino pro uvis ut passæ fiant. Utique si quis primitias delibaverit de oleo pro olivis in escam, vel de olivis pro aliis olivis in escam; de vino pro uvis in escam, vel de uvis pro aliis uvis in escam; deinde mutata sententia calcare velit, non opus est denuo primitias desumere.

R. OB. DE BARTENORA.

זיתים הנכבשים *olivæ condiendæ*, sunt olivæ salitæ, & vino conditæ aut aceto, ut eo melius conserventur, quales reputantur quod ad opus suum ritè perfectæ, propterea de illis separant pro oleo; & de oleo pro olivis, quarum oleum exprimendum est, & de vino pro uvis, quarum oleum calcandum est, non licet separare; sed de vino pro uvis passis, & de oleo pro olivis conditis separare licet; quando autem separaverit de oleo pro olivis conditis, & de vino pro uvis passis, separet juxta quantitatem olei quod calcandum erat de olivis, & juxta quantitatem vini ex uvis exprimendi. אין צריך לתרום *non est necesse ut separet*, quia, quando separavit, separavit bene, quia illo tempore erant comedendæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זיתים הנכבשים *olivæ condiendæ*, sunt olivæ quæ aqua sunt dissolvendæ, ac emolliendæ sale, ut præparatæ sint in cibum; dicit porro Mischna, separandam esse de oleo Trumam quæ pro oleo illo debetur, & quantitatem Trumæ quæ debetur pro illis olivis, quod oleum si separaverit, cedet sacerdoti, & propterea licet. Et pronunciamus in illo casu sententiam juris, quod ipsi licet separare Trumam de oleo pro olivis condiendis; quatenus autem incepit exprimere olivas & ex iis separare oleum, reputatur ut res cujus opera nondum sunt perfecta, nam pro fundamento tenemus, quod non licet separare de re cujus opera rite perfecta sunt pro re cujus opera nondum sunt ritè perfecta, propterea non separant oleum pro olivis contusis, sed separant oleum pro olivis conditis, quia earum perfecta sunt opera, & quia sacerdos indè suam cepit utilitatem. Qui vero deindè suam mutat sententiam, postquam eas separavit ut cedant in cibum, rursum eas exprimens, olivæ istiusmodi iterum in eum statum perveniunt in quo erant, cum perfecta earum erant opera; non necesse est ut secunda vice separet, quia illo tempore quo de iis separabat Trumam, earum opera erant absoluta juxta mentem suam.

י אין תורמין מדבר שנגמרה מלאכתו על דבר שלא נגמרה מלאכתו ולא מדבר שלא נגמרה מלאכתו על דבר שנגמרה מלאכתו ולא מדבר שלא

10. Non delibandæ sunt primitiæ de re elaborata pro re nondum elaborata, neque de re nondum elaborata pro re elaborata, neque de re nondum elaborata

שלא נגמרה מלאכתו על דבר שלא נגמרה מלאכתו ואם תרמו תרומתן תרומה :

rata pro alia re necdum elaborata. Sin ita delibatæ ſint pro primitiis habentur.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תורמין מדבר שנגמרה מלאכתו *non ſeparant de re elaborata*, intellige rem in area projectam, vel in acervum accumulatam. על דבר שלא נגמרה מלאכתו *pro re nondum elaborata*, intellige rem quæ nondum in acervum projecta, nec purgata eſt, ut ſcriptum eſt כדגן מן הגרן וכמלאה מן היקב ſeparet ergo de elaborato, non autem de non elaborato pro non elaborato, neque de non elaborato pro elaborato. ואם תרם תרומתו תרומה *ſi vero ſeparavit, ſeparatio ejus eſt ſeparatio*, hoc intelligendum de plurimis fructibus, ſed qui de olivis ſeparat pro oleo, aut de uvis pro vino, de eo jam diximus ſupra, quod ejus ſeparatio non eſt ſeparatio, quia ſacerdoti infertur damnum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum eorum quæ in hac Miſna dicuntur nititur Scripturæ loco Num. 18:26. כדגן מן הגרן וכמלאה מן היקב & dixerunt, de eo quod elaboratum eſt pro elaborato; quicquid vero ita ſe non habet, de eo non licet ſeparare de induſtria.

פרק ב אין תורמין מטהור על הטמא ואם תרמו תרומתן תרומה באמת אמרו העגול של דבילה שנטמא מקצתו תורם מן הטהור שיש בו על הטמא שיש בו וכן אגודה של ירק וכן ערימה היו שני עגולים שתי אגודות שתי ערימות אחת טמאה ואחת טהורה לא יתרום מזה על זה רבי אליעזר אומר תורמין מן הטהור על הטמא :

Caput 2. Non delibandæ ſunt primitiæ de mundo pro immundo, ſin delibentur, primitiæ ſunt. Vere dixerunt, de orbiculo palathæ ab una parte polluto, de parte ejus munda delibari primitias partis immundæ. Similiter de faſciculo olerum, & frumenti acervo. Si bini extiterint orbiculi, bini faſciculi, vel bini acervi, quorum unus immundus, alter mundus, non deſumentur primitiæ alterius ex altero. R. Eliezer autumat immundi primitias ex mundo recte delibari.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תורמין מטהור על הטמא *non ſeparant de mundo pro immundo*, ne quis ſeparet de eo quod non conjunctum eſt, quia timet ne tangat impurum in puro, idque polluat, ideo neceſſe eſt ut is qui ſeparat, de eo quod circumdatum eſt, ſeparet.

באמת אמרו *in veritate dixerunt*, quocunque in loco Miſchnæ occurrat hæc phraſis, habetur illa traditio Moſis è Sinai; ſed non ſtrictè eſt traditio Moſis è Sinai, quia capite 1. tractatus Schabbat Miſchna dicit, *in veritate dixerunt quod Inſpector attendebat ubi infantes legebant*, ſed hoc de Sapientibus.

העגול דבלה *orbiculus palathæ*, etſi ficus ſint inter ſe conjunctæ intra orbiculum, non tamen habentur conjunctæ reſpectu immunditiei, & ſi unius ficus immunditiem attingat, non polluitur alter.

וכן אגודה של ירק *ſic etiam ſe res habet cum faſciculo oleris*, ſi nos docuiſſet tantum ſenſum orbiculi, dixiſſet quis, de orbiculo, quia undiquaque eſt corpus, ſeparet; at non de faſciculo, quia non eſt corpus ab omni parte; deinde nos docet de faſciculo, ne quis dicat, de faſciculo, quia eſt una comprehenſio, ſeparabit, de acervo vero quæ non eſt una comprehenſio, non ſeparabit; ideo neceſſe erat ut diceret hos tres caſus. *R. Elieſer dicit, ſeparant de mundo pro immundo*, de induſtria, quia non decrevit R. Elieſer ut quis ſeparet de eo quod non eſt circumdatum; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Num. 18:29. את מקדשו ממנו, aufer ergo de ſanctitate illius ſive de ſancto, ab eo inquam ſumes. Ubicunque dicitur באמת habetur traditio Moſchis è monte Sinai.

עגול של דבילה *orbis palathæ ficuum*, eſt magni panis inſtar, uti rota molæ, quem conficiunt ex ſicubus ſiccis; eſt etiam iſtiuſmodi palatha ex multis partibus compoſita, propterea eo inſignitur nomine, & non habetur corpus quoddam continuum, ut undiquaque acciperet immunditiem, uti ſuo loco exponetur in tractatu Tibbul Jom. Præterea Miſchna duo alia adfert exempla, ſive ſimilitudines de orbiculo palathæ, quia orbiculus unum eſt corpus, ſed faſciculus oleris eſt corpus variis partibus diſtinctum, & docet te, quod, quemadmodum licet ſeparare de orbiculo partem puram pro impura, ſic etiam licet quod ad faſciculum oleris, qui minor eſt orbiculo palathæ reſpectu unionis; ſecunda ſimilitudo eſt de acervo, qui etiam multo minor eſt faſciculo oleris reſpectu unionis; deciſio non eſt juxta R. Elieſer.

ב אין תורמין מן הטמא על הטהור ואם תרם שוגג תרומתו תרומה ומזיד לא עשה כלום וכן בן לוי שהיה לו מעשר טבל היה מפריש עליו והולך שוגג מה שעשה עשוי מזיד לא עשה כלום רבי יהודה אומר אם היה יודע בו בתחלה אף על פי שהוא שוגג לא עשה כלום :

2. Non delibandæ ſunt primitiæ de immundo pro mundo: ſed ſi quis delibaverit imprudens, quod delibavit pro primitiis habetur; ſin de induſtria nil quicquam egit. Eodem modo Levita cui decimæ exiſtant illibatæ, ſi primitias illarum 1 ſeparare perrexerit imprudens, factum valet; ſin data opera, nil quicquam egit. R. Juda aſſerit, ſi ab initio rem notam habuerit, quantumvis poſtea non advertat, nil quicquam egiſſe.

R. OB. DE BARTENORA.

אין תורמין מן הטמא על הטהור *non ſeparant de immundo pro mundo*, propter damnum quod inde ſacerdos patitur. ואם תרם שוגג תרומתו תרומה *& ſi ſeparavit ex errore, ſeparatio ejus eſt ſeparatio*, id ipſum intelligitur tantum quando maſſa erat in ſtatu rectitudinis, & advenerat tempus decimatio-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hoc intelligendum eſt ſi res immunda ſit, quæ antea fuit munda, ſed poſtea polluta eſt; ſed ſi immunda erat antequam elaborata eſſet, non autem intra tempus decimationis, etſi per errorem, ſeparatio ejus non eſt ſeparatio. מעשר טבל *decimæ illibatæ*, ſunt decimæ primæ antequam ſeparata ſit Tru-

tionis, antequam eſſet polluta; quæ de Lege bona eſt Truma; at ſi polluta fuerit ante tempus decimationis, non eſt Truma de Lege; ſi vero ſeparavit, etſi ex ignorantia, ſeparatio ejus non eſt ſeparatio. מעשר טבל *decimæ illibatæ*, ſunt decimæ primæ de quibus nondum ſeparata eſt Truma de decimis. היה מפריש עליו והולך ſenſus eſt, ſi porro ſeparabat Levita de decimis Tébhel pro aliis decimis ſuis.

ואם היה בו יודע בתחלה *ſi ab initio ſciverit*, quod erat Tébhel, aut immundum, etſi ex ignorantia ſeparaverit illo tempore, & oblitus quod erat Têbhel, aut quod erat immundum, talis error proxime ad errorem de induſtria accedit, & nihil omnino fecit; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

Truma de decimis; quia ſic locutus eſt Deus Benedictus Num. 18:26. ונחשב לכם תרומתכם כדגן מן הגרן וכמלאה מן היקב, quæ demonſtrant jus earum decimarum eſſe ante ſeparationem Trumæ, uti jus areæ & torcularis, antequam ſeparaverint decimas & cætera dona, quod eſt *Tebhel*. שוגג *ſi fecerit ex ignorantia.* מזיד *ſi fecerit de induſtria*; R. Jehuda dicit, eum non feciſſe ex errore, niſi quando neſciebat iſtas decimas eſſe *Tebhel*, uſque dum ſeparabat de iis, ſed ſi ſciebat quod erant Tébhel, at poſtea obliviſcitur, ſeparans Trumam ea imaginatione quod non erant Tébhel, at poſtea recordatur quod erant Tébhel, nihil omnino fecit; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

GUISIUS.

1 *Separare.*] Aliunde, & ex immundo. Ita locum intelligo. Rem perpende, videbis me leviſſimo & minime coacto ſupplemento locum luculenter interpretatum, in quo Judæorum interpretibus calculus plane hæret.

SURENHUSIUS.

בן לוי שהיה לו מעשר טבל היה מפריש עליו והולך *ſi Levitæ fuerint decimæ illibatæ ſuper quibus ſeparaverit*, Bartenora è R. Schimſone ita ſenſum explicat, ſi Levita ex hiſce decimis illibatis, de quibus nondum educta eſt Truma magna, ſeparaverit pro reliquis illius decimis, atque adeo ex eorum explicatione videtur quod de decimis illibatis immundis ſermo eſt, ſic quoque R. Schimſon explicat ſententiam R. Jehudæ eſſe tantum de immundis decimis. Sed juxta Bartenoram, qui ad illa verba אם היה יודע exponit או שהוא טבל או שהוא טמא *ſi illibitæ fuerint, aut ſi immundæ fuerint*, jus de illibatis tantum agit decimis, & non de immundis. Et eo quoque Maimonides in notis ad hanc Miſnam inclinare videtur. Sed in Hilchot Trumot capite quinto Halacha octava retractat ſententiam ſuam, & totam hanc Miſnam ſenſu immundarum decimarum explicat, & decidit juxta ſententiam R. Jehudæ, id quod ab auctore Ceſeph Miſnæ ex Talmude Jeruſolymitano confirmatur. Ita enim Maimonides: *Non ſeparant Trumam de immundo pro mundo, & ſi imprudens ſeparaverit Trumam, Truma illius eſt Truma. Cæterum ſi de induſtria ſeparaverit non rite perfecit reliquum, & hic qui Trumam ſeparavit denuo ſeparabit. De quo dicta ſunt hæc verba? de eo cujus immundities ipſi ignota erat. Sed ſi ipſi immundities nota fuerit, & tamen erraverit, quia putabat quod licitum erat ſeparare de immundo pro mundo, tum ſimilis eſt ei qui ſeparavit de induſtria.* Vide quoque Miſnam quintam capitis primi tractatus Ediot. Videſis Jomtobum ad hanc Miſnam.

ג המטביל כלים בשבת שוגג ישתמש בהם מזיד לא ישתמש בהם המעשר והמבשל בשבת שוגג יאכל מזיד לא יאכל הנוטע בשבת שוגג יקיים מזיד יעקור ובשביעית בין שוגג בין מזיד יעקור:

3. Qui vaſa ſabbato aquis immerſerit, ſi imprudens, ea ad opus uſurpato; ſin data opera, ne uſurpato. Qui decimas ſabbato deſumſerit, vel jus coxerit, ſi imprudens, comedito; ſin data opera, ne comedito. Qui plantam ſabbato panxerit, ſi imprudens, adoleſcere ſinito; ſin data opera, revellito. Veruntamen anno ſeptimo, ſive imprudens ſive de induſtria, revellito.

R. OB. DE BARTENORA.

המטביל כלים בשבת *qui immerſerit vaſa ſabbato*, non licet enim ſabbato immergere vaſa aquis immunda, ut purificentur ab immunditie, quia apparet ac ſi ea legitimè adaptet. המעשר *qui decimarit*, quia non licet ſeparare Trumam vel decimas die ſabbati, quia adaptat.

המבשל בשבת שוגג יאכל *qui coxerit in ſabbato, ſi ex ignorantia, comedat*, comedat in exitu ſabbati id quod coxit, non autem ſabbato ipſo. מזיד לא יאכל *ſi de induſtria, ne comedat*, ille non, ſed alii comedant exeunte ſabbato, quia ſcriptum eſt Exod. 31:14. ושמרתם את השבת, כי קדש היא היא *illa*, dies ſcil. ſancta eſt, non autem opera ejus ſancta.

בשביעית בין שוגג בין מזיד יעקור *in anno ſeptimo, ſive ex ignorantia, ſive de induſtria, extirpat*, quoniam Iſraelitæ non habentur ſuſpecti de ſabbato, ſed de anno ſeptimo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc vaſa ſunt vaſa immunda, quæ ſabbato non licet immergere, ut ea reſtituat uſui. Præterea tibi exponetur, quod ſabbato ſeparare Trumam & decimas interdictum eſt, ut licite uſurpari poſſint.

המבשל בשבת שוגג יאכל *qui coxerit ſabbato, ſi ex ignorantia, comedat*, id eſt, licet ipſi comedere id quod coxit in exitu ſabbati, ſed ſabbato nullatenus ipſi comedere licet. מזיד לא יאכל *ſi de induſtria, ne comedat*, ſenſus eſt, ſi quis coxerit ſabbato, ei interdictum eſt unquam comedere id quod coxit; ſed aliis id licet comedere in exitu ſabbati, quia Deus de ſabbato dixit קדש היא *ſanctitas illa eſt*, & dixerunt Sapientes noſtri, היא *illa*, nempe שבת *dies ſabbati* ſanctitas vel ſancta eſt, at opera ejus non ſunt ſancta. Ratio autem, quæ obligat in anno ſeptimo graviores imponere conditiones quam in ſabbato, hæc eſt, quia pro fundamento tenemus, quod Iſraelitæ non ſunt ſuſpecti de ſabbato, ſed de anno ſeptimo.

ד אין תורמין ממין על שאינו מינו ואם תרם אין תרומתו תרומה כל מין חטים אחד כל מין תאנים וגרוגרות ודבלה אחד ותורם מזה על זה כל מקום שיש כהן תורם מן היפה וכל מקום שאין כהן תורם מן המתקיים רבי יהודה אומר לעולם הוא תורם מן היפה:

4. Non delibandæ ſunt primitiæ cujuſvis generis de re alius generis: & ſi delibentur non ſunt primitiæ. Univerſa tritici genera pro uno reputantur; & univerſa genera ficuum, caricarum & palathæ pro uno reputantur, ut delibari poſſint primitiæ de uno pro altero. Ubi præſto eſt Sacerdos primitiæ delibandæ ſunt de meliore; ubi abeſt Sacerdos, de eo quod magis durat. R. Juda primitias de meliore ſemper decerpi jubet.

R. OB, R. MOS-

R. OB. DE BARTENORA.

כל מין חטים אחד *omnes species tritici habentur una*, etsi species rubra, aut alba. כל מין תאנים אחד *omnes species ficuum habentur una*, etsi sint atrae & albae, quando humidae sunt, vocantur תאנים; quando autem siccae, vocantur גרוגרות; quando autem calcantur in orbiculo, vocantur

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תורם מן המתקיים *separet de eo quod durabile est*, sensus est, separabit de istiusmodi re quae per aliquod tempus durat, ac se conservat, usque dum eam dederit sacerdoti, caetera omnia clara sunt; decisio non est juxta R. Jehuda.

דבלה; sunt itaque omnes speciei ejusdem, sive atrae sint sive albae. תורם מן היפה *separat de meliori*, de ficubus humidis pro siccis, quia ficus humidae meliores sunt siccis. תורם מן המתקיים *separat de eo quod durabile est*, de ficubus siccis pro humidis, quia siccae diutius conservantur. לעולם הוא תורם מן היפה *semper separet de meliori*, quia scriptum est Num. 18:32. בהרימכם את חלבו ergo semper de meliori separet necesse est, si vero id corrumpatur, corrumpatur; decisio non est secundum R. Jehuda.

ה תורמין בצל קטן שלם ולא חצי בצל גדול רבי יהודה אומר לא כי אלא ·חצי בצל גדול וכן היה ר' יהודה אומר תורמין בצלים כבני המדינה על הכופרים אבל לא כן הכופרים על בני המדינה מפני שהוא מאכל פוליטיקין :

5. Pro primitiis separatur caepa parva integra potius quam dimidium caepae majoris. R. Juda id negat, dimidium caepae majoris potius separari jubens. Eodem modo idem R. Juda primitias delibari asserit de caepis à rusticis acceptis pro paganis, non autem de paganis pro rusticis, quia illae Politicorum esca sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

תורמין בצל קטן שלם *separant cepam parvam integram*, quia diutius conservatur. ולא חצי בצל גדול *non autem dimidium magnae cepae*, etiamsi melior sit parva. R. *Jehuda dicit non*, *&c.* sequitur opinionem suam R. Jehuda, nempe, semper de meliori separandum. בצלים כבני המדינה *cepae urbanorum*, meliores sunt paganorum, sed paganae conservantur diutius. מפני שהוא מאכל פוליטיקין *quia cibi politicorum*, cepae urbanae viris gravibus cedunt in cibum, & praestant paganis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בצל קטן שלם *cepa parva integra*, juxta opinionem doctoris primi plus valet, tam in loco ubi est sacerdos, quia melior est ipsi, quam in loco ubi non est sacerdos, quia conservatur diutius. בצלים כבני המדינה *cepae urbanorum*, sunt cepae majores; בצלי הכופרים *cepae paganorum*, sunt cepae quae veniunt è pagis, & sunt minores; R. Jehuda putat cepam majorem esse meliorem, quia est cibus. פוליטיקין *politicorum*, qui sunt homines delicatuli, & sumptuosi, divites, & luxuriosi in re cibaria; decisio non est juxta R. Jehuda.

ו תורמין זיתי שמן על זיתי כבש ולא זיתי כבש על זיתי שמן ויין שאינו מבושל על המבושל ולא מן המבושל על שאינו מבושל זה הכלל כל שהוא כלאים בחבירו לא יתרום מזה על זה אפילו מן היפה על הרע וכל שאינו כלאים בחבירו תורם מן היפה על הרע אבל לא כן הרע על היפה ואם תרם מן הרע על היפה תרומתו תרומה חוץ מן הזונין על החטים שאינן אוכל והקישות והמלפפון מין אחד רבי יהודה אומר שני מינין :

6. Primitiae etiam desumuntur de oleis ad effusionem pro oleis conditivis, non autem de oleis conditivis pro oleis ad effusionem: & de vino non decocto pro decocto, non autem de decocto pro non decocto. Haec est regula generalis. Quicquid cum altero miscellum reputatur, de hoc pro illo non desumentur primitiae, ne quidem de meliore pro deteriore. Si quid autem non sit miscellum cum altero, desumere licet primitias deterioris de meliore, non autem melioris de deteriore: si vero desumantur primitiae de deteriore pro meliore, pro primitiis habentur: excepto tamen si de lolio pro tritico, quia id non est edule. Cucumis & melopepo ejusdem generis habentur. R. Juda censet, duum.

R. OB. DE BARTENORA.

Separant de olivis quarum oleum est exprimendum pro olivis quae condiendae sunt, de quibus non fit oleum, sed quae ponuntur in vino, aut aceto, ut conserventur in cibum; & quia olivae olei sunt meliores olivis condimenti, propterea de olivis olei separant pro olivis condimenti, utpote de bonis pro malis. יין אינו מבושל *vinum non decoctum*, id enim ad bibendum melius est decocto.

כל שהוא כלאים בחברו לא תורם מזה על זה *omne id quod heterogeneum est cum alio, de eo non separat pro alio*, eo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

זיתי שמן *olivae olei*, sunt olivae quae eum in finem destinatae sunt, ut de illis exprimatur oleum, quarum oleum melius est oleo earum quae condiuntur, & propterea Scriptura dicit בהרימכם את חלבו. Exposuimus jam in tractatu Cilaim, quod זונין est species tritici perditi; exposuimus etiam ibidem opinionem R. Jehudae, qui putat quod cucumis, & melopepo, quae Arabicè vocantur כיוארות heterogeneae sint in commixtione; decisio non est juxta R. Jehuda.

quod scriptum est Num. 18: 12. כל חלב יצהר וכל חלב תירוש ודגן des igitur de uno & altero quod optimum est. זונין Arabice vocantur זואן, & non cedunt homini in cibum, sed columbis. קישות Arabicè dicitur פאקוס. מלפפון Arabicè כיאר. מין אחד *una species*, ut una pro altera separetur. שני מינין *duae species*, & propterea non separant de una pro alia; decisio non est juxta R. Jehuda.

SURENHUSIUS. כל שהוא כלאים בחברו לא יתרום מזה על זה וכו' *quicquid heterogeneum est cum alio &c.*, exponit Bartenora, eo quod scriptum est Num. 18:12. כל חלב יצהר וכל חלב תירוש ודגן vult dicere de qualibet specie separandum esse optimum, חלב enim est idem quod מובחר *praestantissimum*, & quod vox חלב ad quamlibet speciem repetitur,

petitur, indigitare non separandum esse de una specie pro alia. Nam si de תירוש pro יצהר quæ sunt ejusdem speciei, non sit separanda Truma juxta Scripturam, quanto magis Truma non separanda est de frumento diversæ speciei; vide Gemaram in principio capitis noni Bechorot.

פרק ג התורם קישות ונמצאת מרה אבטיח ונמצא סרוח תרומה ויחזור ויתרום התורם חבית של יין ונמצאת של חומץ אם ידוע שהיתה של חומץ עד שלא תרמה אינה תרומה אם משתרמה החמיצה הרי זו תרומה אם ספק תרומה ויחזור ויתרום הראשונה אינה מדמעת בפני עצמה ואין חייבין עליה חומש וכן השניה :

Caput 3. Si quis cucumerem in primitias separaverit, ille vero amarus repertus sit; vel melonem, & ille putridus repertus sit; primitiæ sunt, sed alias denuo delibabit. Si quis in primitias separaverit vini dolium, atque illud aceti reperiatur, si constare potest acetum factum fuisse ante delibationem, pro primitiis non habetur; si post delibationem acetum factum sit, pro primitiis habetur; si ambiguum sit, primitiæ sunt, sed alias denuo delibabit. Harum priores non inficiunt seorsim, nec ad quintam obligant. Ita nec secundæ.

R. OB. DE BARTENORA.

התורם *qui separaverit*, ex ignorantia, nihilominus iterum separabit, quia reputatur ac si de industria id fecerit, quia debuisset gustare. ונמצאת של חומץ וגו׳ *& compertum fuerit dolium aceti &c.*, si separaverit de aceto pro vino, separatio ejus non est separatio, quia vinum & acetum duæ sunt species. אם ספק *si dubium sit*, nesciens an priusquam separaverit an vero postquam separaverit, acetum fuerit.

תרומה ויחזור ויתרום *separatio est, & iterum separat*, ambas sacerdoti dabit, qui ipsi solvet pretium primæ, quia melior est secunda, quoniam secunda diminuitur, eo quod separatio prima de ea ablata est, & hoc quatenus adest sacerdos, qui possit separare de eo quod proximi est; nam pro fundamento tenemus in omni loco, eum, qui voluerit separare de bonis proximi, teneri probationem adferre, & propterea non accipiet eam pecunia, nisi minorem, & det ipsi pecuniam pro prima Truma, quæ est altera major.

הראשונה אינה מדמעת *prima non facit mixturam*, si ceciderit in quantitatem non continentem centum partes profanas, non efficit mixturam, quia fieri potest ut prima non sit Truma, sed secunda sit Truma; pariter secunda non efficit mixturam, quia fieri potest ut prima sit Truma, non vero secunda. ואין חייבין עליה חומש *& non obligati sunt de ea quod ad partem quintam*, si Israelita de prima Truma tantum comedit, aut de secunda tantum, non tenetur solvere partem quintam, uti se habet jus eorum qui de Truma comederunt ex ignorantia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סרוח est *corruptum & putridum quid*, & propterea intrinsecus non valet in cibum; jus vero duarum Trumæ separationum, de quibus hic fit mentio, vult, ut Trumas eas det sacerdoti, & sacerdos ipsi solvat pretium pro maxima duarum, quia pro fundamento tenemus, eum, qui voluerit quicquam separare de eo quod pertinet ad proximum, teneri adferre probationem; & sacerdos eas comedet ambas.

אינה מדמעת בפני עצמה *non facit mixturam per se*, si inciderit prima Truma in profanum, tota massa non fit mixtura, sed separabit de profano illo quantitatem quæ in id cecidit de Truma illa.

ואין חייבין עליה חומש *& non sunt obligati propterea de parte quinta*, is scilicet qui comederit ex ignorantia; sic etiam de separatione Trumæ secunda, quia de utraque dubium est an sit Truma, an vero non.

SURENHUSIUS. תרומה ויחזור ויתרום *Truma est, & denuo separat*. Bartenora exponit, *ambas dabit sacerdoti, qui ipsi solvat pretium primæ &c.*, hoc sensu in Talmude Jerusolymitano; cæterum quis dicere posset quod de ipsa Truma prima non datur sacerdoti Truma, quia pretium ejus sacerdos solvit, & idcirco sacerdotem inde damnum pati? Sed respondet Jomtobus, sacerdoti nihil damni inferri, eo quod Trumam minori emit pretio, quam alii eam emere possint, cum Israelitis non licet ea vesci; præterea, quod ipse sacerdos de hac Truma dubia etiam aliam Trumam separare tenetur, quo modo ipsi satis compensatur id quod secundæ Trumæ deficit.

ב נפלה אחת מהן לתוך החולין אינה מדמעתן נפלה שניה לםקום אחר אינה מדמעתן נפלו שתיהן למקום אחד מדמעות כקטנה שבשתיהן :

2. Si earum unæ inciderint in rem communem, eam non inficiunt; & si secundæ in aliam alibi inciderint, nec illæ eam inficiunt. Si utræque in eandem inciderint, inficiunt 1 pro modo illarum quæ ex utrisque minores sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מדמעות כקטנה שבשתיהם *mixturam faciunt pro modo minimæ Trumæ ex duabus*, juxta quantitatem secundæ Trumæ, quæ minima est ex duabus, & si profanum contineat centum partes respectu Trumæ minimæ, non fit mixtura, sed desumet tantum de profano quantum ex duabus Trumis in id inciderit, & sacerdoti dabit illud, quod restat commune est uti erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si una pars Trumæ inciderit in centum partes profanas, de toto separabit unam partem quæ erit Truma, quicquid autem restat profanum est, uti erat; præterea tibi exponetur id ipsum, quod Truma semper ascendit si inciderit in centum partes profanas & unam; sed si pars Trumæ inciderit in minores, quam centum, partes profanas, tota massa fit mixtura, & dicitur מדומע; quod notat rem mixtam cum דמע, quod idem est cum תרומה, uti diximus aliquoties. Dicit hic, quod si prima fuerit Truma in quam inciderit dubium, & secunda quam postea separavit, una major erit altera, si E.G. in una contineatur mensura sati, in altera autem duo sata, & tria illa sata incidant in profanum quid, necesse est ut quantitatem profani illius separemus, & consideremus unum Trumæ satum incidisse in profanum, quæ est minima Truma ex duabus; si vero in profano fuerint centum partes, vel sata, Truma ascendit in centum & uno; si vero non tot continuerit partes, tota massa fit mixtura.

GUISIUS. 1 *Pro modo illarum &c.*] Primitiæ in rem communem quæ eas non centies superat incidentes totam massam inficiunt, ut diximus. Jam si ambiguum sit utræ harum primitiæ revera sint, & ambæ in eandem rem communem inciderint, inficiunt quidem, sed hac duntaxat lege, si res communis minorem quantitatem centies non vincat.

ג השותפין שתרמו זה אחר זה ר' עקיבא אומר תרומת שניהם תרומה וחכ"א תרומת הראשון תרומה רבי יוסי אומר אם תרם הראשון כשעור אין תרומת השני תרומה ואם לא תרם הראשון כשעור תרומת השני תרומה :

3. Si ſocii primitias delibaverint alter poſt alterum, R. Akiba quod ab utriſque delibatum eſt pro primitiis haberi cenſet. At Sapientes quod à priore duntaxat delibatum eſt pro primitiis agnoſcunt. R. Joſes, ſi eorum prior quantum determinatur decerpſerit, quod à ſecundo delibatum eſt pro primitiis haberi negat: ſin prior non decerpſerit quantum determinatur, quod ab altero delibatum eſt pro primitiis haberi vult.

R. OB. DE BARTENORA.

תרומת שניהם תרומה *ſeparatio amborum ſeparatio eſt*, ut uniuſcujuſque ſeparatio contineat dimidium Trumæ, & dimidium profani; unde fiet, ſi ambo de quinquaginta Satis ſeparant, unus ſatum, & alter etiam ſatum, ut non ſanctificet Truma, cum tamen ſeparatio ſit dimidium ſati menſuræ unius, & dimidium ſati menſuræ alterius tantum. אם תרם ראשון כשיעור *ſi primus ſeparaverit juxta menſuram*, nempe unam partem de quinquaginta, juxta quantitatem quam inſtituerunt Sapientes, ejus ſeparatio eſt ſeparatio; deciſio eſt juxta R. Joſe, quatenus exponit opinionem Sapientum; alii vero exponunt, ſi ſeparavit primus juxta quantitatem quam ſeparavit poſtea ſocius, amborum ſeparatio eſt ſeparatio, quia animadvertimus quod ſecundo placet id quod ſeparavit primus, quia intentio ejus fuit ſe conformare juxta menſuram primæ ſeparationis; ſed prima expoſitio mihi arridet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dubitant in Gemara de eo quod dixit R. Joſe כשיעור *juxta menſuram*, quænam eſt illa menſura, an ſit menſura Legis, an vero menſura quam ſeparavit ſocius ejus? & reſponderunt, ſi dicas juxta menſuram Legis, quæ eſt una pars de quinquaginta, erit contrarium verbis Sapientum; ſi vero dicas menſuram ſocii ejus, convenientia dices cum verbis Sapientum; deciſio quoque juxta Sapientes eſt, nec non juxta R. Joſe.

SURENHUSIUS. תרומת שניהם תרומה *Truma amborum Truma*, exponit Bartenora, *uniuſcujuſque Truma continet dimidium Trumæ & dimidium profani*, nam poſtquam ambo Trumam ſeparaverint, jam ritè perfecta ſunt dimidia, & facta ſunt profana, attamen non omnino facta ſunt profana, quia tantum quod ad Trumam magnam rite perfecta ſunt, ſed adhuc commixta cum decimis & Truma de decimis. Propterea in Talmude Jeruſolymitano vocantur טבל *illibata*. Sic R. Schimſon è Talm. Jeruſol. exponit quod dimidia illa commixta ſunt cum decimis, non autem cum Truma; & idcirco Bartenora non debuiſſet dicere חולין *profana* ſive *communia* dimidia, quod ad decimas, ſed טבולין *illibata*, ſive mixta cum decimis; ita Jomtobus.

ד במה דברים אמורים בשלא דבר אבל הרשה את בן ביתו או את עבדו או את שפחתו לתרום תרומתו תרומה בטל אם עד שלא תרם בטל אין תרומתו תרומה ואם משתרם בטל תרומתו תרומה הפועלים אין להן רשות לתרום חוץ מן הדרוכות שהן מטמאין את הגת מיד :

4. Quomodo intelligenda ſunt iſta? Ni contra juſſum ſit. Verum ſi quis villico, ſervo, ancillæ mandaverit primitias delibare, quod delibatum eſt pro primitiis habetur. Reſciſſo mandato, ſi ante delibationem reſciſſum fuerit, quod delibatum eſt non habetur pro primitiis; ſi poſt delibationem reſciderit, pro primitiis habetur. Operarii non habent poteſtatem primitias delibare, exceptis torculariis, quippe qui confeſtim 1 polluant torcular.

R. OB. DE BARTENORA.

במה דברים אמורים *de quo hæc dicta ſunt?* reſpicit id quod dixit R. Akiba ſuperius, nimirum, quod ſeparatio amborum eſt ſeparatio, quod intelligatur, quando quis non mandavit, tum non licere ſervo ut ſeparet de bonis proximi, vel ſocii ſui, ſed ſi herus poteſtatem dederit ſeparandi, Truma ejus eſt Truma. בטל *ſi abroget*, ſi, poſtquam miniſtro ſuo mandaverit Trumæ ſeparationem, abrogavit miniſtrum ſuum quem miſerat.

חוץ מן הדרוכות *exceptis calcatoribus*, ſi plebejus conduxerit operarios חברים id eſt *de ſeparatione fide dignos*, illis licitum eſt ſeparare antequam herus plebejus attigerit, & polluerit Trumam.

שהן מטמאין את הגת מיד *quippe qui confeſtim torcular polluunt*, quia heri plebeji, quamprimum calcatores inceperunt calcare, & torcular aſcenderunt moventes ſe in modum crucis, non amplius admonentur ne torcular tangant, aut polluant, quia perſuaſi ſunt, quod, ſimul ac inceperint calcare, calcatores qui ſunt fide digni, Trumam magnam ſeparabunt; propterea calcatores fide digni ſolent menſuram vini ſeparare de Truma, quæ pro toto debetur torculari, ſimul ac aſcenderint torcular & moverint ſe in modum crucis, ut, ſi veniant heri, & polluant torcular antequam opus fuerit abſolutum, habeant vinum præparatum ad ſeparandum cum puritate pro univerſa quantitate.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הרשה את בן ביתו *poteſtatem dedit filio domus*, id eſt miniſtro ſuo. בטל *ſi reſciderit mandatum*, ſi revocaverit mandatum quod ſervo ad menſam miniſtranti dedit, quia ſervus ille tranſgreſſus eſt mandatum ejus, ut, ſi E. G. ipſi mandavit ut ſeparet de acervo ad plagam meridionalem, ille vero ſeparet ad occidentalem; at ſi non fuerit mandatum ejus tranſgreſſus, id quod fecit factum eſt, etſi mandatum reſciderit, quia pro fundamento tenemus neminem remoturum ſervum propter unum verbum. דרוכות *calcatores*, ſunt ii qui uvas calcant in torculari, & hi non poterunt polluere torcular quando inceperint calcare, quia diſpoſitum eſt ad immunditiem accipiendam; quia vero calcatores conduxit ad calcandum, illiſque tradidit torcular, recipit in ſe id quod illi commiſerint.

GUISIUS. 1 *Polluant.*] Simulac fluat muſtum, torcular humore madidum diſponitur ad pollutionem. Propterea torculariis facultas datur primitias quanto ocyus deſumendi, ne quid immundi procedente opere multum polluat.

SURENHUSIUS. (a) שתי וערב proprie *ſtamen & ſubtegmen*, ſenſus eſt, quod ii qui torcular aſcenderunt ad uvas calcandas, prima vice ſibi occurrere ſolent in modum ſtaminis & ſubtegminis, id eſt, tranſverſim & in formam crucis. (b) במה דברים אמורים *de quo dicta ſunt hæc verba?*

Bartenora hæc tantum refert ad verba R. Akibæ in ſuperiori Miſna, dicentis, *Truma amborum Truma eſt*; attamen illa verba *de quo dicta ſunt hæc verba*, non minus ad Sapientes referenda ſunt. Sed deceptus eſt Bartenora ex opinione R. Schimſonis de R. Akiba tantum exponentis, idcirco merito à Jomtobo corrigitur.

ה האומר תרומת הכרי זה בתוכו ומעשרותיו בתוכו תרומת מעשר זה בתוכו רבי שמעון אומר קרא שם וחכמים אומרים עד שיאמר בצפונו או בדרומו רבי אלעזר חסמי אומר האומר תרומת הכרי ממנו עליו קרא שם רבי אליעזר בן יעקב אומר האומר עשור מעשר זה עשוי תרומת מעשר עליו קרא שם :

5. Si quis ſic dixerit, *Primitiæ hujus acervi in illo ſunto, decimæ etiam ejuſdem in illo ſunto, & primitiæ illarum decimarum in illo ſunto*: R. Simeon eum nomine indigitaſſe aſſerit. Sapientes negant, niſi expreſſerit *à ſeptentrione*, vel *ab auſtro*. R. Eleazar Haſma dicit, ſi quis ſic dixerit, *Primitiæ hujus acervi ex ipſo pro eo ſunto*: jam nomine indigitavit. R. Eliezer Jacobi filius dicit, ſi quis ſic dixerit, *Decima harum decimarum pro illis fiat decimarum primitiæ:* jam nomine indigitavit.

R. OB. DE BARTENORA.

קרא שם *vocavit nomine*, & neceſſe eſt ut ſeparet de illo ipſo acervo, & non poterit pro illo ſeparare nec decimare ex alio acervo; etſi enim Deus תרומה vocaverit ראשית, eſt tamen neceſſe ut reliquiæ Trumæ ejus cognoſcantur. Quod vero dixit בתוכו *in medio ejus*, id innuit de medio acervi deſumendam eſſe Trumam, ex circumjacentibus ergo partibus reliquiæ ſatis cognoſcuntur. עד שיאמר בצפונו או בדרומו *donec dixerit, in ſeptentrione vel auſtro*, etſi בתוך idem fit ac אמצעית *medium*, non tamen eſt locus deſignatus, & ſe res habet ac ſi dixiſſet nihil, uſque dum dicat, *in ſeptentrione aut meridie*; & ſic deciſio eſt. תרומת הכרי ממנו עליו קרא שם (ſi dixerit) *ſeparatio acervi de illo, vocavit nomine*, quia non eſt neceſſe ut reliquiæ clarè cognoſcantur. *R. Eleaſar dicit, decimæ harum decimarum, ſunt de decimis ſeparatio &c.*, R. Elieſer filius Jacobi contradicit R. Schimeoni, dicenti, *ſeparatio de decimis iſtis eſto in illo acervo*, vocavit nomine; ad hoc dicit R. Eleaſar, ſi dixerit, *ſeparatio de iſtis decimis eſt in illo*, antequam ſeparatæ ſint decimæ, non vocavit nomine; at ſi poſt ſeparationem decimarum dixerit, *ſeparatio de decimis pro illo*, nomine vocavit; deciſio non eſt juxta unum ex illis, ſed juxta Sapientes tantum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קרא שם *nomine vocavit*, ſenſus eſt, quod obligatur de acervo illo ſeparare juxta omnia jura quæ diximus; & quando dicit לא קרא שם *non vocavit nomine*, id vult, quod manet in eo quo erat ſtatu antequam dixiſſet illa verba; & ſeparare poterit de alio loco id quod debet pro acervo, nam non eſt neceſſe ut ſeparet de eodem acervo; deciſio tantum eſt juxta Sapientes.

ו המקדים תרומה לבכורים מעשר ראשון לתרומה ומעשר שני לראשון אף על פי שהוא עובר בלא תעשה מה שעשה עשוי שנאמר מלאתך ודמעך לא תאחר :

6. Si quis præmiſerit primitivis primitias, primitiis decimas primas, decimis primis ſecundas, factum valet, quanquam interdictum violavit. Quippe dicitur, (Exod. XXII. 29.) 1 *Maturas & opimas fruges tuas non dabis præpoſtere.*

R. OB. DE BARTENORA.

Uti Scriptura dicit &c., ſic dicit, etſi tranſgreſſus fuerit præceptum negativum, uti Scriptura dicit Exod. 22. מלאתך ודמעך לא תאחר, nihilominus tamen id quod factum eſt, fiat. מלאתך *plenitudo tua*, primitiva intellige, quæ adimplentur in principio maturitatis. ודמעך *& lachryma tua*, intellige ſeparationem Trumæ; *decimæ primæ* etiam continentur ſub Truma de decimis. לא תאחר *non immutabis ordinem.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De hoc textu probatio adfertur ejus quod dicit, quod tranſgreſſus eſt præceptum negativum, nam dixerunt quod ex loco Exod. 22. לא תאחר ſenſus eſt, non tardabis cum plenitudine tua, & lachryma tua, ſi quid aptum fuerit ut præmittatur; poſtea probationem adducunt, quod convenit ut jus unum præmittatur alteri.

GUISIUS. 1 *Maturas &c.*] Id eſt, primitiva quæ de maturis frugibus, & primitias quæ de opimis. Ita hic verti debent verba iſta, ut Miſnæ ſenſui ſatisfiat. Hebræa ſic ſunt: מלאתך ודמעך לא תאחר: ad quæ verba ſic lego in Mechilta, מלאתך אילו הביכורים הניטלים מן המלא ודמעך זו תרומה. לא תאחר שלא תקדים שיני לראשון ולא ראשון לתרומה ולא תרומה לביכורים: i.e. *per* מלאתך *intelliguntur primitiva, quæ deſumuntur de frugibus plene maturis, per* דמעך *primitiæ.* לא תאחר i. e. *non præmittes decimas ſecundas primis, nec primis primitiis, nec primitias primitivis.* Ita legitur in membranis, ſed in editione Veneta deſunt illa ודמעך זו תרומה: perperam, nam & ea ex Mechilta afferunt Author libri Yalcut & Moſes Gerundenſis. מלאה adeo denotat fruges maturas, & hic poni volunt pro primitivis exinde deſumendis. R. Salomo מלאתך exponit חובה המוטלת עליך

SURENHUSIUS. Dicit Bartenora ודמעך זו תרומה *& lachryma tua, hæc eſt Truma*, ſed in Toſephot capite primo Trumot folio quarto dicitur, quod *Truma* ideo vocatur *lachryma*, eo quod obtinet in liquidis, quemadmodum בכורות *primitiva* tantum adducuntur de aridis; videſis in fine tractatus Challa, nec non in fine Mechiltin.

כשתתמלא תבואתך להתבשל והם ביכורים, *debitum quod tibi incumbit cum plene maturuerint fruges, id eſt, primitiva.* De דמע ſupra dixi ad Dem. I. 3. Idem R. Salomo לא תאחר exponit in hæc verba לא תשנה סדר הפרשתן לאחר את המוקדם ולהקדים את המאוחר שלא יקדים תרומה לבכורים ומעשר לתרומה *Non invertes ordinem ſeparationis, poſtponendo id quod prius eſſe debet, & præmittendo poſterius: nempe ne præmittantur primitiæ primitivis, & decimæ primitiis.*

ז ומנין שיקדמו הבכורים לתרומה זה קרוי תרומה וראשית וזה קרוי תרומה וראשית אלא יקדמו בכורים לכל שהן ביכורים לכל ותרומה

7. Undenam conſtat præmittenda eſſe primitiva primitiis, cum & illa dicantur 1 delibatio & 2 principium, & iſtæ etiam dicantur 3 delibatio & 4 principium? Nimirum præmittenda ſunt primitiva,

ותרומה לראשון שהיא ראשית ומעשר ראשון לשני שיש בו ראשית :

tiva, quia omnium primitiva: primitiæ decimis primis, quia illæ principium audiunt: decimæ primæ ſecundis, quia illis 5 principium ineſt.

R. OB. DE BARTENORA.

זה קרוי תרומה וראשית *hæ vocantur Truma & principium*, בכורים vocantur תרומה Deut. 12:17. uti dixit Deus, ותרומת ידך, hæ ſunt primitiæ de quibus Scriptura dicit Deut. 26:4. ולקח הכהן הטנא מידך; & vocantur ראשית principium Exod. 23:19. ראשית בכורי אדמתך. Sed תרומה vocatur תרומה *ſeparatio*, uti dicitur Num. 18:8: את משמרת תרומתי; & vocatur etiam ראשית *principium*, uti dicitur, Deut. 18:4. ראשית דגנך תירושך ויצהרך.

בכורים שהן בכורים לכל *primitiæ vocantur, quia omnium primæ ſunt*, exponit vocem *primitias* בכורים quare Deus ita vocaverit eas; vel, quia jam extat de iis Exod. 34:22. antequam Deus illis quicquam de ſeparationibus commendaverat.

שיש בו ראשית *quia iis principium ineſt*, quia in decimis primis continetur ſeparatio de decimis, תרומה *ſeparatio* autem vocatur ראשית *principium*, propterea fas eſt ut decimæ primæ præmittantur ſecundis.

GUISIUS. 1 *Delibatio.*] Deut. XII. 17.
2 *Principium.*] Deut. XXVI. 2.
3 *Delibatio.*] Num. XVIII. 8.
4 *Principium.*] Deut. XVIII. 4.
5 *Principium.*] Decimarum utique primitiæ. Aliter Mechilta rationem ponit, cujus verba, mendoſa admodum in editione Veneta pariter & in membranis, ſic emendata habe ex libro Yalcut: אבל איני יודע איזה מהם קודם אם תרומה לבכורים אם בכורים לתרומה אמרת יקדמו הבכורים שהם קרויים ארבעה שמות ראשית ביכורים תרומה ומלאה לתרומה שאינה קרויה אלא שלש שמות. תקדים תרומה שהיא קרויה שלש-שמות ראשית תרומה ודמע למעשר ראשון שאין קרוי אלא

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vocavit Deus תרומה *ſeparationem*, ראשית *initium, ſic & principium*, vocavit Deus Benedictus תרומה nomine ראשית, uti dicitur Deut. 18:4. ראשית דגנך תירושך ויצהרך; & vocatur תרומה Num. 18:8. נתתי את משמרת תרומותי; & בכורים vocantur ראשית uti dicit Deut. 26:2. לקחת מראשית כל פרי האדמה, & vocatur תרומה uti dicit Deut. 12:17. ותרומת ידך, & dicitur in Siphri, תרומת ידך id eſt *primitiæ*; probatio vero, quod locutus eſt de primitiis, hæc eſt, quod Deus benedictus in hoc textu computavit res illas quæ adferendæ ſunt in uſum templi, & in Trumis nihil reperitur quod adducendum Jeruſolyma, niſi primitiva de quibus loquitur Scriptura. Quod vero dicitur quod *decimis primis ineſt principium*, illius ſenſus vult, ſeparationem de decimis iis ineſſe, uti Scriptura dicit de decimis primis, Num. 18:26. והרמותם ממנו תרומת יהוה; jam expoſuimus תרומה vocari ראשית.

שני שמות. יקדים מעשר ראשון שהוא קרוי שני שמות תרומה ומעשר למעשר שני שאינו קרוי אלא שם אחד בלבד. *Verum non mihi conſtat utra præmittenda ſint, an primitiæ primitivis, an primitiva primitiis. Dicas ergo præmittenda primitivis, quæ quatuor vocabulis appellantur*, principium, primitiva, delibatio, fruges maturæ *primitiis quæ tribus duntaxat cenſentur. Præmittendas primitias, quæ tribus nominibus gaudent*, principium, delibatio, & fruges opimæ *dictæ, decimis primis quæ duabus tantum. Præmittendas decimas primas, quæ duplici gaudent nomine*, delibatio & decimæ *dictæ, decimis ſecundis quæ unico duntaxat nomine veniunt.*

ח המתכוין לומר תרומה ואמר מעשר מעשר ואמר תרומה עולה ואמר שלמים שלמים ואמר עולה שאיני נכנס לבית זה ואמר לזה שאיני נהנה לזה ואמר לזה לא אמר כלום עד שיהיו פיו ולבו שוין :

8. Si quis voluit dicere *Primitiæ*, dixit autem *Decimæ*; vel *Decimæ*, & dixit *Primitiæ: Holocauſtum*, & dixit *Salutaris hoſtia*; vel *Salutaris hoſtia*, & dixit *Holocauſtum: Me in ædes iſtas non ingreſſurum*, & dixit *in illas: Me ex iſto nullam utilitatem percepturum*, & dixit *ex illo*: non reputatur quicquam dixiſſe, niſi cum ore animus conſenſerit.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיהיו פיו ולבו שוין *niſi ore & animo dixerit*, uti dicit Deut. 23:24. שפתיך תשמור & Exod. 35:22. כל נדיב לב, ſed quomodo? ut corde determinet id quod ore vel labiis pronunciat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara ſunt; & pro fundamento tenemus, uti cogitavit in corde, ſic ſeparandum eſſe pronunciatione labiorum.

ט העכ"ום והכותי תרומתן תרומה ומעשרותן מעשר והקדשן הקדש רבי יהודה אומר אין לעכ"ום כרם רבעי וחכ"א יש לו תרומת העכ"ום מדמעת וחייבים עליה חומש ור"ש פוטר :

9. Alienigenæ vel Cuthæi primitiæ pro primitiis habentur, decimæ pro decimis, & conſecratum pro conſecrato. R. Juda 1 vineam quadrimam ad alienigenam nil attinere exiſtimat. Sapientes attinere volunt. Primitiæ alienigenæ inficiunt, & ad quintam obligant. R. Simeon 2 liberat.

R. OB. DE BARTENORA.

תרומתן תרומה *ſeparatio eorum ſeparatio eſt*, ſi Trumam ſeparaverint de rebus ſuis, ſed ſi alienigena ſeparaverit de bonis Iſraelitæ ipſius mandato, ſeparatio ipſius non eſt ſeparatio, uti dicitur מכן תרימו גם אתם Num. 18:28. quid notat גם אתם *etiam vos*? filios fœderis, ſic etiam veſter miniſter filius fœderis. *Sapientes dicunt, alienigenis etiam vinea quadrima*, & deciſio eſt juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quamvis alienigenæ non obligantur de præceptis, ſi tamen quicquam ex illis fecerint, cedit ipſis aliquod præmium, & hoc eſt fundamentum quod tenemus; & quandoquidem conjunguntur nobiſcum quod ad præmium, ideo opera eorum quæ fecerunt ſtabiliuntur in præceptis, ut vera; & deciſio eſt juxta Sapientes.

תרומת הנכרי מדמעת *ſeparatio alienigenæ efficit mixturam*, ut, ſi illa ceciderit in minores quam centum partes profanas, tota maſſa fiat miſcellanea, & interdictum ſit alienigenis ea uti. וחייבין עליה חומש *& obligantur de parte quinta*, alienigena qui come-

comederit ex ignorantia, solvet summam cum quinta parte. R. *Schimeon liberat*, non solvendam putat quintam, sed concedit quod separatio alienigenæ efficit mixturam; decisio non est juxta R. Schimeon.

GUISIUS. 1 *Vineam quadrimam &c.*] Ut si vineam quadrimam habeat, Israelita exinde fructus percipiat, nulla habita ratione legis de vinea quadrima.

2 *Liberat.*] Eum qui vescitur primitiis alienigenæ per incogitantiam à solutione quintæ ultra sortem.

SURENHUSIUS. *Gentilis & Cuthæi Truma est Truma &c.*, quamvis de Lege non tenentur ad Trumam, sed ex decreto Sapientum tantum, ne possessores Israelitæ ditiores sub prætextu ejusmodi operariorum immunes essent à Truma, ideo inquisiverunt an operarius Cuthæus separasset ex mandato heri, & sacerdoti dedisset. Sed extra terram Israelis non tenetur Cuthæus, neque gentilis. Vide Maimon Hilchot Trumot 4: 15.

פרק ד המפריש בקצת תרומה מעשרוי מוציא ממנו תרומה עליו אבל לא למקום אחר ר"מ אף מוציי הוא ממקו' (למקום ס"א) אחר תרומ' ומעשרות:

Caput 4. Qui separaverit partem primitiarum vel decimarum, primitias 1 pro ea indidem desumito, non pro re alia alibi. R. Meir etiam pro re alia alibi primitias vel decimas desumi permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

המפריש מקצת תרומה ומעשרות *qui separaverit partem Trumæ, aut decimarum*, si cui sint centum partes vel sata *Tebbel*, de quo nondum data sunt dona, & separet de eis unum satum pro Truma, & simul intentio ejus sit separare etiam de eo quod restat, separato iterum de illo ipso acervo donec duo sata compleverit, quæ conficiunt quantitatem Trumæ, quia *Tebbel* erat quod in manus ejus inciderat, non autem id quod jam quod ad dona liberatum erat.

אבל לא למקום אחר *sed non de loco alio*, si fuerint ipsi alia centum sata *Tebbel*, non poterit de illis separare pro his, ex quibus separavit partem Trumæ, quia de aliis caussamur, potuisse fieri ut separaverit de eo quod jam liberatum est quod ad dona, non autem de *Tebbel* illibato. R. Meyr etiam permittit separationem de loco alio, at decisio non est juxta R. Meyr.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

המפריש מקצת תרומה ומעשרות *qui separaverit partem Trumæ, aut decimarum*, si separaverit de fructibus eam partem Trumæ quæ pro illis debetur, aut partem decimarum; dicitur hic quod illa pars non est Truma, neque decimæ, sed *Tebbel*, uti erat, & censetur ac si partem aliquam illorum fructuum cepisset, eamque separasset; sed separabit de illa parte quantitatem quam pro ea debet; si vero separet partem de decimis, separet de illa parte decimas quæ pro illa debentur, non vero separet de illa parte de qua separavit Trumam & decimas de alio loco, uti quidem licet facere cum *Tebbel*, quandoquidem id quod separavit ea intentione separavit, quod erat pars Trumæ, & decimarum. R. Meyr vero permittit separare pro ea de alio loco, non distinguens inter partem de qua separavit Trumam & decimas, & reliquum *Tebbel*; decisio non est juxta R. Meyr.

GUISIUS. 1 *Pro ea.*] Pro parte ita separata, quæ minor est quam ut pro primitiis vel decimis habeatur, adeoque & ipsa primitias decimasve solvere debet. Lego autem hic bis למקום, ut in Talmude Hierosolymitano, & ut olim lectum fuisse aperte constat ex ejusdem Talmudis Gemara.

Maimonides contra mentem reliquorum interpretum & ipsius Talmudis, bis legit ממקום, unde & juxta illum totus locus alio plane sensu accipiendus est. *Qui separaverit partem primitiarum vel decimarum, primitias ejusdem ex ipsa desumito, non aliunde. R. Meir etiam aliunde, &c.*

ב מי שהיו פרותיו במגורה ונתן סאה לבן לוי וסאה לעני מפריש עד ח' סאין ואוכלן דברי ר"מ וחכ"א אינו מפריש אלא לפי חשבון:

2. Is qui fruges habet in apotheca, si satum dederit 1 Levitæ, & aliud satum pauperi, separato deinceps octo alia sata, iisque vescitor. Ita R. Meir. Sapientes autem separare vetant nisi 2 juxta proportionem.

R. OB. DE BARTENORA.

מגורה *granarium*, ut dicitur Hagg. 2: 19. העוד הזרע במגורה ונתן סאה לבן לוי. *& dederit satum Levitæ*, Mischna nostra loquitur de operario *Chaver*, qui simul cum patrefamilias comedere potest, cui tamen non est fides habenda quod ad decimas, vidit autem patremfamilias Levitæ dantem satum, & pauperi satum de granario suo; R. Meyr dicit, operarium illum posse de illo granario comedere octo sata, quia non dubium est quin Levitæ dederit id quod debebat ipsi pro decimis primis, & quod dederit pauperi fuisse pro decimis pauperum, sunt vero hic octo sata jam ritè disposita, & paulo plus; etsi enim operarius non viderit patremfamilias separantem Trumam magnam, non tamen istiusmodi plebejus est suspectus de Truma. Sapientes vero dicunt, patremfamilias non separaturum nisi juxta computum cibi illius quem operarius cum eo comedet; quæ vero restant simplicia sunt dona quæ dedit Levitæ, & pauperi, ideo operarius cum eo nequit comedere nisi octo sata fuerint consummata, uti dixit R. Meyr, excepta tamen ea parte cibi quam cum eo comesurus est, & non plus. Alia expositio, dedit unum satum Levitæ, & unum pauperi, qui deinde abeunt; quando autem ipsi animus est separare de granario octo sata, ut comedat cum intentione duorum satorum quæ dedit Levitæ, & pauperi, nesciens an duo illa sata adhuc existerent, an vero non; R. Meyr dicit, eum separaturum octo sata, eaque comesurum, utpote persuasum de duobus satis quæ dedit Levitæ, & pauperi, ea reputatione quod adhuc existunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio hujus Mischnæ talis est, si quis unum satum dederit Levitæ, quod est decimæ quas debet pro decem satis; postea vero dederit satum pauperi, quod debet pro decem satis, poterit separare octo sata, eaque comedere, quia jam separavit id quod de jure debebat pro illis, & habetur ac si decem fuissent sata, & ex iis unum satum fuisset separatum de decimis primis, & unum satum de decimis secundis; hoc autem omne ideo fit quia nesciebat an illud satum quod dedit Levitæ, & illud quod dedit pauperi rata essent omnia, antequam separasset pro illis, an vero partem illorum comedisset, & partem illorum reliquisset; & quod dicit, *unum satum pauperi*, non intelligendum est modo accuratissimo; sed si exactè numeres id quod pauperi tenetur dare, non nisi novem decimas sati conficit; separabit etiam illa octo sata, & decimam sati partem; & hoc clarum est. *Sapientes vero dicunt, non separabit nisi juxta computum*, id est, juxta quantitatem ejus quod reliquit de sato quod dedit, si reliquit dimidium, separato pro eo quatuor sata, si vero reliquit quartam partem, separato pro ea duo sata, & hoc ordine; decisio est juxta Sapientes.

existunt; Sapientes vero dicunt eum non separaturum, nisi juxta computum ejus, quod etiamnum existit, ut, si duo illa sata adhuc existant, separet super illis octo sata, & paulo plus; at si dimidium tantum adhuc existat, quatuor tantum separabit sata super illis, juxta computum illius quod ex illis adhuc existit, sic separabit super illis; decisio non est juxta Sapientes.

GUISIUS. 1 *Levitæ.*] Levitæ pro Levitarum decimis, & pauperi pro decimis pauperum, nempe tertio vel sexto anno septennii. Habes adeo decimas primas & decimas secundas eodem tempore desumtas contra sententiam Scaligeri, quam supra ad Pea VIII. 2. refutavimus.

2 *Juxta proportionem.*] Nempe pro quantitate partis hactenus nondum absumtæ satorum quæ Levitæ & pauperi dederit; ut, si eorum restat dimidium, ipsi separare licet quatuor duntaxat sata; si quarta pars, duo. Ita Maimonides. Alii aliter.

ג שיעור תרומה עין יפה אי מארבעים ב"ש אומרים משלשים והבינונים מחמשים והרעה משש־ם תרם ועלה בידו אחד מששים תרומה ואינו צריך לתרום חזר והוסיף חייב במעשרות עלה בידו מששי ואי תרומה ויחזור ויתרום כמות שהוא לכוד במדה ובמשקל ובמנין רבי יהודה אומר אף שלא מן המוקף:

3. Primitiarum ista est proportio. Qui 1 largissime, dat partem quadragesimam, sed juxta Sammæanos tricesimam; qui mediocriter, quinquagesimam; qui parcissime, sexagesimam. Si quis delibando eduxerit partem sexagesimam, pro primitiis habetur, nec opus est denuo delibare: & si quid deinceps addiderit, id decimari debet. Si eduxerit partem sexagesimam primam, ea pro primitiis habetur, sed denuo delibabit ut melius norit, 2 mensura, pondere vel numero. R. Juda addit, Etiam ex 3 non continenti.

R. OB. DE BARTENORA.

עין יפה אחת מארבעים *oculus bonus unam de quadraginta*, is qui fuerit liberalis & separaverit oculo bono, separat unam de quadraginta partibus.

הבינונית אחת מחמישים *mediocris unam de quinquaginta*, hæc non sunt verba Schamai, sed primi doctoris; opinionem vero Schamai de oculo bono percipere poteris quod ad oculum malum, & mediocrem, etsi non dicatur in Mischna.

ועלה בידו אחת מששים *& incidat in manum ejus una de sexaginta*, quam separavit secundum mensuram æstimationis, incidente in manum ejus sexagesima parte, quæ est oculus malus.

חזר והוסיף חייב במעשרות *si deinde addiderit, decimato*, quia antea jam à Truma liberaverat acervum, at non cadit nomen Trumæ in id quod addiderit, propterea hoc additamentum totum erit Tebhel, quod tenetur de decimis.

מששים ואחד *de sexagesima prima*, si in acervo sint sexaginta & unum satum, & si in manus incidat satum, illud satum est Truma, & denuo separabit more suo; si solitus fuerit separare unam de sexaginta, separato secunda vice unam partem de sexaginta in sato; sin vero solitus fuerit unam de quinquaginta separare, fiet, ut undecim relinquantur sata, quæ non sunt separata. *Mensura, pondere, vel numero*, id est, id quod restat ipsi licet separare, & separat mensura, pondere, vel numero, quia non dixerunt Sapientes de separatione æstimationis, nisi de principio separationis.

אף שלא מן המוקף *neque de circumdato*, nam R. Jehuda putat non esse necessarium separare de circumdato, nisi in principio separationis; sed decisio non est juxta R. Jehuda; המוקף est id quod undiquaque continuum, & conjunctum est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עין יפה *oculus bonus*, est liberalis, עין רעה *oculus malus*, est avarus; & quemadmodum Schamai dicit, oculus bonus dat unam de triginta, mediocris de quadraginta, malus vero de quinquaginta. Dixerunt Sapientes *Truma* id est תרי ממאה *duo de centum*.

חזר והוסיף חייב במעשרות *si deinde addiderit, tenetur de decimis*, sensus est, Trumam non obligari quod ad decimas, sed id quod reliquit post separationem Trumæ, obligari de decimis sine dubio, & propterea, si primæ addiderit Trumæ, obligatur de illo additamento separare decimas, & postea comedantur à sacerdote.

כמות שהוא לכור *more suo*, id est, quod illi licet separare Trumam secundam, quæ est additamentum Trumæ, quemadmodum solet numerare semina sua, mensura, pondere, aut numero; id autem non licet facere in principio, uti diximus, non separant mensura, neque pondere, neque numero; R. Jehuda dicit, quod licet separare additamentum de Truma de eo quod non fuerit circumdatum, id est, de alio loco; & hoc non licet facere in principio, nimirum, separat Trumam de uno loco pro fructibus qui fuerint in alio loco; sed separat Trumam de circumdato, id est, de eo quod fuerit intra circumferentiam loci; & hæc una est ex iis rebus quas diximus aliquoties, quod חברים *eruditi* & in hæc re fide digni non sunt suspecti de separatione ex non circumdato; decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS. 1 *Largissime.*] Ad verbum, *oculo pulchro, mediocri*, & *malo*. Ita Prov. XXII. 9. טוב עין ponitur pro liberali & munifico; & XXIII. 6. רע עין pro illiberali & sordido: & in Evangeliis ὀφθαλμὸς πονηρὸς aliquoties pro avaritia & sordibus, cui etiam Matt. VI. 22. opponitur ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς. Hoc animadverso, perspicuus erit sensus & cohærentia istius loci, qui aliter non satis planus. Versibus 19, 20, 21. vetat Christus opum terrestrium curam, & ad cœlestes divitias recondendas hominum animos accendit. Deinde hinc sumta occasione, quod liberalitas popularium suorum dialecto עין יפה ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς vocetur, avaritia autem עין רעה ὀφθαλμὸς πονηρὸς, sic disserit; *Lucerna corporis est oculus: si igitur oculus tuus simplex fuerit*, i. e. si non fueris avarus, *totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit malus*, i. e. si avarus & sordidus fueris, *totum corpus tuum tenebrosum erit, &c.* Deinceps ad finem usque capitis contra avaritiam & supervacuam de rebus mun-

SURENHUSIUS. עין יפה אחת מארבעים *oculus bonus det unam partem de quadraginta*, hoc probare conatur R. Schimson ex eo quod scriptum est Ezech. 45: 13. זאת התרומה אשר תרימו ששית האיפה מחמר החטים וששיתם האיפה מחמר השערים *hæc est Truma quam separetis, sexta pars Epha, de Omero tritici; & sextabitis Epham de Omero hordei.* Quæ hoc sensu illustrat Jomtobus, Omer continet triginta sata, & Epha tria sata, quomodo deprehenditur sextam Ephæ partem esse dimidium sati. Et quod dicitur וששיתם *& sextabitis*, vult dicere bis sextas partes; des ergo bis sextas partes pro singula parte sexta, quomodo erit satum cum dimidio pro duobus Omeris, nimirum, pro Omero tritici & Omero hordei, quomodo erit una pars de quadraginta.

הבינונית אחת מחמישים *mediocris unam de quinquaginta*, quia scriptum est Num. 31: 47. ויקח משה ממחצת בני ישראל את האחז אחד מן החמישים *Et accepit Moses de dimidio filiorum Israelis unum captivum e quinquaginta &c.* Cæterum, *oculus malus dat unam de sexaginta*, quia Ezech. 45: 13. dici-

dicitur ששית האיפה *sexta pars Ephæ &c.* nam sexta pars Ephæ est dimidium sati, quod facit sexaginta partes Omeri, qui triginta facit sata.

mundanis sollicitudinem disputationem persequitur. Missiæ nostræ gemina plane sunt, quæ ex Hebræorum traditione de *primitivis* Hieronymus ad Ezechielis XLV. *Primitiva* illi sunt quæ nobis *primitiæ*; sic autem loquitur. *At vero primitiva quæ de frugibus offerebant, non erant speciali numero definita, sed offerentium arbitrio derelicta. Traditionemque accepimus Hebræorum, non lege præceptam, sed magistrorum arbitrio inolitam: qui plurimum, quadragesimam partem dabat sacerdotibus: qui minimum, sexagesimam: inter quadragesimam & sexagesimam licebat offerri quodcunque voluissent.*

2 *Mensura, pondere.*] Illicitum est primitias delibare mensura, pondere vel numero: supra I. 7. Post vero æstimant quotam partem totius efficiant primitiæ delibatæ, & si non sexagesimam efficiant, auctarium postea adjicitur, idque mensura, pondere vel numero decerptum. Acuti homines!

3 *Non continenti.*] Sed primitiæ ipsæ delibandæ מן המוקף, i. e. inquit Maimonides, ממא הצל תחת אחאסה מוצע ואחר *ex eo quod eodem loco circumscribitur.*

ד האומר לשלוחו צא ותרום תורם כדעתו של בעל הבית אם אינו יודע דעתו של בעל הבית תורם בבנונית אחת מחמשים פיחת עשרה או הוסיף עשרה תרומתו תרומה אם נתכוין להוסיף אפילו אחת אין תרומתו תרומה :

4. Si quis mandatario dixerit, *Age, delibato*; delibare debet ad mentem patrisfamilias; & si mentem patrisfamilias non novit, media proportione delibato, quinquagesimam utique. Si 1 denario aberraverit in defectu vel in excessu, quod delibavit pro primitiis habetur. Si vel 2 unica parte auctiores facere operam dedit, delibatio non valet.

R. OB. DE BARTENORA.

כדעתו של בעל הבית *juxta intentionem patrisfamilias*, quia hi separant oculo bono, illi oculo malo, alii vero mediocriter. פיחת עשרה *diminuens decem*, separans unam partem de quadraginta. או הוסיף עשרה *aut addiderit decem*, separans de sexaginta. תרומתו תרומה *separatio ejus est separatio*, quia, si separaverit juxta unam ex Sapientium mensuris, ipsi dicere potest, ego considero te separationis idoneum.

אם נתכוין להוסיף *si intentio ejus fuerit addere*, sciens intentionem patrisfamilias, etsi intentione addendi satum unicum, separatio ejus non est separatio.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

פיחת עשרה *si diminuerit decem*, separans unam de sexaginta. אם הוסיף עשרה *si addiderit decem*, separans unam partem de quadraginta. אם נתכוין להוסיף אפילו אחת *si intentio ejus fuerit addere vel unicum*, id est, si intentio ejus fuerit separare unam de quadraginta novem, quod additamentum obligat quod ad Trumam; si vero intentio ejus fuerit separare quinquagesimam partem, uti qui mediocriter, si addiderit juxta mensuram dictam quantitati Trumæ, aut diminuerit sine intentione, id quod fecit factum esto, & Truma ejus sit Truma; si vero intentio ejus fuerit quantitati Trumæ addere, etsi minimum quid, separatio ejus non est separatio, & nihil fecit.

GUISIUS. 1 *Denario.*] Denario in defectu si sexagesimam, in excessu si quadragesimam pro quinquagesima desumpserit. 2 *Unica parte auctiorem.*] Ut si quadragesimam nonam pro quinquagesima desumere velit.

ה המרבה בתרומה ר' אליעזר אומר א' מעשרה כתרומת מעשר יתר מכאן יעשנה תרומת מעשר למקום אחר רבי ישמעאל אומר מחצה חולין ומחצה תרומה ר"ט ור"ע אומרים עד שישייר שם חולין :

5. Si quis primitias auctiores delibare velit, R. Eliezer permittit dum partem decimam exæquent, ut decimarum primitiæ. Ultra hanc mensuram, primitias decimarum fieri jubet 1 pro re alia alibi. R. Ismael permittit media ex parte rem profanam, media primitias. RR. Tarphon & Akiba permittunt, dummodo quicquam rei profanæ residuum fiat.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד מעשרה *unam de decima parte*, multiplicare ac separare potest Trumam, quia nomen תרומה in alio invenimus loco, quod illa est una de decem; si vero multiplicaverit ulterius, non tenet nomen Trumæ, & est Tebhel profanum pro decimis, & mixtura cum Truma; remedium vero ejus est, ut conficiat id Trumam de decimis pro alio loco, quod dabit Levitæ, qui indè conficiet Trumam de decimis pro decimis Tebhel. Levita vero ipsi dabit Tebhel profanum pro eo quod multiplicavit. Sed dicit non separandam esse Trumam pro alio loco; quia non separant de eo quod non est circumdatum, sed Trumam de decimis separant etiam de non circumdato.

מחצה חולין ומחצה תרומה *dimidium profani, & dimidium Trumæ*, putat hominem dimidium acervi posse facere in Trumam, quia scriptum est ראשית דגנך *principium frumenti tui*, id est, sufficit principio id est *Trumæ*, ut sit uti frumentum, quod est id quod restat de Truma. עד שישייר שם חולין *si relinquat nomen profanum*, quia non est necessarium, nisi ut Trumæ reliquiæ appareant; decisio est secundum R. Tarphon, & R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando majorem separaverit Trumam quam eam quam diximus quantitatem, dicit R. Elieser, etsi separaverit pro Truma decimas de semine, licet ipsi, & jus ejus se habet ut jus Trumæ; quia Truma de decimis est ipsæ decimæ; vocatur autem תרומה uti scriptum est Num. 18; 26. והרמותם ממנו תרומת יהוה; si vero plus separaverit de decimis, faciet illud Trumam de decimis pro aliis quæ ipsi fuerint decimis, & omnia dabit sacerdoti. R. Ismael dicit esse Trumam, etsi plus sit de decimis; si separaverit dimidium proventus in Trumam; & hoc, quia scriptuw est ראשית דגנך, id est, *sufficit ipsi principio sive* Trumæ, *ut sit uti frumentum sive reliquiæ*, si vero plus quam dimidium separaverit, id quod restat faciet Trumam de decimis pro alio loco: quia pro fundamento tenemus, uti diximus, non separandum esse de non circumdato. R. Akiba dicit, etsi plus quam dimidium separaverit, Truma est, quandoquidem ibi relictum est profanum, ideo Deus dixit ראשית *principium*, non autem totum principium; decisio est juxta R. Akiba.

GUISIUS. 1 *Pro re alia.*] Utrumque Talmud, *non autem pro re alia.* Aliter MS. & interpretes.

SURENHUSIUS. R. Ismael putat hominem dimidium acervi posse conficere in Trumam, quia nimirum Deut. 18:4. scri-

ſcriptum eſt ראשית דגנך *principium frumenti tui*, ubi per *principium* intelligunt Trumam, & per *frumenti tui* reliquias Trumæ. Hinc intelligi poteſt id quod dicitur, *ſufficit principio ut ſit quemadmodum frumentum*; nempe ut unum alterum quantitate non excedat. Sic in Jeruſchalmi.

ו בשלשה פרקין משערים את הכלכלה בבכורות ובסיפות ובאמצע הקיץ המונה משובח והמודד משובח ממנו והשוקל משובח משלשתן :

6. Tribus temporis intervallis caniſtrum menſorium æſtimant, 1 in primulis, extremis, & media æſtate. 2 Qui fructus dinumerat laudem meretur; qui menſurat illo laudatior eſt, qui ponderat trium laudatiſſimus.

R. OB. DE BARTENORA.

כלכלה eſt caniſtrum quo menſurant decimas, & Trumam de decimis, quas non ſeparant niſi menſura, numero, & pondere, uti dixit Miſchna, at ne multiplices decimationem per æſtimationem; ſed Truma magna tantum æſtimatione ſeparatur, uti in tractatu Abot dixit Miſchna.

משערין את הכלכלה *æſtimant caniſtrum*, ut ſciant quantitatem fructuum qui continentur in caniſtro.

בבכורות *in principio fructuum*, quando fructus pervenerint ad plenitudinem, & caniſtrum continuerit minus quam continebatur in iis fructibus in fine æſtatis, quando jam exaruerint; in media vero æſtate quando ſunt maturiores, non tamen ſicci, caniſtrum plus ex fructibus continet quam in principio eorum; & minus quando in fine æſtatis exſiccati ſunt, propterea determinarunt tria hæc tempora. בסיפות *in fine*, intellige fructus in fine æſtatis.

המונה משובח *qui numerat laudandus eſt*, magis quam ille qui ſeparat æſtimatione. המודד משובח ממנו *qui menſurat laudandus eſt magis*, hoc ipſum tantum intelligendum eſt de decimis & Truma de decimis, at non ita de Truma magna.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כלכלה eſt caniſtrum quo metiuntur ſeparationes Trumæ; & dicitur hic unumquemque obligari æſtimare caniſtrum ſuum, ut ſciat quantitatem quæ intra id continetur, in principio fructuum, & in fine, ac in medio tempore, nimirum, in medio tempore quod intercedit inter principium & finem, quatenus fructus in principio æſtatis ſunt duri, utpote in plenitudine ſua, in fine vero æſtatis ſunt ſicci, in medio mediocres; & ſi caniſtrum E. G. continet centum ficus primitivas, ſine dubio continebit centum & decem maturas, & quando aruerint, centum & quinquaginta; ſi quis autem noverit quantum caniſtrum omnibus illis temporis intervallis continet, metiri eo poterit, & ſeparare id quod de numero illo ſeparare debet.

המונה משובח *qui numerat laudandus eſt*; ſenſus eſt, eum eſſe excellentiorem illo qui æſtimatione ſeparat; qui vero metitur eſt excellentior, & qui ponderat illis tribus excellentior eſt. Et ſciendum eſt, jus hoc intelligendum eſſe de Truma de decimis; ſed Trumam magnam tantum ex æſtimatione ſeparare licet; & ſic exponit Gemara, neceſſarium eſt ut quilibet ſciat exactam Trumæ de decimis quantitatem, ſic etiam decimas ſeparare ex æſtimatione, interdictum eſt, uti dixerunt, *non multiplicabis decimationem æſtimatione*.

GUISIUS. 1 *In primulis.*] Quo tempore primæ maturantur fruges. Extremis, quo tempore noviſſimæ. 2 *Qui fructus dinumerat.*] In decimarum primitiis delibandis.

ז רבי אליעזר* אומר תרומה עולה באחד ומאה רבי יהושע אוכר במאה ועוד ועוד זה אין לו שיעור רבי יוסי משולם אומר ועוד קב למאה סאה שתות למדמע :

7. R. Eliezer aſſerit primitias 1 emergere de centenis & altera: R. Joſua de centum & amplius. Hoc *& amplius* nullam habet certam menſuram. Secundum R. Joſen Moſollami filium, illud *& amplius* cabum æquare debet ſupra ſata centena, ſextantem utique particulæ inficientis.

R. OB. DE BARTENORA.

תרומה עולה באחד ומאה *Truma aſcendit in centum & uno*, ſi unum ſatum Trumæ inciderit in centum ſata profana, ut in totum ſint centum & unum, ſeparabit unum idque dabit ſacerdoti, & quod reſtat profanum eſt, uti erat. במאה ועוד *in centum & paulo plus*, ſi unum ſatum Trumæ inciderit in nonaginta & novem ſata profana & paulo plus, illud paulo plus non tenet quantitatem, & quia ſunt centum & paulo plus, ſeparabit ſatum unum idque dabit ſacerdoti, & quod reſtat profanum eſt, uti erat.

קב למאה סאה שתות למדמע *cabus in centum ſatis, ſextans ejus quod mixturam efficit*, ſi ſatum Trumæ inciderit in nonaginta & novem ſata profana & Cabum, qui Cabus eſt ſextans ſati Trumæ, quæ facit in mixturam, quia ſatum continet ſex Cabos; quo facto ſeparabit unum ſatum idque dabit ſacerdoti, & quod reſtat profanum eſt uti erat antea; at ſi minus quam nonaginta novem partes profanæ fuerint & Cabus, fit mixtura, & totum venditur ſacerdoti pretio Trumæ, excepto pretio ſati è Truma quæ ibidem datur; deciſio eſt juxta R. Elieſer, nimirum, quod Truma non aſcendit ſi minus fuerit quam centum & unum ſatum, quia opinionem R. Elieſeris ſimpliciter notavit Miſnæ doctor, uti in diverſis Miſchnæ locis; & omnes concedunt quod Truma non aſcendit ſi centum tantum fuerint ſata, quanto plus ſi minus quam centum fuerint, quia de Truma decimarum ſcriptum eſt מכל חלבו את מקדשו ממנו Num. 18. quicquid ergo ſeparaveris de eo ſi inciderit in profanum, ſanctificat, & hoc unum de centum, quia

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

באחד ומאה *in uno & centum*, ſi una pars Trumæ inciderit in centum partes profanas, & centum & una fuerint, ſeparabit partem unam, quæ eſt quantitas illa Trumæ quæ incidit, & comedet quod reliquum eſt; R. Jehoſchua dicit, etſi una pars Trumæ ceciderit in nonaginta & novem partes & amplius, ut in totum fuerint centum & amplius, ſeparabit Trumam tantum, & totum non erit mixtum. Omnes vero in eo conſentiunt, ut, ſi una pars inciderit in nonaginta novem, omnes centum partes fiant mixtura; & applicatur huic quod dicitur Num. 18: 29. מכל חלבו את מקדשו ממנו, indè dixerunt, *id quod ſeparas de eo, ſi inciderit intra id, ſanctificat id*; & quod in hoc textu occurrit, intelligitur de decimis, quæ ſunt una pars de centum, & ſi illa pars incidat in nonaginta novem quæ reſtant, ſanctificat totum, & conficit inde mixturam. R. Joſe filius Meſulam dicit קב למאה סאה *Cabus in centum ſata*, id eſt, ſi in nonaginta & novem ſata, & Cabum profanum inciderit unum ſatum Trumæ, ut in totum ſint centum ſata, & Cabus, nam Cabus ſexta pars eſt ejus quod mixturam efficit, nimirum, ſexta pars ſati Trumæ quod incidit, nam ſatum continet ſex Cabos, uti diximus aliquoties; ſeparabit unum ſatum Trumæ de toto, & quod reſtat profanum eſt, uti erat antea.

שתות למדמע *ſexta pars ejus quod efficit mixturam*, hoc dicit ad tollendum omne dubium, & ut ſcias Cabum illum qui additur, neceſſario totum eſſe profanum, ut ſit ſexta pars ſati Trumæ; ſi vero dixerit קב למאה *Cabum in centum*, non autem

quia de centum ſatis ſeparantur decem de decimis primis, & de illis decem ſeparatur unum ſatum pro Truma de decimis; & Scriptura dixit ſi iſtiuſmodi ſatum redierit ad nonaginta novem, quod ſanctificat ea, & totum fit mixtum; hinc patet, quod, ſi Trumæ ſatum inciderit in centum ſata profana, inficit, quanto magis ſi in minora inciderit.

autem addiderit illum, dicimus Cabum partem tenere de ſato Trumæ, & ſi ſatum Trumæ & una pars de centum è Cabo in nonaginta novem ſata & unum Cabum inciderint, minus quam una pars de centum è Cabo, de profanis, quod in totum conficit centum ſata, & Cabum, quod Truma tum in illa quantitate aſcendit, quia Cabus ſupra centum ſata ſupereſt; ſed docet nos rem non ita ſe habere, & mixturam fieri ſi ita comparatum ſit, quia, ſi centeſimæ parti deficiat Cabus, non eſt ſexta pars ſati, neque pars de centum è Cabo, ſed minus eſt; & hoc benè tenendum eſt; deciſio eſt juxta R. Elieſer, quia opinionem ejus certiſſimè ſequimur in diverſis Miſchnæ locis.

GUISIUS. 1 *Emergere de centenis & altera.*] Id eſt, ſi pars primitiarum incidat in centenas partes rei profanæ, ſufficere ut emergat, vel educatur pars centeſima prima totius maſſæ, tanta nimirum, quanta inciderit, nec adeo infici totam maſſam, ut primitiarum legibus obſtringatur. R. Joſua emergere cenſet, ſi non inciderit in centenas, ſed duntaxat in nonagenas novenas & aliquantulum amplius. Si in nonagenas novenas tantum, vel pauciores, inter omnes convenit totam maſſam infici, adeoque alios quam Sacerdotes ea non licite veſci. Moſollami filius illud aliquantulum amplius, quo res profana primitiarum particulam pluſquam nonagies novies ſuperare debet, neceſſario æquare contendit ſextam partem particulæ illius, qualis eſt cabus reſpectu ſati; alias totam maſſam infici.

ח רבי יהשוע אומר תאני שחורות מעלות את הלבנות לבנות מעלות את השחורות עגולי דבלה הגדולים מעלים את הקטנים והקטני׳ מעלין את הגדולי׳ העגולי׳ מעלין את המלבנים והמלבנים מעלין את העגולים. רבי אליעזר אוסר ור״ע אומר. בידוע מה נפלה אין מעלות זו את זו ומשאינו ידוע מה נפלה מעלות זו את זו :

8. R. Joſua exiſtimat ficus atras albas 1 elicere, & albas atras; orbiculos palathæ majores elicere minores, & minores etiam majores; orbiculos elicere laterculos, & laterculos orbiculos. R. Eliezer illicitum ducit. Ubi conſtat qualenam inciderit, R. Akiba exiſtimat non elicere ſe mutuo, ubi non conſtat qualenam inciderit, ſe mutuo elicere.

R. OB. DE BARTENORA.

תאנים שחורות מעלות את הלבנות *ficus atræ efficiunt, ut aſcendant albæ*, una ficus alba aut atra Trumæ ſi inciderit in centum profanas quarum unum dimidium conſtat nigris, alterum vero albis, omnes commiſcentur ad vim mixturæ irritam faciendam quod ad Trumæ aſcenſum, nam ſi voluiſſet, eas omnes potuiſſet contundere & commiſcere ſimul; ſi vero ceciderit nigra, removebit de nigris unam, ſin autem alba, removebit unam de albis, quæ vero reſtant ſunt profanæ, uti antea erant.

עגולי דבילה ſunt ficus calcatæ in formam rotundam. גדולים מעלים את הקטנים *majores faciunt ut aſcendant minores*, ſi alicui fuerint quinquaginta orbiculi minores, & viginti quinque majores, & unus ex majoribus tantus fuerit quanti duo è minoribus, & factum fuerit ut unus orbiculus minor Trumæ inciderit in illos, omnes illi ſimul conficiunt centum; & eodem modo etiam ſe res habet in formis quadratis. המלבנים ſunt ficus calcatæ in formam quadratam, ea in forma in qua conficiunt lateres quadratos. *R. Elieſer vetat*, ſi nigra ceciderit, nigræ ſunt vetitæ; ſin vero alba, albæ ſunt vetitæ; idem obtinet in palathis quadratis & rotundis, minoribus & majoribus.

בידוע מה נפלה *ſi ſciat quænam ceciderit*, an fuerit alba an vero nigra, אין מעלות *non faciunt ut aſcendant*, quia alias comedere poteſt, & quandoquidem licitæ ſunt, non efficiunt ut res Trumæ irrita fiat; at ſi neſciverit quænam cecidit, nigra an alba, ut omnes ſint dubiæ quod ad interdictum, una facit ut aſcendat altera; deciſio eſt juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Moris eſt conficere palathas ficuum ad formam panis rotundi, quæ vocantur עגולים; ſolent etiam conficere eas in forma quadrata, & vocantur מלבנים, quia ſunt ejuſdem formæ qua conficiunt lateres. מעלות *aſcendere facient*, ſenſus eſt, quod inter ſe conjunguntur ad complendum quantitatem centum partium, Truma aſcendente in uno & centum; in Gemara dicunt, *majores efficiunt ut aſcendant minores, in pondere; minores vero efficiunt ut aſcendant majores, in numero*; expoſitio autem hæc per comparationem adducitur, ut, ſi viginti palathæ ficuum minores profanæ fuerint, & viginti majores, quæ in totum conficiunt quadraginta, & pondus majoris cujuſlibet fuerit quatuor librarum, at minoris cujuſlibet pondus fuerit unius libræ, & commixtæ fuerint omnes illæ quadraginta partes cum una parte minori, cujus pondus fuerit unius libræ, non dicimus unam palatham incidiſſe in quadraginta maſſas, & totum factum eſſe miſcellaneum: ſed dicimus, unam libram incidere in centum libras, & aſcendere in uno & centum; &, ſi E. G. fuerint nonaginta palathæ minores, ſingulæ continentes duas partes ternarias libræ, pondus vero omnium ſexaginta librarum; &, ſi decem palathæ ſingulæ ponderaverint quatuor libras, ut quantitas omnium palatharum conficiat centum maſſas, & omnium earum pondus ſit centum librarum, & commiſceatur cum omnibus illis una palatha Trumæ, cujus pondus fuerit quatuor librarum; non dicimus, pondus quatuor librarum Trumæ commiſceri cum centum libris, unam partem de viginti quinque, & totum fieri miſcellaneum; ſed dicimus, unam partem incidere in centum, & aſcendere in uno & centum; & hanc comparationem exponunt verba Gemaræ, & juxta ea facias conſequentiam; deciſio eſt juxta R. Akiba.

GUISIUS. 1 *Elicere.*] Facere emergere ſenſu quem diximus.

ט כיצד חמשים תאנים שחורות וחמשים לבנות נפלה שחורה שחורות אסורות והלבנות מותרות נפלה לבנה לבנות אסורות ושחורות מותרות כשאינו ידוע מה נפלה מעלות זו את זו ובזו רבי אליעזר מחמיר ורבי יהושע מקל :

9. Quomodo vero? Veluti ſi ficus atra inciderit in quinquagenas atras & quinquagenas albas, atræ illicitæ fiunt, albæ autem licitæ ſunt: ſi alba inciderit, albæ illicitæ, atræ vero licitæ. Ubi non conſtat qualis inciderit, ſe mutuo eliciunt. Atque in hac re R. Eliezer graviorem, R. Joſua leviorem tuetur partem.

R. OB. DE BARTENORA.

כיצד *quomodo?* eſt ipſi animus ad explicandum verba R. Akibæ. רבי אליעזר מחמיר *R. Elieſer graviores ponit conditiones*, in eo quod ſuperius dictum eſt, at in eo quod inferius dicitur, contrarium tenet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc comparatio exponit argumentum R. Akibæ; & quod dicitur, *in hoc R. Elieſer graviores ponit conditiones*, *R. Jehoſchua vero leviores*, ejus ſenſus eſt, in jure præcedenti ubi R. Elieſer vetat, etſi quis neſciverit quinam cecidit, alba an nigra ficus; & ubi R. Jehoſchua dixit, unam efficere ut aſcendat altera, etiamſi ſciverit quænam ficus cecidit, hæc dicta putato.

י ובזו רבי אליעזר מקל ורבי יהושע מחמיר בדורס ליטרא קציעות על פי הכד ואינו יודע איזהי רבי אליעזר אומר רואין אותן כאלו הם פרודות והתחתונות מעלות את העליונות רבי יהושע* אומר לא תעלה עד שיהיו שם מאה כדים :

10. In iſta autem re R. Eliezer leviorem, R. Joſua graviorem tuetur partem: nempe de eo qui libram 1 aridarum ficuum in ſupremum cadum aliquem inculcaverit, nec conſtet in quemnam. R. Eliezer eas æſtimari vult 2 ac ſi diſcretæ fuerint, adeoque inferiores ſuperiores elicere. R. Joſua emergere negat, niſi centeni extiterint cadi.

R. OB. DE BARTENORA.

בדורס ליטרא קציעות *ſi inculcaverit libram ficuum*, intellige libram ficuum aridarum Trumæ. על פי הכד *in ſuperiori parte canthari*, canthari continentis ficus profanas, quando fuerint ibidem multi canthari, ut neſciat in quemnam inculcaverit, quilibet cantharus continens centum libras profanas ficuum, conſiderantur illæ ficus de loco ſeparatæ, & profanæ miſcentur cum Truma, & aſcendunt in uno & centum, etſi enim non extiterint centum canthari, tamen R. Elieſer permittit; etiamſi conſtiterit libram Trumæ eſſe in ſuperiori parte canthari, & non mixtam eſſe cum profanis, conſiderant eas ac ſi loco ſuo ſeparatæ eſſent; R. Jehoſchua putat, eo quod non eſt mixtura, etiam propterea inferiores non facere ut aſcendant ſuperiores, neque adjuvare ad ſuperiores irritas reddendas quod ad aſcenſum Trumæ, ſed inferiores licitæ, ſuperiores vero vetitæ ſunt, niſi fuerint centum canthari, quo in caſu ſuperior pars canthari in quo extiterit libra Trumæ abrogatur quod ad aſcenſum Trumæ per centum partes ſuperiores profanas; & deciſio eſt juxta R. Jehoſchua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קציעות ſunt *ficus ſiccæ*; dicit porro, ſi quis acceperit unam libram ficuum Trumæ, eaſque in ſuperiori parte canthari ficuum profanarum inculcaverit, & ibidem etiam alii fuerint canthari, neſciens in quonam inculcaverit, ad hoc R. Elieſer dicit, ſi in omnibus cantharis fuerint centum libræ, rem conſiderari ac ſi omnes ficus eſſent à cantharis ſeparatæ, & unam libram commiſceri cum centum, & quod ad numerum aſcendere in uno & centum; deciſio eſt juxta R. Jehoſchua.

GUISIUS. 1 *Aridarum ficuum.*] In primitias ſeparatarum. 2 *Ac ſi diſcretæ.*] Quantumvis notum ſit eas in ſummam partem inculcari, adeoque non admiſceri inferioribus, nec inferiores ad eas eliciendas quicquam proficere, ſi certo conſtaret de cado.

יא סאה תרומה שנפלה על פי מגורה וקפאה רבי אליעזר אומר אם יש בקפוי מאה סאה תעלה באי ומאה רבי יהושע אומר לא תעלה סאת תרומה שנפלי על פי מגורה יקפיאנה ואם כן למה אמרו תרומה עולה באחת ומאה אם אינו ידוע אם בלולות הן או לאין נפלה :

11. Si ſatum primitiarum incidens in ſupremam apothecæ partem ſuperne diffuſum ſit, R. Eliezer, dummodo in diffuſo centena inſint ſata, emergere exiſtimat de centenis & altero. R. Joſua emerſurum negat. Satum primitiarum in ſupremam partem apothecæ incidens deſuper deraditor. Si ita, quamobrem dicitur, primitias emergere de centenis & altera? Nempe ſi non conſtat confuſæ ſint necne, vel qua parte ciderint.

R. OB. DE BARTENORA.

מגורה eſt *apotheca* in quam proventum colligunt. וקפאה idem quod והסירה *& removerit eam*, nempe Trumam. אם יש בקפוי סאה תעלה באחד ומאה סאה *ſi in eo quod ſuperne removit fuerint centum ſata*, *aſcendit Truma in centum & uno*, ſic exponitur in Talmude Jeruſolymitano, ſi in ſuprema parte apothecæ, cum quod fuerit infra, fuerint centum ſata & unum, aſcendit, nempe ſatum Trumæ; R. Elieſer vero ſuam ſequitur opinionem, qui dixit, inferiores faciunt ut aſcendant ſuperiores, quo docet id etiam fieri quando è ſuprema parte exemerit, & non fieri mixturam cum inferioribus, nihilominus inferiores adjuvent quod ad abrogationem. *R. Jehoſua dicit*, *non aſcendit*, id ſpectat ad id quod ſuperius dixit, *inferiores non adjuvant* quod ad abrogationem aſcenſus Trumæ. סאת תרומה שנפלה על פי מגורה *ſatum Trumæ oblationis quod incidit in ſupremam partem apothecæ*, ſunt ultima verba R. Jehoſchuæ, qui dicit, ſi non aſcendat, quomodo faciet? removebit partem ſupremam, & aliquantulum etiam circa eam, donec cognoverit ſe removiſſe totum, quod autem reſtat profanum eſt.

אם כן למה אמרו *ſi ita eſt quare dixerunt &c.*, Miſchna noſtra ita argumentatur de verbis R. Jehoſchuæ, ſi ita res eſt, quo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגורה eſt locus in quo proventum reponunt. וקפאה notat rem coagulatam, ac concretam, ſic Exod. 15: 8. קפאו תהומות, ſolent enim res, quas ventus vel aër coagulat, ſuperius notare, propterea iſtiuſmodi res quæ emergit ac natat, vocari ſolet קפא; deinde hoc vocabulo uſi ſunt ſenſu *removendi*, ut, ſi quis removeat rem quandam condenſatam ac compoſitam R. Elieſer dicit, ſi ſatum oblationis Trumæ inciderit in ſupremam partem apothecæ, ibique conjunctum ac coagulatum fuerit, ut, ſi ſatum tritici oblationis Trumæ inciderit in ſuperficiem magnæ cujuſdam apothecæ tritico repletæ, conſideratur tota ſuperficies apothecæ; &, ſi in illa reperiatur tanta quantitas, ut, ſi in ſuperficie tantum conjungatur, centum ſint ſata, tum aſcendit illud ſatum; ſi vero non, totum fit in mixturam. Sed hoc eſt contra id quod dixit ſuperius, nimirum, quod inferiores aſcendere faciunt ſuperiores; & ita dixerunt in Gemara, *commutata eſt opinio R. Elieſeris. R. Jehoſua dicit*, *non aſcendit*, id eſt, non patitur jus hoc in caſu, ut in uno & centum aſcendat id quod in ſuperficie coagulatum eſt, ſed jus ſati oblationis Trumæ quod incidit in ſupremam partem apothecæ, vult, ut ipſam oblationem Trumam removeat, & attrahat è ſuperficie apothecæ id quod extiterit

quo sensu dixerunt oblationem Trumam postulare centum & unum, quoniam aptè disponi potest remotione partis superioris? sed respondit, quando nesciverit an satum separatæ oblationis confusum sit in apotheca, postquam illud in supremam apothecæ partem incidit; vel etiam, si indè à principio sciverit in quam partem inciderit, illic ascendit Truma; decisio est juxta R. Jehoschuam.

titerit infra satum oblationis Trumæ quod cecidit; & eo sensu exponunt in Tosaphta id quod R. Jehoschua dixit, יקפיאנה *cohæreat cum superficie*, & consideratur ac si triticum nataret supra hordeum. Et argumentantur dicendo, si consideramus rem se habere ac si triticum existeret supra hordeum, & separaremus id quod incidit, quo sensu dicimus quod satum Trumæ ascendit in uno & centum? responsio est, id intelligendum esse quando nesciverit an confusum sit nec ne; aut quando nesciverit in quo loco ceciderit; decisio est juxta R. Jehoschua, & ita se habet expositio verborum ipsius, R. *Jehosua dicit, non ascendet, sed satum oblationis Trumæ quod incidit in superficiem apothecæ, removebit superficiem.*

יב שתי קופות ושתי מגורות שנפלה סאה תרומה לתוך אחת כהן ואין ידוע לאיזו מהן נפלה מעלות זו את זו רבי שמעון אומר אפילו הם בשתי עיירות מעלות זו את זו :

12. Si binæ corbes sint, vel binæ apothecæ, in quarum alteram inciderit satum primitiarum, nec constet in utram inciderit, eliciunt se mutuo. R. Simeon addit, si vel in binis fuerint oppidis, se mutuo elicere.

R. OB. DE BARTENORA.

שתי קופות *duo canistra*, si in singulo sata fuerint quinquaginta; nesciens in utrum inciderit satum oblationis Trumæ, & bina canistra quod ad dubium fuerint vetita, unum adjuvat ad abrogandum vim mixturæ, & si poterit unum satum è quocunque eorum removere, removeto; aut dimidium sati de uno & dimidium de altero si poterit, removeto; & si duo canistra fuerint in duobus domiciliis, nesciens in utrum inciderit satum, unum efficit ut alterum ascendat, quia commutari solent ac moveri de uno loco in alium, & aliquoties etiam commisceri; sed duæ apothecæ, quia non solent moveri, quando ambæ fuerint in domicilio, una facit ut ascendat altera, at non si in duabus fuerint civitatibus; decisio non est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Exponunt in Gemara duo canistra conjungi, etsi unum reperiatur in uno domicilio, & alterum in altero domicilio; sed si duæ sint apothecæ, necesse esse ut in uno sint domicilio; & rationem adferunt, quia canistra commutari solent, at non apothecæ; & *mutare* hic notat movere de uno loco in alium; cum autem moventur, fit ut mutentur eo tempore quo moventur; hinc apparet, decisionem non esse juxta R. Schimeon.

יג אמר רבי יוסי מעשה בא לפני רבי עקיבא בחמשים אגודות של ירק שנפלה אחת מהם לתוכן חציה תרומה ואמרתי לפניו תעלה לא שהתרומה תעלה בחמשים ואחד אלא שהיו שם מאה ושני חצאים :

13. Inquit R. Joses; Casus allatus est coram R. Akiba de quinquagenis oleium fasciculis inter quos incidit unus ejusmodi, qui media ex parte è primitiis constabat: dixique coram eo, emergere debere; non quasi primitiæ emergant de quinquagenis & altera, sed quia semisses erant centeni & bini.

R. OB. DE BARTENORA.

שנפלה אחת מהם *quorum unus cecidit*, intellige unum fasciculum istiusmodi qui inter illos dignosci non potest, quia constabat ex media parte profani & media parte oblationis Trumæ; שהיו שם מאה ושני חצאין *si fuerint centum & duo fasciculi medii*, una cum dimidio oblationis Trumæ; docet nos R. Jose, fasciculum illum qui media ex parte constabat ex oblatione Truma, non efficere mixturam, nisi juxta computum oblationis Trumæ quæ in eo continetur, nam non dicimus totum illum fasciculum efficere mixturam, quia oblatio Truma commixta est cum profano.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc omnia ferè sunt clara; id autem quod R. Jose docet, eo spectat, fasciculum totum efficere non posse mixturam, etsi dimidium ejus sit oblatio Truma quæ mixta est; sed hic casus etiam exponetur capite sequenti.

פרק ה סאה תרומה טמאה שנפלה לפחות ממאה חולין או למעשר ראשון או למעשר שני או להקדש בין טמאין בין טהורים ירקבו ואם טהורה היתה אותה הסאה ימכרו לכהנים בדמי תרומה חוץ מדמי אותה סאה ואם למעשר ראשון נפלה יקרא שם לתרומת מעשר ואם למעשר שני או להקדש נפלה הרי אלו יפדו ואם טמאים היו אותן החולין יאכלו נקודים או קליות או ילושו במי פירות או יתחלקו לעיסות כדי שלא יהא במקום אחד כביצה :

Caput 5. Si satum primitiarum immundarum inciderit in minus quam centena rei profanæ, vel decimarum primarum, vel decimarum secundarum, vel rei consecratæ, sive immundarum sive mundarum, computrescere sinuntor. Si satum illud mundum fuerit, Sacerdotibus 1 venundantor juxta valorem primitiarum, detracto pretio illius sati. Et si in decimas primas inciderit, 2 nomine designantor decimarum primitiæ. Si in decimas secundas vel rem consecratam, illæ utique 3 redimuntor. Si autem immundæ fuerint ipsæ fruges profanæ, 4 siccæ comeduntor, vel torrefactæ, vel depsuntor fructuum succo, vel distribuuntor in pastillos minores quam ut unus aliquis ovum exæquet.

R. OB. DE BARTENORA.

סאה תרומה טמאה שנפלה לפחות ממאה חולין *satum Trumæ quod ceciderit in minus quam centum profana*, eo quod Tru-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si una pars oblationis Trumæ inciderit in minus quam centum partes alius rei, totum fit miscellaneum; sed hoc jam expo-

Truma polluta etiam aſcendit in centum & uno. ירקבו *computreſcant*, quia ſacerdos ea comedere nequit, propter Trumam pollutam; & non dicit Miſna, comburuntor, quia ſupponimus eum qui comburit, errore quodam poſſe committere ut comedantur, quia rem mixtam parvi ſolent æſtimare, nec de ea valde eſſe ſolliciti.

אם טהורה היתה אותה סאה *ſi purum fuerit illud ſatum*, etiamſi profanum fuerit purum. ימכרו לכוהנים בדמי תרומה *venduntur ſacerdotibus pretio oblationis Trumæ*, quæ parum valet, quia pauci ſunt qui eam comedant, deinde etiam quia immunda eſt, non poteſt comedere eam.

ואם למעשר ראשון נפלה *ſin vero inciderit in decimas primas*, nempe puras, de quibus nondum ſeparata eſt oblatio de decimis, petet à Levita ut eas commutet cum profanis, & Levita conficiat oblationem Trumam de decimis pro ſuo Tébhel.

ואם למעשר שני והקדש *ſi ceciderit in decimas ſecundas, aut ſanctum*, quæ fuerint pura. יפדו *redimuntor*, & comedito pretium decimarum Jeruſolymis; mixturam vero vendet ſacerdoti juxta pretium oblationis Trumæ, excepto illius ſati pretio.

ואם טמאים היו החולין *ſi immunda fuerint illa profana*, aut decimæ primæ etiam, in quas incidit Truma pura, quo facto non poteſt conficere Trumam de decimis pro alio loco, ſed ſeparabit pro eis Trumam de decimis, eaſque ſacerdotibus vendet, & ſacerdotes eas comedent נקודים id eſt *ſiccas*, aut arefactas, ne perficiatur Truma pura, quæ ejuſmodi eſt ut immunditiem recipere poſſit, quia nullus cibus diſpoſitus eſt ad recipiendum immunditiem, in quem non unus ex ſeptem inciderit liquoribus.

או ילושו במי פירות *aut madefacta ſint in aquis fructuum*, uti ſunt aquæ mori, & malogranati, quæ non diſponunt ad immunditiem. או יתחלקו לעיסות *aut diſtribuuntor in paſtillos*, minus quam quantitatem ovi tribuens unicuique paſtillo, quia iſtiuſmodi cibus qui non continet quantitatem ovi, non recipit immunditiem cibi, nec polluit immunditie cibi. Si vero objicias, quamobrem, ſatum Trumæ pollutæ quod incidit in profanum purum, dicimus computreſcendum eſſe, eo quod id totam conficit Trumam, conſideramus ut Trumam immundam & mundam per commixtionem; & ſi ita ſit, Truma pura & profanum impurum inter ſe mixta, etiam habenda ſunt Truma pura & impura inter ſe commixta, & totum ſit interdictum oportet quod ad comeſtionem? reſponſio eſt, non eſſe ſimiles illos caſus, quia in caſu ſuperiori profanum ſit ejuſdem naturæ cujus eſt Truma, nimirum, ut interdictum ſit ei qui non eſt ſacerdos, in ſtatu Trumæ pollutæ; propterea etiam interdictum eſt ſacerdotibus vi juris oblationis Trumæ pollutæ; ſed profanum illud de quo hic ſermo eſt, non facit Trumam niſi vi Trumæ puræ; propterea licitum eſt ſacerdotibus uti Truma pura.

expoſuimus capite præcedenti. Proponuntur vero in hac Miſchna tres caſus mixturarum, quorum nos docet jura & ritus; primus eſt, ſi ſatum oblationis Trumæ immundæ inciderit in minus quam centum profana, aut in ſata decimarum ſecundarum, aut decimarum primarum, aut etiam ſanctificatæ alicujus rei, ſive illa ſint profana, ſive decimæ, ſive ſancta, munda aut immunda, omnium eorum jus eſt, ut ea relinquantur uſque dum putreſcant, & corrumpantur. Secundus caſus eſt, ſi ſatum puræ oblationis Trumæ inciderit in minus quam centum ſata profana pura, aut in ſata decimarum primarum, aut ſecundarum, aut rei conſecratæ, ut totum fiat commixtum, attamen purum; ſi vero ſatum oblationis Trumæ inciderit in profanum, totum quod eſt profanum venditur ſacerdoti, detracto oblationis Trumæ pretio; & ſi inciderit in decimas primas, imponet ipſi nomen oblationis Trumæ de decimis quam debet pro decimis illis primis, & conjungetur cum oblatione illa Truma quæ cecidit, & totum vendetur ſacerdoti, detracto pretio oblationis Trumæ quæ cecidit, nec non oblationis Trumæ de decimis, cui impoſuit nomen, quia oblatio Truma de decimis etiam ſacerdotibus cedit. Sin autem ſatum illud oblationis Trumæ inciderit in rem conſecratam, aut in decimas ſecundas, redimet, eritque profanum, & poſtquam factum fuerit profanum, vendet illud ſacerdoti, detracto pretio oblationis Trumæ. Tertius vero caſus eſt, ſi ſatum oblationis Trumæ puræ inciderit in minus quam centum profana impura, ut totum fiat miſcellaneum; Et tenemus pro fundamento, cibum pollutum non polluere alium cibum, niſi habeat quantitatem ovi, id quod ulterius exponendum erit, & clarè ſatis exponitur in Tractatu Taarot. Tenemus etiam pro fundamento cibaria non polluere niſi in ea ceciderit quicquam de ſeptem liquoribus, id quod aliquoties diximus, & iterum dicemus ſuo loco; & quando in cibaria illa inciderint aquæ fructuum, uti ſunt aquæ mori, & malogranati, aliorumque fructuum, non polluunt, quia non ſunt diſpoſitæ ad polluendum; ſed omnia illa exponuntur in tractatu Machſirin; & ope duorum horum fundamentorum, jus mixturæ erit, ut vendatur ſacerdoti, detracto pretio oblationis Trumæ quæ continetur in ea; ſacerdos autem qui illud emit non poterit id ipſum macerare aqua, neque ullo ex ſeptem liquoribus, ne oblatio Truma rite præparetur liquoribus illis, nec polluatur profano quod pollutum eſt, & non licet comedere oblationem Trumam pollutam, cujus jus eſt ut comburatur; ſed invenimus modum quo eam comedat, nimirum, ſi eam conficiat נקודים id eſt, *in panes minores*, quolibet pane comprehendente mediam ovi partem; ſic dicunt in Gemara: nam dici non poteſt, ut tota oblatio depſatur, & indè conficiantur panes minores, dimidium ovi continentes; ſed dicere poſſes unum panem poſt alterum poſſe depſi, aut totam comedi in granis toſtis, ne liquor incidat; aut totam depſi aquis fructuum, quæ non diſponunt ad immunditiem, uti diximus. Vel etiam diſtribui poteſt illud profanum, quod mixtum eſt, in varias maſſas, ſive paſtillos, eo modo ne in uno loco reperiatur quantitas ovi ex illo profano quocum oblatio Truma eſt mixta; & quando hæc ſunt eo in ſtatu quo diximus, non polluitur pars oblationis Trumæ quæ in profano illo continetur, quia quantitas minor eſt ovo, cujuſmodi poſuimus fundamentum; & eo modo reſolvitur jus in quatuor illis partibus neceſſariis, quæ ſunt, ſi oblatio Truma pura inciderit in profanum impurum, aut in profanum purum; aut ſi oblatio Truma impura inciderit in profanum purum, aut impurum. Et docet nos, quod illarum quatuor partium jura tria ſunt; quia jus oblationis Trumæ quæ incidit in profanum impurum aut purum, unum idemque eſt.

GUISIUS. 1 *Venundantor.*] Fruges in quas inciderit. Additur *juxta valorem primitiarum*, nam primitiæ quibus ſoli Sacerdotes licite veſcuntur, minoris væniunt, quam res profana quæ omnibus licita facilius emtorem reperiet.

2 *Nomine deſignantor &c.*] Subintellige, *atque ita venundantor Sacerdoti detracto pretio ſati inficientis, & primitiarum de decimis.* Ita Maimonides. Aliter Obadias Bertinorius, qui totas fruges ſic infectas in decimarum primitias pro aliis frugibus Levitæ ſtatui vult.

3 *Redimuntor.*] Subintellige & hic, *& redempta* Sacerdoti venundantor.

4 *Siccæ &c.*] Ut immiſtæ primitiæ pollutionem non recipiant. Non aliter autem fruges ad pollutionem diſponuntur, quam ſeptem liquorum alicujus affuſione, aquæ, roris, olei, vini, mellis, lactis, vel ſanguinis: nec à minore particula polluuntur diſpoſitæ, quam quæ ovum exæquet.

ב סאה תרומה טמאה שנפלה לתוך מאה חולין טהורין רבי אליעזר אומר תרום ותשרף שאני אומר סאה שנפלה היא סאה שעלתה וחכמים אומרים תעלה ותאכל נקודים או קליות או תלוש במי

2. Si ſatum primitiarum immundarum inciderit in centena frugum profanarum mundarum, R. Eliezer eximi & cremari jubet; quippe dixerim, inquit, ſatum quod incidit, idem emerſiſſe. At Sapientes extractis veſci permittunt, ſiccis vel torrefa-

במי פירות או תתחלק לעיסות כדי שלא יהא במקום אחד כביצה:

refactis, vel fructuum succo subactis, vel in ejusmodi pastillos distributis, ut ne quis eorum ovum exæquet.

R. OB. DE BARTENORA.

סאה תרומה טמאה שנפלה למאה חולין טהורין *satum Trumæ impuræ quod incidit in centum profana pura*, jam Truma ascendat in uno & centum, totum non fit miscellaneum, & profanum purum non ita est constitutum ut recipiat immunditiem, neque ut id polluat Truma immunda.

תרום ותשרף *separatur & comburitur*, uti Truma pura ascendit, & comeditur, sic etiam impura separetur, & comburatur; & illud *comburere* idem est cum putrescere, ut non liceat inde utilitatem aliquam capere tempore combustionis, quia, si permittas ipsi frui ea, fiet ut eam edat; quia sibi in animum inducet permissam esse medio abrogationis; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si satum Trumæ pollutæ inciderit in centum profana pura totum non fit miscellaneum, uti dictum est; R. Eliesér dicit, quemadmodum satum purum ascendit & comeditur, sic etiam, si sit impurum ascendit & comburitur; & decisio est juxta Sapientes; si vero intellexeris id quod diximus Mischna antecedenti, clara tibi erit hæc, & sequens Mischna.

ג סאה תרומה טהורה שנפלה למאה חולין טמאין תעלה ותאכל נקודים או קליות או תלוש במי פירות או תתחלק לעיסות כדי שלא יהא במקום אחד כביצה:

3. Si satum primitiarum mundarum inciderit in centena frugum profanarum immundarum, extractis vesci licet siccis vel torrefactis, vel fructuum succo subactis, vel in ejusmodi pastillos distributis, ut ne quis eorum ovum exæquet.

R. OB. DE BARTENORA.

תעלה ותאכל *ascendit, & comeditur*; in hoc casu R. Eliesér concedit satum hoc etiam comedi, quia, etsi supra ubi de Truma impura quæ in profanum incidit, cum profano puro abrogetur, nihilominus tamen si satum Trumæ detrahat, est ipsi nomen Trumæ & redit ad nomen primum; sed hic ubi Truma pura incidit, etsi profanum esset impurum, quando ipsi detrahet satum, redit nomen Trumæ puræ, uti erat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliesér hic non contradicit, nec dicit, quod satum illud quod incidit est satum quod ascendit, quia omnia quæ dicit, dixit ut aggravet.

ד סאה תרומה טמאה שנפלה למאה סאה תרומה טהורה בית שמאי אוסרים ובית הלל מתירין אמרו בית הלל לבית שמאי הואיל וטהורה אסורה לזרים וטמאה אסורה לכהנים מה טהורה עולה אף טמאה תעלה אמרו להם ב״ש לא אם העלו החולין הקלין המותרין לזרים את הטהורה תעלה תרומה החמורה האסורה לזרים את הטמאה לאחר שהודו רבי אליעזר אומר תירום ותשרף וחכמים אומרים אבדה במעוטה:

4. Si satum primitiarum immundarum inciderit in centena sata primitiarum mundarum, Sammæani educi vetant, Hillelæi permittunt. Sammæanis autem ita Hillelæi; Quandoquidem mundæ illicitæ habeantur Laicis, immundæ autem & ipsis Sacerdotibus illicitæ, ut mundæ emergunt, ita etiam emergunt immundæ. Quibus Sammæani; Nequaquam. Nunquid enim, si fruges profanæ, quæ levioris conditionis sunt, & Laicis licitæ, mundas remittant; primitiæ, quæ gravioris conditionis sunt, & Laicis illicitæ, ideo remittere debent immundas? Postquam id concesserunt, R. Eliezer eductum cremari jussit. At Sapientes existimant id sua parvitate perimi.

R. OB. DE BARTENORA.

Schola Schamai vetat, quia illa putat quod Truma impura quæ mixta est cum pura, non ascendit in centum & uno, uti ratio docebit in futurum. לאחר שהודו *postquam concesserunt*, Schamai concessit Hilleli, quia Hillel argumentatus fuerat contra Schamai, dicendo, si Truma pura, quæ interdicta est eis qui non sunt sacerdotes sub pœna mortis, ascendat: impura, quæ interdicta est sacerdoti propter præceptum affirmativum tantum, quanto magis ascendat; & concessit hæc Hilleli Schamai.

תירום ותשרף *separator, ac cremator*, & quod restat permissum est. במעוטה *præ paucitate sua*, quia tota est Truma, & non est damnum tribui sacerdotali, separatio quoque non est necessaria; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לאחר שהודו *postquam concesserunt*, sensus est, postquam convenerunt Hillel & Schamai, ut ascendat satum; & sic in Gemara exponitur, non in invenitur in pluribus locis Schamai concessisse Hilleli præterquam in hoc loco; & postquam in eo convenerunt ut satum quod cecidit, ascendat, dixit R. Eliesér, illud separandum & comburendum esse, uti vult jus oblationis Trumæ impuræ, juxta fundamentum opinionis suæ; dicit enim, satum quod incidit esse satum quod ascendit, ad aggravandum; Sapientes vero dicunt, id aboleri præ paucitate sua, & licitum esse id comedere totum, & non separare; decisio est juxta Sapientes.

ה סאה תרומה שנפלה למאה הגביהה ונפלה למקום אחר רבי אליעזר אומר מדמעת כתרומה ודאי וחכמים אומרים אינה מדמעת אלא לפי חשבון:

5. Si satum primitiarum, quod inciderit in centena, eductum denuo alibi inciderit, R. Eliezer inficere existimat pariter ac primitias indubias. Sapientes non aliter inficere, quam 1 juxta calculi rationem.

R. OB. R. MOS-

R. OB. DE BARTENORA.

כתרומה ודאי *ut oblatio Truma certa*, R. Eliefer fuam fequitur opinionem, dicens, fatum quod incidit eft fatum quod afcendit. אינה מדמעת אלא לפי חשבון *non efficit mixturam, nisi juxta computum*, nam fatum quod eduxit non plus continet quam unam partem Trumæ de centum, & quod reftat profanum eft.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפי חשבון *juxta computum*, fi fatum oblationis Trumæ inciderit in centum, idque deinde eduxerit, judicamus non plus id continere de oblatione Trumæ quam unam partem fati de centum, quia unum illud fatum commixtum eft cum centum fatis, &, fi inciderit in alium locum cum uno tantum fato, non efficit mixturam, quia dicimus, fi una fati pars de centum inciderit in unum fatum, non facere mixturam, fed afcendere in centum & uno; fi vero commixtum fuerit cum eo quod minus eft quam fatum, tum erit commixtio; decifio non eft juxta R. Eliefer.

GUISIUS. 1 *Juxta calculi rationem.*] Id eft pro ratione partis fui centefimæ, vel centefima minoris.

ו סאה תרומה שנפלה לפחות ממאה ונדמעו ונפל מן המדומע למקום אחר רבי אליעזר אומר מדמעת כתרומה ודאי וחכמים אומרים אין המדומע מדמע אלא לפי חשבון ואין המחומץ מחמיץ אלא לפי חשבון ואין המים שאובים פוסלין את המקוה אלא לפי חשבון:

6. Si fatum primitiarum inciderit in minus quam centena, ut ita inficiantur, & infecti aliquid alibi incidat, R. Eliezer inficere arbitratur pariter ac primitias indubias. Sapientes autem negant 1 infectum inficere aliter quam juxta calculi rationem; vel 2 fermentatum fermentare aliter quam juxta calculi rationem, vel 3 aquam hauftam lavacrum corrumpere aliter quam juxta calculi rationem.

R. OB. DE BARTENORA.

אין המדומע מדמע אלא לפי חשבון *mixtura non efficit mixturam nisi juxta computum*, juxta quantitatem oblationis Trumæ quæ fuerit in fato mixturæ, neceffe eft ut centum fint de profano, fed non eft neceffe ut centum fint fata juxta totum illud fatum mixturæ, quia totum fatum mixtum non habetur oblatio Truma, ut vetitum redderet alterum quod eft profanum.

ואין המחומץ מחמיץ אלא לפי חשבון *neque fermentatum efficit fermentationem, nisi juxta computum*, maffa profana quæ fermentata eft fermento oblationis Trumæ, tota eft interdicta iis qui non funt facerdotes, & fi quicquam de illa maffa inciderit in aliam maffam profanam, & in ea fermentationem effecerit, non reddit vetitum nifi juxta computum five quantitatem fermenti oblationis Trumæ, quod commixtum fit cum ea; at non vetitam reddit maffam ultimam, nifi in eam inciderit tanta quantitas de prima maffa quæ continetur in fermento oblationis Trumæ quod commixtum eft cum illa quantitate ad ultimam inficiendam fermento, fine confufione profanæ mixturæ.

ואין מים שאובים פוסלין את המקוה אלא לפי חשבון *neque aquæ hauftæ corrumpunt balneum nisi juxta computum*, lavacrum quod continet unum & viginti fata aquæ pluviæ implet novendecim fata, quæ immittet in lavacrum per modum canalis, & aquæ puræ funt; etfi enim tres Logi aquæ hauftæ lavacrum corrumpant; hauftus tamen legitimus eft, fi ille fiat per modum canalis, & maxima pars quantitatis lavacri ibidem reperiatur, nempe unum & viginti fata aquæ pluviæ, & hoc notat לפי חשבון *juxta computum*, quod aquæ hauftæ lavacrum non reddunt illegitimum fi hauftæ fuerint per modum canalis, nifi fuerint viginti fata aquæ hauftæ, quia ibi non eft maxima pars quantitatis lavacri ex aquis pluviis; decifio eft juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אין המדומע מדמע אלא לפי חשבון *mixtura non efficit mixturam, nisi juxta computum*, exempli gratia, fi duo fata oblationis Trumæ commixta fuerint cum viginti & duobus fatis profanis; & undecim fata fuerint mixta cum minus quam centum aliis profanis, totum erit commixtum, quia in undecim fatis mixturæ continetur unum fatum oblationis Trumæ tantum.

ואין המחומץ מחמיץ אלא לפי חשבון *neque fermentatum efficit fermentationem, nisi juxta computum*, tenemus pro fundamento, quod fermentum oblationis Trumæ, fi id contineat quantitatem fermentandi, & depfat in eo maffam, & fermentatum fuerit, tum illa maffa tota eft Truma, & non confideramus eam in quantitate centum, & ducentis; id ipfum prolixius exponetur in tractatu Orla capite fecundo; ubi dicitur, fi exempli gratia una uncia fermenti fermentet unam farinæ libram, & depfant duas libras profanas in duabus unciis fermenti oblationis Trumæ, totum fit fermentatum & fimul oblatio Truma; dicit hic doctor, fi acceperit de illa maffa fermentum in quantitate unciæ, & depferit in eo libram profani, non eft oblatio Truma, nifi de prima illa maffa fumferit dimidium, & depferit in eo libram profani, quia continet fermentum principale de oblatione Truma unam unciam, quæ eft quantitas quæ fermentat unam libram.

ואין מים שאובים פוסלין את המקוה אלא לפי חשבון *neque aquæ hauftæ illegitimum reddunt lavacrum, nisi juxta computum*, tenemus pro fundamento, tres Logos aquæ hauftæ lavacrum reddere illegitimum, fed ea conditione, ut lavacrum minus quam quadraginta contineat fata, utpote quantitatem lavacri, ne perficiatur lavacrum nifi aquis illis hauftis; fed fi contineat quadraginta fata, etfi per totum diem eo cantharos adimpleant, & aquas infundant, non fit ideo ineptum; fed id ipfum etiam fuo exponetur loco; & fi tres illi Logi ceciderint de quatuor aut quinque vafculis, non conjunguntur, nec lavacrum reddunt ineptum, nifi tria fint vafa, aut minus; & hæc eft opinio cujufdam, quæ refutata eft. Sic autem dixerunt in Gemara de Temura, juxta computum vaforum, juxta Jofe filium Chuni; fed opinio Sapientum eft quod conjunguntur Logi, & lavacrum reddunt ineptum, uti exponunt in Micvaot; decifio in omnibus juxta Sapientes eft.

GUISIUS. 1 *Infectum inficere aliter &c.*] Ut fi pars primitiarum inciderit in vicenas rei profanæ, eafque ita infecerit; deinde rei illius infectæ aliquid in alias fruges incidat; id non inficit iftas fruges, fi centies vicerint, non rem infectam quæ inciderit, fed partem duntaxat vicefimam primam iftius rei; id eft juxta rationem particulæ inficientis ad rem profanam, quam primo infecerat.

2 *Fermentatum fermentare &c.*] Si fermento ex primitiis parato, intumuerit maffa rei profanæ, tota illa maffa ufui communi interdicitur, & Sacerdotibus primitiarum ritu cedit. Si illius denique admiftura alia maffa fermentetur, illa non cedit Sacerdotibus ut prima, nifi ratione inita conftet tantam ei infuiffe partem fermenti ex primitiis parati, quanta ad fecundam illam maffam fermentandam fuffecerit.

3 *Aquam hauftam.*] Vide Micvaot IV. 4.

ז סאה תרומה שנפלה למאה הגביהה ונפלה אחרת

7. Si fatum primitiarum in centena inciderit,

atque

אחרת הגביהה ונפלה אחרת הרי זו מותרת עד שתרבה תרומה על החולין :

atque illo educto aliud inciderit, & illo etiam educto aliud, id quidem licite fit, quamdiu primitiæ fruges profanas vincant.

R. OB. DE BARTENORA.

הגביהה *eduxerit id*, uti fert jus oblationis Trumæ, quæ ascendit in centum & uno. הרי זה מותר *ecce hoc licet*, & necesse est ut educat satum.

עד שתרבה תרומה על החולין *quandiu oblatio Truma multiplicata fuerit supra profanum*, quando ceciderint quinquaginta & unum de oblatione Truma; sed, si media ex parte Truma, & media ex parte profana, licet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שתרבה תרומה על החולין *quamdiu oblatio Truma multiplicata fuerit supra profanum*, sensus est, si in centum sata profana inciderint centum sata oblationis Trumæ & paulo plus, unum post alterum.

ח סאה תרומה שנפלה למאה ולא הספיק להגביהה עד שנפלה אחרת הרי זו אסורה רבי שמעון מתיר :

8. Si satum primitiarum in centena inciderit, nec educi potuit priusquam aliud incideret, illud quidem illicite educitur. R. Simeon licitum ducit.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שנפלה אחרת *usque dum inciderit aliud*, aliud satum oblationis Trumæ. הרי זו אסורה *ecce hoc vetitum*, quia censetur ac si cecidissent una vice. *R. Schimeon permittit*, quando non prius cognoverit cecidisse primum quam deinde ceciderit secundum, concedit R. Schimeon, rem se habere ac si cecidissent una vice, at contradicit, quando medio tempore id cognoverit, & non eduxerit id antequam ceciderit aliud; vult R. Schimeon, cum ipsi id satum educendum sit, reputari ac si jam eduxisset; & suam sequitur opinionem qua alibi putat, omne id quod dispergendum est reputari ac si jam dispersum esset; Sapientes vero dicunt, quod nunc tamen non separatum est; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON

Exponitur in Tosaphta id quod dicit הרי זו אסורה *ecce hoc vetitum*, quando primum satum incidebat, ignoravit, sed postquam incidit secundum, cognovit, & censetur ac si duo sata incidissent in centum, ut totum sit miscellaneum; & in hoc casu contradicit R. Schimeon; sed si satum inciderit in centum, & id cognoverit, & postea inciderit secundum, ecce hoc licitum, quia jam ipsi fuisset educendum; & separabit duo illa sata quæ inciderunt, & quod restat permissum est; decisio non est juxta R. Schimeon.

ט סאה תרומה שנפלה למאה וטחנן ופחתו כשם שפחתו החולין כך פחתה התרומ׳ ומותר סאה תרומה שנפלה לפחות ממאה וטחנן והותירו כשם שהותירו החולין כך הותירה התרומה ואסור אם ידוע שהחטים של חולין יפות משל תרומה מותר סאה תרומה שנפלה לפחות ממאה ואחר כן נפלו שם חולין אם שוגג מותר ואם מזיד אסור :

9. Si satum primitiarum inciderit in centena, atque illa commolita decreverint, quemadmodum imminutæ sunt fruges profanæ, ita etiam primitiæ imminutæ esse videntur, & licite extrahuntur. Si satum primitiarum inciderit in minus quam centena, atque illa commolita adaucta fuerint, quemadmodum adauctæ sunt fruges profanæ, ita etiam adauctæ censentur primitiæ, & extrahere non licet. Sin constet triticum profanum præstantius fuisse primitio, hoc licite eximitur. Si satum primitiarum inciderit in minus quam centena, & deinceps aliæ fruges profanæ illis admisceantur, si id ex improviso acciderit, educere licet; sin data opera, non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

וטחנן *eaque commoluerit*, omnia una vice. ופחתו *& ea comminuerit*, non dicimus, quod profanum comminuitur, neque oblatio Truma, neque quod hic dantur unum & centum, neque quod interdictum est ut non ascendat Truma.

אם ידוע שהחטים של חולין יפות כשל תרומה *si constat quod triticum profanum melius est oblatione Truma*; quia profanum adauctum est, & oblatio Truma non aucta est, & hic invenitur unum & centum; etsi enim in principio vetita sint, in fine tamen fiunt licita per molituram, etiamsi de industria ea possit molere, ut permissa fiant.

ואם מזיד אסור *si de industria, vetitum est*, id vetuere Sapientes, quia interdictum de industria abrogavit; id ipsum obtinet in omnibus Legis interdictis, ut abrogent de industria.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Exponitur in Gemara, etsi diminuat profanum, non diminui oblationem Trumam, nisi de farina oblationis Trumæ pura furfures fuerint sublati, una pars de centum & una de tota farina profana cum furfure suo, ascendet in centum & uno; quia pro fundamento tenemus, quod sordes oblationis Trumæ non conjunguntur cum oblatione Truma ad vetandum profanum, sed sordes profani conjunguntur cum profano, ut oblatio Truma ascendat.

ואחר כן נפלו שם חולין *& postea illic inciderint profana*, si de profana tanta ceciderit quantitas quæ centum sata profana poterit complere, aut plus; nam tenemus pro fundamento, quod non abolent interdictum de industria; & propterea dicimus, non licere profanum multiplicare supra oblationem Trumam de industria; & hoc interdictum est de mulcta, quia interdictum de industria abolet. Ubicunque vero dicitur in hisce locis אסור, sensus est, miscellaneum id esse; jura vero de miscellaneis jam exposita sunt hoc capite; ubicunque vero dicitur מותר, sensus est, ut oblatio Truma ascendat, & reliquum profanum, postquam separata est oblatio Truma, sit permissum, uti exposuimus.

פרק ו האוכל תרומה שוגג משלם קרן וחומש אחד האוכל ואחד השותה ואחד הסך אחד תרומה טהורה ואחד תרומה טמאה משלם חומשה וחומש חומשה אינו משלם תרומה אלא חולין מתוקנים והם נעשין תרומה והתשלומין תרומה אם רצה הכהן למחול אינו מוחל:

Caput 6. Is qui primitias imprudens comederit, præſtare tenetur ſortem & quintam: atque idem eſt, ſive comederit, ſive potaverit, ſive illeverit. Idem etiam eſt, ſive primitiæ mundæ fuerint, ſive immundæ, præſtare tenetur quintam, & 1 quintæ quintam. Non autem præſtare debet de primitiis, ſed de frugibus profanis rite perfectis, atque illæ in primitias mutantur, uti & 2 earundem compenſatio. Sacerdos autem, quantumvis libuerit, condonare non poteſt.

R. OB. DE BARTENORA.

משלם קרן וחומש *ſolvet ſummam capitalem & quintam*, uti dicit Levit. 22: 14. *qui comederit ſanctum ex ignorantia, addet quintam*, quinta vero eſt quarta pars illius quod comedit, ut, ſi comederit de oblatione Truma quod denarium valuerit, ſolvat denarium & quartam, in totum quinque quartas denarii, ſumma capitalis continebit quinque, cum quinta ſua; & ſic ſe res habet cum omnibus quintis quæ memorantur in Lege. הסך *qui unxerit ſe*, oleo, quia potus comprehenditur ſub comeſtione, uti dicitur Deut. 14: 26. *jumento, gregi & vino*, & ſequitur, *& comedes, & ſaturaberis*; unctio vero continetur ſub potu, uti ſcriptum eſt, Pſal. 109: 18. *& intrabit ut aquæ inteſtina ejus, & oleum oſſa ejus*.

וחומש מחומשה *& quintam partem de quinta*, ut, ſi comederit oblationem Trumam & ſolverit ſummam principalem & quintam, & denuo comederit ſolutionem quintæ, addat quintæ quintam.

אינו משלם תרומה *non ſolvet de oblatione Truma*, quia oblatio Truma cedit ſacerdotibus, & ſolutio pro eo quod comedit eſt debitum quod debet, at non licet ipſi ſolvere debitum de alio loco.

אלא חולין מתוקנים *ſed de profanis ritè perfectis*, de quibus oblatio Truma eſt, & decimæ, quia ſcriptum eſt ונתן לכהן את הקדש, det ergo rem cui convenit ut ſit ſancta; neceſſe eſt etiam ut quintam det de profanis ritè perfectis, quia ſcriptum eſt Levit. 22. ויוסף חמישיתו עליו quod oſtendit quintam ejus ſe habere ut ipſum totum. והן נעשין תרומה *& illa fiunt oblatio Truma*, nimirum, illa profana rite perfecta.

והתשלומין תרומה *& ſolutiones fiunt oblatio Truma*, ut, ſi denuo per errorem comederit de illis profanis quæ ſoluta ſunt, id quod denuo ſolverit pro illis, etiam fiat oblatio Truma. אינו מוחל *non condonabit*, quia Legis decretum eſt eum teneri ſolvere iſtiuſmodi rem quæ digna eſt ut ſit ſancta, & non licitum eſſe ſe nummis liberum reddere, ideo non dependet à dominis ſive poſſeſſoribus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus Levit. 22: 14. ואיש כי יאכל קדש בשגגה יוסף חמישיתו עליו, quinta hæc eſt quarta pars ejus quod comedit, quæ eſt quinta totius, nempe, ſi comederit id quod denarium valet, ſolvet denarium & quartam partem; & ſic ſe res habet cum omnibus quintis quæ memorantur in Lege; & hoc eſt quod dixerunt, *uſque dum illud & quinta ejus fuerint quinque*. Et dixit Deus Levit. 22: 15. ולא יחללו את קדשי בני ישראל & dixerunt Sapientes, ſignificari illis verbis, quando dicitur, *qui unxerit ſe, & qui potaverit*; etſi etiam pro fundamento teneamus, potum intrare jus comeſtionis, quia dicitur Deut. 14: 26. בבקר ובצאן וביין & poſtea dicit ואכלת ושבעת; ſic etiam unctio continetur ſub comeſtione, ut res quæ corpus intrat, uti dicit Pſal. 109: 18. ותבא כמים בקרבו וכשמן בעצמותיו. Quod vero dicit חומשה *quinta ejus*, & deinde וחומש מחומשה *& quinta de quinta ejus*, ejus ſenſus eſt, ſi comederit quintam illam ex ignorantia, ut addat ipſi quintam de illa quinta, quia jus ejus idem eſt cum jure oblationis Trumæ; & hoc eſt quod Deus dixit Levit. 5: 24. וחמישיתו יוסף עליו. Et dixerunt, id te docet, ut quintam addas quintæ.

אינו משלם תרומה *non ſolvet de oblatione Truma*, quia oblatio Truma cedit ſacerdoti; id autem quod comedit, eſt debitum quod debet, at non licet ſolvere debitum bonis alienis. אלא חולין מתוקנים *ſed de profanis rite perfectis*, de quibus ſeparabit oblationem Trumam & omnes decimas, uti expoſuimus capite decimo Demai.

והם נעשין תרומה *illa vero fiunt oblatio Truma*, ſenſus eſt, illa profana quæ ſolvet habentur oblatio Truma: והתשלומין תרומה *& oblatio Truma fit ſolutio*, ſenſus eſt, ut juxta jus de ſolvendo in caſu oblationis Trumæ, ſolvat in caſu mixturæ.

GUISIUS. 1 *Quintæ quintam.*] Si quintam repenſam comederit.

2 *Earundem compenſatio.*] Si fruges pro primitiis repenſas comederit, & illas compenſare tenetur pariter ac ipſas primitias, & illa quidem compenſatio primitiarum conditionem ſequitur. Ita hunc locum vulgò. Ego autem præcedentia verba, והם נעשין תרומה *atque illæ in primitias mutantur*, atque hæc והתשלומין תרומה *compenſatio earum primitiæ ſunt*, eandem plane rem denotare arbitror; alterutra autem alterorum eſſe exegetica, & ex gloſſemate male in textum irrepſiſſe. Vide capitis ſequentis 1, 3, 4.

ב בת ישראל שאכלה תרומה ואחר כך נשאת לכהן אם תרומה שלא זכה בה כהן אכלה משלמת קרן וחומש לעצמה ואם תרומה שזכה בה כהן אכלה משלמת קרן לבעלים וחומש לעצמה כפני שאמרו האוכל תרומה שוגג משלם קרן לבעלי' וחומש לכל מי שירצה:

2. Si Iſraelitæ filia primitias comederit, & poſtea Sacerdoti nupſerit, primitiæ autem illæ quas comedit, nulli adhuc Sacerdotum in ditionem pervenerint, ſortem & quintam ſibi præſtare poteſt. Sin primitiæ illæ quas comedit, cuiquam Sacerdotum in ditionem ceſſerint, ſortem domino præſtato, quintam ſibi. Quippe ſic dictum fertur, Si quis primitias imprudens comederit, ſortem domino præſtato, quintam cuicunque volet.

R. OB. DE BARTENORA.

Filia Iſraelitæ quæ ſeparavit Trumam & non dedit eam ſacerdoti, ſed comedit eam per errorem, poſtea nubens ſacerdoti, quocum ipſi licet comedere oblationem Trumam, quia uxor ſacerdotis comedens de oblatione Truma tenetur ſolvere ſum-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non latet te, uxorem ſacerdotis comedere de oblatione Truma, quia illa eſt acquiſitio pecuniæ ejus, & Deus dixit וכהן יקנה נפש קנין כספו הוא יאכל בו vide Levit. 22: 11. ulterius tota Miſchna eſt clara.

ſummam capitalem & quintam ſibi ipſi, nam ſi illa quam comedit oblatio Truma ſua eſt; non obligabatur eam dare ſacerdoti, quia conjugio facta eſt ſacerdos, propterea ſolutio jam ad ſe ipſam pertinet. משלמת קרן לבעליר *ſolvit ſummam capitalem poſſeſſoribus*, uti ſe habet jus illius qui ſpoliavit proximum ſuum, ſed quintam ſibi ipſi ſumet.

ג המאכיל את פועליו ואת אורחיו תרומה הוא משלם את הקרן והם משלמין את החומש דברי רבי מאיר וחכמים אומרים הם משלמין קרן וחומש והוא משלם להם דמי סעודתן:

3. Si quis operariis vel hoſpitibus primitias comedendas appoſuerit, ipſe ſortem præſtare tenetur, illi autem quintam. Ita R. Meir. At Sapientes cenſent, illos ſortem & quintam præſtare teneri, ipſum autem illis refectus pretium renumerare.

R. OB. DE BARTENORA.

הוא משלם את הקרן *ſolvit ſummam capitalem*, & pretium oblationis Trumæ, uti vult jus illius qui diripuit, quia eo in caſu ſe raptorem exhibuit. והן משלמין החומש *illi vero ſolvent quintam*, peccatum cibi ex errore commiſſum, quia quintam non ſolvit niſi is qui comederit, biberit, aut unxerit ſe, ſed qui oblationem Trumam perdiderit, non ſolvet quintam, uti dicitur Levit. 22:14. ואיש כי יאכל קדש בשגגה, quod excludit eum qui corrupit eam.

הן משלמין קרן וחומש *illi ſolvunt ſummam capitalem & quintam*, de profano ritè perfecto, & fit oblatio Truma; is vero ſolvet ipſis pretium profani quod ipſis comedendum propoſuit; controverſia vero hæc eſt, R. Meyr vult eum qui dederit comedendum non ſolvere niſi pretium oblationis Trumæ, at Sapientes volunt ut ſolvat pretium profani.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tenemus pro fundamento nemini eſſe miniſtrum in caſu tranſgreſſionis, & qui tranſgreſſus fuerit ipſe vapulabit; & qui ipſi in cauſa erroris fuerit, aut impingere fecerit, aut adjuverit in cauſa peccandi quocunque modo, etiamſi verbis tantum, caſtigabitur ab ipſo Deo benedicto, propter id quod iſtiuſmodi in caſu fecerit; ſed non plagis illis quæ in Lege memorantur tenetur, ſed tranſgreditur præceptum Levit. 19:14. לפני עור לא תתן מכשול, ſi fuerit caſus tranſgreſſionis, aut tranſgreſſus fuerit præceptum Exod. 23:1. אל תשת ידך עם רשע, ſi adjuverit illum tranſgreſſorem; deciſio non eſt juxta R. Meyr.

ד הגונב תרומה ולא אכלה משלם תשלומי כפל דמי תרומה אכלה משלם בי קרנים וחומש קרן וחומש מן החולין וקרן דמי תרומה גנב תרומת הקדש ואכלה משלם שני חומשים וקרן שאין בהקדש תשלומי כפל:

4. Qui primitias furatus necdum comedit, duplionem præſtato juxta primitiarum valorem. Si comedit, ſortem duplam præſtato & quintam, ſortem & quintam è frugibus profanis ſortem alteram juxta primitiarum valorem. Si primitias conſecratas furatus comedit, præſtato duas quintas cum ſorte, quippe ad conſecratum non pertinet duplionis multa.

R. OB. DE BARTENORA.

דמי תרומה *pretium oblationis Trumæ*, quod non eſt tantum quantum pretium profani. קרן וחומש מן החולין *ſummam capitalem de profano*, quod mutatur in oblationem Trumam, uti ſe habet jus illius qui comedit ex errore.

וקרן דמי תרומה *& ſummam capitalem oblationis Trumæ*, propter duplum furti. תרומת הקדש *oblatio Truma conſecrata*, conſecrat enim ſacerdos oblationem Trumam ad ſuſtentationem familiæ ſuæ. שני חומשים *duæ quintæ*, una, quia comedit oblationem Trumam, & una, quia comedit id quod conſecratum erat; at ſolutio duplex non obtinet in conſecrato, quia Lex dicit Exod. 22. ישלם שנים לרעהו *proximo ſolvet* ergo; non autem rei conſecratæ & ſanctæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תשלומי כפל *ſolutiones duplices*, pro furto, quo modo condemnatus eſt fur, Exod. 22:3. שנים ישלם; ſi vero comederit oblationem Trumam, ſolvet duas ſummas principales & quintam, unam ſummam principalem pro profano, quam debet, etſi non furatus ſit, & propterea de profano ſolvet, & non de oblatione Truma, & addet ſummam principalem de pretio oblationis Trumæ, utpote id quod debet pro furto. Expoſuit enim jam in principio propter furtum ſolvendum eſſe pretium oblationis Trumæ; ſi vero furatus ſit oblationem conſecratam, quæ jam erat in poteſtate ſacerdotis ad ſuſtentationem familiæ ſuæ, ſi poſtea eam comederit Iſraelita, ſolvet ſummam capitalem & duas quintas, unam quintam quam debet pro comeſtione oblationis Trumæ, etſi non fuerit conſecrata, alteram vero quintam debet pro comeſtione conſecrationis, etſi non fuerit oblatio Truma; quia pro fundamento tenemus, eum, qui unius Prutæ pretii utilitatem ceperit de conſecrato, peccaſſe; & ſolvere teneri id quod de conſecrato ſivit ut perdatur, quando inde utilitatem cepit, una cum additione quintæ, eo quo diximus modo, & poſtea adferet ſacrificium, uti Deus dixit Levit. 5:15. Exponitur etiam in tractatu Meyla, eum, qui furatus fuerit conſecratum, non obligari de ſolutione duplici, quia Scriptura dicit Exod. 22:3. ישלם שנים לרעהו, *proximo ſuo* ſolvet, non autem rei conſecratæ. Cæterum interdictum de conſecrato non addit interdicto de oblatione Truma, niſi quod interdictum addit; nam oblatio Truma erat interdicta Iſraelitæ, at permiſſa ſacerdotibus, quando autem conſecrata eſt, interdicta eſt ſacerdotibus; quando autem in ea acciderit interdictum ſacerdotum, id ipſum interdictum etiam addit Iſraelitis. Quia pro fundamento tenemus, interdictum non addi niſi uno de tribus modis, quorum unus eſt interdictum quod addit, quod ſe habet uti diximus; & iſtiuſmodi omnia etiam exponentur ſuo loco in tractatu Keritot, aliiſque in locis; ſi vero per errorem comederit quatuor ſiclorum oblationem Trumam, verbi gratia, ubicunque dicitur, *ſolvet duas ſummas capitales & quintam*, ſenſus eſt, ut ſolvat novem ſiclos; & ubicunque dicitur, ſolvet ſummam capitalem & duas quintas, vult, ut ſolvat ſex ſiclos, quia pro fundamento tenemus ſolvendum eſſe juxta pretium.

ה אין משלמין מן הלקט ומן השכחה ומן הפיאה ומן ההפקר ולא ממעשר ראשון שנטלה תרומתו ולא ממעשר שני והקדש שנפדו שאין הקדש פודה:

5. Præſtare non licet de ſpicilegio, prætermiſſo, angulo, vel re communi; neque de decimis primis quarum primitiæ deſumtæ, vel decimis ſecundis & re conſecrata quæ redemtæ ſint, quia res

ſacra

פודה את הקדש דברי רבי מאיר וחכמים מתירין באלו :

sacra rem sacram non redimit. Ita R. Meir. At Sapientes de 1 his præstari permittunt.

R. OB. DE BARTENORA.

Neque de spicilegio, manipulo oblivionis, nec angulo solvunt, quia in illis non habet locum oblatio Truma, nec decimæ, & propterea non habentur inter res quæ aptæ sunt ut consecrentur, nec habentur profana ritè perfecta, quæ apta erant ut consecrarentur antequam ritè perfecta essent, sed spicilegium, manipulus oblivionis, & angulus, nunquam apta sunt ut consecrentur. *Neque de communi*, postquam id acquisiverit sibi. *Neque de decimis primis de quibus oblatio Truma jam separata est*; etsi jam decimæ sint instar profani rite perfecti, quia antequam separata esset oblatio Truma, non erant aptæ, propterea post oblationem Trumam etiam decimæ non erant aptæ ut iis solvatur Truma.

Quia consecratum non redimit consecratum, hæc enim habentur sancta antequam redempta essent; at non licet quicquam redimere bonis Dei. R. Meyr putat decimas secundas esse Dei bona; & quia ante redemptionem non conveniebat illis solvere, ideo nec post redemptionem. *Sapientes permittunt in illis*, in decimis secundis, & consecratis quæ redempta sunt; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וחכמים מתירין באלו *at Sapientes permittunt in hisce*, sensus est, in decimis secundis, & consecratis quæ redempta sunt permittunt solvere, quia cum hæc redempta sunt, etiamsi non redempta sint juxta jus eorum, licet tamen solvere illis. R. Meyr dicit, cum nondum redempta sint prout oportet, tamen adhuc sancta, & consecrata sunt; at non licet solvere consecratum pro oblatione Truma quam comedit, quæ etiam res sancta est; quia *sanctum non redimit sanctum*. Et quod dixit, quod non redempta sunt juxta jus eorum, intelligendum est si decimas secundas redemerit pecunia signata, & consecratum redemerit fundo; sed hoc ipsum jam exposuimus in tractatu Berachot capite septimo; decisio est secundum Sapientes.

GUISIUS. 1 *His.*] Ultimis; decimis primis, secundis, & re consecrata. Ita commentatores. Sed in Siphra sectione אמור, VI. 5. expresse legitur וחכמים אומרי׳ משלמים מכולם *At Sapientes asserunt ex universis licite præstari.*

ו רבי אליעזר אומר משלמין ממין על שאינו מינו בלבד שישלם מן היפה על הרע ורבי עקיבא אומר אין משלמין אלא ממין על מינו לפיכך אם אכל קשואין של ערב שביעית יכתין לקשואין של מוצאי שביעית וישלם מהם ממקום שר״א מקל משם רבי עקיבה מחמיר שנאמר ונתן לכהן את הקדש כל שהוא ראוי להיות קדש דברי רבי אליעזר ורבי עקיבה אומר ונתן לכהן את הקדש קדש שאכל :

6. R. Eliezer permittit præstare de una specie pro alia, dummodo de præstantiori pro deteriori. R. Akiba præstare aliunde vetat, quam de eadem specie: adeo ut si quis comederit cucumeres anni ante septimum, expectare debeat cucumeres anni post septimum, & inde solvere. Ex eo autem loco, unde R. Eliezer leviorem sententiam adstruit, ex eodemmet R. Akiba graviorem tuetur: nempe ex eo quod dicitur (Lev. XXII. 14.) *& sacrum Sacerdoti reddet*: id est, quicquid sacrum fieri aptum est, ad mentem R. Eliezeris. At vero R. Akiba: *& sacrum Sacerdoti reddet*; id est, sacrum ejusdem generis cum eo quod comedit.

R. OB. DE BARTENORA.

בלבד שישלם מן היפה על הרע *at ea Lege ut solvat de meliori pro pejori*, ut, si comederit ficus siccas, juxta mensuram ficuum siccarum quas comedit, solvet dactylos qui sunt pretiosiores, at non juxta pretium; nam si comederit pretium Zusæ, & solverit pretium Zusæ, non potest dici quod solvit melius pro pejori. Est qui dicit, rem etiam posse intelligi juxta pretium, ut, si comederit de re cujus pauci dantur emtores, solvat de re cujus multi dantur emtores. לפיכך *propterea*, quia non potest solvere de aliena specie, si cucumeres comederit anni sexti de oblatione Truma, & eo tempore non inventi fuerint cucumeres, quia induruerunt, nec apti fuerunt ad comedendum; de aliena specie non poterit solvere: proinde necesse est ut exspectet exitum anni septimi, & solvat de cucumeribus exitus anni septimi; quia de anni septimi fructibus non licet solvere, eo quod id mercaturam olet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

יכתין לקשאים של מוצאי שביעית *exspectabit cucumeres exitus anni septimi*, quia fructibus anni septimi non potest solvere, quia communes sunt unicuique; at de communi non solvunt uti dictum est antea.

ממקום שרבי אליעזר מקל *è loco ubi R. Eliezer alleviat*, de quo textu R. Eliezer suam probat sententiam, ut ostendat permissum esse solvere de eadem specie de qua comedit, de eodem textu R. Akiba suam conatur probare sententiam ad aggravandum contrarium; & decisio est juxta R. Akibam.

פרק ז האוכל תרומה מזיד משלם את הקרן ואינו משלם את החומש התשלומין חולין אם רצה הכהן למחול מוחל :

Caput 7. Is qui primitias data opera comederit, sortem præstare tenetur, non autem quintam; compensatio autem illa profana est: & si velit Sacerdos, condonare potest.

R. OB. DE BARTENORA.

האוכל תרומה מזיד *qui oblationem Trumam comederit de industria*, sine præmonitione, nam si præmonitus fuerit, vapulabit, & non solvet; & etiamsi sine præmonitione condemnatus sit mortis divinitus infligendæ; illud tamen eum non liberat à solutione.

אינו משלם את החומש *non solvit quintam*, quia Lex neminem obligat de quinta, nisi eum qui oblationem Trumam comederit ex ignorantia.

התשלומין

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Non constituit Deus pœnam quod ad quintam, nisi illi qui comederit ex ignorantia, uti dicitur Levit. 22:14. ואיש כי יאכל קדש בשגגה, at si de industria comederit, non obligatur de quinta; quia magnum adeo est ejus peccatum, ut ipsi non condonetur ea solutione. Et præterea in citato loco dicitur de eo qui ex ignorantia comedit, ויסף חמישיתו ונתן לכהן את הקדש. Hinc probatur quod solutio sancta sit, quia vero sancta est, ideo sacerdos non poterit eam dare; & interdictum

התשלומין חולין *solutio profana est*, quoniam Deus benedictus solutionem ejus qui aliquid comedit ex ignorantia tantum vocavit sanctam; uti scriptum est Levit. 22: 14. *& sanctum dabit sacerdoti*, sed solutio ejus quod de industria comedit profana est, & quia profana est, ideo sacerdos ei condonare poterit, si voluerit; quod non ita fit in solutione ejus quod quis errore ederit, quod cuipiam sacerdos condonare nequit, quia sanctum est. dictum est Israelitæ in potestate sua retinere sanctum quid; hic autem solutio profana est, quia industria contraria est errori in omni jure; ideo id sibi acquiret unus ex sacerdotibus, cui dabitur; quia Israelitæ licet comedere profanum; & ita se habet jus, quando non fuerit præmonitus, at si præmonitus fuerit, vapulabit, & non solvet.

ב בת כהן שנשאת לישראל ואחר כך אכלה תרומה משלמת את הקרן ואינה משלמת את החומש ומיתתה בשריפה נשאת לאחד מכל הפסולין משלמת קרן וחומש ומיתתה בחנק דברי רבי מאיר וחכמים אומרים זו וזו משלמות את הקרן ואינן משלמות את החומש ומיתתן בשריפה:

2. Sacerdotis filia Israelitæ nupta, quæ postea primitias comederit, sortem præstare tenetur, non autem quintam; & mortis rea vivicomburio plectitur. Si nupserit cuiquam eorum omnium, quibuscum connubium non recte contrahit, præstare tenetur sortem & quintam, & mortis rea laqueo plectitur. Ita R. Meir. Sapientes existimant utrasque sortem præstare, non vero quintam, & mortis reas vivicomburio plecti.

R. OB. DE BARTENORA.

בת כהן שנשאת לישראל *filia sacerdotis quæ nupta est Israelitæ*, cui non licet comedere oblationem Trumam. משלמת את הקרן *solvet summam capitalem*; uti vult jus ejus qui proximo diripuit, at non quintam, quia illa sacerdos est, & Scriptura dicit Levit. 22: 10. וכל זר לא יאכל קדש excipe ergo illam, quæ non est extranea, quia domum patris reverti potest uti in juventute, & comedere oblationem Trumam.

ומיתתה בשריפה *& mors ejus vivicomburium est*, si inter sponsalia adulteraverit cum alio, uti scriptum est Levit. 22: 9. *& filia viri sacerdotis quæ adulterio se profanaverit &c.* tam ea quæ fuerit filia sacerdotis, quam uxor sacerdotis, aut uxor Israelitæ, igne comburetur.

נשאת לאחד מן הפסולים *nupserit cuiquam eorum omnium quibuscum conjugium non legitimè contrahit*, uti est profanus, Nethinæus, & Spurius.

משלמת קרן וחומש *solvet summam capitalem & quintam*, quia tali conjugio se profanavit, & non amplius ipsi licet comedere oblationem Trumam, sed habetur extranea.

ומיתתה בחנק *& mors ejus laqueo plectitur*, quia scriptum est, Levit. 21:9. *filia sacerdotis quæ se adulterando profanaverit &c.*, hinc ea quæ reverti poterit domum patris, si non profanasset se adulterio, comburetur; excipe eam quæ nupta est viro quocum legitimè conjugium contrahere non potest, quæ non potest reverti domum patris, cujusmodi non comburetur.

Sapientes dicunt, *utraque solvet summam capitalem*, quia non est extranea, nisi sit extranea indè à principio usque ad finem; hæc autem si comederit de oblatione Truma, non solvet quintam; *sed comburetur*, quia scriptum est, *& filia sacerdotis &c.* quod latè sumendum (etiamsi Israelitæ nupserit); decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum est filiam sacerdotis quæ cum Israelita conjugium iniverit non posse comedere de oblatione Truma reliquisque rebus consecratis, uti scriptum est Levit. 22: 12. *Filia sacerdotis quando fuerit mariti extranei*, *non comedet de oblatione Truma rerum sanctarum.* Et in Siphra dicunt, undè probatur filiam sacerdotis quæ conjugium inivit cum Israelita, & postea comedit oblationem Trumam, sic etiam sacerdotem qui comedit oblationem Trumam non obligari de quinta? indè, quia scriptum est Levit. 22: 10. וכל זר לא יאכל קדש & deinde versu 14. ואיש כי יאכל קדש בשגגה ויוסף חמישיתו עליו quod excludit illos qui non sunt extranei.

ומיתתה בשרפה *& mors ejus vivicomburium est*, sensus est, si adulteraverit quando non erat uxor sacerdotis, attamen sacerdotis filia, sive sit uxor sacerdotis, sive Israelitæ, res eadem est, quia scriptum est versu 9. *& filia sacerdotis quæ profanaverit se adulterio*, *igne comburetur*; nihilominus tamen dicitur, si conjugium contraxerit cum eo quocum non recte contrahitur, uti sunt spurius, Ægyptius, Edomita, Ammonita, Moabita, aut vidua cum sacerdote maximo, aut repudiata, & quæ leviro calceamenta exuit & deinde sacerdoti ordinario nupsit, quia illa profanata est, uti exponetur suo loco, non licet ipsi comedere oblationem Trumam, nec sancta, etiam postquam repudiata fuerit; & si comederit, solvet summam capitalem & quintam, quia jam habetur extranea. Sapientes vero dicunt, eam non haberi extraneam, quia, etiamsi non amplius ipsi liceat de oblatione Truma comedere, nihilominus eam comedit illo tempore quo nondum erat profanata; sic etiam dicit R. Meyr, si adulteraverit quando conjugium contraxerit quocum legitime non potest contrahere, mortem ejus esse laqueum, uti vult jus cujuslibet uxoris quæ adulteraverit, quia illa non amplius habetur sacerdotis filia, postquam profanata est. Sapientes vero dicunt, rem intelligendam esse de profanatione per adulterium, quod Lex non vocat adulterium nisi de uxore maritata quando adulteraverit; & eo sensu etiam exponit verissima traditio; & sic etiam dixit Deus benedictus לזנות בית אביה Deut. 22: 21. uti exponetur suo loco; decisio non est juxta R. Meyr.

ג המאכיל את בניו קטנים ואת עבדיו בין גדולי בין קטנים האוכל תרומת חוצה לארץ והאוכל פחות מכזית תרומה משלם את הקרן ואינו משלם את החומש והתשלומין חולין אם רצה הכהן למחול מוחל:

3. Si quis liberos minores primitiis aluerit, vel servos sive adultos sive minores; vel si ipse comederit frugum extranearum primitias, vel primitiarum minus quam olivæ quantitatem, sortem præstare tenetur, non autem quintam; compensatio autem illa profana est; & si velit Sacerdos, condonare potest.

R. OB. DE BARTENORA.

המאכיל את בניו קטנים *qui comedendum dederit liberis minoribus*, quia nondum susceperunt observationem præceptorum; neque servi etiam majores. האוכל תרומת חוצה לארץ *qui*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus qui est benedictus Levit. 22: 14. ואיש כי אכל קדש בשגגה ויסף חמישיתו עליו solvet nempe usque dum in eo locum habuerit quantitas comestionis cibi ;| at minima quan-

qui comederit oblationem Trumam extra terram, etiamsi illa fiat miscellanea, non obligatur addere quintam.

quantitas est quantitas olivæ; reliqua clara sunt ex iis quæ jam diximus.

SURENHUSIUS. Si quis liberis suis minorennibus, & servis majorennibus vel minorennibus comedendum dederit Trumam, solvere debet pro illis summam capitalem, & illi liberi sunt. Bartenora rationem reddit, dicens, דלאו בני חיובא נינהו *quia non tenentur ad obligationem*, non filii, ob minorem ætatem; non servi, ob servitutem. Sed Jomtobus dicit לפי שאין להם *eo quod iis nihil est*, scil. nummorum. Verum quod solvere tenentur quando sunt solvendo, & adducit locum è Talmude Jerusolymitano לא הספיק לשלם עד שנשתחרר נותן היו לו נכסים שאין לרבו רשות בהן נותן *si servus non fuerit solvendo, solvat donec manumissus fuerit; si illi fuerint opes, in quas herus non habet potestatem, solvat.* Et hoc sensu quoque docetur capite octavo Mishna quarta. Filii enim quum adoleverint, & servi quum manumissi fuerint, sibi bona acquirere solent. Cæterum diversas de hac re opiniones videsis in Schilte Haggiborim capite quod incipit כיצד הרגל.

ד זה הכלל כל המשלם קרן וחומש התשלומין תרומה אם רצה הכהן למחול אינו מוחל וכל המשלם את הקרן ואינו משלם את החומש התשלומין חולין אם רצה הכהן למחול מוחל:

4. Hæc est regula generalis: Ubicunque præstari debet sors & quinta, compensatio pro primitiis habetur, & Sacerdos, si vel maxime velit, condonare nequit. Ubicunque autem præstari debet sors, non etiam quinta, compensatio profana reputatur, & si velit Sacerdos, condonare potest.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Jam exposuimus neminem obligari de solutione quintæ nisi is qui comederit ex ignorantia, & totam illam quintam fieri in oblationem Trumam, uti scriptum est Levit. 22:14 חמישיתו עליו ונתן לכהן את הקדש at non licet sacerdoti ut condonet Israelitæ, quia Israelitæ interdictum est comedere oblationem Trumam; & ubicunque non licet solvere quintam, ibi solutio profana est; propterea ipsi licet comedere eam, aut sibi sumere, si sacerdos ipsi dono dederit.

ה שתי קופות אחת של תרומה ואחת של חולין שנפלה סאה תרומה לתוך אחת מהן ואין ידוע לאיזו מהן נפלה הרי אני אומר לתוך של תרומה נפלה אין ידוע איזו היא של תרומה ואיזו היא של חולין אכל אחת מהן פטור והשנייה נוהג בה בתרומה וחייבת בחלה דברי ר"מ רבי יוסי פוטרה אכל אחר את השנייה פטור אכל אי את שתיהן משלם כקטנה שבשתיהן:

5. Ubi duæ extiterint sportæ, altera primitiarum plena, altera frugum profanarum; si inciderit satum primitiarum in earum alterutram, nec in utram vero constet, ego utique dixerim in primitias incidisse. Si etiam ignoretur quænam earum primitiarum sit, quænam autem frugum profanarum, qui earum unam comederit, immunis est; altera autem sic usurpanda, ac si primitiarum foret, & ad secium tenetur. Ita R. Meir. R. Joses secio liberat. Si alius quispiam alteram comederit, & is immunis est. Si idem utramque comederit, præstare tenetur pro ratione minoris.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אני אומר לתוך של תרומה נפלה *in eam* (sportam) *quæ oblationem Trumam continet, incidisse dicerem*, at ea quæ profanum continet, libera est; si in duabus sportis quarum una continet oblationem Trumam, altera vero profanos fructus, satum inciderit, judicamus id incidisse in eam quæ oblationem Trumam continet, quæ ambas sportas liberas facit; sed si una contineat profanum, altera vero Tebhel, aut decimas primas, non judicamus oblationem Trumam incidisse in sportam quæ continet Tebhel, ad liberandam eam quæ continet profanum, posteaquam Tebhel factum fuerit miscellaneum, & propterea prohibitum; nam quare statuas inquam ad unam sportam magis prohibendam quam alteram. Sic etiam, si una sporta sit pura, altera impura, rem judicamus ac si incidisset in sportam impuram; aut si una contineat miscellaneum, altera vero non contineat miscellaneum, satum incidisse judicamus in eam quæ continet profanum; conclusio totius rei est, ut dicamus satum Trumæ incidisse in eam sportam quæ non fit miscellanea אכל אחת מהן פטור *si comederit de una earum, liber est*, quia fieri potest ut comederit de sporta profanum continente. וחייבת בחלה *& obligatur de placenta*, quia dubium an contineat sata profana. *R. Jose liberat*, nam quia non constat, habetur miscellaneum, quod liberum est de placenta; & decisio est juxta R. Jose, in omnibus tribus Mischnæ casibus: *Si comederit alius de duabus solvet pro ratione minoris*, ad allevandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וחייבת בחלה *& obligatur de placenta*, ad aggravandum, quia dicimus fieri posse ut sint fructus profani, & satum oblationis Trumæ inciderit in sportam quam comedit, idque esse profanum, & obligari de placenta. R. Jose autem dicit, id ipsum judicandum esse secundum jus de miscellaneis, quæ non obligantur de placenta, uti exponetur in tractatu Challa; decisio est juxta R. Jose.

ו נפלה אחת מהן לתוך החולין אינה מדמעתן והשנייה נוהג בה בתרומה וחייבת בחלה דברי ר"מ ורבי יוסי פוטר נפלה שנייה למקום אחד

6. Si earum alterutra inciderit in fruges profanas, eas non inficit; altera autem sic usurpanda, ac si primitiarum foret, & ad secium tenetur. Ita R. Meir. R. Joses secio liberat. Si secunda in alias

אחר אינה מדמעתן נפלו שתיהן למקום אחד מדמעות כקטנה שבשתיהן:

alias alibi inciderit, nec illa eas inficit. Si utraque in easdem inciderint, inficiunt pro ratione minoris.

R. OB. DE BARTENORA.

אינה מדמעת *non efficit mixturam*, quia fieri potest ut illud sit de profanis fructibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus capitis tertii Misna prima id quod dicit מדמעות כקטנה שבשתיהן; & decisio est juxta R. Jose.

ז זרע את אחת מהן פטור והשנייה נוהג בה בתרומה וחייבת בחלה דברי ר״מ ורבי יוסי פוטר זרע א׳ את השנייה פטור זרע אחד את שתיהן בדבר שזרעו כלה מותר ובדבר שאין זרעו כלה אסור:

7. Qui earum alterutram severit, immunis est; altera autem sic usurpanda ac si primitiarum foret, & ad secium tenetur. Ita R. Meir. R. Joses liberat. Si alius quispiam secundam severit, & is immunis est. Ut idem utrasque serat, si res sit cujus semen satum 1 perit, licet; si res sit cujus semen non perit, non licet.

R. OB. DE BARTENORA.

זרע את אחת מהן פטור *si seminaverit unam ex illis, liber est*, quia quicunque seminaverit ex errore oblationem Trumam, obligatur convertere terram aratro; & si non converterit, id quod creverit oblatio Truma habetur; & liber est hoc in casu, quia profanum est.

בדבר שזרעו כלה *res cujus semen consumptum est*, intellige triticum, & horreum. פטור *liberum est*, pro extraneis, quia non est oblatio Truma certa, & habetur uti id quod crevit è miscellaneis, quod Mischna inferius dicit capite nono.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דבר שזרעו כלה *res cujus semen consumptum est*, uti sunt proventus, & legumina, quorum semina postquam seminata sunt corrumpuntur, & mutantur in fila, uti venæ in terra, & quod ex illis creverit, licet; at ejusmodi res cujus semen non est consumptum, innuitur per allium, & cepas; nam si granum allii aut ceparum serant, crescit id quod crescat, & granum relinquitur in terra, & forma ipsius non corrumpitur; decisio est juxta R. Jose.

Res cujus semen non consumptum est, uti sunt cepæ & allium. אסור *interdictum est*, etiamsi id habeatur miscellaneum, & non oblatio Truma, in re cujus semen non consumptum est, magis aggravandum est.

GUISIUS. 1 *Perit.*] Vide infra IX. 6.

פרק ח האשה שהיתה אוכלת בתרומה באו ואמרו לה מת בעליך או גרשך וכן העבד שהיה אוכל בתרומה ובאו ואמרו לו מת רבך או מכרך לישראל או נתנך במתנה או עשאך בן חורין וכן כהן שהיה אוכל בתרומה ונודע שהוא בן גרושה או בן חלוצה רבי אליעזר מחייב קרן וחומש ורבי יהושע פוטר היה עומד ומקריב על גבי המזבח ונודע שהוא בן גרושה או בן חלוצה רבי אליעזר אומר כל הקרבנות שהקריב על גבי המזבח פסולין ורבי יהושע מכשיר נודע שהוא בעל מום עבודתו פסולה:

Caput 8. Si fœminæ dum primitiis vescitur allato nuncio sic dictum sit; *Obiit*, vel *Te expulit maritus:* Atque ita si servo dum primitiis vescitur allato nuncio sic dictum sit; *Obiit dominus tuus*, vel *Israelita te vendidit*, vel *Dono dedit*, vel *Liberum te fecit*: Atque ita si Sacerdoti dum primitiis vescitur innotescat, se matre natum, quæ repudiata fuerat, vel quæ leviro calceum solverat; R. Eliezer sortis & quintæ condemnat: R. Josua absolvit. Si eidem, dum adstat altari sacra reddens, innotescat se matre natum, quæ repudiata fuerat, vel quæ leviro calceum solverat, R. Eliezer existimat oblationes omnes quas altari 1eddidit inutiles fieri: R. Josua utiles arbitratur. Si constet se vitio affectum, cultus ejus inutiliter cedit.

R. OB. DE BARTENORA.

האשה *fœmina*, filia Israelitæ sacerdoti nupta. מת רבך *obiit magister tuus*, hæredem relinquens filium filiæ suæ ex Israelita prognatum, aut filiam suam Israelitæ nuptam.

בן גרושה ובן חלוצה *filius repudiatæ, aut ejus quæ leviro calceos exuit*, qui non admittendus est ad comestionem oblationis Trumæ. *R. Eliezer condemnat eum summæ capitalis, & quintæ*, nec non omnes hic memoratos. *R. Jehoschua liberat*, in Gemara exponitur hoc ipsum tantum intelligendum esse de eo qui comedit oblationem Trumam fermentatam vesperi Paschatis, quia tempus & hora urgent ad removendum fermentum oblationis Trumæ; decisio est juxta R. Jehoschuam.

רבי יהושע מכשיר *R. Jehoschua legitimum reddit*, quia dicitur Deut. 33:11. ברך יהוה חילו ופועל ידיו תרצה. Quod etiamsi de sacerdote profanato dictum sit, tamen opera manuum ejus accepta esse vult. נודע שהוא בעל מום עבודתו פסולה *si innotuerit ipsi quod vitio laborat, cultus ejus est illegitimus*, etiam juxta R. Jehoschuam, quia scriptum est Num. 25:12. את בריתי שלום, quando fuerit perfectus, at non imperfectus is qui offert; decisio est juxta R. Jehoschuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum est hanc fœminam esse filiam Israelitæ sacerdoti nuptam. Quod vero dicit ואמרו לו מת רבך *& dixerint ipsi, obiit magister tuus*, vult, quia magister ejus reliquit hæredes qui servo non concedunt ut de oblatione Truma comedat; ut, si reliquerit filiam Israelitæ nuptam, aut, si reliquerit filios quod ad sacerdotium profanatos; *R. Jehoschua liberat*, quod tantum de oblatione Truma fermentata vesperi Paschatis intelligit, cujus tempus urget. Et dixit Deus, de sacerdotibus Deut. 33:11. ברך יהוה חילו ופועל ידיו תרצה, & dixerunt, *de eo qui de sacerdotio profanatus, opera manuum ejus acceptabis*, propterea profanati cultus est legitimus; at vitio aliquo affecti cultus non est legitimus, quia dicit Levit. 21:21. כל איש אשר בו מום לא יגש; decisio est juxta R. Jehoschuam.

ב וכולם שהיתה תרומה בתוך פיהם רבי אליעזר אומר יבלעו ורבי יהושע* אומר יפלוטו אמרו לו נטמאת ונטמאת תרומה רבי אליעזר אומר יבלע ורבי יהושע אומר יפליט טמא היית וטמאה היתה תרומה או נודע שהוא טבל ומעשר ראשון שלא נטלה תרומתו ומעשר שני והקדש שלא נפדו או שטעם טעם פשפש לתוך פיו הרי זה יפלוט :

2. Atque eos omnes, si primitias in ore habuerint, R. Eliezer deglutire jubet, R. Josua excreare. Si cui dictum sit, *Polluere*, vel *Polluuntur primitiæ*, R. Eliezer deglutire jubet, R. Josua excreare. *Dudum pollutus es*, vel *polluta sunt primitiæ*; vel si constat rem *quam mandit* illibatam esse, vel de decimis primis quarum primitiæ nondum ablatæ, vel de decimis secundis réve consecrata nondum redemtis, vel si gustum cimicis in ore perceperit, hic vero excreabit.

R. OB. DE BARTENORA.

וכלם *& hi omnes*, servus, & fœmina, qui in principio comederunt cum permissione, de illis R: Eliesér dicit, ut deglutiant; sed de filio ex matre repudiata nato, aut de filio cujus mater calceum exuit, qui nunquam cum venia comederunt; concedit R. Eliesér ut excreet ex ore, æque ac is de quo dixerunt, *pollutus es*, aut *polluta est oblatio Truma tua*, antequam eam in os ingessisset, in quo casu R. Eliesér concedit licere excreare. פשפש *cimex*, est vermis ingratissimum habens odorem quando dentibus commolitur, & invenitur in parietibus, ac lectis, Arabicè vocatur בקי; decisio est juxta R. Jehoschuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod R. Eliesér dicit יבלעו *deglutiant*, vult, ut deglutiat & conjungat eo quod deglutivit cum eo quod comedit post mortem, aut post repudium, aut de omnibus quæ dicta sunt, & solvet omnia cum additamento quintæ, uti vult R. Eliesér. יפלוטו *excreet*, exspuat de ore suo. פשפש *cimex*, est species vermium rotundorum rubicundorum, instar lentium, & admodum contempti sunt, qui Arabicè vocantur בקי. Scopus vero horum est, si in ore ipsius inveniatur res quæ inhibet comestionem ejus quod habet in ore, propter spurcitiem; decisio est juxta R. Jehoschuam.

ג היה אוכל באשכול ונכנס מן הגנה לחצר ר׳ אליעזר אומר יגמור ורבי יהושע* אומר לא יגמור חשיכה לילי שבת רבי יהושע אומ׳ יגמור ור׳ אליעזר אומר לא יגמור :

3. Si quis dum uvam comedit, ex 1 horto in atrium ingressus sit, R. Eliezer reliquam peredere permittit, R. Josua vetat. Si obortis tenebris ingruat nox Sabbati, 2 R. Eliezer reliquam peredere permittit, R. Josua vetat.

R. OB. DE BARTENORA.

היה אוכל באשכול *si comederit botrum*, si evulserit quis botrum de vite alicujus horti, & comederit de illo usque dum intraverit atrium, quod destinatum est decimis; & etiamsi sit esus accidentalis, tamen prohibitus est, nisi oblatio Truma & decimæ separatæ fuerint. *R. Eliesér dicit, comedat reliquum*, comedet in horto quando decimaverit. חשיכה לילי שבת *obortis tenebris noctis sabbati*, & comederit fortuito, nam sabbatum etiam destinat decimas, & etiamsi comederit ex accidenti, nihilominus interdictum est. יגמור *reliquum comedet*, exeunte sabbato, at in ipso sabbato, comedit quod non licet. לא יגמור *non comedet reliquum*, nisi decimaverit, ne quidem in exitu sabbati; decisio est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tenemus pro fundamento, quod Tébhel sive res illibata, non tenetur de decimis nisi dum faciem domus intuetur, uti scriptum est Deut. 26: 13. בערתי קדש מן הבית; sed omnes fructus qui comeduntur in hortis, aut in agro, non obligantur de decimis, quia ibi esus est accidentalis. Aliud etiam fundamentum tenemus, quod sabbatum determinat decimationem, & interdictum est esu accidentali comedere rem illibatam in sabbato, quia simul ac intraverit sabbatum omnia ad comedendum sunt parata, & obligatur homo de decimis, uti scriptum est Jesaiæ 58: 13. וקראת לשבת עונג nam sabbato omnia sunt parata ad edendum, & bibendum; sed omnia hæc etiam exponentur in tractatu Maaserot. *R. Eliesér, dicit comedat reliquum*, exponitur statim hoc sensu, quando ex atrio se voluerit conferre, comedet quod restat, at in ipso atrio non licet ipsi comedere reliquias; sic etiam id quod R. Jehoschua dicit, *comedat reliquias*, vult, relinquendum esse id quod restat usque ad exitum sabbati, quo rem perficiet, at in ipso sabbato non licet comedere reliquias; & quod ambo magistri dicunt non comedet reliquum, vult, non comedet id quod restat nisi decimaverit; decisio in duobus casibus est juxta R. Jehoschuam.

GUISIUS. 1 *Horto.*] Fructus ex horto decerptos illibatos comedere licet. Sed si domum delati sint, vel Sabbatum superveniat, amplius comedere non licet citra decimationem. 2 *R. Eliezer.*] Alii codices hic habent *R. Josua*, & mox *R. Eliezer*: sed contra fidem MS. & Talmudis Hierosolymitani, & Gemaræ Babylonicæ, Betza 35. *a.*

ד יין של תרומה שנתגלה ישפך ואין צריך לומר של חולין ג׳ משקין אסורין משום גלוי המים והיין והחלב ושאר כל המשקין מותרין כמה ישהו ויהיו אסורין כדי שיצא הרחש ממקום קרוב וישתה :

4. Vinum primitium quod apertum manserit, effunditor. Idem de profano dicere non opus est. Tres liquores illiciti fiunt propter retectionem, aqua, vinum, lac: reliqui omnes liciti. Quamdiu manere debent, ut fiant illiciti? Eatenus dum reptile ex vicino latibulo prorepens bibere poterit.

R. OB. DE BARTENORA.

ישפך *effunditor*, nam hic non est interdictum de perditione oblationis Trumæ, quia interdictum est bibere vinum, quoniam fieri potuit ut de eo serpens biberit.

ושאר כל המשקין מותרים *& omnes liquores reliqui sunt liciti*, quia serpens non bibit de illis, sed mel, muria, & falsugo,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, ob quam vetuere unum ex tribus illis liquoribus bibere, quando detecti fuerint, hæc est, quia in iis vitæ periculum continetur, eo quod serpens, aut scorpio forsan ex illis biberit, aut alia reptilia venenata, undè periclitabitur, ac morietur qui inde biberit, quia animalia suum immisere venenum in

fugo, & allium contusum, hæc omnia Gemara dicit interdicta cum aperta sunt, quia reptile de illis bibit.

כמה ישהו *quamdiu maneant*? quamdiu manebunt detecta. רחש est id quod נחש *serpens*, vel *reptile*, quia vero ventre incedit vocatur רחש, non incedens pedibus. ממקום קרוב *é loco propinquo*, exponunt id intelligendum esse quatenus prorepere potest desubter vas aliquod, & bibere, ac redire in antrum suum.

in illos liquores; at ea conditione ut aquæ illæ sint quietæ, & vinum non coctum; sed vinum coctum & aquæ fluentes, aut guttæ stillantes, quia non quiescunt, non sunt de retectione suspecta, quia reptilia venenata illa ad istiusmodi liquores non solent appropinquare.

ממקום קרוב *é loco propinquo*, id exponunt hoc sensu, ut, si serpens desubter foramine vasis prorepens, bibat, & redeat ad locum suum; præterea in Gemara exponunt, quod mel, muria, salsugo piscium, & allium contusum, interdicta sunt, si fuerint detecta, & propterea suspecta propter animalia venenum emittentia. His vero liquoribus, quando vetantur propter detectionem, interdictum est ullo modo uti; neque eos bestiis apponere bibendos, neque iis lavare manus, aut pedes, aut cum iis miscere cœnum, vel quicquid fit.

ה שיעור המים המגולין כדי שתאבד בהם המרה רי יוסי * אומר בכלים כל שהן ובקרקעות מ׳ סאה:

5. Aquæ apertæ 1 ea esse debet mensura, ut in ea virus dilutum pereat. Quantacunque in vasis existat, R. Joses illicitam ducit: in fundis ad quadragena sata.

R. OB. DE BARTENORA.

שיעור המים *mensura aquarum*, qua aquæ vetantur propter detectionem. כדי שתאבד בהן מרה *si tanta fuerit copia ut pereat in ea venenum*, si tanta sit aquæ copia ut diffusum in ea serpentis venenum pereat, & corrumpatur, tum non subjicitur interdicto detectionis; nam illi etiam cognoverunt tunc temporis quantum serpens una vice vomit.

בכלים כל שהן *in vasis quantacunque illa fuerint*, etiamsi fuerint multa, nihilominus subjiciuntur interdicto detectionis, si aquæ fuerint in vasis.

בקרקעות ארבעים סאה *in fundis quadraginta sata*, usque ad quadraginta sata obtinet in iis interdictum detectionis, Sed si major sit copia non obtinet interdictum detectionis, quia, venenum in illis perit; decisio non est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מרה notat venenum quod serpentes ex ore vomunt, dicit autem hoc loco, si tanta sit aquæ copia ut diffusum in ea venenum pereat, non habeatur de detectione suspecta; at si tam pauca fuerit aquæ copia, ut veneno omnino inficiatur, tum habeatur de retectione suspecta. R. Jose autem dicit, quando aquæ continentur in vasis, etsi magna fit earum copia, nihilominus eas esse interdictas, si apertæ sint; quando autem fuerint in fundis, usque ad quadraginta sata. Sed si plus fuerit quam quadraginta sata, non habentur de retectione suspectæ; & scitu necessarium est, quod detectionis curam habemus, tam de die quam de nocte; decisio non est juxta R. Jose. Et flumen quod continuo fluit cujuscunque mensuræ non subjicitur interdicto detectionis, quia venenum in eo perit. Quemadmodum igitur aquas apertas non licet bibere, ita nec licet eas bestiis apponere bibendas, neque ullo modo se iis lavare, neque miscere cum iis lutum, neque iis uti quocunque modo.

GUISIUS. 1 *Ea esse debet mensura.*] Ut non habeatur illicita.

ו נקורי תאנים וענבים וקשואין והדלועים והאבטיחי והמלפפנות אפילו הם ככר אחד גדול ואחד קטן אחד תלוש ואחד כחובר כל שיש בו ליחה אסור ונשוכת הנחש אסורה מפני סכנת נפשות:

6. Ficus, uvæ, cucumeres, cucurbitæ, melones, melopepones rosione cavati, si vel 1 pulvillum magnitudine exæquent, imo sive grandes sive parvi, sive avulsi sive fundo hærentes, quicunque humorem intus habent, esu illiciti sunt. Atque ita etiam 2 quod à serpente morsum, illicitum propter vitæ periculum.

R. OB. DE BARTENORA.

נקורי תאנים *foramina ficuum*, ficus in quibus apparent foramina, & arrosiones, illicitæ sunt, quia fieri potuit ut serpens eas arroserit & suum in eas emiserit venenum.

אפילו הם ככר *etsi sint instar panis*, etsi sint majores, & arrosiones serpentum inveniantur ab uno latere, non dicet, *Serpens arrosit ab uno latere, sed ego comedam ab alio latere.*

כל שיש בו ליחה *quæcumque in se humorem continent*, tum venenum se miscet cum humoribus, sed in rebus siccis licet excidere erosas partes, & comedere quod restat. ונשוכת הנחש *& quod morsum a serpente*, animal à serpente morsum illicitum est si mactetur, quia venenum totum illius penetravit corpus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נקורי תאנים *foramina ficuum*, intellige fructus quos serpentes perforarunt. אבטיחין *melones*, Arabicè בטיך vocantur. אפילו הם ככר *etiamsi sint instar panis*, sensus est, etiamsi fructus tam magni sint quam panis quem unus comedere nequit.

ונשוכת הנחש אסורה *& quicquid arrosum est à serpente illicitum est*, sensus est, quodcunque animal à serpente morsum non licet mactare, vel quamcunque avem jugulare, & comedere de eorum carne, quandoquidem fieri potuit ut venenum omnes totius animalis partes penetraverit, ut moriatur quicunque de illa carne venenata comederit.

GUISIUS. 1 *Pulvillum.*] Vel cadum; nam MS. ככר. 2 *Quod à serpente morsum.*] Caro animalis ὀφιοδήκτυ.

ז המשמרת של יין אסורה משום גלוי רבי נחמיה מתיר:

7. Colum vinarium illicitum fit, si apertum relinquatur. R. Nehemias licitum ducit.

R. OB. DE BARTENORA.

משמרת *reconditorium vini*, vel *saccus colatorius*, etsi vas inferius colo tectum sit, nihilominus subjicitur inter-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משמרת *reconditorium vini*, notum est: dicit autem hoc loco, si colaverit vinum de uno vase in alterum, & colum fue-

interdicto defectionis, quia venenum penetrat colum, procedens in inferiorem vasis partem. *R. Nehemia licitum dicit*, quia venenum non penetrat; sed decisio non est juxta R. Nehemiam.

fuerit supra os vasis in quo calaverit vinum, illud vinum esse illicitum propter detectionem, etsi colum id tegat, quia dicimus, fieri posse ut serpens emiserit venenum in vinum quod erat in colo, & descenderit vinum in vas secundum. R. Nehemia dicit, venenum relinqui in colo, & non descendere in vas, quia partes ejus conjunctæ sunt, easque non ascendere supra foramina colo, quoniam se ita solet habere venenum serpentis: decisio non est juxta R. Nehemiam.

ח חבית של תרומה שנולד בה ספק טומאה
רי אליעזר אומר אם היתה מונחת במקו' תורפה
יניחנה במקום המוצנע ואם היתה מגולה יכסנה
ורבי יהושע אומר אם היתה מונחת במקום מוצנע
יניחנה במקום תורפה ואם היתה מכוסה יגלנה רבן
גמליאל אומר אל יחדש בה דבר :

8. Dolium primitiarum cui recens oborta sit dubia immundities, R. Eliezer, si repositum fuerat loco impuro, casto loco reponendum censet; & si apertum fuerat, tegendum. R. Josua, si repositum fuerat loco casto, impuro reponendum vult; & si opertum fuerat, retegendum. Rabban Gamaliel quidquam omnino innovari vetat.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק טומאה *dubium impuritatis*, si duo sint dolia in potestate loci privati, quorum unum attigit serpens, at latet ipsum quodnam attigerit, tum ambo tenentur de dubio impuritatis. מקום תורפה est locus communis, & pollutionibus & rerum corruptioni obnoxius.

יניחנה במקום מוצנע *reponat in locum occultum*, de quo Lex monuit Num. 18. 8. את משמרת תרומתי, ubi de duabus oblationibus Trumis fit mentio, nimirum de pura, & ea quæ dubia est quoad ad impuritatem, sed ambæ custodiendæ sunt.

R. Jehoschua dicit, si positum fuerit in loco custodito, reponendum in communi, quia vox illa תרומתי sine vav scribitur, notans in singulari *Trumam meam*, אל יחדש בה דבר *ne innovato in eo quicquam*, quia non est necesse ut custodiat, & quia etiam vetitum est ipsi in impuritatis causa esse; decisio est juxta Rabban Gamaliel.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si certo constiterit dolium esse pollutum, effundendum est; תורפה notat locum vilem, variis accidentibus ac pollutionibus expositum; מוצנע vero notat locum occultum, in quo nonnullæ res custodiuntur, quæ non expositæ sunt pollutionibus, nisi extra ordinem. R. Eliezer dicit, necesse esse ut custodiamus istiusmodi dolium, ne quis id attingat, & perdat propter impuritatem dubiam quæ continetur in eo; at hoc non licet facere nisi certo constiterit impuritas dolii; sed R. Jehoschua contrarium statuit, dicens dolium relinquendum esse pollutionibus, aliisque accidentibus, ut effundatur ob alias causas potius, quam propter impuritatem dubiam; decisio est juxta Rabban Gamalielem.

ט חבית שנשברה בגת העליונה והתחתונה
טמאה מודה ר' אליעזר ורבי יהושע שאם יכול להציל
ממנה רביעית בטהרה יציל ואם לאו רבי אליעזר
אומר תרד ותטמא ואל יטמאנה בידיו :

9. Effracto dolio in superiore torcularis parte cum pars inferior polluitur, R. Eliezeri & R. Josuæ convenit, quod si quartarius inde eripi potest salva munditie, eripi debet. Sin vero, R. Eliezer ait, diffluere sinitor & pollui; 1. ne autem manibus polluitor.

R. OB. DE BARTENORA.

בגת העליונה *in torculari superiori*, est locus in quo exprimunt. התחתונה est inferior fovea quæ est in torculari, in quam diffluit vinum. טמאה *immunda*, in qua profana impura fuerunt, & apta in tempore suo si possessor pollutus sit; aut apta ei qui profana non comedit in puritate; si vero inciderit oblatio Truma, fit immundum indè miscellaneum, quod sacerdoti ineptum est. אם יכול להציל ממנה רביעית *si indè poterit eripere quartarium*, si alia vasa conquirere poterit ad excipiendum vinum, & quartarium cum puritate eripere, antequam omne vinum diffluat, & polluat; eripiat; etiamsi enim, interea dum vasa conquisiverit, descendat quicquam de oblatione Truma in profanum quod inferius est, & profanum pereat, tamen non polluet oblationem Trumam manibus ad eripiendum profanum, si indè eripere poterit quartarium Logi cum puritate, utpote rem æstimatam; Si vero non invenerit vas purum, & tandem omnia in impuritate deprehensa fuerint, in eo controversia est; nam R. Jehosua putat, quod manibus suis illud vas polluat inter eripiendum id quod profanum est, uti Mischna undecima sequenti, in principio ועל זו אומר רבי יהושע. Sed R. Elieser putat, etsi in fine vasa omnia invenerit impura, nihilominus vinum manibus ejus non pollui, quando profanum eripit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dolium hoc intelligi debet de dolio ablationis Truma: & quod dicit ואל יטמאנה בידיו *ne polluat manibus*, vult, ne adjuvet quando vinum diffluit ad inferiorem torcularis partem, quæ impura est; sed relinquat illud ac effundat quocumque in loco voluerit; decisio non est juxta R. Elieser, sed juxta R. Jehosua.

GUISIUS. 1. *Ne autem manibus polluitor.*] Id est, ne quis, dum minimam quamvis portiunculam eripere conatur, id agat, ut citius diffluat, adeoque manu pollutionem promoveat.

י וכן חבית של שמן שנשפכה מודה ר"א ורבי
יהושע שאם יכול להציל ממנה רביעית בטהרה
יציל ואם לאו רבי אליעזר אומר תרד ותבלע ואל
יבלענה בידיו :

10. Atque ita effuso olei dolio, convenit R. Eliezeri cum R. Josua, quod si quartarius inde eripi potest salva munditie, eripi debet. Sin vero, R. Eliezer ait, diffluere sinitor & exorberi; ne autem manibus id agatur, ut exorberi possit.

R. OB. DE BARTENORA.

Sic etiam quod ad dolium olei effusi puri, quod totum ad perniciem tendit, hic controversia est, uti supra; loquitur hic de oleo שנשפכה *quod effusum est*, at non ita dicit de vino, quia de dolio olei quod fractum est in superiori torculari, & in inferiori torculari, profanum impurum est, in eo R. Eliefer & R. Jehoschua conveniunt, ut, si poterit quartam Logi partem eripere, eripiat; si vero non, sinat ut diffluat, & non polluat manibus, quia oleum illud aptum est ut incendatur, non attendens ad exiguum illud damnum; at de vino non sunt contrarii, nisi quando in torculari inferiori fuerit minus quam centum partes profanæ, quando omne profanum fit miscellaneum; sed si centum fuerint partes profanæ, omnes concedunt oleum manibus non esse polluendum, quia in eo non patitur damnum, quia Truma ascendit in uno & centum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם יכול להציל ממנה רביעית בטהרה *si poterit eripere quartarium cum puritate*, sensus est, si poterit quartarium eripere cum puritate, ut manus ejus & vasa sint pura, etiamsi operam suam præstet reliquis in impuritate, nihilominus id ipsi licet quando quartarium Logi eripit; sed si operam suam præstiterit ad polluendum, & perdendum id quod è vase effunditur, non eripiens quicquam, aut eripiens minus quam quartarium, non licet, juxta opinionem R. Elieseris. תבלע *absorbeat*, demittendo se in solum; decisio non est juxta R. Eliefer.

יא ועל זו ועל זו אמר רמי יהושע לא זו היא תרומה שאני מוזהר עליה מלטמאה אלא מלאכלה: ובל תטמאה כיצד היה עובר ממקום למקום וככרו של תרום יבידו אמ׳לו עכום תן אחת מהן ואטמאה ואם לא הרי אני מטמא את כולם (ס״א כולן) ר׳ אליעזר אומר יטמא את כלם (ס״א כולן) ואל יתן לו אחת מהן ויטמ׳ ר׳ יהושע אומ׳ יניח לפניו אחת מהן על הסלע :

11. De horum utroque R. Josua sic dicit; Hæ non sunt primitiæ illæ, de quibus ego præmonitus sum ne polluam, sed ne iis vescar. Interdictum autem de non polluendo 1 sic est. Si quem de loco in locum profectum, qui panes primitios secum portat, sic jusserit alienigena, *Unum ex illis mihi dede, ut polluam, sin vero, equidem omnes polluam:* R. Eliezer omnes pollui mavult, quam ut unum dedat polluendum. R. Josua jubet unum aliquem coram eo supra petram exponere.

R. OB. DE BARTENORA.

על זו ועל זו *de utroque*, de eo cujus causa dubium impuritatis obortum est, & de eo quod ad perniciem tendit, dixit R. Jehoschua, quod non præmonitus est de impuritate eorum; at id, de quo homo monitus est, ne polluat, quomodo se habet? *si proficiscatur de loco in locum &c.* R. Jehoschua dicit, deponat unum supra petram coram eo, ne reliquis impuritatem inferat, & illum etiam supra petram deponat, quem gentilis polluerat, ne ipsi in manus tradat, nec Israelita polluat illum panem manibus suis; decisio est juxta R. Jehoschua.

GUISIUS. 1. *Sic est.*] MS omittit כיצד, atque ita Talmud Hierosolymitanum. Si id retinere velis, sic verte; *quomodo se habet?*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ובל תטמאה *ne polluas eam*, id est, ne intentionem polluendi habeas; sed operam tuam adhibeas postquam effusum fuerit dolium, uti licet; decisio in his omnibus est juxta R. Jehoschuam.

יב וכן נשים שאמרו להם עכ״ום תנו אחת מכם ונטמאה ואם לאו הרי אנו מטמאים את כולכם יטמאו את כלן ואל ימסרו להם נפש אחת מישראל :

12. Similiter fœminæ, si illis sic dixerint gentiles, *Deditote nobis unam aliquam vestrum polluendam, sin vero, nos utique vos omnes polluemus:* polluntor omnes potius quam ut dedant illis animam unam ex Israele.

R. OB. DE BARTENORA.

תנו לנו אחת מכם *tradite nobis unam vestrum*, si vi ad eas accedere velint. יטמאו כלן *polluuntor omnes*, quia non licet unam animam pro alia periculo exponere, in hoc conveniunt R. Eliefer & R. Jehoschua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnes in hoc conveniunt; & R. Jehoschua non contradicit; sic etiam in istiusmodi aliis omnibus.

פרק ט הזורע תרומה שוגג יופך ומזיד יקיים אם הביאה שליש בין שוגג בין מזיד יקיים ובפשתן מזיד יופך :

Caput. 9. Qui primitias imprudens severit, vertito; data opera, adolescere patitor. Si tertia ex parte incrementum ceperint, sive imprudens severit, sive data opera, adolescere patitor. At qui linum data opera sevit, vertere tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

הזורע תרומה שוגג יופך *qui oblationem Trumam severit ex ignorantia, vertito*, iterum obarato terram ne crescat semen, sed destruatur funditus, eo quod non refert etsi Truma pereat. Sed si de industria severit, conservato; nam si nomen

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licet terram vertere aratro, & perdere semen quod seminatum est; si vero de industria id fecerit, *conservato*, id est, tenetur id relinquere ut crescat, id autem quod excreverit habebitur sine dubio oblatio Truma; si vero semen oblationis

men oblationis Trumæ ipſi agro impoſuit, unde apparet ac ſi ſemen oblationis Trumæ perdere velit; ſed ſi jam tertia pars excreverit, etſi ex ignorantia ſeverit, conſervato; quia interdictum eſt ſinere ut oblatio Truma pereat.

ובפשתן מזיד יופך *ſi linum de induſtria ſeverit, vertito*, etſi tertia pars excreverit, ne ex cannis capiat utilitatem, & cogitet ſemen hoc eſſe tantum Trumam, & vetitum quod ad uſum ejus; nam præcipuum fundamentum interdicti de lino eſt propter cannas ejus, non autem propter ſemen, quia e cannis venit maxima copia lini, & non e ſemine, ſive culmis.

nis Trumæ quod ſevit, fuerit ſemen lini, vertet terram quantum poterit, & non ſinet ut creſcat, ea de cauſa ne ex lignis aliquam capiat utilitatem; & ut ſibi in animum inducat quod illud ſemen illicitum eſt, & quod in oblationem Trumam mutatur; at ligna ſive cannæ habentur palea.

ב וחייבת בלקט ובשכחה ובפיאה ועניי ישראל ועניי כהנים מלקטים ועניי ישרא׳ מוכרין את שלהם לכהנים בדמי תרומה והדמים שלהם ר״ט אומר לא ילקטו אלא עניי כהנים שמא ישכחו ויתנו לתוך פיהם אמר לו רבי עקיבא אם כן לא ילקטו אלא טהורים :

2. Proventus autem tenetur ad ſpicilegium, prætermiſſum, & angulum: atque pauperes Iſraelitæ, & pauperes Sacerdotes legere poſſunt. Pauperes autem Iſraelitæ quod ipſi legerunt, Sacerdotibus vendere debent juxta primitiarum valorem, & pretia illis cedunt. R. Tarphon alios legere vetat præter pauperes Sacerdotes, ne forte per oblivionem ad os ſuum referant. Dixit illi R. Akiba, Si ita, nec alii legere debent, quam qui mundi ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

בדמי תרומה *pretio oblationis Trumæ*, quia id quod de oblatione Truma crevit, iis qui non ſunt ſacerdotes interdictum eſt.

לא ילקטו אלא עניי כהנים *non colligunt niſi ſacerdotes pauperes*, quia metuendum ne pauperes inter colligendum ori ingerant.

לא ילקטו אלא טהורים *non niſi puri colligent*, quia ſacerdoti immundo interdicta eſt oblatio Truma; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Notum eſt quod quemadmodum oblatio Truma interdicta eſt Iſraelitæ, ſic etiam ſacerdoti immundo ſit interdicta, quia res ſancta eſt; at interdictum eſt immundo comedere rem ſanctam; deciſio eſt juxta R. Akibam.

ג וחייבת במעשרות ובמעשר עני ועניי ישרא׳ ועניי כהנים נוטלים ועניי ישראל מוכרין את שלהם לכהני׳ בדמי תרומה והדמים שלהם החובט משובח והדש כיצד יעשה תולה כפיפות בצוארי בהמה ונותן לתוכן מאותו המין נמצא לא זומם את הבהמה ולא מאכיל את התרומה :

3. Tenetur etiam ad decimas, & ad decimas pauperum, quas pauperes Iſraelitæ pariter & Sacerdotes pauperes ſumant. Pauperes autem Iſraelitæ ſuam partem Sacerdotibus vendant juxta primitiarum valorem, & pretia illis cedant. Flagellis excutere optimum eſt: ſi quis vero triturare malit, quomodo faciet? Corbes appendat collo jumenti, atque indat frumentum ejuſdem generis: ita nec jumento os obſtrinxerit, nec primitias in pabulum dederit.

R. OB. DE BARTENORA.

וחייבת במעשרות *& tenetur de decimis*, de decimis primis, & ſecundis, nec non oblatione Truma. ובמעשר עני *& de decimis pauperis*, ſi fuerit annus tertius aut ſextus ab Anno Remiſſionis, in quibus decimæ pauperum ſunt in uſu. החובט *qui excuſſerit*, ſupple incrementa illa oblationis Trumæ משובח *laudandus eſt*, quia non tenetur obturare os jumenti quod triturat, quoniam non licet oblationem Trumam jumento relinquere comedendam, niſi fuerit jumentum ſacerdotis.

מאותו המין *de eadem ſpecie*, de profano, ſi fuerit triticum, de tritico, ſi hordeum, de hordeo. נמצא לא זומם *fiet ut nec jumento obturaverit os*, quia de eadem ſpecie comedit. ולא מאכיל את התרומה *neque oblationem Trumam comedendam apponet*, quia jumentum comedit de profano quod continetur in caniſtro collo ejus appoſito.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quemadmodum pauperes Iſraelitæ decimas ſuas ſacerdotibus vendant, ſic etiam Levitæ decimas ſuas ſacerdotibus vendant.

בדמי תרומה *pretio oblationis Trumæ*, verbi gratia, ſi menſura tritici valuerit Zuzam, plus dandum eſt de tritico oblationis Trumæ quam menſura quæ valuerit Zuzam, quia non convenit ut illa ab unoquoque comedatur.

החובט משובח *qui excuſſerit laudandus eſt*, ſi excuſſerit flagellis; ſi vero jumento voluerit excutere illud ſemen, ſumat unum caniſtrum tritici profani; ſi triticum, aut hordeum trituraverit, appendat illud ori jumenti, ut tempore triturationis de eo comedat, eo quod interdictum eſt ipſi obturare os jumenti triturantis, uti ſcriptum eſt Deut. 25: 4. לא תחסום שור בדישו, ſed non licet bovem immittere in ſemen oblationis Trumæ ut comedat de frumento, niſi fuerit bos ſacerdotis.

ד גדולי תרומה תרומה וגדולי גדולין חולין אבל הטבל ומעשר ראשון וספיחי שביעית ותרומת חוצה לארץ והמדמע והבכורים גדוליהן חולין גדולי

4. Quod naſcitur ex primitiis, pro primitiis habetur; & quod indidem naſcitur, profanum æſtimatur. Verum quod naſcitur ex re illibata, ex decimis primis, ex reſtibilibus anni ſeptimi, ex primitiis frugum extranearum, ex re primitiis infecta, ex primitivis, profanum eſt. Quod naſcitur

גדולי הקדש ומעשר שני חולין ופודה אותם בזמן זרעם :

scitur ex re consecrata & ex decimis secundis, profanum est. illa autem redimunt tempore sementis.

R. OB. DE BARTENORA.

גדולי תרומה תרומה *incrementa oblationis Trumæ habentur oblatio Truma*, ex institutione Sapientum, qui hoc fecere decretum propter oblationem Trumam immundam in potestate sacerdotis, ne detineat eam in potestate sua priusquam advenerit sementis, ut eam ferat, & eo modo impingat, propterea decreverunt quod incrementa oblationis Trumæ habenda sint oblatio ipsa Truma.

גדולי גדולין חולין *incrementa incrementorum profana*, si incrementa illa iterum severit, incrementa eorum sunt profana. טבל *res illibata*, ejus incrementa sunt profana, quia major pars ejus est profana. מעשר ראשון *decimæ primæ*, quia maxima earum pars etiam profana est. ספיחי שביעית *sponte renascentia anni septimi*, quia illa non sunt ordinaria, nec singulis annis renasci solent. תרומת חוצה לארץ *oblatio Truma extranea*, quia illa quoque non est tam ordinaria ut Truma terræ Israelis. המדומע *miscellanea*, quia maxima eorum pars profana est. הבכורים *primitiæ*, quia non nisi in septem illis speciebus venire solent. *Incrementa rerum sanctarum & decimarum secundarum sunt profana*, si severit ex iis unum satum quod auctum fuerit in ne ulta sata, illa habentur profana etiam in istiusmodi frugibus quarum semen non consumitur. ופודה אותם בזמן זרעם *& redimi possunt tempore sementis*, redimet totum canistrum pretio illius sati.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis severit oblationem Trumam, id quod indè creverit etiam habetur oblatio Truma; si vero severit id quod secunda vice crevit, illud incrementum est profanum: est enim incrementorum incrementum; hoc porro decretum continetur inter octodecim illa quæ decreverunt eodem die, uti exponitur in principio tractatus Shabbat.

ספיחי שביעית sunt stirpes quæ anno septimo sponte renascuntur, ex seminibus quæ sata sunt anno præcedenti; sed exposuimus hanc vocem aliquoties, ut non opus sit quicquam addere.

ה מאה לגנה של תרומה ואחת של חולין כולן מותרין בדבר שזרעו כלה אבל בדבר שאין זרעו כלה אפילו מאה של חולין ואחת של תרומה כלן אסורין :

5. Si inter centenas 1 liras primitiis consitas, unica sit frugum profanarum, universæ licitæ censentur in re cujus semen perit. In re autem cujus semen non perit, si vel inter centenas frugum profanarum unica existat primitiarum, omnes illicitæ fiunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מאה לגנה של חולין *centum areolæ sativæ de profano*, si campus per areolas fuerit satus, & in eo fuerint centum areolæ oblationis Trumæ, & una de profano, & nesciverit quænam areola fuerit profana.

כולן מותרין *omnes sunt licitæ*, nam levior hæc est conditio qua allevarunt in incrementis oblationis Trumæ, quod una areola sativa de profano licitas reddit areolas multas de re cujus semen consumitur, sed in re cujus semen non consumitur, una de oblatione Truma illicitas reddit centum de profano, quia id quod terræ adhæret non ascendit in centum & uno.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לגנה est nomen agri sati; dicit hic si una areola fuerit sata semine profano, & centum areolæ oblationis Trumæ, & nesciverit quænam areola sata fuerit de oblatione Truma, eas omnes esse licitas si fuerit res cujus semen corrumpitur; at si fuerit res cujus semen non corrumpitur, eas omnes esse illicitas, & non judicari juxta jus miscellaneorum, quia oblatio illa Truma est, & non mixta cum profano.

GUISIUS. 1 *Liras*.] Maimonidi לגנה est אסם למוצע מזרוע מן אארץ *nomen spatii alicujus soli quod frugibus obseritur:* & in commentario pro eo substituit Arabicum רקעה *areolam*. R. Tanchumo significat אלכט אלדי יכטה אלחראת *sulcum ab aratro proscissum*. Addit ita etiam Arabice denotare לגנה. Sed id apud Lexico-graphos Arabas non reperio. Duntaxat Mohammedes Phiruzabadius اللجنة exponit الجماعة يجتمعون في الامر ويرضونه *cœtum hominum, quibus convenit de eadem re eamque gratam habent*. Metaphora fortean ab ordinata frugum serie in arvo. Huc autem facit, quod in Chaldæo Paraphraste Esai. XXVIII. 25. in Bibliis Hispanicis legitur הא כורעי חטין על לגנין, *ut serunt triticum in liris*: melius multo quam quod alii codices præferunt, על בייר *in loco inculto*; neque enim quisquam elegerit triticum loco inculto serere, neque id patitur loci sensus. Lexicographi autem Elias & Aquinas על לגנין afferunt ex hoc loco. Elias etiam addit, se nescire quid significet.

SURENHUISIUS. *Res quarum semen non corrumpitur*, sunt Lopus, allium cepæ, videsis in fine sequentis Misnæ.

ו הטבל גדוליו מותרין בדבר שזרעו כלה אבל בדבר שאין זרעו כלה גדולי גדולין אסורין איזהו דבר שאין זרעו כלה כגון הלוף והשום והבצלים רבי יהודה אומר השום כשעורים :

6. Quod nascitur ex re illibata, licitum est si semen ejus pereat; si semen non pereat, etiam quod ex enatis renascitur illicitum habetur. Quodnam est illud cujus semen non perit? 1 Arum utique, allium, cæpæ. R. Juda autumat allium hordei esse instar.

R. OB. DE BARTENORA.

הטבל גדוליו מותרין *incrementa rei illibata licita sunt*, in esu accidentali, si comederit de re illibata nondum ritè perfecta. בדבר שזרעו כלה *in re cujus semen consumitur*, jam doctor exponit id quod superius dixit, nempe quod incrementa

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ex hac Mischna intelliges id quod superius dictum est; nempe incrementa rei illibatæ esse profana, intelligi de re cujus semen consumitur est, & exposui aliquoties ליף esse speciem ceparum. R. Jehuda putat allium esse rem cujus semen

ta rei illibatæ sunt profana ; quod non intelligendum nisi in re cujus semen consumitur, sed in re cujus semen non consumitur, etiam incrementorum incrementa sunt illicita in esu accidentali. השום כשעורים *allium instar hordei est*, sensus est, allium haberi ut hordeum, eo respectu quod semen men consumitur; & quod dicit השום כשעורים *allium est instar hordei*, eo sensu intelligendum est quod hordeum facilius corrumpitur quam triticum, & legumina; decisio non est juxta R. Jehudam.

ejus facile consumitur; sed adfert hordeum ea de causa, quia in proventu non dantur res quarum semen tam cito corrumpitur quam semen hordei; alia expositio, allium quod tantæ fuerit magnitudinis quam hordeum, ejus semen non corrumpitur; sed si non fuerit tantæ magnitudinis quam hordeum, semen ejus corrumpitur; decisio non est juxta R. Jehudam.

GUISIUS. 1. *Arum utique &c.* Omnia nempe bulbosa.

ז המנכש עם העכ״ום בחסיות אף על פי שפירותיו טבל אוכל כהם עראי שתילי תרומה שנטמאו שתלן טהרו מלטמא ואסורין מלאכול עד שיגום את האוכל רייהודה אומר עד שיגום וישנה :

7. Is qui runcationi operatur apud alienigenam in bulbis, quantumvis fruges ejus pro re illibata habeantur, ex iis tamen comedere potest pro re nata. Plantas primitias pollutas si quis panxerit, ita mundæ evadunt ut non polluant; esu tamen illicitæ sunt, nisi succiderit quicquid edule est. R. Juda dicit, nisi secunda vice succiderit.

R. OB. DE BARTENORA.

המנכש *qui extirpat*, qui extirpat herbas malas, quæ inter proventum, & olera creverint. חסיות notat allium, cepas, & porrum. אף על פי שפירותיו טבל *etsi fructus ejus habeantur res illibata*, nam putat hic doctor, gentilem non tenere in terra Israelis possessionem ad infringendum obligationem de decimis; & etiamsi incrementa rei illibatæ sint ipsa res illibata in re cujus semen non consumitur, attamen comedat de iis pro re nata.

שתילי תרומה *plantæ oblationis Trumæ*, uti sunt plantæ brassicæ, & bliti, quæ pollutæ sunt, attamen puræ fiunt per plantationem, ut non polluant, quia, postquam terræ adhærent, cessant de jure comestionis; & si dixeris, quia fundamentum decreti de incrementis oblationis Trumæ ita est, ut habeantur oblatio Truma, & hoc propter oblationem Trumam impuram in potestate sacerdotis, ne forsan teneat eam in potestate sua, & eo modo peccet, etiamsi factæ fuerint puræ retineat eas in potestate sua? ad hoc respondemus, oblationem Trumam minori vendi pretio, quia illa non nisi sacerdotibus puris apta est, & si polluta fuerit, comburenda est; propterea, etsi oblationem Trumam dederit sacerdoti qui eam seminat, non effecisset ut ager relinquatur inanis; sed si incrementa fuerint profana, retinuisset in potestate sua oblationem Trumam impuram ad serendam eam.

ואסורים מלאכול *& illicitæ sunt ut non comedantur*, nam hanc excellentiam concesserunt plantis Trumæ. עד שיגום האוכל *nisi edule exciderit*, excidens quicquid aptum fuerit esu, & quod deinde creverit erit licitum. עד שיגום וישנה *nisi secunda vice exciderit*, excidens id quod secunda vice crevit, & deinceps, quod licitum est; decisio non est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חסיות notat allium, & cepas; dicunt in Tosaphta, *Chasiot*, *allium*, & *cepæ*, & *Caphlotot* quod porrum terræ Israelis notat, Arabicè כראתי. Diximus jam fundamentum quod tenet R. Meyr, nimirum, quod gentilis non habet possessionem in terra Israelis ad abrogandum obligationem de decimis, & si hæc ita sint, uti diximus, fructus ejus habendi sunt res illibata. Mentionem vero facit hic de illo jure, quia antea locutus est de Lopo, allio & cepis.

ושתילי תרומה שנטמאו *Et plantæ oblationis Trumæ pollutæ*, id est, quæ pollutæ sunt ante plantationem, quas comedere non licet quia sunt oblatio Truma immunda; si vero illas plantaverit, & id quod inde creverit apertum sit, & in oculos incurrat, non dicimus quod incrementa oblationis Trumæ pollutæ sunt polluta, sed dicimus illa incrementa esse illicita ad comedendum, etiam ipsis sacerdotibus: Argumentati sunt in Gemara, dicentes, si puræ sint, quare non licet eas comedere? sed responderunt iis quæ tenemus fundamentis, quæ sunt, quod in rebus consecratis non habet locum satio, neque satio locum habet in oblatione Truma; sed hoc intelligi potest, ipsi licitum esse re consecrata frui quæ homini interdicta est, si severit illam, non tamen dicimus incrementa ipsius esse licita; sic etiam se res habet cum oblatione Truma quam non licet comedere, si severit eam; at non dicimus id quod inde creverit licitum esse ut comedatur, sed esu illicitum, quia non polluit, uti quidem polluunt edulia polluta; si vero succiderit edulia ex illis plantis, attamen renata fuerint, licita sunt esu; R. Jehuda dicit, etiam necesse esse ut succidatur id quod creverit secunda vice, & tum licitum esse illud comedere; & quod hoc loco dicimus licitum esse id comedere, est causa quæ referenda est ad jus antea dictum, nimirum, si plantæ illæ fuerint de ejusmodi re cujus semen consumitur, esu licitæ sunt sacerdotibus, aut iis qui non sunt sacerdotes: at si fuerint de re cujus semen non consumitur, illicitæ sunt alienigenis, sed licitæ sacerdotibus post succisionem eduliorum; decisio non est juxta R. Jehuda.

פרק י בצל שנתנו בתוך עדשים אם שלם מותר ואם חתכו בנותן טעם ושאר כל התבשיל בין שלם בין מחותך בנותן טעם רבי יהודה מתיר בצחנה שאינה אלא ליטול את הזוהמא :

Caput 10. *Cæpam si quis integram in lentes indiderit, licet; si conscissam, reputari debet an saporem conferat.* Reliquis omnibus pulmentis sive integra adjiciatur, sive conscissa, æstimari debet an saporem conferat. R. Juda in 1 alecem indere permittit, quia id non alio fit quam fœtoris adimendi causa.

R. OB. DE BARTENORA.

בצל שנתנו לתוך עדשים *cepa quam adjecerint lentibus*, cum cepa oblationis Trumæ quam adjecerit lentibus profanis, res eadem est si cepam profanam adjecerit lentibus Trumæ; deinde loquitur hic de adjectione cepæ in lentibus post coctionem ac salitionem aquarum, tum cepam nihil de virtute sua concedere lentibus, neque ab illis accipere; at si cepam cum lentibus

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Eadem res est sive fuerint lentes oblationis Trumæ, & cepa profana, sive cepa oblationis Trumæ, & lentes profanæ; at ea conditione, ut cepam integram adjiciat lentibus post coctionem, vel ut aquam inde exprimat, nam postea subigit, non relinquens cepam ut virtute sua quicquam lentibus auferat, vel ipsis addat; sed si coxerit cepam in lentibus, etiamsi inte-

tibus coxerit, fine dubio saporem confert, & recipit, etsi eam integram injecerit.

בנותן טעם *quando saporem confert*, si gustaverit eam sacerdos, quod licet in oblatione Truma & profano, si in eo fuerit gustus ex oblatione Truma, totum illicitum est alienigenæ; si vero non, totum profanum est, uti erat. ושאר כל התבשיל *& reliquis cocturis*, uti sunt allium, porrum, & similia.

רבי יהודה מתיר בצחנה R. *Jehuda permittit in salsamentis*, si cepam immiserit oblationis Trumæ in salsamenta, quæ sunt parvi pisces in salsamentis conservati, sumet inde cepam, & coctura erit licita; at ea conditione ut cepa sit integra, & non dissoluta, neque mixta cum salsamentis sit; quia cepa non immittitur salsamentis nisi ad impuritatem piscium tollendam, non autem ad conferendum illis aliquem saporem; decisio vero non est secundum sententiam R. Jehudæ.

integram, inquirunt tamen de ea an saporem conferat, & inquisitio ejusmodi est uti dicam tibi, quando adjecerint cepam oblationis Trumæ lentibus profanis, gustant lentes an in illis inveniatur sapor cepæ, quod si ita sit, non licet eas comedere, nisi sit sacerdos. Eodem modo, si cepam profanam adjecerit lentibus oblationis Trumæ, gustant cepam, si continuerit in se saporem lentium, non licet alicui eam comedere nisi sacerdoti.

צחנה notat rem fœtidam & corruptam, cepa autem, quando coquitur in rebus odoris ingrati, solet amittere fœtorem suum; R. Jehuda dicit, si quis cepam oblationis Trumæ coxerit in coctura corrupta, licitum esse istiusmodi cocturam comedere, quia non indidit cepam, ut in eam cocturam saporem conferat, sed ideo indidit cepam, ut malum omittat odorem, & propterea non inquirimus de collatione saporis; decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS. 1. *Alecem.*] Ita interpretor צחנה, Est autem צחנה Arabum صحناة vel صحنا, cujus paraturam sit tradit Ebn Jazla: وصنعتها ان يوخذ السمك السمين فيقطع ويترك بغير ملح ثلثة ايام ثم يطرح معه الملح في خابية ويضرب بخشبة في كل يوم حتي ينسحق وينماع ثم يصفا ليذهب شوكه ويرفع في اناء نظيف *Confectio ejus sic est: Sumuntor pisciculi pingues, iique conciduntor, sinuntorque sine sale per triduum. Deinde inditor cum illis sal in fideliam, atque cæduntor rude quotidie, dum atterantur & liquefiant. Deinde percolator, ut abscedant spinæ, atque in vase puro repenitor.* Ita ille. Nec aliter fere Davides Antiochenus, qui & illud addit, لا تعرف الا بالعراق, *non alibi agnosci quam in Eraca*, vel Chaldæa; licet ab Ægypto etiam afferatur ejusdem fere generis quod dicitur ملوحة *salsamentum.*

ב תפוח שרסקו ונתנו לתוך עיסה וחמצה הרי זו אסורה שעורים שנפל לתוך הבור של מים אף על פי שהבאישו (ס"א) ימימיו מותרין׃

2. Si quis pomum concisum in farinæ massam indiderit, ita ut acescat, illa utique illicita sit. Si hordeum ceciderit in aquæ puteum, utcunque putruerit, aqua licita habetur.

R. OB. DE BARTENORA.

תפוח *malum* supple oblationis Trumæ. שרסקו *quod contuderit*, in massa profana, quam fecerit fermentatam, ita ut profanum fermentatum fuerit mediante oblatione Truma, massa illa alienigenis illicita sit. אף על פי שהבאישו *etsi putruerint*; si hordeum incidat in aquas, si sit hordeum Trumæ, aquæ licitæ sunt vi illius hordei.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pomum cujus hic sit mentio est pomum oblationis Trumæ. שרסקו *quod confregerit*, si contuderit aliquam ejus partem; diximus jam superius, si oblatio Truma fermentata fuerit in profanis, profanum illud haberi oblationem Trumam; reliqua sunt clara.

ג הרודה פת חמה ונתנה ע"פ חבית של יין תרומה רבי מאיר אוסר ורבי יהודה מתיר רבי יוסי מתיר בשל חטים ואוסר בשל שעורים מפני שהשעורים שואבין׃

3. Si quis panem calidum clibano extractum, ori dolii vini primitii superimposuerit, R. Meir vetitum censet: R. Juda licitum habet: R. Joses licitum agnoscit, si triticeus sit; illicitum, si hordeaceus, quia hordeum humorem attrahit.

R. OB. DE BARTENORA.

ונתנה על פי חבית של יין תרומה *& immiserit eum in os dolii vini de oblatione Truma*, quia panis tum imbibit odorem vini. R. Meyr *vetat*, quia putat odorem esse quid reale. R. *Jehuda permittit*, quia putat odorem non esse quid reale. מפני שהשעורים שואבות *quia hordeum attrahit*, attrahit vini humores oblationis Trumæ; decisio est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui panem de clibano extrahit vocatur רודה; & dicit hoc loco, *si panem calidum extraxerit clibano, & imposuerit ori dolii*, quia panis sudat, & attrahit humorem vini quod continetur in dolio; decisio est juxta R. Jose.

ד תנור שהסיקו בכמון של תרומה ואפה בו הפת הפת מותרי שאין טעם כמון אלא ריח כמון׃

4. Si clibanus succensus sit cymino primitio, atque eo excoctus panis, panis licitus habetur, quia non habet saporem cymini, sed duntaxat odorem ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

אלא ריח כמון *sed odorem cumini*, quia odor soli tantum penetravit panem, sed odor non est quid reale tam in oblatione Truma quam in omnibus Legis interdictis; & si incenderit clibanum oblatione Truma, interdictum ejus non est interdictum quo vetatur ipsius usus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כמון *cuminum*, tenemus pro fundamento odorem non esse quid reale, & hoc obtinet in omnibus Legis interdictis.

ה תלתן שנפלה לתוך הבור של יין בתרומה ובמעשר

5. Si fœnumgræcum inciderit in lacum vini, sive de

ובמעשר שני אם יש בזרע כדי ליתן טעם אבל לא בעץ בשביעי' ובכלאי הכרם והקדש אם יש בזרע ובעץ כדי ליתן טעם:

de primitiis sit, sive de decimis secundis, *reputari debet* an in eo tantum seminis sit, quantum saporem conferat, & non etiam calami. Si de frugibus anni septimi sit, de miscellis vineæ, vel de re consecrata, *reputari debet* an in semine & in calamo tantum sit, quantum saporem conferat.

R. OB. DE BARTENORA.

תלתן *fœnum græcum*, Arabicè חלבא dicitur. אבל לא בעץ *sed non in lignis*, etiamsi sapor lignorum & fructuum ejus fuerit idem, non conjunguntur tamen ligna & fructus ad vetandum vinum profanum, quia ligna sive calami non habentur sancti in oblatione Truma; sed fructuum anni septimi, miscellaneorum, & rei consecratæ ligna sunt vetita, sed ligna fœnigræci vino suaviorem dant saporem, ideo vinum profanum reddit prohibitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תלתן *fœnumgræcum*, Arabicè חלבה; notum quod oblatio Truma & decimæ secundæ non sunt obligatæ de inquirenda quantitate saporis, nisi in seminibus quæ comeduntur; jus vero rei consecratæ, & fructuum anni septimi, & miscellaneorum obtinet in seminibus, & lignis; sapor vero quem habet fœnumgræcum in lignis, & seminibus idem est.

ו מי שהיו לו חבילי תלתן בכלאי הכרם ידלקו היו לו חבילי תלתן של טבל כותש ומחשב כמה זרע יש בהם ומפריש את הזרע ואינו צריך להפריש את העץ אם הפריש לא יאמר אכתוש ואטול את העץ ואתן את הזרע אלא נותן העץ עם הזרע:

6. Si quis habeat fasciculos fœnigræci ex vineæ miscellis, ustulantor. Si habeat fasciculos fœnigræci rei illibatæ, contundito, & computato quantum seminis contineant, atque 1 semen separato; non autem necesse est calamum separare. Si separaverit, ne dicat; Contundam, atque calamum mihi sumam, semen autem dabo: verum calamum cum semine una dato.

R. OB. DE BARTENORA.

ידלקו *comburantur*, quia lignum vineæ etiam vetitum est, & miscellanea vineæ comburenda sunt, quia scriptum est Deut. 22, 9. פן תקדש המלאה, id est, igne consumuntor.

ומחשב כמה זרע יש בהן *& enumerato quantum seminis contineat*, quia oblatio Truma separatur juxta æstimationem.

ואינו צריך להפריש את העץ *nec necesse est ut separet lignum*, etsi sapor ligni & fructus sit idem. ואם הפריש *si vero separaverit*, ante contusionem, non poterit contundere & separare de semine, & lignum sibi reservare, quandoquidem, si imposuerit nomen oblationis Trumæ, necesse est ut id concedat sacerdoti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ידלקו *comburuntor*, jam exposuimus in tractatu Chilaim, jus miscellaneorum in vineis esse ut penitus comburantur. חבילי תלתן של טבל *fasciculi fœnigræci rei illibatæ*, hæc res illibata est oblatio Truma de decimis, &, si Israëlita dederit Levitæ decem fasciculos fœnigræci, Levita tenetur eos contundere, ut sacerdoti decimas det de semine. Nam Levita sacerdoti dicere nequit, *accipito fasciculum sine contusione, nam uti accepi, sic tibi do tuam partem*; & hæc pœna Levitæ imposita est, quia is decimas ante contusionem accipit, quia sacerdos eo modo detrimentum oblationis magnæ capit, quæ in istis decimis continetur, uti exposuimus in tractatu Berachot capite septimo. Ita quoque dicunt in Gemara, *quomodo mihi dederunt eo modo etiam tibi dem? respondit Raba, pœna est.* Et quod hic dicit ומחשב *& computato*, innuit oblationem Trumam juxta computum separandam esse uti est opinio R. Elieseris filii Gomelis, qui dicit, ונחשב לכם תרומתכם ut Scriptura dicit Num. 18, 27. innuere duas oblationes Trumas, oblationem magnam, & oblationem Trumam de decimis; & quemadmodum oblatio magna non nisi juxta æstimationem separetur, ita nec Truma de decimis alio modo quam juxta æstimationem separetur; sed hæc opinio refutata est, nam res se habet uti diximus, *qui computaverit laudandus est, qui vero mensuraverit magis laudandus est, & qui libraverit trium laudatissimus habeatur.* Cæterum docet nos jus de fasciculis fœnigræci, quod, etiamsi jus sit generale ad obligationem omnium rerum, fœnumgræcum non minus obligatur de oblatione Truma; quia vero ligni & fructus fœnigræci Sapor idem est, fieri posset ut nobis in animum inducamus nos obligatos esse etiam de lignis separare decimas, ideo nos docet quod non sumus obligati; *contundere* hoc loco idem est quod triturare.

GUISIUS. 1 *Semen separato.*] Quantum opus est in decimarum decimas.

ז זיתי חולין שכבשן עם זיתי תרומה פצועי חולין עם פצועי תרומה פצועי חולין עם שלימי תרומה או במי תרומ' אסור אבל שלימי חולין עם פצועי תרומה מותר:

7. Olivas profanas cum primitiis olivis condire, sive contusas profanas cum contusis primitiis, sive contusas profanas cum integris primitiis, sive in jure primitio, non licet. Integras autem profanas cum primitiis contusis licet.

R. OB. DE BARTENORA.

כבשן עם זיתי תרומה *conditæ in olivis oblationis Trumæ*, solent olivas condire aqua & sale; si vero olivæ profanæ contusæ aut compressæ fuerint, & attraxerint liquores ex olivis oblationis Trumæ, etsi olivæ illæ oblationis Trumæ fuerint contusæ, vel etiamsi condiverit eas aquis quibus conditæ sunt olivæ oblationis Trumæ, vetitum est. אבל שלימי חולין *sed integræ profanæ*, si olivæ profanæ fuerint integræ, etiam quando conditæ fuerint cum olivis oblationis Trumæ, non imbibunt tamen liquores.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פצועי sunt olivæ contusæ, aut compressæ, hæ vero olivæ attrahunt liquores. ומי התרומה *& aqua oblationis Trumæ*, sunt reliquiæ oblationis Trumæ, aut quicquam quocum se miscuerint liquores oblationis Trumæ.

ח דג טמא שכבשו עם דג טהור כל גרב שהוא מחזיק סאתים אם יש בו משקל עשר זוז ביהודה שהן

8. Si pisce immundo cum mundis una condito, orcæ cuicunque, quæ duo capiat sata, insit pondus decem

שהן חמש סלעים בגליל דג טמא צירו אסור רבי יהודה אומר רביעית בסאתים ורבי יוסי אומר אחד משׁשה עשר בו :

decem drachmarum 1 Judææ, quæ quinque Galilææ tetradrachmis æquipollent, piscis immundi, liquamen ejus vetitum censetur. R. Juda ita censet, si quartarium efficiat de binis satis: R. Joses, si partem sextam decimam.

R. OB. DE BARTENORA.

גרב est dolium; quodcunque dolium continuerit duo sata, & in quo pisces immundi conditi fuerint cum multis piscibus mundis, in quantitate duorum satorum; liquor vero piscium immundorum continuerit pondus decem Zuzarum Judææ, quæ efficiunt quinque siclos Galilææ, & reliquum fuerit liquor piscium mundorum, indè eveniet ut liquor piscium immundorum contineat nongentesimam sexagesimam partem piscium mundorum, tum liquor ille illicitus est; si vero liquor piscium immundorum fuerit minor, liquor est licitus.

R. Jehuda dicit, si quartarium in duobus satis conficiat, quando quartarius logi liquoris piscium immundorum mixtus fuerit in duobus satis mundorum, totum esse illicitum; sin minus, licitum esse; & hæc mensura est fermè ducentesima pars; Etiamsi enim R. Jehuda putet, speciem in eadem specie non cessare de jure suo; differt tamen in eo liquor, quia simpliciter sudor est, cujus interdictum non nisi juxta Sapientes constituitur; propterea R. Jehuda dicit, quod liquor de jure cessat in quantitate ducentesimæ partis; R. Jose dicit id quod vetitum cessare de jure suo in decima sexta parte; sed decisio est liquorem cessare de jure si plures quam mille fuerint partes, nempe si plures quam mille fuerint partes piscium purorum, & una piscium impurorum, totum esse licitum; sin minus, totum esse illicitum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גרב est nomen vasis in quo solent conservare pisces, mediante sale aut aceto. ציר est nomen liquoris in quo conservant pisces ope humorum piscibus adhærentium; dicunt etiam ציר notare simpliciter sudorem; primus vero magister dicit, si vas in quo pisces conservat, continuerit duo sata, omnesque pisces fuerint puri; & simul in illo vase fuerint pisces immundi continentes pondus decem Zuzarum terræ Judææ, quæ continent quinque siclos Galilææ, istiusmodi liquor vetitus est; at si quantitas fuerit minor, licitus est liquor. Exponunt in Gemara quod ea quantitas sit nongentesima sexagesima pars; sed hoc exponetur posteaquam exposuerimus logum conficere duas libras, libram vero centum Zuzas, sive quinquaginta siclos; R. Jehuda dicit, nisi contineat quartarium Logi piscium immundorum in quantitate duorum satorum piscium mundorum, liquorem esse illicitum; R. Jose vero dicit, si pisces immundi contineant decimam sextam partem piscium mundorum, sive sex quartarios in sato, liquorem esse illicitum; quantitatem vero sati, & quartarii, nec non sicli exposuimus in tractatu Pea sub finem; decisio vero est, unam partem in mille illicitam esse; at si una fuerit pars piscium immundorum in plus quam mille piscium purorum, liquorem esse licitum.

GUISIUS. 1 *Judææ, quæ quinque Galilææ &c.*] Siquidem monetæ Judææ ad Galilææ monetam valor duplus. Vide Chetub. V. 9.

ט חגבים טמאים שנכבשו עם חגבים טהורים לא פסלו את צירם העיד רבי צדוק על ציר חגבים טמאים שהוא טהור :

9. Locustæ immundæ si cum mundis una condiuntur, liquamen earum non vitiant. 1 Testatum fecit R. Sadocus de locustarum immundarum liquamine, quod mundum est.

R. OB. DE BARTENORA.

לא פסלו את צירן *non illicitum reddiderunt liquorem earum*, nam in liquore locustarum immundarum allevant quia non interdictum reddit, quia sanguinem non habent, sed humorem tantum. שהוא טהור *quia purus est*, non tantum vetat miscellanea sua, sed ille ipse liquor purus est; decisio est juxta R. Sadoc.

GUISIUS. 1 *Testatum fecit.*] Vide Édai. VII. 2.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Species locustarum non recensentur inter animalia sanguine prædita, & propterea liquor earum non illicitum reddit, quia id quod exit in illis non est sanguis, sed paucissimus tantum humor; attestatio vero R. Sadoci accepta est.

י כל הנכבשים זה עם זה מותרים אלא עם החסית חסית של חולין עם חסית של תרומה ירק של חולין עם חסית של תרומה אסור אבל חסית של חולין עם ירק של תרומה מותר :

10. Quæcunque una 1 condiuntur, licita sunt, nisi si quid cum 2 bulbo. Si bulbus profanus cum bulbo primitio, vel olus profanum cum bulbo primitio, illicitum fit. Verum bulbus profanus cum olere primitio, licitus.

R. OB. DE BARTENORA.

כל הנכבשים זה עם זה *quæcunque condiuntur una*, si olus oblationis Trumæ conditum sit una cum olere profano, tum oblationis Trumæ in eo casu non prohibitum reddit profanum; nisi sit חסית, id est, allium, cepa, aut porrum, & similia, quæ saporem conferunt in omnia quæ secum condiuntur; &, si ea fuerint ex oblatione Truma, tam olus profanum illicitum faciunt, quam cepas profanas; reliqua vero olera oblationis Trumæ non illicitum faciunt quando condiuntur, sed cocta aut elixata illicitum reddunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל הנכבשים זה עם זה מותרים *quæcunque condiantur una, licita sunt*, si olus profanum condiant una cum olere oblationis Trumæ, non vetuere olus profanum. חסית jam exposuimus hanc vocem notare allium, & omnes ceparum species; dicuntur talia in Mischna in opprobrium חסית, quia sapor ejus prædominatur in omnibus quæ eo condiuntur.

GUISIUS. 1 *Condiuntur.*] Cum hæc Misna contraria videtur illis Shebiit VII. 7. IX. 5. Jomtobus pro נכבשים *condiuntur* legi mavult נשלקים *elixantur*, ut in sequenti paragrapho, atque eo pertinere arbitratur Talmudis Hierosolymitani autoritatem. 2 *Bulbo.*] Quid sit חסית sic nos docet Tosaphta Terum. IX. אלו הן מיני חסיות הלוף והשום והבצלים והקפלוטות רבי יהודה אומר אין לך מיני חסיות אלא קפלוט בלבד. *Istæ sunt τῶν* חסיות *species; arum, allium, cæpæ, & porra capitata. R. Juda negat alias esse eorum species præter porra capitata duntaxat.* Vox adeo חסית *porrum capitatum* unice denotat R. Judæ. Juxta alios ad reliquos omnes bulbos, qui edules vulgo habentur, extenditur.

יא רבי 11. R. Jo-

יא רבי יוסי אומר כל הנשלקים עם התרדים אסורים מפני שהם נותנין את הטעם רבי שמעון אומר כרוב של שקיא עם כרוב של בעל אסור מפני שהוא בולע (רבי עקיבא ס״א) רבי יהודה אומר כל המתבשלין זה עם זה מותרים אלא עם הבשר רבי יוחנן בן נורי אומר הכבד אוסרת ואינה נאסרת מפני שהיא פולטת ואינה בולעת:

11. R. Joses autumat, quæcunque elixantur cum blitis, pro vetitis haberi, quia illa saporem impertiunt. R. Simeon existimat vetitam esse 1 brassicam agri rigui cum brassica siccanei campi elixam, quia illa humorem attrahit. R. Juda licita arbitratur quæcunque una coquuntur, nisi sit cum carne. R. Johannes Nurii filius jecur rem aliam vetitam reddere, ipsum vero non vetitum fieri asserit, quia humorem quidem excernit, non autem attrahit.

R. OB. DE BARTENORA.

R. *Jose dicit quæcunque condiuntur &c.*, R. Jose contradicit doctori primo, & putat omnia olera non esse vetita etsi sint elixata, exceptis blitis interdictis, ut, oblationis Trumæ & miscellaneorum vineæ, quia in elixationem saporem conferunt.

כרוב של שקיא *brassica agri rigui*, quæ crevit in terra siccanea, & rigatione propterea indiget, si eam elixaverit cum brassica oblationis Trumæ, quæ crevit in terra humida, non indigens irrigatione, vetitum est; quia ager riguus propter siccitatem suam humores attrahit. R. Akiba dicit, quæcunque vetita & licita cocta unaque sunt, si sint ejusdem speciei, licita esse, quia alterum in alterum non confert saporem, excepta carne illicita & licita simul cocta; sed decisio non est, juxta ullum è doctoribus istis, præterquam primum, qui dixit, quæcunque condiuntur licita esse, excepto חסירה, sed cocta aut elixata omnia esse vetita.

הכבד אוסרת *jecur reddit illicitum*, jecur bestiæ vitiosæ coctum cum re licita illicitum reddit quodcunque coquitur una cum illo.

ואינה נאסרת *ipsum vero non fit illicitum*, nempe si coctum fuerit cum re illicita, quia continuo magnam sanguinis copiam ejicit, non imbibens; decisio autem est, istiusmodi jecur coctum non licitum esse comedere, etiam animalis liciti, & illicitum reddere quodcunque cum eo coquatur, eo quod sanguine scatet, & ejicit, quem deinde denuo imbibit; neque in eo datur remedium, nisi illud prius Igne ustulet, & eo modo utatur.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Omnes hi doctores contradicunt Mischnæ antecedenti. Mischna vero antecedens condimentum tantum pronunciat licitum. R. Jose dicit, si olus profanum coctum fuerit cum olere oblationis Trumæ, olus profanum non esse illicitum, nisi olus oblationis Trumæ fuerit תרדין, quæ Arabicè dicuntur אלסלק, R. Schimeon videtur amplecti sententiam ejus, dicens, si quis elixaverit brassicam agri rigui cum brassica agri siccanei, & brassica agri siccanei fuerit de oblatione Truma, quod non licet comedere brassicam agri rigui quæ profana est, eo quod trunci brassicæ sunt sicci, imbibentes humorem reliquæ brassicæ oblationis Trumæ. R. Akiba vero addit, quod etiam decocta, uti semina, & aliæ res coctæ, si oblatio Truma cocta sit cum profanis, profana non sunt vetita, nisi coxerit carnem cum olere oblationis Trumæ, quæ caro alienigenis vetita est, quia olus saporem ejus attrahit, & hoc clarum est. R. Jochanan vero addit, dicens, quod non quælibet caro, sed jecur cum olere oblationis Trumæ non fit vetitum, quia sanguinem ejicit, non vero attrahit; omnium vero verba intelligenda sunt quando quis casu id fecerit, sed de industria omnium sententia vetitum est; sed verba ejus refutata sunt, nam non licet nisi in rebus quæ condiuntur; sed de reliquis inquiritur an saporem conferant; & jecur coctum etiam comedere non licet, & quodcunque cum eo fuerit coctum, quia sanguine plenum est, nisi cum eo faciat juxta unum ex tribus modis, nimirum, si id imponat aceto donec coquatur, & albescat, aut aquis ferventibus, vel torreat, & deinde coquat; omnes enim solent jecur torrere priusquam coquant.

GUISIUS. 1 *Brassicam agri rigui &c.*] De שקיא & בעל fuse jam egimus ad Shebi. II. 9. Adduximus ibi Abdallæ Ravahidæ versum ex Jauhario in بعل, & lectionis varietatem Jauhario ibi notatam repræsentavimus. Idem Jauharius eundem versum à Secchitide Grammatico laudatum aliter citat in اتا, ad hunc modum:

هنالك لا ابالي نخل بعل
ولا سقي وان عظم الاتا.

Hic non mihi curæ sunt agri rigui vel siccanei palmæ, quantumvis largus sit proventus. Si versum recte citat Secchitides summæ autoritatis Grammaticus, plane habemus سقي & بعل, vocabulis & sensu cum Mishnæ nostræ שקיא & בעל convenientia.

יב ביצה שנתבשלה בתבלין (ס״א) אסורין אפילו חלמון שלה אסור מפני שהוא בולע מי שלקות ומי כבשים של תרומה אסורים לזרים:

12. Si ovum condimentis illicitis condiatur, etiam vitellus vetitus censetur, quia is attrahit. Jus quo elixæ sunt primitiæ, vel conditæ, Laicis vetitum est.

R. OB. DE BARTENORA.

בתבלין אסורין *cum condimentis illicitis*, uti est condimentum oblationis Trumæ, aut præputiatorum fructuum, aut miscellaneorum vineæ. אפילו חלמון *etiam vitellus ovi*, qui continetur in ovo, quanto magis albumen, quod exterius est. מי כבושים *aqua condita*, in quibus elixata est oblatio Truma, illicitæ sunt iis qui non sunt sacerdotes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תבלין אסורין *condimenta illicita*, sensus est, id esse condimentum oblationis Trumæ, aut rei consecratæ, aut præputiatæ, aut miscellaneorum vineæ. חלמון notat vitellum ovi.

פרק יא אין נותנין דבילה וגרוגרות לתוך המורייס מפני שהוא מאבדן אבל נותנין את היין למורייס ואין מפטמין את השמן אבל עושים אותו

Caput 11. Palatham vel caricas in muriam indere non licet, quia id illas consumit. Vinum autem in muriam indere licet. Oleum aromatibus condire non licet: œnomeli autem ex vino facere licet.

את היין יינומלין אין מבשלין יין של תרומה מפני שהוא ממעיטו רבי יהודה מתיר מפני שהוא משביחו:

licet. Vinum primitium non licet decoquere, quia id illud imminuit. R. Juda permittit, quia id illud melius reddit.

R. OB. DE BARTENORA.

אין נותנין דבלה וגרוגרות *non immittunt palatham, aut earicas*, supple oblationis Trumæ. מפני שאבדן *quia perdunt eas*, quia ficus siccas quas in muriam immittunt exprimere solent, & aquam separare, & deinde eas abjiciunt.

אבל נותנין את היין במורייס *sed vinum immittunt in muriam*, solent enim vinum immittere in muriam, ne tam pingue sit, sed rite præparetur, & bene sapiat, & propterea licet vinum oblationis Trumæ immittere in muriam; nam non dicimus eum immittere vinum in muriam ad fœtorem ejus removendum, eo quod idem est ac si perdat illud. אין מפטמין את השמן *non condiunt oleum aromatibus*, oleum oblationis Trumæ cum radicibus aromatis, quod oleum imbibit, & perit; vel etiam, quia oleum non est aptum ut comedatur postquam conditum fuerit. יינומלין *œnomeli*, immittunt in vinum mel, & piper. מפני שהוא ממעיטו *quia diminuit id*, mediante coctione; nonnulli exponunt, quod tum minus illud bibere solent, quia non tam vinum coctum quam quidem crudum solet bibi. מפני שהוא משביחו *eo quod melius id reddit*, melius conservatur; decisio non est secundum R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מורייס est muria piscis. מפטמין את השמן *aromatibus condiunt oleum*, id est, oleum non condiunt rebus grati odoris, quia istiusmodi res olei gustum immutant, ut se habeant eo modo quo se habet vinum medicorum, quod esu illicitum est.

יינומלין *œnomeli*, est vinum compositum cum melle, oleo, & pipere; notum est vinum inter coquendum diminui, & colorem, ac saporem fieri meliorem; decisio non est juxta R. Jehuda.

ב דבש תמרים ויין תפוחים וחומץ סתוניות ושאר כל מי פירות של תרומה רבי אליעזר מחייב קרן וחומש ורבי יהושע פוטר ורבי אליעזר מטמא משום משקה אמר רבי יהושע לא מנו חכמים שבעה משקים כמוני פטמים אלא אמרו שבעה משקין טמאים ושאר כל המשקין טהורין:

2. Quod attinet ad dactylorum mel, ad vinum malorum, acetum uvarum brumalium, & ad reliquos omnes fructuum primitiorum succos, R. Eliezer obligat ad sortem & quintam. R. Josua liberat. R. Eliezer etiam liquoris nomine eadem polluendo esse autumat. At vero R. Josua; Non sic enumeraverunt Sapientes septem liquores, 1 ut solent aromata: veruntamen dixerunt; Septem liquores polluendo sunt, reliqui omnes mundi.

R. OB. DE BARTENORA.

סתוניות sunt *uvæ brumales*, de quibus acetum solent conficere. ושאר כל מי פירות *& reliqua aqua fructuum omnes*, excepto vino & oleo.

מחייב קרן וחומש *obligat eum quod ad summam capitalem, & quintam*, alienigenam, qui comederit ea ex errore, quia R. Eliesér reputat aquas fructuum pro liquoribus oblationis Trumæ.

רבי יהושע פוטר *R. Jehoschua liberat*, à parte quinta, at non à summa ipsa; deinde etiam de industria liquores illi vetiti sunt alienigenis ad comedendum. מטמא משום משקה *polluit propter liquores*, nam polluti sunt, & polluunt, disponentes semina & polluantur, ut liquores reliqui, uti dicitur Levit. 11. יבא עליו מים יטמא וכל משקה אשר ישתה

כמוני פטמין *ut solent aromatarii*, qui enumerant formas, & fasciculos aromatum quos tenent, sine attenta quadam considerationе, deinde denuo addentes interdum; sed Sapientes accurate enumerarunt liquores septem, eosque solos esse pollutos, & polluere alios, ac semina disponere ut polluantur; sed non licet addere numero huic septenario; hi vero sunt liquores septem quos numerarunt Sapientes, aqua, ros, vinum, oleum, mel apium, lac, sanguis; decisio est juxta R. Jehoschua.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חומץ סתוניות *acetum brumale*, acetum quod confectum est ex uvis brumalibus, vox סתו *hiems* occurrit Cant. 2: 11. כי הנה הסתו עבר. R. Eliesér obligat liquores de summa principali & quinta parte restituenda, si quis comederit eos ex errore, eo quod putat eos proprie oblationem Trumam haberi, & eo modo omnes liquores reliquos; sed R. Joschua liberat à quinta. Præterea R. Eliesér etiam putat, quod mel dactylorum, & vinum malorum, & acetum ex uvis brumalibus recipiunt immunditiem propter liquorem, quod comprehenditur in eo quod Deus dixit Levit. 11:33. וכל משקה אשר ישתה. Nam pro fundamento tenemus, quod septem liquores tantum immunditiem recipiunt, ex hoc loco allegato; sunt etiam liquores qui seminæ disponunt, ut immunditiem contrahant. R. Jehoschua vero dicit, non enumerasse Sapientes septem liquores ut aromatarius, qui enumerat fasciculos grati odoris ad condiendum indè aromata, quia intentio ejus non est tantum condire istos quos collegit fasciculos, sed quicquid fuerit odoris grati, æque ac eos quos enumeravit; sed Sapientes enumerarunt, quia nullus liquor immundus est, neque causam polluendi efficit aliis, præterquam septem quos enumeraverunt liquores, uti sunt, vinum, ros, aqua, oleum, lac, sanguis, & mel; intellige autem mel apium tantum; præterea hæc jura & ritus de liquoribus ulterius exponentur in tractatu Machsirin libri Taarot; decisio in omnibus est juxta R. Jehoschuam.

GUISIUS. 1 *Ut solent aromata.*] Id est, rudi Minerva, & parum accurate.

ג אין עושין תמרים דבש ולא תפוחי יין ולא סתוניות חומץ ושאר כל הפירות אין משנין אותם מברייתן בתרומה ובמעשר שני אלא זיתים וענבים בלבד אין סופגן הארבעים משום ערלה אלא על היוצא מן הזיתים ומן הענבים ואין מביאין בכורים משקין אלא היוצא מן הזיתים ומן הענבים ואינו מטמא משום

3. Non licet facere de dactylis mel, nec de malis vinum, nec acetum ex uvis brumalibus, atque reliquos omnes fructus non licet à natura sua pervertere, si primitiæ sint, vel decimæ secundæ, præter olivas & uvas duntaxat. Non luunt quadraginta plagas, propter fructus novellos, nisi propter id quod ex olivis & uvis elicitur. Neque licet liquores in primitiva adducere, nisi pro eo quod ex olivis & uvis elicitur. Neque aliud polluit liquo-

משום משקה אלא היוצא מן הזיתים ומן הענבים ואין מקריבין על גבי המזבח אלא היוצא מן הזיתים ומן הענבים :

liquoris ratione, præter illud quod ex olivis & uvis fit. Neque aliud in altare offerri licet, quam id quod ex olivis & uvis fit.

R. OB. DE BARTENORA.

אין עושין תמרים דבש *non faciunt mel è dactylis*, si dactyli fuerint de oblatione Truma, aut de decimis secundis, quia dactyli habentur cibus, & mel liquor, at de cibo non faciunt liquorem.

אלא בזיתים וענבים בלבד *sed in olivis & uvis tantum*, quia de illis Scriptura clarè dicit Num. 18: 12.

אין סופגין את הארבעים משום ערלה *non afficiunt quadraginta plagis propter præputiatos fructus*, si quis expresserit fructus præputiatos, & de illis separaverit liquores, non vapulabit de Lege, eo quod bibit liquorem, nisi biberit liquorem vini, & olei.

אין מביאין בכורים משקין *non adferunt liquores de primitiis*; quia Deut. 26: 10. dicitur את ראשית פרי האדמה, ergo *fructum* adferes, non vero liquorem, nisi id quod provenerit ex uvis, & olivis, quia de primitivis oblationem Trumam docemus. ואין מקריבין על המזבח *non afferunt in altare*, nisi oleum in dona, & vinum in libamina.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dactyli habentur cibi, mel vero liquor, & non licet ipsi de cibo facere liquorem, si cibus ille fit cibus oblationis Trumæ, aut decimarum secundarum, nisi de oliva, & uva tantum, quia dictum est Num. 18: 12. כל חלב יצהר וכל חלב תירוש ודגן, ubi שמן יצהר est & יין & תירוש; præterea Scriptura ea vocat ראשית, eaque obligat de oblatione Truma, & propterea ab illis separari liquorem, sive illa fuerint de oblatione Truma, sive de decimis secundis. Sic etiam se res habet, si quis acceperit fructus ערלה *præputii*, id est, trium priorum à plantatione arboris annorum; & separaverit de iis liquorem quem bibit, non est reus plagarum de Lege, nisi fuerit liquor olivarum, aut uvarum; quoniam eo modo de illis separare solent liquores. Quod vero dicitur, *primitias adduci de vino, & oleo*, id convenit cum sententia R. Jehudæ, ut liceat de primitiis sumere oblationem Trumam; & dixerunt, juxta quem hoc dictum est? juxta R. Jehudam, qui dixit; judica de eo, & pone omnia suo loco, & sume primitias de oblatione Truma; sed decisio non est juxta R. Jehudam. Jam exposuimus vinum & oleum comprehendi sub septem speciebus; dicitur quoque nullos liquores fructuum recipere immunditiem propter liquores, nisi vinum, & oleum; sic etiam non licet offerre in altare nisi vinum, & oleum, dicit enim Lex oleum in dona; & vinum in oblationes adduci.

SURENHUSIUS. *Quia primitiva docemus de Truma*, ita Bartenora, id est, quemadmodum ex olivis & uvis Trumæ licet conficere oleum & vinum, sic etiam ex olivis & vino primitivis licet conficere oleum & vinum.

ד עוקצי תאנים וגרגרו׳ (ס״א) והכליסי׳ והחרובין של תרום׳ אסורי׳ לזרים :

4. Ficuum & caricarum petioli, 1 caprifici, & siliquæ, quæ è primitiis sunt, illicita habentur Laicis.

R. OB. DE BARTENORA.

עוקצי תאנים *petioli ficuum*, cui ficus infixæ sunt dum ab arbore pendent. כליסים exponente Rabbenu Mosche est species ficuum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עוקץ est exiguum quoddam lignum arboris ramis appendens, ac fructum apprehendens, petiolum dicas. גרגרות sunt ficus siccæ. כליסין notat speciem ficuum.

GUISIUS. 1 *Caprifici.*] Quod hic & Oketz. 1. 6, legitur הכליסין vel הכלוסים, Maimonides ficus quoddam genus denotare arbitratur. Poterit quis suspicari Græcum esse ἄκυλος. Est autem ἄκυλος glans iligna & phellodryïna. Adeoque idem esset cum eo quod cum א præfixo legitur in Gemara Babylonica Abo. za. 14, *a.* אכלוסין ואיצטרובלין ומוכססין, ἄκυλοι, ἢ σρόβιλοι, ἢ μύξα. Ita enim legendum; non אלכסין, ut in vulgatis codicibus, vel אלכסוסין, ut in Tosephoth ad Shebu. 12. *b.* Nathanis Lexicon אכלסין inde habet, quod prope accedit; & literarum ordo plane lectionem nostram firmat. Sed cum in Gemara Babylonica Chol. 67. *b.* legam את הזיזן שבעדשין ואת היתושי׳ שבכליסי׳ *curculiones* vel *κίας*, *qui in lentibus, & culices, qui in* כליסין; non dubito affirmare כליסין *caprificos* esse. Quod autem ad vocem כלסין, non dubito quin mendosè ita scribatur pro בלסין. Certe بلس apud Arabum medicos reperio pro ficus quadam specie. Jauhario etiam exponitur شي يشبه التين يكثر باليمن *res ficui similis, frequens in Arabia felici.* Æthiopibus eadem vos ficum vulgarem denotat. Hinc etiam بلاس plurale à بلس apud eundem Jauharium in illo Arabum voto, ارانيك الله علي البلس *Supplex in te vultum defigo, Deus, pro* بلس : si ille bene exponit, significat غرايز كبار من مسوح يجعل فيها التين *saccos grandiores è cilicio, quibus reconduntur ficus.* Male hic Golius in suo codice pro التين *ficus* legit التبن *stramen.* Quod idem mendum & in voce غرارة admisit. Id exponit ex Jauhario *Saccus magnus, in quo stramen deferre solent.* Legebat siquidem التبن. Sed & hic in optimo & vetustissimo meo codice rectè legitur التين, quod *ficus* notat. Inde etiam Jauharius hac voce غرايز utitur in alterius expositione. Vereor tamen ne & ipse Jauharius decipiatur in expositione istius Arabum voti, ubi vox البلاس forsan non tam saccos ficarios, quam ipsas ficus denotat.

ה גרעיני תרומה בזמן שהוא מכניסן אסורות ואם השליכן מותרות וכן עצמות הקדשים בזמן שהוא מכניסן אסורין ואם השליכן מותרין המורסן מותר סובין של חדשות אסורות ושל ישנות מותרות ונוהג בתרומה כדרך שהוא נוהג בחולין המסלת

5. Fructuum primitiorum nuclei, si quis eos servare velit, illiciti habentur; si projecerit, liciti. Atque ita ossa sacrorum, si quis ea servare velit, illicita censentur; si projecerit, licita. Acus licitum est. Furfures novarum frugum illiciti, veterum liciti. Fruges autem primitias 1 eodem modo tractare licet ac profanas. Qui pollinis cabum

הכסלת קב או קבים לסאה לא יאבד את השאר אלא יניחנו במקום המוצנע:

unum vel alterum de fato fecrevit, non debet reliquum abolere; quinimo in loco casto recondito.

R. OB. DE BARTENORA.

גרעיני תרומה *nuclei oblationis Trumæ*, quando facerdos comederit fructus oblationis Trumæ, & inter recolligendum cogitaverit se nucleos conservaturum ut non eos fecerit communes, illiciti sunt; sed hoc intelligendum quando apti sunt ad comedendum, uti sunt nuclei malorum, & malorum cotoneorum, ac pirorum, aut quando in iis remanet liquor quem solent exsugere, uti sunt nuclei dactylorum, similesque; sed si nequaquam apti sunt ut comedantur, etsi facerdos eos recolligat, liciti sunt.

עצמות הקדשים *ossa sanctorum*, sermo est de ossibus ex parte tantum esu aptis, uti sunt capita sive principia scapulæ, & cartilaginum. מורסן sunt furfures crassiores, qui liciti sunt alienigenis.

סובין של חדשות *furfures novi tritici*, supple oblationis Trumæ, illiciti sunt alienigenis, quia novi solent esse humidi, ut vix commolantur, & in iis relinquatur farina, quæ cum furfure miscetur; at veteris tritici furfures arescunt, & si bene commoluntur, liciti sunt, quia nulla cum iis mixta est farina; vocantur autem חדשות usque ad trigesimum diem.

ונוהג בתרומה *agit cum oblatione Truma*, quando furfures separat primos & posteriores. כנוהג בחולין *uti agit cum profanis*, nam non dicit, Mifna oblationem Trumam licere perdere, quando projicit id quod non aptum est esu. המסלת *qui farinam separat*, ad conficiendum panem puriorem, non purificans de fato uno quod efficit sex cabos, præterquam unum cabum, aut duos, non projiciet quod restat, eo quod aptum est esu, quia eo modo oblationem Trumam perdat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גרעינין *nuclei*, five interior pars fructus, quod autem hoc loco dicitur nucleos esse prohibitos, si eos projecerit facerdos; duabus de causis dicitur; una est, ut nucleus fit aptus ut comedatur, ut nuclei malorum cotoneorum, aut ut in nucleis remaneat humor, qui aptus est ut exsugatur, uti sunt nuclei dactylorum, quando humidi sunt, sed reliqui nuclei liciti sunt alienigenis, uti nuclei filiquarum, etsi facerdos non projecerit eos; fic etiam hi nuclei apti sunt ad comedendum, nempe si humidi sint. מורסן est id quod separatur de furfure.

ונוהג בתרומה כנוהג בחולין *& agit cum oblationis Trumæ fructibus ut cum profanis*, id est, ut licet cribrare fructus oblationis Trumæ, & projicere furfures qui esu fuerint inepti, fic etiam licet in fructibus profanis. המסלת derivatur hoc verbum à סלת *farina*, sensus ergo est, si sumat fatum tritici, & separet cabum unum aut duos de farina ejus, ne projiciat quod restat, quia aptum est esu, & non licet perdere oblationem Trumam; sed reponendum est id quod restat in locum occultum.

GUISIUS. 1 *Eodem modo tractare.*] Nempe cribrare licet, & furfures projicere, qui esui inepti sunt, pariter ac in frugibus profanis. Ita Maimonides.

ז מגורה שפנה מכנה חטי תרומה אין מחייבין אותו להיות יושב ומלקט אחת אחת אלא מכבד כדרכו ונותן (ס״א) לתוכה חולין:

6. Si quis triticum primitium ex apotheca sustulerit, non obligandus est confidere, & grana sigillatim sublegere. Verum sufficit everrere de more, ut ibidem reponat fruges profanas.

R. OB. DE BARTENORA.

מגורה est apotheca in quam proventum reponunt, ut eo melius conservetur. מכבד כדרכו *everrat more suo*, quemadmodum solent everrere apothecas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מכבד כדרכו *everrat more suo*, id est, everrat uti solent everrere apothecas, five horrea, quando ex illis eas quas recondiderint, res removent, ac everrunt.

ז וכן חבית של שמן שנשפכ׳ אין מחייבין אותו להיו׳ יושב ומטפח אלא נוהג בה כדרך שהוא נוהג בחולין:

7. Atque ita effuso olei dolio non obligandus est confidere, & manu extergere. Verum pariter se gerere debet ac in re profana.

R. OB. DE BARTENORA.

מטפח notat recolligere oleum palmo, nimirum, digitis illud abstergendo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מטפח *abstergens*, derivatura טפח *palmus*, nam non obligamus quemquam tam accurate attendere, quando recolligit oleum de terra, nisi ibidem relictus fuerit quidam liquor; sed colliget uti is qui colligit oleum dolii eversi.

ח המערה מכד לכד ונוטף שלש טפים נותן לתוכה חולין הרכינה ומיצתה הרי זו תרומה וכמה תהא בתרומת מעשר של דמאי ויוליכנ׳ לכהן אחד משמנה לשמיני:

8. Si liquore de cado in cadum transfuso fecutæ fint tres guttæ, rem profanam in eundem indere licet. Si in latus inclinatus humorem remiserit, is pro primitiis habetur. Quantum inesse debet primitiis decimarum ex re dubia desumtis ut ad Sacerdotem deferri debeant? 1 Octantis octans.

R. OB. DE BARTENORA.

המערה *qui transfuderit*, supple vinum, aut oleum oblationis Trumæ de uno cado in alium, postquam vero transfuderit id quod in cadis continebatur, fit ut tres guttæ stillent, una post alteram, eo modo uti fit in vasis quando evacuata sunt.

נותן

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicitur in hac Mischna, quando quis transfuderit unum cadum olei oblationis Trumæ, aut vini oblationis Trumæ, in cadum alium, quod non obligatur illum abstergere cadum, nisi in eo aliquis remanserit liquor, ut reponat profanum; posteaquam vero evacuaverit cadum, & stillaverint ex eo tres

guttæ

נותן לתוכה חולין *reponat profana*, nec opus eſt ut profanum purificet antequam id reponat in cadum. הרכינה *ſi inclinavit eum*, ſi inclinaverit cadum in latus qui oblationem Trumam continet, poſtquam effuderit omnia quæ in eo contineantur. ומיצה *& colligat*, ſi oleum, aut vinum recolligat ac remittat, *id habetur oblatio Truma*; & non dicimus id eſſe profanum, eo quod omnia effuderit, & tres guttæ ſtillaverint.

בתרומת מעשר של דמאי *cum oblatione Truma de decimis rei dubiæ*, ſi decimæ ad ipſum pertineant, oblationem Trumam de decimis dabit ſacerdoti; & ſi habuerit partem octavam de octava parte logi, tenetur eam deferre ad ſacerdotem, ſin minus, non deferet; ſed hoc intelligitur in immundis, ſed in mundis, etſi cujuſcunque quantitatis, tenetur eam partem adjicere rei dubiæ; ſed oblationem Trumam rei de qua conſtat decimas eſſe datas, ſive ea ſit munda ſive immunda, parva ſive magna, tenetur deferre ad ſacerdotem.

guttæ ſigillatim, uti ſolet accidere vaſis quando evacuantur, tum licet ipſi profanum in illum cadum reponere; ſin vero non repoſuerit profanum poſtquam evacuavit cadum, ſed eum in latus inclinaverit, & reliquias quaſdam collegerit, illæ habentur oblatio Truma; nam non dicimus, ſi tota ſubſtantia ex cado illo defluxerit, & tres guttæ ſigillatim ſtillaverint, tum reliquum quod ſe conjunxerit, profanum eſſe, quia cogitationes ejus jam abſtraxit ab illo; ſed expoſuimus quod in rebus dubiis ſacerdos nullam tenet partem præter oblationem Trumam de decimis. שמינית *octava pars*, ſupple logi, cujus jam expoſuimus quantitatem; quando autem oblatio de decimis rei dubiæ continet octavam de octava parte, aut plus, obligatur eam deferre ad ſacerdotem; ſin minus, non obligatur eam ad ſacerdotem deferre; ſed occultabit eam donec venerit ſacerdos cui det; aut donec corrupta fuerit. Loquitur autem hîc de hoc jure, eo quod ſuperius tractavit de minoribus oblationis Trumæ quanticatibus, ad quas non opus eſt attendere propter exiquam quantitatem, uti ſunt grana quæ relinquuntur in apotheca, & liquor qui relinquitur in cado; deindè etiam hîc mentio fit de quantitate oblationis Trumæ de decimis rei dubiæ, non obligatum eſſe quenquam eam ad ſacerdotem deferre, præ exigua ejus quantitate.

GUISIUS. 1 *Octantis.*] Menſura quæ שמינית *Octans* dicitur, eſt octava pars Logi.

ט כרשיני תרומה מאכילין אותם לבהמה ולחיה ולתרנגולים ישראל ששכר פרה מכהן מאכילה כרשיני תרומה וכהן ששכר פרה מישראל אע"פי שמזונותיה עליו לא יאכילני כרשיני תרומי ישראל ששם פרה מכהן לא יאכילנה כרשיני תרומה וכהן ששם פרה מישראל מאכילה כרשיני תרומה:

9. Viciarum primitiis paſcere licet pecudes, feras, gallinas. Iſraelita, qui mercede conduxit vaccam Sacerdotis, eam paſcere poteſt viciarum primitiis. At Sacerdos, qui mercede conduxit vaccam Iſraelitæ, quantumvis ad illum ſpectat pabulum præbere, non tamen eam paſcet viciarum primitiis. Iſraelita 1 qui vaccam partiariam à Sacerdote redemit, non eam paſcet viciarum primitiis. At Sacerdos qui vaccam partiariam ab Iſraelita redemit, illam paſcere poteſt viciarum primitiis.

R. OB. DE BARTENORA.

כרשיני תרומה *viciæ oblationis Trumæ*, plurimæ viciæ animalibus cedunt in cibum, nam ſi principium earum eſſet ut comederentur ab hominibus, non liceret eas beſtiis dare comedendas; attamen aliquatenus homini cedunt in cibum, nam ſi nullatenus in cibum cederent homini, oblatio Truma & decimæ ab iis non eſſent ſeparandæ; quicquid enim homini non cedit in cibum, de eo non datur oblatio Truma, nec decimæ.

מאכילין אותן *comedendum dant illis*, ſacerdotes dant comedendum beſtiis. מאכילה כרשיני תרומה *vicias oblationis Trumæ comedendas proponit*, quia corpus beſtiæ ad ſacerdotem pertinet, etſi alimenta ejus ad Iſraelitam pertineant, & non datur hîc cauſa furti, quia poſſeſſori vaccæ poterit dare oblationem Trumam, ſi voluerit; & concedimus poſſeſſorem vaccæ contentum eſſe, ut ipſi proponat vicias oblationis Trumæ, ut eo modo ipſi det magnam copiam, & tum ſe res habet ac ſi ſacerdos ſibi acquiſiverit vicias, eaſque beſtiæ dixit proponi.

לא יאכילנה כרשיני תרומה *non dabit vicias oblationis Trumæ comedendas*, quia corpus vaccæ pertinet ad Iſraelitam, & Levit. 22: 11. dicitur, *ſacerdos quando acquiſiverit ſibi animam acquiſitione argenti*, per *animam* etiam intelligitur anima beſtiæ, & dicit etiam Scriptura, ſi argento ſacerdotis acquiſita ſit vacca, comedet oblationem Trumam, ſi vero argento Iſraelitæ acquiſita ſit, non comedet.

ישראל ששם פרה מכהן *Iſraelita qui certo valore à ſacerdote emit vaccam*, qui à ſacerdote recepit vaccam prout eo tempore valebat, ea conditione ut eam pinguefaciat, & deindè inter ſe dividant id quod ſupra valorem lucrati fuerint. לא יאכילנה כרשיני תרומה *non comedendas proponet vicias oblationis Trumæ*, quia Iſraelita eam certo valore emit, & eo modo vacca pertinet ad Iſraelitam, & propterea non comedet oblationem Trumam; ſi vero ſacerdos eo modo ab Iſraelita emerit vaccam, dat ipſi comedendas vicias oblationis Trumæ, quia ab eo tempore quo eam recepit valore, ſacerdotis vacca verè dicitur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תרנגולים *gallinæ*, vox nota eſt, cadens in genus maſculinum & fœmininum illius ſpeciei; & notum eſt, ſi ſacerdos aliquod animal emerit, licere ipſi ut animali proponat oblationem Trumam comedendam, quia dictum eſt Levit. 22: 11. וכהן כי יקנה נפש קנין כספו; propterea, ſi aliquod ſibi comparaverit animal, non proponet ipſi oblationem Trumam comedendam, quia non eſt acquiſitio argenti ejus.

ישראל ששם פרה מכהן *Iſraelita qui certo valore emerit à ſacerdote vaccam*, ſenſus eſt, Iſraelitam emiſſe vaccam à ſacerdote certa argenti ſumma, & ea quidem conditione, ut Iſraelita vaccæ pro tempore pabulum præbeat, & ſacerdos deindè eam de facto ſibi acquirat; & ſi interim vaccam vendant, æqualiter dividant id quod lucrifecerint ſupra id de quo convenerant, uti licet id facere prout oportet; præterea etiam exponitur in Baba Mezia, quomodo licitum eſt, & quomodo illicitum, propter lucrum, & hic eſt ſenſus vocis ששם, quæ in lingua Sapientum vocatur שומא *ſumma*, ſive pretium ac valor rei æſtimatæ. Hi vero duo, nempe Iſraelita & ſacerdos qui illud animal æſtimarunt, ſciebant quantum valebat eo in tempore, & quantum valebit præterito deinde tempore; & quamvis Iſraelita eam emerit à ſacerdote, ut ſacerdotis pars relinquatur in lucro, non tamen comedet oblationem Trumam, quia non eſt acquiſitio argenti ejus; ſi vero Sacerdos eam ab Iſraelita emerit eo quo diximus modo, comedat oblationem Trumam.

GUISIUS. 1 *Qui vaccam partiariam &c.*] Quid ſignificet verbum שם ſic nobis aperit Maimonides: הו אן ישתריהא אלישראלי מן אלכהן בתמן מעלום ויתפק מעה אן יעלפהא אלישראלי אלי אלוקת אלפלאני וביעאנהא פמא זאד עלי הוא אלתמן פהו בינהמא נמיעא *Id hoc ſignificat, ut Iſraelita vaccam emat à Sacerdote certo pretio, & cum illo paciſcatur, ut ipſe Iſraelita eam paſcat ad certum tempus, atque tunc ambo eam vendant, & ut quanto pluris vendatur, id inter illos communicetur.* Bertinorius: ישראל ששם פרה מכהן שקבל פרה מכהן בשומא כפי מה שהיא שוה עכשיו כך וכך דמים ויטפל בה ישראל לפטמה ומה שהשביח על השומא יחלקו הריוח ביניהם. *Iſraelita* ששם פרה מכהן, id eſt, *qui redemit vaccam à Sacerdote*

cerdote valore taxato, juxta id quod jam valet, tali, vel tali pretio; ea lege, ut curam ejus gerat Israelita, ut saginetur; lucrum autem quod supra taxatum valorem accesserit, ipsi inter se dividant. Tale est illud Juris Justinianei, l. 13. sect. 1. D. De præscript. *Sed si puerum docendum, vel pecus pascendum tibi dedero, vel puerum nutriendum, ita ut, si post certos annos venisset, pretium inter nos communicaretur.* Illud autem, ששם פרה מכהן verto, *qui vaccam partiariam à Sacerdote redemit*; verba secutus Imp. Antonini ad A. Mucatraulium, l. 8, C. De pactis. *Si pascenda pecora partiaria (id est, ut fœtus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum & pastorem dividantur,) Apollinarem suscepisse probabitur.* Hoc significat verbum שם, tum hic, ubi construitur cum מ, tum Ba. metz. 69. *a.* ubi construitur cum ל. השם בהמה לחבירו עד מתי חייב לטפל בה *Qui pecus partiarium ab alio acceperit, quamdiu eidem curam impendere tenetur?* quod non intellexit Buxtorfius in טפל. An hoc sit pactum; quod Lev. VI. 2. vocatur תשומת יד, quod LXXII Interpretes κοινωνίαν exponunt, Chaldæi שותפות ידא, & Syrus ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܐܝܕܐ *manus consociationem*, non ausim affirmare.

י מדליקין שמן שרפה בבתי כנסיות ובבתי מדרשות ובמבואות האפלין ועל גבי החולין ברשות כהן בת ישראל שנשאת לכהן והיא למודה אצל אביה אביה מדליק ברשותה מדליקין בבית המשתה אבל לא בבית האבל דברי רבי יהודה ורבי יוסי אוסר בבית האבל אבל לא בבית המשתה רבי מאיר אוסר כאן וכאן רבי שמעון מתיר כאן וכאן: סליק

10. Lucernam accendere licet 1 oleo combustionis in Synagogis, & in Scholis, & in angiportubus tenebrosis, & apud infirmos 2 præsente Sacerdote. Si Israelitæ filia nupta sit Sacerdoti, atque ad patrem commeare solita, pater illa præsente accendere potest. Accendere licet in domo nuptiali, non autem in funesta. Ita R. Juda. R. Joses in domo funesta licere vult, non autem in nuptiali. R. Meir utrobique vetat. R. Simeon utrobique permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

שמן שרפה *oleum combustionis*, oleum oblationis Trumæ pollutæ, & vocatur oleum combustionis, quia comburendum est. ברשות הכהן *annuente sacerdote*, si adsit ibi sacerdos, quia lucerna quæ uni inservit, centum inservire potest.

מדליקין בבית המשתה *accendant in domicilio nuptiali*, cum enim vestimentis mundis vestiti sunt, non solent dimovere lucernas è loco suo, ne vestimenta eorum polluantur, propterea non suspicamur ut demoueant lucernas è loco ubi est sacerdos ad locum ubi non est sacerdos; sed in domicilio funesto, ubi viliora vestimenta induunt, suspicamur eos dimoturos lucernas.

בבית האבל אבל לא בבית המשתה *in domicilio funesto, sed non in domicilio nuptiali*, quia in domo funesta corda solent esse contrita, propterea non suspicamur eos dimoturos lucernas ad locum ubi non est sacerdos; sed in domo nuptiali ubi læta solent esse hominum corda, & hilaritate aliquando solent dimovere lucernas, ideo nobis suspicio est. אוסר בכאן ובכאן *vetat utrobique*, quia R. Meyr putat in utroque casu aggravandum esse; sic contrarium putat R. Schimeon, ideoque in utroque casu allevat; & decisio est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שמן שרפה *oleum combustionis*, est oleum oblationis Trumæ pollutæ, quod comedere non licet, sed comburendum est. ברשות הכהן *annuente sacerdote*, id est, ejus dicto & mandato; R. Jehuda permittit accendere in domicilio nuptiali, quia vasa, è quibus bibunt & edunt in domicilio nuptiali, pura sunt, & non utuntur eo in vasis suis ut ex illis bibant aut comedant; R. Jose dicit, in domicilio funesto oleum id non comedi, quia cum funesto non communicant in esu, similibusque causis; sed in domicilio nuptiali occasione illius festi diei fieri potest ut utantur eo oleo in aliis rebus præter incendium. R. Meyr vetat oleum in domo nuptiali propter lætitiam, secundum opinionem R. Jose; & vetat etiam in domo funesta propter inquinationem vasorum, juxta sententiam R. Jehudæ: R. Schimeon permittit in domo nuptiali propter puritatem vasorum, & in domo funesta propter tristitiam, ubi nulli rei operam dant; qui vero contradicunt quod ad domum nuptialem & funestam, illi id statuunt propter plurimas occupationes quæ occurrere solent in tanto consortio, ut quis facile peccare posset; decisio est juxta R. Schimeon.

GUISIUS. 1 *Oleo combustionis.*] Ita vocant oleum primitium pollutum, quod usurpari solet à Sacerdote ad lucernas accendendas, esui ineptum. 2 *Præsente.*] Vel *annuente*. Ita enim Maimonides. עם ארנה חתי יביה לנא דלך *cum illius venia, ut permiserit id nobis.* רשות utrumque significat, *præsentiam*, & *impetratam veniam*.

Finis Tractatus de Primitiis.

מסכת מעשרות

Tractatus de Decimis.

פרק א כלל אמרו במעשרות כל שהוא אוכל ונשמר וגדוליו מן הארץ חייב במעשרות ועוד כלל אחר אמרו כל שתחלתו אוכל וסופו אוכל אף על פי שהוא שומרו להוסיף אוכל חייב קטן וגדול וכל שאין תחלתו אוכל אבל סופו אוכל אינו חייב עד שיעשה אוכל :

CAput I. Regula generalis traditur de decimis : Quicquid in escam cedit, & custoditur, & incrementum habet è terra, ad decimas solvendas tenetur. Porro alia etiam traditur regula : Quicquid ab initio & in fine etiam esui idoneum est, quantumvis servari solet ut esca incrementum capiat, illud tenetur & dum parvum est; & cum grande evasit. Quod autem ab initio edule non est, tandem vero in escam cedit, id non tenetur donec esui idoneum fiat.

R. OB. DE BARTENORA.

כל שהוא אוכל *quicquid cedit in cibum*, anilum, & קצרה, Arabicè עצפור, quæ non cedunt in cibum, etsi necessitatis causa interdum comedantur, neque tenentur de decimis. ונשמר *& quod custoditur*, excludit commune, quod non habet possessorem qui id custodit.

וגדוליו מן הארץ *cujus incrementa e terra*, excludit fungos, & boletos, quod monstratur ex loco Deut. 14: 22. *Decimando decimabis omnem proventum seminis tui quem producit terra*; *omnis proventus* includit proventum qui cedit in cibum, & id quod ipsi simile est; seminis *tui*, id est de semine quod speciatim tuum est, & excludit commune quod non habet specialem possessorem; præterea *seminis* tui excludit fungos, & boletos quos non seminavisti.

כל שתחלתו אוכל וסופו אוכל *quicquid ab initio, & in fine cedit in cibum*, uti sunt olera, quæ simul ac nata sunt in cibum cedunt, & relinquuntur in terra, donec renata augeantur quod ad cibum. חייב גדול וקטון *tenetur magnum & parvum*, quia parvum æque ac magnum idoneum est esui.

וכל שאין תחלתו אוכל *& quicquid ab initio non cedit in cibum*, uti sunt arborum fructus. אינו חייב עד שיעשה אוכל *non tenetur nisi produxerit cibum*, quia Levit. 27: 30. dictum est מפרי העץ *e fructum arboris*, ergo de fructibus arborum dandæ sunt decimæ, quando produxerint fructum qui comedi potest.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כל שהוא אוכל. *quicquid cedit in cibum*, excluditur הכופר *cyprus*, Arabicè אלחנא; excludit etiam האסום, Aracicè נילג; & קוצה, Arabicè אלעצפור, & similia ונשמר *& quod custoditur*, excludit quicquid fuerit commune.

וגדוליו מן הארץ *cujus incrementum è terra*, excludit fungos, & boletos, sed omnia hæc applicantur ex eo quod Deus dixit Deut. 14: 22. & 23. *decimando decimabis omnem proventum seminis tui quem produxerit ager, & comedes coram Domino Deo tuo decimas frumenti tui, vini & olei.* Id nos docet nihil obligatum esse de decimis præter id quod produxerit ager, & quod idoneum est esui; observandum est Deum dixisse *seminis tui*, id est, semen quod speciatim tuum est, & non commune, quia non habet possessorem.

כל שתחלתו אוכל וסופו אוכל *quicquid ab initio & in fine edule est*, uti sunt olerum species, quia simul ac nata sunt, & post incrementa eorum idonea sunt esui, quæ eo fine relinquuntur in terra ut renascantur; & hæc est plurimorum olerum natura; & propterea obligantur de decimis sive ea fuerint parva sive magna, quia in utroque statu idonea sunt esui; quicquid autem non est idoneum esui ab initio, uti sunt arborum fructus, non obligatur de decimis nisi produxerit edulia, quia Deus dixit Levit. 27: 30. *De semine terræ, de fructu arboris*, ergo necesse est ut sit fructus, sic etiam quod dixit Deut. 14: 12. *decimando decimabis omnem proventum seminis tui*, intelligendum est de tempore quando produxerit proventum.

SURENHUSIUS.

Tractatus de decimis hoc nititur fundamento, nimirum, ut decimæ primæ educantur singulis annis, eæque Levitis tradantur. Et sequitur hic tractatus eum cui titulus est de primitiis, eo quod secundo a Primitiis gaudet dignitatis gradu. Nam postquam educta est Truma magna, necesse est ut de reliquo educatur una de decem partibus, & illa pars vocatur מעשר ראשון *decimæ primæ*, de quibus scriptum est Num. 18: 24. את מעשר בני ישראל אשר ירימו ליהוה וכו' Hæ vero Decimæ cedunt Levitis masculis & fœminis; quemadmodum scriptum est Num. 18: 21. הנה נתתי את כל מעשר בני ישראל לנחלה Cæterum decimæ primæ etiam comedi possunt ab Israelita, & in immunditie, quia nulla in iis continetur sanctitas. Et quocunque in loco de decimis dicatur קדש *sanctitas*, aut פדיה *redemptio*, de decimis secundis tantum dicitur. Nam quandoquidem decimæ primæ habentur ut חולין *profana*, uti scriptum est Num. 18: 16. ונחשב לכם תרומתכם כדגן מן הגורן וכמלאה מן היקב גורן ויקב. At quomodo se habent *area & torcular*? profana sunt ad omnem rem; sic etiam decimæ secundæ a quibus desumpta est Truma earum, profanæ sunt ad omnem rem. Propterea filiæ Levitæ captivæ abductæ, aut stupratæ comedendas apponere licet dicimas; sed non ei cui innotuit mors illius mariti, aut cui unus testis affirmaverit mortem mariti, cujus testimonio alii nupsit, redeunte præterito deinde tempore marito illius primo. Levitæ autem & sacerdotes educunt decimas primas, ut de illis separetur Truma de decimis. Pariter sacerdotes separant reliquas Trumas, & decimas pro ipsis, eo quod sacerdotes auferunt de toto. Decimas autem e potestate sacerdotum educere non licet, quia scriptum est Num. 18: 26. כי תקחו מאת בני ישראל sic etiam neque dona sacerdotalia educunt ab uno sacerdote ad alium. Sed Ezras constituit suo tempore ne decimæ primæ darentur Levitis, sed sacerdotibus, eo quod cum ipso Jerusolymas ascendere nolebant e captivitate Babylonica. Si quis comederit fructus suos illibatos, & Levita comederit fructus suos illibatos, etsi condemnati sint mortis cœlitus infligendæ, tamen non solvunt dona possessoribus suis, quia scriptum est Num. 18: 24. אשר ירימו ליהוה Propterea possessoribus nulla in ea est potestas, postquam educta sunt. Verum extra terram Israelis integrum est unicuique comedere de fructibus suis illibatis, & deinceps separare Trumam & decimas. Præterea scias velim, quod omnia illa quæ dicta sunt de Truma, quod eam non licet separare ab uno ad aliud, sic etiam de decimis intelligi debent, non liceat eas desumere ab uno ad aliud. Similiter, quando de Truma dictum est, *Si quis separaverit Trumam, tamen Truma ejus est Truma*; etiam de decimis dici debet, *si separaverit decimas, decimæ ejus sunt decimæ.* Et qui immunis est a Truma, immunis est a decimis; & quicunque Trumam separat, decimas separat. Sic etiam quod dictum est de quibusdam viris, *non separabunt, si vero separaverint Trumam, Truma eorum est Truma*, dici debet de eo cui non licet decimas separare, *si separavit decimas, decimæ illius decimæ sunt.* Et cujus separatio Trumæ non habenda est Truma, ejus decimatio quoque non habenda est decimatio. Hæc sunt quæ ad majorem hujus tractatus intelligentiam delibavimus è Maimonide Hilchot Maaser.

ב מאימתי הפירות חייבות במעשרות התאני משיבחילו הענבים והאבשים משהבאישו האוג והתותים משיאדימו וכל האדומים משיאדימו דרימונים משימסו התמרים משיטילו שאור האפרסקים משיטילו גידים האגוזים משיעשו מגורה רבי יהודה אומר האגוזים והשקדים משיעשו קליפה:

2. Undenam occipiunt fructus ad decimas solvendas teneri? Ficus ex quo succo turgeant. Uvæ & labruscæ ex quo vinacea ostendant. Rhus, & mori ex quo rubescant. Atque omnes adeo rubri ex quo rubescant. Mala punica ex quo liquescant. Dactyli ex quo 1 fermentum spargant. Mala persica ex quo fibrillis scateant. Nuces ex quo 2 arcam fecerint. R. Juda autumat: Nuces & amygdalæ ex quo corticem duxerint.

R. OB. DE BARTENORA.

מאימתי הפירות חייבות במעשרות *quando fructus obligantur de decimis*, qui fructus initio non cedunt in cibum, propterea cujuslibet quantitatas determinanda est undè constabit advenisse tempus quo cedant in cibum.

משיבחילו *quando maturescere incipiunt*, nam principium maturitatis vocatur בוחל, sic per metaphoram dies juventutis fœminæ vocentur בוחל; & exponunt in Gemara initium maturitatis esse quando capita incipiunt albescere. האבשים notat speciem malarum uvarum.

משהבאישו quando eousque maturuerint ut grana interna appareant exterius, & botrus continuerit granum unum quod hanc mensuram maturitatis attigerit, obligantur de decimis. אוג notat arborem quæ rubros profert fructus, & barbare קורניאולי dicitur. תותים Arabicè תות dicitur, & barbare *morus*. משימסו *quando liquescunt*, quando cibus in manu ejus liquefit, & si unicum granum punici mali ad eam mensuram pervenerit, totum malum punicum obligatur de decimis. משיטילו שאור *quando emittunt fermentum*, instar fermenti quod habet fissuras.

משיטילו גידים *quands emittunt nervos*, quando maturescere incipiunt instar rubrorum nervorum conspiciuntur in illis. משיעשו מגורה *quando faciunt apothecam*, quando id quod edule est separatur è cortice, & illud apparet ac si positum esset in apotheca, sive cista. משיעשו קליפה *quando faciunt corticem*, inferior cortex adhæret illi, qui eduli proximus est, & hoc non fit nisi post perfectam maturitatem fructuum; decisio non est juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus quod arborum fructus non obligantur de decimis priusquam produxerint fructus, ideoque dicit, *ficus quando incipiunt maturescere*; tempus vero maturitatis statuitur quando ficus ab arbore collegerunt, deponentes eas viginti quatuor horas, quibus præteritis esui idoneæ sunt; בוחל juxta Sapientes notat maturum fructum. אבשים idem est quod באשים; & uvarum species est, grana proferens minuta, sic Esaiæ 5:2. ויקו לעשות ענבים ויעש באשים, eo sensu non nemo ex primariis in Gemara exponit. הבאישו *vinacea ostendunt*, quando mollescunt & purificantur togæ uvarum, ut grana conspiciantur exterius præ copia liquoris, jam exposuimus in tractatu Schevyt, quare usi sunt voce הבאישו. אוג Arabicè dicitur סמאק.

וכל האדומים משיאדימו *& omnes rubræ quando rubescunt*, id est, quæcunque ficus ejus sunt naturæ ut rubescant, quando ad perfectam maturitatem pervenerunt, obligantur de decimis simul ac inceperint rubescere. משימסו *quando liquescunt*, quando liquor exprimitur è granis mali punici inter digitos. משיטילו שאור *quando emittunt fermentum*, id est, quando distenduntur instar panis fermentati, cujusmodi sunt dactyli tempore maturitatis.

האפרסקין משיטילו גידים *mala persica quando nervos emittunt*, quando mala persica incipiunt maturescere, conspiciuntur in illis fila, & nervi rubri, ideoque hic mentio fit de nervis.

משיעשו מגורה *quando faciunt cistam*, quando quis id quod edule est separat à cortice exteriori, edule se habebit ac si esset in arca. *R. Jehuda dicit, quando faciunt corticem*, nimirum corticem interiorem, cui edule adhæret, nec separatum est nisi post perfectam maturitatem; & sic dixerunt etiam, *de cortice circum edule*; quod etiam post perfectam maturitatem intelligendum est, uti exposuimus; decisio est juxta R. Jehudam.

GUISIUS. 1 *Fermentum spargant.*] Maimonides: מנד תסתרכ׳ ותרבוא כאלכבז אלמכתמר לאן כדלך תכון חאלה אלתמר ענד אלנצג *Ex quo lentescunt, atque intumescunt panis instar fermentati; ita enim solent maturescentes dactyli.* 2 *Arcam fecerint.*] Maimonides: מנד ינפצל אלטעם מן אלקשר אלבראני ויציר אלטעם כאנה פי מגורה והי אלמכזן *Ex quo nucleus ab exteriore cortice separatus tanquam in* מגורה, i.e. *in arca jacet.*

ג החרובין משינקדו וכל השחורים משינקדו האגסים והקרוסטומלין והפרישין והעוזרדין משיקרחו וכל הלבנים משיקרחו התלתן משתצמח התבואה והזיתים משיכניסו שליש:

3. Siliquæ ex quo maculosæ fiant. Atque omnia nigra ex quo maculosa fiant. Pyra, crustumina, mala cydonea, & sorba ex quo glabrescant. Atque omnia alba ex quo glabrescant. Fœnumgræcum cum jam adolescere potest. Frumentum & olivæ ex quo tertia ex parte maturuerint.

R. OB. DE BARTENORA.

משינקדו *quando punctatæ sunt*, quando in illis fuerint maculæ nigræ, perfecta enim maturitate nigrescunt. וכל השחורים *& omnia nigra*, uti sunt uvæ minutæ, & uvæ rubi. קרוסטומלין *crustumina*, sunt mala minora similia gallis. פרישין *mala cydonea*, Arabicè ספרגל dicitur. עוזרדין *sorba*, זערור dicitur Arabicè.

משיקרחו *quando glabrescunt*, quando hi fructus sunt parvi, teguntur minutis quibusdam pilis, quando autem maturescere incipiunt glabrescunt paululum, sed in perfecta maturitate omnino glabrescunt.

תלתן משתצמח *fœnum græcum, quando germinat*, quando post sationem ad perfectam pervenerit maturitatem; ut autem constet an ad perfectam pervenerit maturitatem, conjiciunt

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משינקדו *quando punctantur maculis*, quando maculæ in græ in iis factæ sunt. *Pira, crustumina, mala cydonea, & sorba*, nota sunt, cum ea jam explicuimus. משיקרחו *quando glabrescunt*, id est, quando in iis inveniuntur pustulæ albæ, sed hoc non accidit ipsis nisi pilus comminutus ipsis excidat, & eo sensu dicitur, *quando glabrescunt*. In Gemara dicitur, *quando maculis punctatæ*, id est, quando maculis nigris depictæ sunt, *quando glabrescunt*, quando faciunt pilos albos.

תלתן כדי שתצמח *fœnum græcum quando germinat*, dixerunt, *quando satum fuerit & creverit*, sensus est, istud fœnumgræcum tam durum & maturum esse, ut germinet quando id seminant; & notum erat tunc temporis semen illud madefaciendum esse aquis, ut submergerentur grana, undè sciebant illa

ciunt illud in aquam, & si major pars grani tegatur aquis, indicium est illud suum habiturum incrementum si feratur; & propterea indè separandæ sunt decimæ, juxta id quod dicitur Deut. 14:22. עשר תעשר את כל תבואת זרעך, ergo quicquid seritur, & creverit decimabitur. משיכניסו שליש *quando tertia pars provenerit*, si tertia pars creverit de eo quod crescet; vel etiam, quando expresserit eas, separabit ex iis tertiam partem de eo quod separavit, quando omnino maturæ sunt.

illa habitura incrementa sua quando ea serebant, & tunc temporis ingrediebantur jus de decimis. In tractatu Scheviit jam explicuimus id quod dicitur משיכניסו שליש *quando tertia ex parte produxerint*, uti exposuit Gemara; intelligitur ergo ex hoc sensu, eum qui separat decimas obligatum esse eas separare post maturitatem perfectam, & fructuum saporem.

ד ובירק הקשואים והדלועים והאבטיחים והמלפפונות התפוחים והאתרוגין חייבים גדולים וקטנים רבי שמעון פוטר את האתרוגין בקטנן החייב בשקדי׳ המרי׳ פטור במתוקים החייב במתוקים פטור במרים :

4. Cucumeres & cucurbitæ, melones & melopepones inter olera, atque etiam mala & mala citrea tenentur & cum grandia evaserint, & dum parva adhuc sunt. R. Simeon mala citrea dum parva sunt excusat. Quicquid obligatur in amygdalis amaris, id immune habetur in dulcibus: & quod in dulcibus obligatur, id immune habetur in amaris.

R. OB. DE BARTENORA.

ובירק הקשואים וגו *& inter olera cucumeres &c.* sensus est, quatuor species inter olera, nimirum, cucumeres, cucurbitæ, melones, melopepones; & inter arborum fructus, mala, & mala citrea obligantur, tam parva quam magna, quia ab initio & in fine edulia sunt.

R. *Schimeon liberat mala citrea, dum parva sunt*, quia putat quod non comedantur dum parva sunt, & ab initio non comeduntur; sed decisio non est juxta R. Schimeon; amygdala amara comeduntur quando parva sunt, at non comeduntur quando magna sunt; contrario modo se res habet in dulcibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio hujus Mischnæ ita se habet, & inter olera cucumeres, cucurbitæ, melones, melopepones; sic etiam mala, & mala citrea obligantur tam magna quam parva, quia ab initio & in fine edulia sunt, etiam quando parva sunt & relinquuntur ad accrescendum, uti diximus. Exposuimus aliquoties quid significant voces, קשואים, אבטיחים, דלעין, מלפפונות, התפוחים, ואתרוגים; Amygdala amara vero esui idonea habentur quando parva sunt ante maturitatem, & propterea eo in statu obligantur de decimis; at si maturuerint, non obligantur de decimis, quia tum non sunt idonea esui; at contrarium obtinet in amygdalis dulcibus, quæ in principio libera sunt à decimis, quia tum non sunt esui idonea, sed obligata sunt post maturitatem; decisio non est juxta R. Schimeon.

ה איזהו גרנן למעשרו׳ הקשואים והדלועי׳ משיפקסו ואם אינו מפקס משיעמיד ערימה אבטיח משישלק ואם אינו משלק עד שיעשה מוקצה ירק הנאגד משיאגד אם אינו אוגד עד שימלא את הכלי ואם אינו ממלא את הכלי עד שילקט כל צרכו כלכלה עד שיחפה ואם אינו מחפה עד שימלא את הכלי ואם אינו ממלא את הכלי עד שילקט כל צרכו במה דברים אמורים במוליך לשוק אבל במוליך לביתו אוכל מהם עראי עד שהוא מגיע לביתו :

5. Quænam est 1 area eorundem quoad decimationem? Cucumerum & cucurbitarum area est ex quo tomentum abradatur; & si non omnino abradatur, ex quo in acervum cogantur. Melonum, ex quo lanugo defricetur; & si non omnino defricetur, ex quo in tabulato disponantur. Oleris vinciri soliti, ex quo vinciatur; & si non vinciatur, ex quo plenum colligatur vas; & si plenum vas non colligatur, ex quo colligatur quantum opus est. 2 Canistri, ex quo contegatur; & si non contegatur, ex quo vas plenum sit; & si vas non repleatur, ex quo decerpatur quantum opus est. Quo sensu dicuntur ista? De eo utique qui in forum defert. At si quis domum defert, iis vesci licet pro re nata dum domum ventum sit.

R. OB. DE BARTENORA.

איזהו גרנן למעשרות *quænam est area pro decimis*, quando fructus destinati sunt decimationi, non licet eos comedere pro re nata, uti proventum in area, nam etiamsi fructus attigerint decimandi tempus, nihilominus licet de illis comedere pro re nata, quamdiu area eorum nondum est determinata pro decimis solvendis. משיפקסו *quando rejecerint* פיקס *spicas*, sive pilos qui crescunt in iis quando parvæ sunt, & quando maturescunt, istiusmodi pili decidunt. משישלקו *si abjiciant*, סלוק hoc in melonibus idem est quod in cucurbitis פקס. מוקצה *tabulatum*, eo quod melones non solent colligere in acervum, sed expandere eos in loco qui vocatur מוקצה. Porro dicit, ירק הנאגד *olus in fasciculos colligatum*, quod in fasciculis vendi solet.

ואינו ממלא את הכלי *si non impleat vas*, ut, si quis duo aut tria vasa voluerit implere, comedere licet de quolibet pro re nata, usque dum impleverit ultimum. כלכלה *canistrum*, in quod solent colligere olus. עד שיחפה *donec tegatur*, usque

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

איזהו גרנן למעשרות *quænam est area pro decimis*, per interrogationem dicitur; & sensus est, doctorem rogare, quando fructus se habent ut proventus qui delatus est in aream, de quo non licet edere pro re nata, quia jam determinatus est quod ad decimationem, nam antequam delatus sit in aream, etsi decimationis tempus advenerit, licet comedere de eo pro re nata. Natura vero cucumerum & cucurbitarum ea est, ut supra eas crescat aliquid quod est instar pilorum, aut spicarum minutissimarum, quod dicitur פקס; pari modo solet quid crescere supra melones quod שלק dicitur. Et quod dicitur משיפקסו, משישלקו, sensus est, quando ex iis deciderit istiusmodi pilus eo in tempore, quo eas manibus purificat.

עד שיעשה מוקצה *donec disponat in tabulato*, id est, donec melones in ordinem expanderit; locus enim in quo expanduntur fructus vocatur מוקצה, quia melones non solent colligere in acervum; quoniam eo modo franguntur. משיחפה *quando tegitur*, uti solent ii qui curam fructuum

uſque dum olera texerit arborum foliis, ſimilibuſque rebus quibus tegi ſolent.

במה דברים אמורים *quo ſenſu dicta ſunt hæc verba*, de area eorum pro decimis ſolvendis. במוליך לשוק *quando defert in forum*, ad vendendum, res non dependet ab intentione ejus, quia fieri poteſt ut inveniat emptorem dum fructus ſunt illibati, quia emptio determinat decimationem; *ſed ſi domum ſuam deferat*, licet ipſi comedere pro re nata, quia res dependet ab intentione, & fructus non ſunt illibati, niſi venerint domum, quo facto obligantur de decimis, uti dicitur Deut. 26: 13.

fructuum habent, eos foliis arborum ſimilibuſque rebus contegere.

במה דברים אמורים *quo ſenſu hæc dicta ſunt verba*, quando fructus attigerit deſtinatum decimationis tempus, non licet comedere de illis, quando eos ad forum defert; at ſi eos domum deferat, licet ipſi comedere pro re nata, donec venerit domum; & hoc fundamentum jam diximus capite octavo tractatus Trumot, nimirum, quod res illibata non obligatur de decimis antequam conſpexerit domum, uti dicitur Deut. 26: 13. בערתי הקדש מן הבית.

GUISIUS. 1 *Area.*] Area proprie frumenti eſt: ſed tranſlato loquendi genere & ad alios fructus accommodatur, quo ſenſu ſignificat גמר מלאכתן *ultimum circa eos opus*, quod in frumento elaborando in area fieri ſolet, vel tempus quo jam eſui prorſus fiunt illiciti niſi perſolutis prius decimis. Nec ad fructus ſolummodo transfertur hæc locutio, ſed etiam ad pecora, ut ſignificet tempus quo decimari debent. Vide Shek. III. 1. 2 *Caniſtri.*] Ficitoris, vel pomorum leguli.

ו. הפרד והצמוקין והחרובין משיעמיד ערימה הבצלים משיפקל ואם אינו מפקל משיעמיד ערימה התבואה משימרח ואם אינו ממרח עד שיעמיד ערימה הקטניות משיכבור ואם אינו כובר עד שימרח אף על פי שמרח נוטל מן הקוטעים ומן הצדדים וממה שבתוך התבן ואוכל;

6. 1 Granatorum aridorum, uvarum paſſarum, & ſiliquarum area eſt, ex quo in acervum cogantur. Cæparum, ex quo 2 caules auferantur; quæ ſi non auferantur, ex quo in acervum cogantur. Frumenti, ex quo perpoliatur; & ſi non perpoliatur, ex quo in acervum congeratur. Leguminum, ex quo cribro excuſſa ſint, quod ſi non fiat, ex quo perpoliantur. Perpolitis demum licet tamen ſumere de granis ab acervo divulſis, de iis quæ ſunt ad latera, & de iis quæ in ſtramine latent, atque illis veſci.

R. OB. DE BARTENORA.

פרד ſolebant abſcindere grana à malis punicis, eaque exſiccare, & grana illa exſiccata vocabantur פרדין, quæ ſeparabantur à malis ut undiquaque perflarentur à vento. משיפקל idem eſt quod משיקלף *quando malum corticem abjecerit.* משימרח *quando purificaverit*, quando proventum in aream delatum à palea purificaverit, & frumentum in acervum ſeparaverit. משיכבור *quando cribro excuſſerit*, quandoquidem legumina una cum terra evelli ſolent, propterea neceſſe eſt ea cribro excutere. קוטעים *ſunt grana divulſa*, quæ non ſunt conculcata. הצדדים *grana lateralia*, è latere acervi, quæ non ſunt purificata ומה שבתוך התבן *& quicquid fuerit in palea*, quod non ventilatum eſt à palea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

פרד nota grana malorum punicorum abſciſſa, & exſiccata. משיפקלו *quando corticem* vel *folia abjecerint*, & quicquid illis adhæret deciderit. משימרח *quando purificatur*, quando à palea politus fuerit proventus; rationem vero jam expoſuimus, ob quam hæc purificatio vocatur מריחה, in tractatu Pea. משיכבור *quando cribro excuſſerit*, & omnem paleam indè ſeparaverit; & hujus inſtrumenti nomen כברה eſt. קוטעין *avulſis granis*, ex eo quod ad latera ex ſpicis aut granis ſumere licet.

GUISIUS. 1 *Granatorum aridorum.*] Quid ſit פרד optime conſtare videtur ex Toſaphta Terum. III. התורם ענבים לעשותן צימוקין תאינים לעשותן גרוגרות רמונין ועתיד לעשותן פרד *Qui primitias delibat ex uvis, ut paſſas faciat, ex ficubus ut caricas faciat, & ex granatis,* פרד *facturus, &c.* Eſt adeo פרד in malis punicis, quod in uvis paſſæ, & inter ficus caricæ. In Toſaphtæ quidem editionibus quas habemus, pro פרד legitur פרי. Sed omnino legendum פרד; atque ita ibi R. Samſon. R. Nathan non diſſimilem locum adducit ex Toſaphta Shebiit. מפרדין רימונים לעשות פרד *Granata ſeponentes ut fiat* פרד. Vide Orla III. 8. Oketz II. 6. 2 *Caules auferantur.*] Culmi lini à Pſeudo-Jonathane Exod. IX. 31. vocantur פוקלין. Hinc פקל, *culmos* vel *caules avellere & abrumpere*, quod hujus loci eſt. Quod interpretum plerique volunt, idem denotare quod קלף, id autoritate caret. Quod alii, ut ſignificet *cæpas in fune vel reſti componere*, id ferri omnino nequit altero illo loco Oketz II. 5. ubi eadem vox occurrit.

ז היין משיקפה אף פי שקפה קולט מן הגת העליונה ומן הצנור ושותה השמן משירד לעוקה אף על פי שירד נוטל מן העקל וכבין הממל ומבין הפצים ונותן לחמטה ולתמחוי אבל לא יתן לקדרה וללפס כשהן רותחין רבי יהודה אומר לכל הוא נותן חוץ מדבר שיש בו חומץ וציר:

7. Vini area eſt, ex quo deſpumatum ſit. Quantumvis deſpumatum ſit, tamen è ſummo torculari, atque è canali exceptum bibere licebit. Olei, ex quo diffluat in lacum. Quantumvis diffluxerit, licet tamen è fiſco, vel ab orbe, vel de regulis detractum 1 libo affundere, vel patinæ, non autem ollæ bullienti, vel lebeti. R. Juda rei cuilibet affundere permittit, præterquam ei, cui admiſtum eſt acetum vel garum.

R. OB. DE BARTENORA.

משיקפה *quando deſpumatum fuerit*, quando vinum abjecerit nucleos, & grana in lacum, dum effervescit. גת העליונה *torcular ſuperius*, quia nondum deſcendit in lacum vinum illud quod in eo calcatur. הצנור *tubus*, qui datur in ore torcularis, vinum defluens per hunc tubum vel canalem in lacum, vinum vero quod eſt in torculari aut tubo nondum

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

משיקפה *quando deſpumatum fuerit*, quando vinum abjecerit ſpumam granorum. גת העליונה *torcular ſuperius*, eſt torcular in quo uvas calcant; *torcular inferius* vero eſt, in quod deſcendit vinum, quod voce Hebræa יקב dicitur. צנור *tubus*, per hunc deſcendit vinum in torcular inferius. עוקה *lacus*, in quem deſcendit oleum. עקל notat vas è funi-

dum ritè perfectum censetur. עוקה est lacus torcularis in quem oleum descendit. עקל est vas aliquod e funibus confectum, in quo olivas colligunt quando ipsis trabem imponunt. כמל est superior lapis quo olivas commolere solent. מבין הפסים *inter asseres*, oleum id quod inter asseres defluxerit. חמטה est placenta tenuis, quam oleo inungere solent quando eam fornace extrahunt, quo docemur eam non reputari ut id quod coctum est, ignis enim rem de decimis obligat; & propterea non licet comedere pro re nata de quocunque proventu aut fructu qui igne fuerit coctus, sed hæc placenta non reputatur pro eo quod coctum est; sic etiam se res habet cum תמחוי quod est vas secundum, non juvans ad coctionem; sed non licet oleum imponere ollæ aut lebeti ferventi, etsi eam ab igne removerit & comederit pro re nata, quia quamdiu oleum ea mediante aduritur, habetur ac si coquat, atque adeo de decimis obligat. לכל הוא נותן *cuilibet affundat*, cuilibet ollæ aut lebeti ferventi quando eas ab igne removerit, nec obligat quod ad decimas. חוץ החומץ וציר *excepto eo in quo fuerit acetum aut salsamentum*, eo quod acetum & salsamentum coctionem promovet, decisio non est juxta R. Jehuda.

funibus contextum instar retis, in forma rotunda, in quo congregabatur oleum quod erat expressum. ממל notat lapidem quo exprimebantur olivæ. מבין הפסין *inter duos lapides*, aut duo ligna torcularis. Tenemus pro fundamento, id quod igne coctum est obligari de decimis, quia non est moris coquere & simul comedere, qui esus vocatur אכילת עראי *esus accidentalis*.

חמטה ותמחוי sunt nomina vasorum quibus imponunt cibum calidum. לפס, קדירה sunt nomina vasorum in quibus coquunt; & licet oleum imponere vasi cui imponunt cibum, quia in eo non coquitur; at non licet oleum imponere ollæ in qua coquunt quamdiu fervet, quia oleum in eo coquitur; R. Jehuda permittit imponere ollæ, & lebeti ferventi, nisi in olla reperiatur cibus coctus qui fervet, acetum, aut salsamentum, quia oleum mediante eorum acrimonia incipit coquere; decisio non est juxta R. Jehuda.

GUISIUS. 1 *Libo.*] Maimonides חמיטה hic pro vase habet; hoc est pro placenta patinam sumere. Vide Tebul yom, lib. I, 2. & II. 4.

ח העגול משיחליקנו מחליקי' בתאני ובענבים של טבל רבי יהודה אוסר המחליק בענבים לא הוכשר ר' יהודה אומר הוכשר הגרוגרות משידוש וכגורה משיעגל היה דש בחבית ומעגל במגורה נשברה החבית ונפתחה המגורה לא יאכל מהם עראי רבי יוסי מתיר :

8. Orbiculi palathæ area est ex quo oblitus sit. Ficuum autem, vel uvarum illibatarum succo oblinere licet. R. Juda vetat. Uvarum succo oblitus non ideo ad pollutionem disponitur. R. Juda disponi censet. Caricarum area est ex quo inculcentur; arcæ 1 ex quo paviculis coæquetur. Si inculcato dolio & coæquata arca, illud effractum sit, hæc autem 2 adaperta, inde non vesci licet pro re nata. R. Joses permittit.

R. OB. DE BARTENORA.

העגול של דבלה *orbiculis palathæ*, solent palathas lævigare liquoribus ficuum, quo facto obligantur de decimis. בתאנים ובענבים של טבל *ficubus aut uvis illibatis*, liquore ficuum aut uvarum lævigant palathas orbiculatas, & non habetur aliqua ejus liquoris ratio, quia perit. *R. Jehuda vetat*, quia liquores illi æstimantur, & vetiti sunt quoniam illibati sunt, decisio non est juxta R. Jehuda in tota hac Mischna. המחליק בענבים *qui lævigat uvas*, qui defricat uvas super palathis ficuum. לא הוכשר *non recte disponitur*, nimirum palatha ficuum ad recipiendum immunditiem, quia liquor ille qui ex uvis exprimitur non æstimatur; de liquore vero qui nitidus est controversia est inter doctorem primum & R. Jehudam, an habendus sit liquor, an vero non. משידוש *quando calcaverit*, exsiccant ficus, & postea contundunt eas in dolio baculorum ope, aut complanant eas ope manuum in apotheca, & calcatio dolii & complanatio apothecæ, est perfectio operis illius. לא יאכל מהם עראי *non comedet ex illis pro re nata*, quia putat, inferius non obligare superius, neque id quod superius est obligare inferius, quia opus eorum jam ritè perfectum est; R. Jose putat, unum obligare alterum, & opus eorum non ritè perfectum esse; decisio non est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus vocem עגול notare massas ficuum orbiculatas instar rotæ. משיחליקנו *quando inungit eam*, solent enim istiusmodi palathas rotundas oleo inungere ac lævigare; inungunt autem palathas ficuum & uvarum liquore illibato, namnon dicimus quod homo contundit olivas aut uvas, ut pereant; cum enim olivis aut uvis unguntur palathæ, humores attrahunt, ad hoc R. Jehuda dicit, hanc actionem disponere ad immunditiem, quia vinum septem ingreditur liquorum numerum, qui ad immunditiem disponere possunt res alias, uti exposuimus in tractatu Trumot, & censetur ac si palatha liquoribus vini liquefacta esset. משידוש *quando calcaverit*, quando ficus aridas inter se inculcaverit in illis vasis in quibus eas conservare velit.

מגורה משיעגל *in arca, quando complanatæ sunt*, quando ficus in apothecam reponere voluerit, cum inceperit eas complanare in ore apothecæ; verbum עגל notat complanare fundum, hinc מעגילה *cylindrus*, quo solum volutando complanant; decisio non est secundum R. Jehuda, nec secundum R. Jose in tota hac Mischna.

GUISIUS. 1 *Ex quo paviculis.*] Ita sonat משיעגל, atque ita commentatores Judæi. Sed in Gemara Hierosolymitana legitur משיעגול, quam vocem plane non intelligo. In Tosaphta etiam pro מעגל, quod mox sequitur, legitur מעלה; id est, *Si inculcato dolio & in arcam reposito.* 2 *Adaperta*, Ita editi plerique cum Tosaphta נפתחה. MS. נפחתה *imminuta*.

פרק ב היה עובר בשוק ואמר טלו לכם תאנים אוכלים ופטורין לפיכך אם הכניסו לבתיהם מתקנים ודאי טלו והכניסו לבתיכם לא יאכלו מהם עראי לפיכך אם הכניסו לבתיהם אינן מתקנין אלא דמאי :

Caput 2. Si quis per forum transiens clamet, *Sumitote vobis ficus*, qui comederint immunes sunt. Propterea si in ædes invehant, perficere debent tanquam rem certo illibatam. *Sumitote, & in ædes vestras portatote*; illis non licet vesci pro re nata. Propterea si domum portaverint, non tenentur aliter perficere quam ut rem dubiam.

R. OB. DE BARTENORA.

היה עובר בשוק *si transeat publicum locum*, nempe is qui est

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Quando venditor ille per publicum transiit, dicendo ; sumite

est plebejus, & propterea suspectus de decimatione אוכלים ופטורים *si comederint, liberi sunt*, quia dicimus eas ficus non vidisse faciem domus, ideoque nondum determinatas quod ad decimationem; & quamvis venditio constituat decimationem, dicimus tamen eum hic dono dedisse ficus, at donis non imponitur decimatio.

מתקנם ודאי *perficiet eas tanquam rem certo illibatam*, quia qui eas dono dat non decimat, quia putat homines eas comedere in foro, & non necesse esse eas decimare; quia, si domum deferantur, illis imponitur obligatio decimationis; sed hoc intelligendum est tantum quando plebejus paululum dederit quod in foro comedi potest; at si multum dederit, aut si ille cui ficus dederit in foro non solet edere; vel si dederit quicquam quod eo modo comedere non solet, in his omnibus se res habet, ac si dixisset, *portate domus vestras*, & non licet de illis edere pro re nata, quia plerumque jam ipsis certo imponitur obligatio decimationis. אינן מתקנין אלא דמאי *non disponunt nisi tanquam rem dubiam*, dando oblationem Trumam sacerdoti; decimas primas & decimas pauperum reservando sibi.

mite vobis ficus, tum licet eas comedere pro re nata, quia statuimus illas ficus nondum vidisse faciem domus, ut de decimis essent obligatæ, & propterea vendit tantum ut comederent eas pro re nata, & res se habet ac si dono dedisset, at donatio non obligat de decimis, uti quidem venditio; si vero quis eas domum detulerit, necesse est ut separet decimas quæ debentur pro re illibata. Si vero dixerit venditor, *sumite, & domum vestram portate*, statuimus eas jam vidisse faciem domus, & propterea emtor non comedet eas pro re nata, quia istiusmodi plebejus non est fide dignus de decimis quando dicit, *portate eas domum vestram*, ac si dicat, decimatæ jam sunt; & propterea cum istiusmodi ficubus aget in decimatione juxta jus rerum dubiarum propter decimas; quia verum an falsum dixerit dubium est, quando dixit eas esse decimatas; aut forsan dixit hæc, ut inveniret emptores; hæc vero omnia sunt intelligenda quando venditor est plebejus sive indoctus, uti exposuimus in tractatu Demai.

ב היו יושבין בשער או בחנות ואמר טלו לכם תאנים אוכלין ופטורין ובעל השער ובעל החנות חייבין רבי יהודה פוטר עד שיחזיר את פניו או עד שישנה מקום ישיבתו:

2. Si considentibus quibusdam in porta vel in taberna clamatum sit, *Sumitote vobis ficus*, comedentes immunes habentur. Ipse autem portæ vel tabernæ dominus tenetur. R. Juda immunem pronunciat, nisi faciem converterit, vel sedem mutaverit.

R. OB. DE BARTENORA.

ואמר טלו לכם *& dicat, sumitote vobis*, si dominus portæ vel tabernæ hæc dixerit, *tum istiusmodi dominus obligatus est*, quia domus hominis sibi ipsi rem illibatam facit, at non aliis. *R. Jehuda liberat*, quia hominem pudet comedere in taberna, aut in porta; at in atrio quod obligat quod ad decimas, in eo non pudet hominem comedere. עד שיחזיר פניו *donec converterit faciem*, in loco in quo degit pudet venditorem comedere sine conversione faciei; sed uti non degit, ibi venditorem non pudet comedere; inde docemur, in loco in quo quem pudet comedere eum, liberum esse, at ubi non pudet, ibi eum non esse liberum si comederit; decisio non est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum est portæ aut tabernæ dominum, vel etiam atrii obligatum esse ad decimas, quia locus ille est locus in quo degit vitam suam, & propterea istiusmodi locus obligat quod ad decimas; decisio non est juxta R. Jehuda.

SURENHUSIUS.

ואמר טלו לכם *& dixerit, sumite vobis*, Bartenora hæc verba refert ad dominum portæ, vel tabernarium, & eodem sensu R. Schimson. Cæterum necesse est ut dicamus fructus in loco publico esse expositos, nam si essent fructus in porta aut in taberna, illibati essent, ac decimis destinati, atque adeo non solum domino portæ vel tabernæ esu illicitæ, sed aliis quoque; quia domicilium hominis obligat ad decimationem, postquam illud intraverint fructus, quemadmodum Misna præcedenti expositum est; & tum Misna pro היו יושבים בשער potius dixisset היו יושבים בבית *si qui sedeant in domo*; sed non ita, quia is qui vendit fructus in loco publico, solet sedere in porta, aut in taberna; non autem in domo. Verum Maimonides Hilchot Maaser capite quinto scribit hoc sensu, *Si qui viri consederint in porta, aut in taberna, & dixerit illis,* (is qui forum transit) *sumite & comedite, ecce hi comedant atque a decimis sint immunes. Sed dominus portæ, aut dominus tabernæ ne comedant donec decimaverint rem dubiam; quo modo fit ut his dicere possit is qui transit forum, sumite & introducite in domicilia vestra, nam illi utique sunt in domibus suis.* Et sic locutio quadrat, cum eam retulimus ad eum qui loquitur in principio Misnæ antecedentis. Præterea, notat Jomtobus quod cum Misna in plurali dicit ובעל השער ובעל החנות חייבין, statim non subjunxisset ואמר in singulari, sed ואמרו: at hoc, quia sermo est in singulari de eo qui transit in loco publico, uti supra ostendimus.

ג המעלה פירות מן הגליל ליהודה או עולה לירושלם אוכל מהם עד שהוא מגיע למקום שהוא הולך וכן (בחזרה נ"א) ביהודה ר' מאיר אומ' עד שהוא מגיע למקום השביתה והרוכלין המחזרין בעיירות אוכלים עד שמגיעים למקום הלינה רבי יהודה אומר הבית הראשון הוא ביתו:

3. Si quis fruges deferat è Galilæa in Judæam, vel Hierosolymam profectus, iis vesci licet, dum eo pervenit ubi tendit. Atque ita 1 in reditu. R. Meir censet, dum eo pervenit, ubi Sabbatum agere debet. Seplasiariis, qui per oppida circumeunt, iis vesci licet dum eo ventum est ubi pernoctare debent. R. Judæ placet, primam quamque domum pro illorum domo haberi.

R. OB. DE BARTENORA.

המעלה פירות מן הגליל *qui detulerit fructus è Galilæa*, si quis collegerit fructus in Galilæa ad vendendum eos in Judæa, non obligantur de decimis, etsi deposuerit eos in via, usque dum pervenerit in Judæam, locum quo tendit.

וכן

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

למקום השביתה *ad locum agendi sabbatum*, est locus quo die sabbati consident, & quietè sabbatum agunt. רוכלין המחזרין בעיירות *aromatarii qui oppida circumeunt*, sunt aromatarii qui de oppido in oppidum, & de villa in villam proficiscuntur;

וכן בחזרה *sic etiam in reditu*, si antequam pervenerit in Judæam sententiam mutet, & redeat in Galilæam, comedat de fructibus pro re nata, donec redierit in Galilæam.

למקום השביתה *ad locum quietis*, ad locum quo quiescere potest ad agendum sabbatum, & quam primum eo pervenerit, fructus ipsius obligantur de decimis, etsi sabbatum ipsum nondum advenerit; decisio non est juxta R. Meyr. הרוכלין המחזירין בעיירות *aromatarii qui oppida circumeunt*, ut aromata & alia odoris grati mulieribus vendant, si illi secum ferant fructus, comedant de illis donec pervenerint ad hospitium, quo si venerint, fructus obligantur de decimis. R Jehuda dicit, הבית הראשון הוא ביתו *hospitium primum ejus domus habetur*, ubi pernoctat, ibi obligatur de decimis, etsi per noctaverit in alio civitatis loco, quia intentio viatoris est in primo quo advenerit hospitio deponere res suas, ibique quietem capere, decisio est juxta R. Jehuda.

tur. Deinde hoc loco dicitur, quod ipsis licet comedere per totum diem ex illis quos adferunt fructus, etsi intrent domum, usque dum pervenerint ad hospitia; decisio non est juxta R. Meyr, nec juxta R. Jehuda.

GUISIUS. 1 *In reditu.*] Nonnulli codices pro בחזרה habent כיהודה, i. e. *atque ita de Judæa*; nempe si de Judæa in Galilæam deferat.

ד פירות שתרמן עד שלא נגמרה מלאכתן רי אליעזר אוסר מלאכול מהם עראי, וחכמים מתירין חוץ מכלכלת תאנים כלכלת תאנים שתרמה רבי שמעון מתיר וחכמים אוסרין:

4. R. Eliesér vetat iis frugibus vesci pro re nata, quarum primitiæ opere nondum perfecto desumtæ sint. At Sapientes permittunt, excepto tamen ficuum canistro. De canistro ficuum cujus primitiæ ablatæ, R. Simeon permittit, Sapientes vetant.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שלא נגמרה מלאכתן *antequam opus eorum fuerit perfectum*, quando nondum in aream fuerit prolatus ad solvendas decimas, uti superius exposuimus. *R. Eliéser vetat de illis comedere pro re nata*, donec oblatio Truma separata fuerit, quia oblatio Truma obligat quod ad decimas: *Sapientes permittunt*, quia putant oblationem Trumam non facere rem illibatam, quando oblationem Trumam de canistro separaverit, כלכלת תאנים שתרמה *canistrum de quo oblatio Truma separata est*, antequam delatum fuerit in aream propter decimas. *R. Schimeon permittit*, etsi oblationem Trumam separaverit de canistro. *Sapientes vetant*, decisio est juxta Sapientes; nempe quod oblatio Truma decimationem destinat quando oblationem Trumam de canistro separaverit, & deindè vetitum esse de illo canistro comedere pro re nata, donec omnes separaverit decimas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliéser putat oblationem Trumam determinare decimationem, etiam in rebus quarum opus nondum est perfectum. כלכלת תאנים שתרמה *canistrum ficuum de quo oblatio Truma separata est*, id est, de quo separata est oblatio Truma antequam perfectum fuerit opus ejus; decisio non est juxta R. Jehuda, nec juxta R. Jose.

ה האומר לחבירו הילך איסר זה ותן לי בו חמש תאנים לא יאכל עד שיעשר דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר אוכל אחת אחת ופטור ואם צרף חייב אמר רבי יהודה מעשה בגנת ורדים שהיתה בירושלי והיו תאנים נמכרות משלש ומארבע באיסר ולא הופרש ממנה תרומה ומעשר מעולם:

5. Si quis alii sic dixerit; *En tibi assarium, des mihi pro eo quinque ficus*; comedere non licet nisi persolutis decimis. Ita R. Meir. R. Juda, si singulas comedat, immunem habet; si conflatas, teneri vult. Inquit R. Juda; Casus est de horto rosario qui fuit Hierosolymis, ubi ficus ternæ & quaternæ assario vænire solebant, neque de iis ullo unquam tempore separatæ sunt primitiæ vel decimæ.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שיעשר *donec decimaverit*, quia emptio rem facit illibatam. ואם צרף *sin vero conjunctim*, si possessor horti ficus duas sumserit simul, easque dederit, tenetur; sed si emptor comederit quando eas colligebat, concedit ipsi R. Meyr, quod singulas comedere licet. R. Jehuda dicit, מעשה בגנת ורדים *exemplum de horto rosario &c.*, etsi ibi colligeret possessor horti, admittens alios homines ad colligendum propter rosas, nihilominus tamen non separabatur oblatio Truma nec decimæ; decisio est juxta R. Jehuda.

ו האומר לחבירו הילך איסר זה בעשר תאנים שאבור לי בורר ואוכל באשכול שאבור לי מגרגר ואוכל ברמון שאבור לי פורט ואוכל באבטיח שאבור לי סופת ואוכל אבל אם אמר לו בעשרים תאנים אלו בשני אשכלות אלו בשני רמונים אלו בשני אבטיחים אלו אוכל כדרכו ופטור מפני שקנה במחובר לקרקע:

6. Si quis alii sic dixerit; *En tibi assarium pro 1 vicenis ficubus quas mihi eligam*; eligere licet, & comedere. *Pro uva quam mihi eligam*; acinos sigillatim decerpere & comedere licet. *Pro malo punico quod mihi eligam*; grana sigillatim eximere & comedere licet. *Pro melone quem mihi eligam*; elidere licet, & comedere. Sin autem sic dixerit; *Pro vicenis istis ficubus: Pro duabus istis uvis: Pro duobus istis malis punicis: Pro duobus istis melonibus*; pro more suo illis vescitur immunis, quippe qui mercatus est fruges solo adhærentes.

R. OB. DE BARTENORA.

שאבור *quos purgabo*, & eligam mihi. בורר ואוכל *purget &*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מגרגר *colligat singula grana ab arbore*, non amputans to-

tum

& comedat, evellet ſigillatim, & comedet; at ſi duas ſimul evulſerit, & comederit, tenetur de decimatione. מגרגר colligat ſingula grana, & deindè edat. פורט *ſigillatim eximat*, quando mala punica etiamnum arbori adhærent, ſingula colliget grana & deinde comedet. כופרת *elidat*, dividat in parva fruſta, & comedat.

tum botrum, quia grana non obligantur de decimis. כופרת *elidat*, dividet grana melonis & comedet; ſi vero emerit fructum terræ adhærentem, & poſtea eum amputaverit, comedat pro re nata, uti facit campi poſſeſſor; at ſi emerit, & non definiverit id quod emit, cenſetur ac ſi emerit rem collectam, & obligatur de decimis propter emtionem, quia emtio & venditio obligant de decimis.

GUISIUS. 1 *Vicenis.*] Al. *denis.*

ז השוכר את הפועל לקצות עמו בתאנים אמר לו על מנת שאוכל תאני אוכל ופטור על מנת שאוכל אני ובני (ס"א ל"ג ביתי) או שיאכל בני בשכרי הוא אוכל ופטור ובנו אוכל וחייב על מנת שאוכל בשעת הקציעה ולאחר הקציעה בשעת הקציעה אוכל ופטור ולאחר הקציעה אוכל וחייב שאינו אוכל מן התורה זה הכלל האוכל מן התורה פטור ושאינו אוכל מן התורה חייב:

7. Conducente quopiam operarium ut ſecum ficus pandat, ſi ille ſic pactus eſt, *Ea conditione ut liceat mihi de ficubus comedere*, comedere tamen poteſt, & immunis erit. *Ea conditione ut comedam ego & 1 filius meus*, vel *ut comedat filius meus pro mercede mihi debita*, ipſe comedit immunis; filius ſi comedat tenetur. *Ea conditione ut comedam inter pandendum, & poſtquam panduntur*; inter pandendum comedit immunis; poſtquam panduntur, ſi comedat tenetur; quia non comedit 2 ad præſcriptum legis. Hæc eſt regula generalis; Qui comedit ad præſcriptum legis immunis habetur; at qui non comedit ad præſcriptum legis tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

לקצות *ad expandendum*, ad dividendum in partes, quæ deinde expanduntur; alii exponunt, amputare ficus eo inſtrumento quo amputantur ordinariè. Si dixerit, *ea conditione ut comedam ficus*, non erat neceſſe hanc ſtipulare conditionem, quia ſine ea comedere poſſet operarius juxta Legem Deut. 23:25. *quando intraveris vineam proximi tui &c.*, qui textus de operario loquitur, quo in caſu ſe res aliter habet ac in venditione, & emtione, quæ ſtatuunt decimationem. *Ea conditione ut comedat filius meus*, cibus filii habetur ac ſi pro filio emiſſet eum, ideoque decimationem ponit; peracta vero expanſione, quia opus earum perfectum eſt, non licet operario edere juxta Legem, ſed juxta conditionem quam pactus eſt, quia habetur ut emtio. *Qui comederit juxta Legem liber eſt*, nam capite ſeptimo tractatus Bava Mezia dicitur, *hi comedant de Lege, qui operantur in rebus ſolo adhærentibus opere perfecto, & in avulſis ante perfectionem operis.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לקצות עמו בתאנים *ad expandendum ſecum ficus*, dixit enim Deus Deut. 23:25. *quando intraveris vineam proximi tui, & comederis uvas, juxta deſiderium tuam ſaturaberis*, ad quæ verba traditio exponit, illum textum loqui tantum de operario, qui de Lege comedere poteſt de iis rebus in quibus operatur, & non loqui de viatoribus ſive iis qui ſimpliciter adveniunt, ſed hoc etiam exponetur in tractatu Bava Mezia. Dixerunt enim, hi comedant de Lege, qui opera perficiunt in iis quæ ſolo adhærent, ſi comedant inter operandum; in iis autem quæ è terra evulſa ſunt, ante perfectionem operis eorum. Et hoc poſito fundamento, operarius ille qui inter expandendum comederit liber erit à decimis, quia ſolo evulſum eſt, ac opus ejus nondum perfectum eſt; ſed poſt expanſionem, ſive poſt perfectionem operis, non poteſt edere de Lege, ſed ea conditione quam pactus eſt, ideoque non comedet niſi decimaverit; fundamenta hujus rei videbis expoſita in tractatu Bava Mezia.

GUISIUS. 1 *Filius meus.*] Pro ובני plerique codices habent ובני ביתי, *& familiares mei.* Sed Talmud Hieroſolymitanum & MS rectius omittunt ביתי. 2 *Ad præſcriptum legis.*] Deut. XXIII. 24. Baba metz. VII. 2.

ח היה עושה בלבסים לא יאכל בבנות שבע בבנות שבע לא יאכל בלבסים אבל מונע הוא את עצמו עד שמגיע למקום היפות ואוכל המחליף עם חבירו זה לאכול וזה לאכול זה לקצות וזה לקצות זה לאכול וזה לקצות חייב רבי יהודה אומר המחליף לאכול חייב ולקצות פטור:

8. Qui operatur in 1 caprificis, is non comedet de ficubus albis; nec de caprificis, qui operatur in ficubus albis. Verum ſemet cohibere licet dum ad meliores perventum ſit. Si quis cum alio pactum reciprocum ineat, 2 ut ipſe comedat, & ille comedat; vel ut ipſe ficus pandat, & ut ille ficus pandat; vel ut ipſe comedat, & ille ficus pandat, tenetur. R. Juda exiſtimat eum qui pactum reciprocum inivit, quo ipſe comedat, teneri; quo ipſe ficus pandat, immunem fore.

R. OB. DE BARTENORA.

בנות שבע eſt ſpecies ficuum bonarum albarum. *Non edet de ficubus albis, & bonis*, quia ſcriptum eſt Deut. 23:25. כי תבא בכרם רעך ואכלת ענבים, ubi non erat neceſſe ut Scriptura diceret, *& comedes uvas*, quia vinea non eſt ſine uvis; ſed eo nos vult docere, quod, ſi quis operatus fuerit in ficubus, non comeſurus ſit uvas.

אבל מונע הוא את עצמו *ſed cohibeat ſe ipſum*, operarius, dum in malis ficubus operatur poterit eas relinquere, donec pervenerit ad bonas, & de bonis comedere quod de malis comediſſet.

זה לאכול וזה לאכול *ipſe ut comedat, & ille ut comedat,* ut

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לבסים eſt ſpecies ficuum malarum. בנות שבע *ficus albæ*, ſpecies bonarum ficuum. מונע הוא את עצמו *cohibeat ſe ipſum*, operarius cohibebit ſe donec pervenerit ad locum optimarum ficuum, quas comedet.

זה לאכול וזה לאכול *ipſe ut comedat, & ille ut comedat*, ut, ſi quis ſuum relinquat proximo comedendum, & vice verſa proximus ipſi relinquat quod ſuum eſt. זה לקצות וזה לקצות *ipſe ut pandat, & ille ut pandat*, ſi dixerit ipſi, edas de meis expanſis, ego de tuis expanſis.

זה לאכול וזה לקצות *ipſe ut comedat, ille ut pandat*, ſi dixerit, ede de meis quæ idoneæ ſunt eſui, ego vero de tuis expan-

ut ego facio in ficubus tuis, ita tu in meis. זה לקצות וזה לקצות *ipse ad pandendum & ille ad pandendum*, tu comedes de meis ficubus expansis, & ego de tuis.

זה לאכול וזה לקצות *ipse ut comedat, & ille ut expandat*, tu comedes de ficubus meis recentibus, ego vero de tuis expansis, in his omnibus locum habet emtio, & obligatio de decimis. המחליף לאכול חייב *qui mutuo paciscitur ut comedat, tenetur*, quia emtio non obligat quod ad decimationem in re cujus opus nondum est perfectum, ideoque ficuum illarum, quarum opus nondum est perfectum, emtio non obligat quod ad decimationem; decisio est juxta R. Jehuda.

expansis edam, tum quilibet tenetur decimare, quia ab utraque parte emtio & venditio est, diximus enim venditionem obligare quod ad decimationem. R. Jehuda vero dicit, omnes permutari in expansis, quia est res cujus opus nondum perfectum est, & propterea non obligari de decimis; neque etiam vi venditionis quæ obligat de decimis; decisio est juxta R. Jehuda.

GUISIUS. 1 *Caprificis.*] Quod hic scribitur bis לבסין, vix dubito, quin idem sit quod alibi כליסין scribitur, de quo vide quæ notavimus ad Terum. XI. 4. Certe R. Nathan in Lexico vocem לבסין minime agnoscit. Lego ergo בכלסין.

2 *Ut ipse comedat.*] De alterius ficubus, & ille vicissim de suis.

SURENHUSIUS. Qui operatur בלבסים *in ficubus malis*, ei non licet comedere de בנות שבע *ficubus bonis*, quia sunt alius speciei. Hoc probare conatur Bartenora ex eo quod scriptum Deut. 23:25. כי תבא בכרם רעך ואכלת ענבים quem textum de operario loqui volunt doctores, cujus sensus est, *quando operarius in vinea operatus fuerit, tum comedet uvas*. Ubi satis fuisset si Scriptura tantum dixisset ואכלת *tum comedes*, quia in vinea nihil est præter uvas; sed addit ענבים *uvas*, nimirum, ne operarius comedat de alia specie uvarum in quibus non operatur. Et quemadmodum hoc non licet in uvis, sic etiam non licet in ficubus diversæ speciei; & eo magis si operatur in ficubus, non licet comedere de uvis.

פרק ג׳ המעביר תאנים בחצרו לקצות בניו ובני ביתו אוכלים ופטורין הפועלים שעמו בזמן שאין להם עליו מזונות אוכלין ופטורין אבל אם יש להם עליו מזונות הרי אלו לא יאכלו׃

Caput 3. Deferente quopiam ficus per atrium ut in tabulato disponat, liberi ejus & domestici comedunt immunes. Operarii etiam qui cum illo sunt, dummodo ipse illis alimenta præstare non debeat, comedunt immunes. Sin vero ipse alimenta præstare debeat, non comedent.

R. OB. DE BARTENORA.

המעביר תאנים בחצרו *qui detulerit ficus ad atrium suum*, qui ficus detulerit per spatium atrii sui ad locum quo exsiccantur.

אוכלים ופטורים *edunt & immunes sunt*, quia atrium non obligat quod ad decimationem rem cujus nondum perfectum est opus; at non licet comedere eas, nisi in loco quo eas expandunt & exsiccant; quia ex eo loco cognoscuntur opus earum nondum esse perfectum, at cum non sunt ficus in istiusmodi loco, non cognoscuntur ea notâ; filii ejus quoque immunes sunt, etsi comederint in loco quo non solent exsiccari, quia ad eos non pertinet sententiæ mutatio, & quia intentio patris est eas exsiccare, ideo liberis eas comedere licet; at si patri ficus in manibus fuerint ad mutandum sententiam, ei non licet comedere nisi in loco quo eas exsiccant. אבל אם יש להם עליו מזונות *at si ipsis præstare debeat alimentum*, si pactus fuerit cum illis, quia non comedunt juxta Legem, quando opus nondum est perfectum; neque eas mercede conduxit nisi ut ficus deferrent ad locum quo expanduntur. הרי אלו לא יאכלו *ecce hi non comedunt*, quia se res habet ut emtio, at in emtione se res habet ac si opus esset perfectum, quia emtor oculos suos conjicit in id quod emit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pro fundamento tenemus, atrium obligare quod ad decimationem in rebus quarum opus jam perfectum est, quando autem deferat ficus ad extendendum eas in tabulato, nondum perfectum est opus earum, nisi postquam exsiccatæ fuerint.

אם יש להם עליו מזונות *si tenetur ipsis præstare alimentum &c.*, non comedant, quia non convenit ut debitum suum solvat re illibata, vide Deut. 23:24.

ב המוציא פועליו לשדה בזמן שאין להם עליו מזונות אוכלין ופטורים ואם יש להם עליו מזונות אוכלים אחת אחת מן התאנה אבל לא מן הסל ולא מן הקופה ולא מן המוקצה׃

2. Si operarios in agrum emittat, modo ipse illis alimenta præstare non debeat, comedunt immunes. Si vero ipse illis alimenta præstare teneatur, comedere quidem possunt ficus sigillatim ab arbore decerptas, non autem de canistro, vel corbe, vel tabulato.

R. OB. DE BARTENORA.

המוציא פועליו לשדה *qui emiserit operarios in agrum*, ad opus aliud, non ad colligendas ficus, quia tum non comedunt de Lege, sed ad aliud opus peragendum. אוכלים ופטורים *comedunt immunes*, si dono dederit ipsis, quia aliter se res habet in donis quam in auctionibus. ואם יש להם עליו מזונות *si debeat ipsis alimentum*, si eo modo cum ipsis pactus sit. אוכלין אחת אחת *comedunt sigillatim*, quia non est fixum tempus de decimatione. מוקצה est *acervus ficuum*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi operarii nihil faciunt in collectione ficuum, neque in expansione; si vero quicquam fecerint, comedunt de Lege, nempe in operibus arandi, serendi, & similibus.

ג השוכר את הפועל לעשות בזיתים אמר לו על מנת לאכול זיתים אוכל אחד אחד פטור ואם צירף חייב לנכש בבצלים אמר לו על מנת לאכול ירק מקרסם עלה עלה ואוכל ואם צירף חייב׃

3. Conducente quopiam operarium qui oleas curet, si ille sic pactus est, *Ea conditione ut liceat mihi de olivis comedere*, comedere licebit singulas, & immunis erit; sin plures simul comederit, tenebitur. Qui cæpinam runcet, si ille sic pactus est, *Ea conditione ut liceat mihi olera comedere*, folia singula decerpere & comedere licebit; sin plura simul, tenebitur.

R. OB. DE BARTENORA

לעשות בזיתים *ad operandum in olivis*, ad expurgandum & sarriendum sub olivis, non vero ad colligendum, quia tum non licet comedere de Lege. אם צירף חייב *si duas simul comederit, reus est*, quia tum tempus decimationem figit. לנכש *ad evellendum*, ad evellendum malas herbas quæ inter cepas crescunt. מקרסם idem quod מקרסם, Sic Psal. 80:14. יכרסמנה חזיר מיער.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לעשות בזיתים *ad operandum in olivis*, non ad colligendum olivas, neque ad deferendum eas in alium locum, sed ad operandum in arboribus; & eo sensu dixerunt, ad expurgandum & sarriendum sub olivis, Moed Katon fol. 3.1. לנכש *ad evellendum*, ad effodiendum circum radicem arboris. מקרטם *succidet*, idem quod מקרסם, quod idem notat quod מכרכם, quæ verba omnia notant *succidere*.

ד מצא קציצות (נ"א קציעות) בדרך אפילו בצד שדה קציצות (נ"א קציעות) וכן תאנה שהיא נוטה על הדרך ומצא תחתיה תאנים מותרות משום גזל ופטורות מן המעשרות ובזיתים ובחרובים חייבים מצא גרוגרות אם דרסו רוב בני אדם חייב ואם לאו פטור מצא פלחי דבילה חייב שידוע שהן מדבר גמור והחרובין עד שלא כנסן לראש הגג מוריד מהם לבהמה פטור מפני שהוא מחזיר את המותר :

4. Si quis in via invenerit evulsa grana, etiam ad latus agri fructuum abscissorum, vel ficum supra viam extensam, sub qua invenerit ficus, licita sunt propter rapinam, & libera sunt à decimis; at de olivis & siliquis obligantur. Qui invenerit ficus aridas, si maxima pars hominum jam calcaverit, tenetur; sin minus, immunis est. Qui invenerit frusta palathæ, tenetur; quia constat ea esse de re perfecta. Sic etiam si quis siliquas, antequam eas collegerit in cacumen tecti, dejecerit quadrupedibus, immunis est, quia reliquum quod est, reducit.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו בצד שדה קציצות *etsi in latere agri exsiccatarum ficuum*, indè constat id quod de illo cecidit agro, nihilominus permissum esse propter rapinam; quia possessor certè omni spe destituitur quod ad id quod cecidit de latere campi. ופטורין מן המעשר *immunes sunt à decimis*, uti se habet jus eorum quæ communia sunt.

בזיתין ובחרובין חייבין *in olivis & siliquis tenentur*, quia possessores non omni spe destituuntur quod ad eas, quoniam ex visu cognosci potest eas de illa arbore decidisse; sed ficus simul ac deciderit polluitur ac rejicitur, ut non possit dignosci ex quanam arbore deciderit.

אם דרסו רוב בני אדם *si calcaverit maxima pars hominum*, si plurimi homines alicujus civitatis jam calcaverint ficus in agro, dicimus eas quas quis invenerit esse ex calcatis, quarum opus jam perfectum est, & propterea tenentur de decimis.

פלחי דבלה *frusta palathæ*, postquam calcatæ fuerant ficus in forma rotunda, dividere solebant formam rotundam in multa frusta, & in quolibet frusto conficere multas ficus conjunctas.

עד שלא כנסן לראש הגג *antequam eas collegerit in cacumen tecti*, ad conficiendum ex iis acervum, quia tectum est area siliquarum, quia destinat decimationem, uti diximus capite primo.

מוריד מהן לבהמה *si dejecerit ex illis quadrupedibus*, at ipse non comedet, eo quod non licet comedere de eo quod in tabulato expansum est, nisi in loco suo, nempe, ubi fructus ad exsiccandum expositi sunt, quorum opus nondum perfectum est, & quos propterea non licet edere nisi in loco suo; quia extra locum suum non constat opus eorum non esse perfectum, nihilominus ipsi licet proponere quadrupedibus, etiamsi id fiat extra locum suum; & quandoquidem siliquæ quadrupedibus non cedunt in cibum, liquet indè opus earum non esse perfectum, neque eas ab omni parte exsiccatas esse. מפני שהוא מחזיר את המותר *quia reducit reliquum*, ad locum quo eas ad exsiccandum expandit, & quandoquidem id quod remanet toti massæ restituit, propterea non obligatur de decimatione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קציצות notat cujuscunque arboris grana avulsa. בזיתים ובחרובין חייבים *in olivis & siliquis tenentur*, ea conditione si ficus sub arbore invenerit, sic etiam, si siliquas sub arbore; satis clarum est grana illa quæ deciderunt, de arboribus illis cecidisse sub quibus inveniuntur, & propterea in iis datur rapina, & obligantur de decimis; sed ficus corruptæ ac deformatæ, quando sub arbore inveniuntur, non dignoscuntur an de illa arbore deciderint, & propterea non apparent instar ficuum ab arbore dependentium; aut si ex alio loco venerint, tum possessor ficus non habet jus in istiusmodi ficus, & propterea in illis non obtinet rapina, nec obligatio de decimis; sed decimat tantum res dubias, uti exposuimus in tractatu Demai.

דרסו רוב בני אדם חייב *si maxima pars hominum calcaverit, tenetur*, sensus est, si plurimi homines jam calcaverint ficus suas in agro, & adduxerint eas ad aream decimationis, tum dicimus illas ficus aridas esse ex iis quæ in campo calcatæ sunt, & teneri de decimis, si ceciderint postquam domum intraverint; si vero maxima pars hominum non calcaverit in campo, liber est, quia dicimus eas cecidisse ante calcationem.

מפני שהוא מחזיר את המותר *quia reducit id quod reliquum est*, sensus est, quod in tectum reducit reliquas ficus ad exsiccandum illas, quod argumento est eum comedendum dare pro re nata.

ה איזו היא חצר שהיא חייבת במעשרות רבי ישמעאל אומר חצר הצורית שהכלים נשמרים בתוכה רבי עקיבא אומר כל שאחד פותח ואחד נועל פטורה רבי נחמיה אומר כל שאין אדם בוש מלאכול בתוכה חייבת רבי יוסי אומר כל שנכנס לה ואין אומר מה אתה מבקש פטורה רבי יהודה אומר שני חצרות זו לפנים מזו הפנימית חייבת והחיצונה פטורה :

5. Quidnam est atrium quod obligatur de decimis? R. Ismael dicit, atrium Tyri in quo custodire possunt vasa. R. Akiba dicit, id quod unus aperit, alter vero claudit, liberum est. R. Nehemia dicit, quodcunque, in quo neminem comedere pudet, obligatur; R. Jose dicit, quodcunque quis ingreditur non inveniens qui eum rogat, quid quæris? liberum est; R. Jehuda dicit, si duo fuerint atria unum intra alterum, interius obligatur, exterius autem liberum est.

R. OB. DE BARTENORA.

אי זו היא חצר שחייבת במעשר *quale atrium obligatur de decimis*, quod decimationem determinat uti domus. חצר צורית *atrium Tyri*, in Tyro enim custodes constituere solent in atriis. כל שאחר פותח ואחר נועל *quodcunque unus aperit, & alter claudit*, si duo fuerint domicilia duorum hominum, & factum fuerit ut unus aperiat portam atrii, alter vero eam claudat, aut vise versa; undè fiat ut atrium non sit bene custoditum.

Sin vero non invenerit qui roget quid quæris, liberum est, etiamsi non puduerit eum comedere intra illud. והחיצונה פטורה *& exterius liberum est*, quandoquidum per id ingreditur in interius, ideoque non custoditum est, & statuimus decisionem esse juxta omnes, ad aggravandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quemadmodum dolium determinat decimationis tempus, sic etiam atrium facit; at ea conditione ne atrium undiquaque apertum sit quasi locus communis, sed ut custoditum & clausum sit; sed controvertitur in eo. Et quod dicitur כל שאחר פותח ואחר נועל *quodcunque unus aperit, alter verò claudit*, ejus sensus est, si atrium duo domicilia habuerit duorum hominum, & unus homo portam reliquerit apertam, alter vero, qui in altero degit domicilio, venerit & portam clauserit, aut vice versa; decisio est juxta omnes, ad aggravandum.

ו הגגות פטורין אף על פי שהם של חצר החייבת בית שער אכסדרה ומרפסת הרי אלו כחצר אם חייבת חייבין ואם פטורה פטורים :

6. Tecta sunt libera etsi sint atrii obligati; domus portæ, exedra, porticus, hæc se habent ut atrium, quod si obligatum est, ilia quoque obligata sunt; sin liberum, libera sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אף על פי שהם של חצר החייבת *etsi sint tecta atrii obligati*, si deportaverit fructus in tectum per atrium, non tamen obligantur de decimis, cum intentio ejus fuerit edere eos in tecto quando illos deferebat per atrium; & hoc intelligendum est quando tectum continuerit quatuor cubitos, at si non continuerit quatuor cubitos, impedit atrium. בית שער est domicilium quod conjunctum est cum porta. אכסדרה *exedra*, est locus tribus parietibus clausus & supernè tectus. מרפסת *porticus*, est locus ante cameras, quem e cameris intrant, & deinde ope scalæ descendunt in atrium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando fructus deportati fuerint in tectum, & non intraverint domum, liberi sunt à decimis. בית שער est introitus domus, & vocatur פרוזדור πρόθυρον. אכסדרה *exedra*, est locus tribus parietibus clausus ac tectus מרפסת notat locum extensum supra solum atrii, unde scala ascendunt in cameras, quo sensu expositum est in tractatu Erubin. Necesse est ut scias, domicilium quod non continet quatuor cubitos in latitudine & profunditate, non obligare quod ad decimas; sic etiam tectum non liberat à decimis, si non contineat quatuor cubitos in latitudine & profunditate, aut amplius.

ז הצריפים והבורגנין והאלקטיות פטורין סוכת גנוסר אף על פי שיש בו רחים ותרנגולים פטורה סוכת היוצרים הפנימית חייבת והחיצונה פטורה רבי יוסי אומר כל שאינה דירת החמה ודירת הגשמים פטורה סוכת החג בחג. רבי יהודה מחייב וחכמים פוטרין :

7. Tuguriolum, & umbraculum, & Alcatiot, libera sunt; tabernaculum Genesariticum, etsi in eo fuerint molæ & gallinæ, liberum est. Tabernaculum figuli interius obligatur, at exterius liberum est. R. Jose dicit, quodcunque non fuerit habitaculum tempore vernali ac brumali, liberum est; tabernaculum festi tabernaculorum R. Jehuda obligat; Sapientes vero liberant.

R. OB. DE BARTENORA.

צריפים *Tuguriolum*, sed cui non est tectum, at parietes & columnæ sursum conjunguntur inter se loco tecti, & deorsum dilatantur. בורגנים notat tuguriola quæ conficiunt in agro ad conservandum in iis fructus. אלקטיות notat tabernacula quæ conficiunt æstate causa umbræ, ver enim Chaldaicè קייטא vocatur.

סוכת גנוסר *tabernaculum Genesariticum*, גנסר Chaldaicè כנרת dicitur, & ea regio invenitur in Galilæa multos & bonos proferens fructus, ubi tuguriola solent conficere in quibus morantur durante messe. *Etsi in eo fuerint molæ & gallinæ*, supple, non obtinet obligatio de decimis. סוכת היוצרים *tentorium figuli*, moris est unum conficere tentorium in altero, & in interiori morari & ollas suas conservare, in exteriori autem opus peragitur & ollæ venduntur. כל שאינה דירת החמה ודירת הגשמים *quodcunque non est habitaculum vere & bruma*, in tentorio interiori non habitat figulus tempore vernali, & propterea id liberum est; decisio non est juxta R. Jose. *R. Jehuda obligat*, R. Jehuda suam sequitur opinionem, qui putat tentorium festi tabernaculorum quod quis inhabitat ponere decimationem, & obligare de מזוזה scheda postibus januæ affigenda; decisio non est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צריפים notat columnas undiquaque frondibus tectas, & Arabicè מכנס dicitur. בורגנין sunt turriculæ quæ conficiuntur ad vias custodiendas. אלקטיות *umbracula*, quæ conficiuntur vere ac æstate, ut illis se sub umbra reficiant. גניסר *Genesar*, est terræ Israelis regio, in qua multi reperiuntur horti, de qua magna prædicant; solent etiam ibidem conficere tabernacula in quibus morantur tempore messis; & hæc regio in Lege dicitur כנרת. Per יוצרים intellige *figulos*, uti jam exposuimus; decisio non est juxta R. Jose, sed juxta Sapientes.

ח תאנה שהיא עומדת בחצר אוכל אחת אחת ופטור ואם צירף חייב רבי שמעון אומר אחת בימינו ואחת בשמאלו ואחת בפיו עלה לראשה ממלא חיקו ואוכל :

8. Si de ficu in atrio plantata comederit ficus sigillatim, liber est; at si plures simul, tenetur. R. Schimeon dicit, unam dextera, alteram sinistra manu, tertiam ore; si ascendat in cacumen, impleat sinum & comedat.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

תאנה שהיא עומדת בחצר *ficus quæ conſiſtit in atrio*, in iſtiuſmodi atrio quod decimationem ponit. *Si duas comederit ſimul, tenetur, R. Schimeon dicit, unam in dextera, unam in ſiniſtra manu, unam in ore*, etſi eo modo tres fuerint, non tamen conjunctio dicenda eſt, ſed licitum eſt; deciſio non eſt juxta R. Schimeon. עלה לראשה *ſi aſcenderit in cacumen ejus*, in cacumen ficus, implebit ſinum ſuum & comedet, at ea conditione ne ex ea deſcendat in atrium.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Schimeon dicit, ſi una ficus ſit in ore, altera in manu dextera, tertia vero fuerit in ſiniſtra, non eſſe conjunctionem; ſed deciſio non eſt juxta R. Schimeon. Sed hoc intelligendum eſt quando ficus adhuc in terra conſiſtit; at ſi in cacumen ficus aſcenderit, licet ipſi ſinum implere & comedere de illis.

ט גפן שהיא נטועה בחצר נוטל את כל האשכול וכן ברימון וכן באבטיח דברי רבי טרפון רבי עקיבא אומר מגרגר באשכולות ופורט ברימון וסופת באבטיח כסבר שהיא זרועה בהצר מקרטם עלה עלה ואוכל ואם צירף חייב הסאה והאזוב והקורנית שבחצר אם היו נשמרים חייבין:

9. Si vitis plantata fuerit in atrio, licet ipſi totum ſumere botrum; ſic etiam ſe res habet cum malis punicis, & melonibus; ſunt verba R. Tarphonis. R. Akiba dicit, ſingula botri grana colliget, & grana mali punici ſigillatim eximet; melonem vero incidet. Si coriandrum in atrio ſatum fuerit, ſuccidet ſingula folia, & comedet; ſi vero conjunxerit, tenetur. Siſymbrium, hyſſopus, ſatureia in atrio plantata, ſi cuſtodita fuerint, tenentur.

R. OB. DE BARTENORA.

נוטל את האשכול *ſumet botrum*, & comedet more ſuo, & non erit neceſſe ut ſingula grana colligat. וכן באבטיח *ſic etiam cum melonibus*, nimirum, ut non ſit neceſſarium eos in parva fruſta ſuccidere. *R. Akiba dicit &c.*, deciſio eſt juxta R. Akiba. סאה Arabicè פורנג barbarè folium vel polium. אם היו נשמרים חייבין *ſi cuſtodita fuerint, tenentur*, quia nulla res obligatur quod ad decimas niſi quæ editur & cuſtoditur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כסבר *coriandrum*, Arabicè etiam כסברה dicitur. סאה *ſiſymbrium*, Arabicè פורנג dicitur. אזוב Arabicè dicitur צעתר. קורנית Arabicè חסא dicitur; ſolent hæ herbæ in hortis & tuguriis ſponte provenire ſine ſatione; dicitur hoc loco eas tamen eſſe obligatas de decimis, quando ſatæ fuerint in loco qui cuſtoditur; deciſio eſt juxta R. Akiba.

י תאנה שהיא עומדת בהצר ונוטה לגנה אוכל כדרכו פטור עומדת בגנה ונוטה לחצר אוכל אחת אחת פטור ואם צירף חייב עומדת בארץ ונוטה לחוצה לארץ בחוצה לארץ ונוטה לארץ הכל הולך אחר העקר ובבתי ערי חומה הכל הולך אחר העקר ובערי מקלט הכל הולך אחר הנוף ובירושלם הכל. הולך אחר הנוף:

10. Si ficus atrii ſe inclinaverit ad hortum, comedat de ea more ſuo, & immunis eſt; ſi ex horto ſe inclinaverit ad atrium, comedat ſigillatim, & immunis eſt; ſin autem plures ſimul comederit, tenetur. Si ficus plantata fuerit in terra (Iſraelis,) & inclinaverit ſe extra terram (Iſraelis); aut extra terram (Iſraelis), & inclinaverit ſe ad terram (Iſraelis), omnia procedunt juxta radicem; Et in domiciliis urbium muro munitarum omnia procedunt juxta radicem; at in oppidis refugii, omnia procedunt juxta ramum; & Jeruſolymis omnia procedunt juxta ramum.

R. OB. DE BARTENORA.

אוכל כדרכו *comedat more ſuo*, de ramo qui eſt in horto. אוכל אחת אחת *comederit ſigillatim*, de ramo qui inclinaverit ſe ſuper atrium. ואם צירף *ſi conjunxerit*, ſi duas ſimul ederit ficus, tenetur.

הכל הולך אחר העקר *omnia procedunt juxta radicem*, quandoquidem rami rationem habemus juxta radicem, quæ arbori largitur ſuccum. בבתי ערי חומה הכל הולך אחר העקר *in domiciliis muro cinctis omnia procedunt juxta radicem*, etiam ramus qui ſe inclinaverit extra murum, ſi intra annum non redemerit eum, abſolutè talis habetur ac ſi intra murum contineretur.

בערי הנקלט הכל הולך אחר הנוף *in oppidis refugii omnia procedunt etiam juxta ramum*, id eſt, quemadmodum, ſi radix arboris contineatur intra terminos civitatum refugii, & ramus ſe inclinaverit extra terminum, redemptor ſanguinis non poterit interficere homicidam in radice, ſic etiam non poterit eum interficere in ramo arboris, quia jus rami idem eſt cum jure radicis; & ſi radix ſe extenderit extra terminum, ramus vero ſe intra terminum continuerit, etiam in radice non poterit eum interficere, quemadmodum non potuit in ramo, quia jus radicis idem eſt cum jure rami, ad conditionem rei aggravandam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הכל הולך אחר העקר *omnia procedunt juxta radicem*, ſi radix arboris extiterit extra terram Iſraelis, non tenetur de decimis, etſi ramus una cum fructu ſe inclinaverit ſupra terram Iſraelis; Sed ſi radix exſtiterit in terra Iſraelis, & ramus ſe inclinaverit extra terram Iſraelis tenetur de decimis.

בערי החומה הכל הולך אחר העקר *in oppidis muro circumdatis omnia procedunt juxta radicem*, non latet te Legis jus de domiciliis civitatum muro cinctarum, nempe quod ea redimi poſſunt per integrum anni ſpatium, at eo ſpatio prælapſo, confirmantur in poteſtate emtoris; ſed de domiciliis extra murum Deus dixit Levit. 25:31. על שדה הארץ יחשב וביובל יצא Expoſuimus etiam in tractatu Arachin, omnem fructum, qui continetur intra murum, & cujus ramus ſe inclinaverit extra murum, licere vendere, quia jus ejus non idem eſt cum jure agri terræ Iſraelis.

בערי מקלט הכל הולך אחר הנוף *in civitatibus refugii tota res procedit juxta ramum*, exponit hoc Gemara, dicens, *etiam poſt ramum*, id eſt, ſi arbor contineatur intra terminum, & ramus ſe inclinet extra terminum, homicida vero moretur ſub ramo, non licet eum interficere; ſi vero arbor extiterit extra terminum refugii, & ramus ſe inclinaverit intra terminum, dicimus non neceſſe eſſe ut homicida intret terminum,

בירושלם הכל הולך אחר הנוף *Jerusolymis tota res procedit juxta ramum*, quod ad casum de decimis secundis, & hoc etiam ad aggravandum; nam, si radix extiterit extra Jerusolymas, ramus autem intra Jerusolymas, quemadmodum non potuit redimere in ramo, quia non licet decimas puras redimere Jerusolymis, sic etiam in radice redimere nequit; & si radix extiterit intra Jerusolymas, ramus vero extra, quemadmodum in spatio rami non potest comedere sine redemptione, quia extra Jerusolymas est, sic etiam in spatio radicis, etsi contineatur intra Jerusolymas, non poterit comedere sine redemptione.

sed effugiat donec attigerit radicem arboris, quando ramus se inclinat intra terminum.

בירושלם הכל הולך אחר הנוף *Jerusolymis tota res procedit juxta ramum*, tenemus pro fundamento quod decimæ secundæ Jerusolymis non sunt redimendæ, sed quod extra Jerusolymas eas redimere licet; & si arbor extiterit intra muros Jerusolymarum, & ramus se inclinaverit extra muros, si decimæ secundæ pervenerint sub ramum, non licet eas redimere, etsi extra murum.

פרק ד הכובש השולק המולח חייב המכמן באדמה פטור המטבל בשדה פטור הפוצע זיתים שיצא כהם השרף פטור הסוחט זיתים על בשרו פטור אם סחט ונתן לתוך ידו חייב הכקפא לתבשיל פטור לקדרה חייב מפני שהוא כבור קטן :

Caput 4. Qui condiverit, qui elixaverit, qui saliverit in agro, tenetur; qui vero occultaverit in terra, liber est. Qui intinxerit in agro, liber est; qui compresserit olivas ut succus exeat ex iis, liber est. Qui expresserit olivas super carnem suam, liber est; at si expresserit, & in manum dederit, tenetur. Qui despumaverit decoctum, liber est; at in olla, tenetur; quia se habet instar parvi torcularis.

R. OB. DE BARTENORA.

הכובש *qui condiverit*, olera aut olivas in aceto aut vino, sic etiam si quis coxerit aut saliverit in campo, tenetur; quia ignis, sal, emtio & acquisitio, oblatio prima, sabbatum, & atrium quod custoditur, obligant de decimis.

המכמן באדמה *qui absconderit in terra*, qui fructus sub terra absconderit, ad maturitatem eorum accelerandam. והמטבל *& qui intinxerit*, fructus in sale, aut in salsamento & aceto, quos si comederit, immunis est, & non obligatur de decimis, ut is qui condiverit aut saliverit; sed liber est si de istiusmodi fructibus comederit pro re nata.

הסוחט זיתים על בשרו *qui expresserit olivas super carnem*, ut eis corpus suum ungat. לתוך ידו חייב *in manu sua, tenetur*, quia id quod manui imposuit habetur ac si imposuisset parvo torculari, quod est illa fovea in quam vinum aut acetum descendit.

המקפא *qui removerit spumam*, qui vinum purgat a scoria quam eructat quando effervescit; & si deindè à vino removerit grana & fæces quæ super natant, actio illa dicitur קפוי עראי *despumatio pro re nata*, quæ non obligat quod ad decimationem, uti se habet despumatio ordinaria; præterea hoc loco sermo est de decocto frigido, nam de decocto calido ac fervente jam diximus, quod ignis decimationem destinat, ut sine despumatione etiam fiat obligatio de decimis. לקדרה *in olla*, in vase vacuo, si ollæ imposuerit vinum idque despumaverit antequam ipsi imposuisset decoctum, ejus ratio habetur ac si despumavisset in torculari parvo, & propterea tenetur de decimis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In Gemara dicitur, ignis, sal, emtio, oblatio prima, sabbatum, & atrium rem efficiunt illibatam; id est, omnia hæc obligant de decimis, ut non liceat quicquam ex iis comedere ante decimationem.

המכמן באדמה *qui absconderit in terra*, sic agere solent cum fructibus immaturis, qui pulvere teguntur ut emolliantur & maturescant ulterius. המטבל *qui intinxerit*, qui in sale intinxerit, & comederit. פטור *liber est*, quia absconsio illa in terra aliter se habet ac condimentum; aut si quis in sal intingat, id aliter se habet ac si salsamentum conficiat, quod obligat quod ad decimas; sed hoc loco liber est à decimis, & licet ipsi comedere pro re nata. שרף notat succum ac liquorem instar lactis.

המקפא לתבשיל *qui absterserit spumam ad decoquendum*, quando vinum sumpserit ad conficiendum indè jusculentum, sed ea conditione ut jusculentum frigeat; & ita etiam dicunt in Gemara, תפתר בתבשיל צונן. Sed vinum non licet coquere, uti diximus, quia ignis obligat quod ad decimationem. לקדרה חייב *de olla tenetur*, etsi non detur ibi ignis, nec decoctum; בור notat torcular, in quod vinum aut oleum descendit.

ב תינוקות שטמנו תאנים לשבת ושכחו לעשרן לא יאכלו למוצאי שבת עד שיעשרו כלכלת שבת בית שמאי פוטרין ובית הלל מחייבין רבי יהודה אומר אף הלוקט את הכלכלה לשלוח לחברו לא יאכל עד שיתעשר :

2. Si liberi absconderint ficus pro sabbato, & obliti fuerint decimationem, non licet ipsis comedere eas in exitu sabbati, nisi decimaverint. Canistrum sabbati, Schola Schamai liberum pronunciat, Schola Hillelis vero obligatum; R. Jehuda dicit, etiam is qui collegerit canistrum ad mittendum ad socium suum, non edit antequam decimaverit.

R. OB. DE BARTENORA.

תינוקות שטמנו תאנים *liberi qui absconderint ficus*, in campo, quando autem domi extra Sabbatum absconderint, domus obligat de decimis sine sabbato; utitur autem voce תינוקות, ut eo nos doceat illos habere cogitationes quibus sua cognoscunt opera.

לא יאכלו למוצאי שבת *non comedunt in exitu sabbati*, quia sabbatum eos de decimis obligat, propterea non licet quicquam de illis comedere ante decimationem. כלכלת שבת *canistrum sabbati*, canistrum fructibus plenum quod sabbato dedicavit, Schola Schamai istiusmodi fructus obligat de decimis,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties diximus quod sabbatum obligat de decimis, & quod postquam prætcrierit sabbatum super illos fructus, non licet de illis comedere antequam decimaverit.

כלכלת שבת *canistrum sabbati*, in Gemara dicitur hoc loco sermonem esse de ficubus die sabbati comedendis; si quis habeat arborem de qua comedere solet singulis sabbatis, & desumat de illa arbore canistrum, dicit Schola Hillelis, quandoquidem illi fructus destinati sunt ut edantur sabbato, & sabbatum decimationem destinat, propterea & illi obligati sunt de decimis, & non licet de illis comedere antequam decimati fue-

mis, etiam ante sabbati tenebras, quia statim obligantur simul ac eos dedicaverit sabbato.

לשלוח לחברו *ad mittendum ad proximum suum*, è vestigio obligantur de decimis, & non licet ipsi comedere de illis pro re nata, antequam eos decimaverit, etiamsi nondum miserit, quia jam consilium cepit de mittendis fructibus propterea eorum curam habet uti canistri fructuum sabbato dedicatorum; decisio non est juxta R. Jehuda.

fuerint. Sic etiam R. Jehuda dicit, si quis collegerit canistrum fructibus plenum, idque ad proximum suum miserit, ad edendum ex eo die sabbati, non licet ipsi comedere de fructibus illis antequam decimaverit eos; quandoquidem enim eos præparavit ad mittendum, ratio habetur ac si eos misisset, & propterea obligati sunt de decimis; decisio non est juxta R. Jehuda.

ג הנוטל זיתים מן המעטן טובל אחד אחד במלח ואוכל אם מלח ונתן לפניו חייב רבי אליעזר אומר מן המעטן הטהור חייב ומן הטמא פטור מפני שהוא מחזיר את המותר :

3. Qui sumpserit olivas è cupa, easque sigillatim intinxerit sale, comedat; si vero saliverit & coram se posuerit, tenetur. R. Eliesér dicit, è cupa pura tenetur, at ex impuræ, liber est, quia reliquum restituit.

R. OB. DE BARTENORA.

מעטן notat locum quo olivas in acervum colligunt, ut mollescant & ad comedendum aptæ fiant, ac oleum exprimi possit. טובל אחד ואחד במלח *si sigillatim sale intinxerit*, quia non est obligatio de decimis nisi propter sal, & conjunctionem duarum olivarum, ideoque, si saliverit & coram se deposuerit, tenetur.

מן המעטן הטהור חייב *de cupa pura, tenetur*, id est, si is, qui olivas sumpserit, immundus sit, ut non possit restituere id quod reliquum est, quia jam pollutæ sunt omnes quas manu ceperit.

ומן הטמא פטור *& de polluta, liber est*, nam si tota cupa polluta fuerit, & is qui olivas ceperit fuerit pollutus, ei licet restituere id quod restat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעטן est nomen vasis vel loci in quo olivas colligunt, ut mollescant, & oleum emittant; superius jam exposuimus sal obligare quod ad decimas, & propterea tenetur de decimis, si quis saliverit & ante se deposuerit. R. Eliesér vero contradicit, dicendo, *de cupa pura tenetur*; sed in Gemara exposuerunt verba R. Elieseris, hoc sensu, si homo fuerit immundus, olivæ vero mundæ, ipse autem sumpserit de illis, polluitur id quod manu ceperit, & non poterit restituere id ipsum cupæ, atque eo modo esus ille non fit pro re nata, ideoque obligatur de decimis.

מן הטמא פטור *de polluta, liber est*, si homo & cupa fuerint polluti, tum poterit restituere id quod restat postquam comederit, & hic est esus pro re nata, & propterea liber est; decisio autem pronunciatur juxta simplicem Mishnæ sensum.

ד שותים על הגת בין על החמין בין על הצונן פטור דברי רבי מאיר רבי אלעזר ברבי צדוק מחייב וחכמים אומרים על החמין חייב ועל הצונן פטור :

4. Bibunt supra torcular tam calida quam frigida, & liberi sunt; sunt verba R. Meyri. R. Eleasar filius Sadoci obligat; Sapientes dicunt, de calidis tenetur, at de frigidis liber est.

R. OB. DE BARTENORA.

שותים על הגת *bibunt supra torcular*, ut, si maximam corporis partem in illud immiserit, non cogitandum est eum totum vas adducturum ac bibiturum extra torcular, quia extra torcular tenetur, ut non liceat ipsi bibere.

בין על החמין בין על הצונן *tam de calido quam frigido*, tam quando vinum miscuerit aqua calida quam frigida. R. E-*leajar filius Sadoci obligat*, nam metuit ne quis de vino separet extra torcular. Porro dicit, על החמין חייב *de calido tenetur*, quia id quod calet ad decimationem obligat, quoniam restituere non potest id quod restat, eo quod corrumpit vinum quod datur in torculari; at si aquam frigidam infuderit, immunis est, quia restituere potest id quod reliquum est; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בין על החמין בין על הצונן *tam de calido quam frigido*, id est, idem jus est vini in torculari cocti & non cocti; Sapientes autem sequuntur fundamentum quod calidum obligatur de decimis, uti exposuimus, quod ignis obligat de decimis; decisio est juxta Sapientes.

ה המקלף שעורים מקלף אחת אחת ואוכל ואם קלף ונתן לתוך ידו חייב המולל מלילות של חטים מנפח מיד ליד ואוכל ואם נפח ונתן לתוך חיקו חייב כסבר שזרעה לזרע ירקה פטור זרעה לירק מתעשרת זרע וירק רבי אליעזר אומר השבת מתעשרת זרע וירק וזירין וחכמים אומרים אינו מתעשר זרע וירק אלא השחלים והגרגיר בלבד :

5. Qui decorticat hordeum decorticabit sigillatim, & sic comedet; at si decorticaverit, & manui imposuerit, tenetur. Qui fricat spicas tritici, agitat de manu in manum, & comedit; at si agitaverit, & sinui imposuerit, tenetur. Olus coriandri quod ipse sevit pro semine, liberum est; at si id severit ut indè accipiat olus, decimabit semen & olus. R. Eliesér dicit, anethi semen, olus, & flores; Sapientes dicunt, semen & olus non decimantur, sed nasturtium & eruca tantum.

R. OB. DE BARTENORA.

מקלף אחת אחת *decorticabit sigillatim*, quamlibet spicam frumenti, sed hoc intelligendum est quando nondum delatum est

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מקלף notat superiorem corticem abscindere. מנפח *agitat*, excutit spicas de manu in manum ut corticem amittant; nam

est ad aream; at si areæ fuerit adjunctum, etsi plus decorticaverit, liber est, quia restituit id quod restat.

המולל מלילות *qui spicas igne torret*, & manu premit, ut scorias amittant. ירקה פטור *olus ejus liberum est*, quia semen pars principalis est, olus vero non tanti æstimandum, nisi de olere fuerit intentio ipsius.

מתעשרת זרע וירק *decimabit semen & olus*, tenetur de decimatione sive comedat semen, sive comedat folia oleris. זירין sunt surculi, etsi severit simpliciter, nihilominus decimabit semen, olus, & surculos, quia anethum longos efficit surculos; at coriandri surculi non decimantur, nisi id ab initio ea intentione severit. *Non decimabit semen nec olus*, si simpliciter sine indicio severit. שחלים Arabicè חב אלשאר, barbarè *crescioni*; decisio est juxta Sapientes.

nam spicæ tritici vel hordei igne tostæ vocantur מלילות, quæ non propriè notat digitis & palmis quicquam exprimere.

מתעשרת זרע וירק *decimabit semen & olus*, id est, tenetur de decimis semen, & quicquid de foliis absciderit. זירין sunt surculi qui nascuntur in cacumine plantarum semen præferentium, hi vero flores in anetho maxime conspiciuntur instar oblongorum amygdalorum. גרגיר etiam Arabicè גרגיר dicitur, barbare *eruca*; hæ vero duæ species nempe גרגיר & שחלים decimantur quod ad semen & olus, etiamsi simpliciter eas severit sine intentione conservandi seminis; decisio est juxta Sapientes.

ו רבן שמעון בן גמליאל אומר תמרות של תלתן ושל חרדל ושל פול הלבן חייבות במעשר רבי אליעזר אומר הצלף מתעשר תמרות ואביונות וקפרס רבי עקיבא אומר אין מתעשר אלא אביונות מפני שהן פרי:

6. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit, surculi fœnigræci & sinapi, ac fabarum albarum, obligati sunt de decimis. R. Eliezer dicit, capparis decimabit surculos, & baccas, ac cortices: R. Akiba dicit, decimabit baccas tantum, quia fructus habentur.

R. OB. DE BARTENORA.

תמרות של תלתן *surculi fœnigræci*, nonnulli exponunt de surculis & stirpibus, uti dantur in vitibus, qui comeduntur; alii exponunt, quando fœnumgræcum progerminare incipit, apparent in eo grana densa quæ vocantur תמרות, uti in myrtis, quando extremitates abscinduntur, renascuntur in illis תמרות; & surculi illi in fœnogræco, sinapi & fabis albis conducunt in cibum. צלף barbare *capparis*: תמרות sunt ejus surculi sive flosculi; אביונות sunt fructus ejus principales; קפריסין est id quod fructum conservat; decisio est juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צלף Arabicè אלכבר, & profert surculos qui vocantur תמרות, & fructus aridos instar ligni, & folia quæ vocantur קפריסין; profert etiam fructus maturos quorum nomen in lingua Arabica notum, & dicitur פרוס אלכבר, quod etiam אביונות dicitur; decisio est juxta R. Akiba.

פרק ה העוקר שתלים מתוך שלו ונוטע לתוך שלו פטור לקח במחובר לקרקע פטור לקט לשלוח לחבירו פטור רבי אלעזר בן עזריה אומר אם יש כיוצא בהם נמכרים בשוק הרי אלו חייבין:

Caput 5. Qui evulserit plantas ex agro suo, & plantaverit in agro suo, immunis est; si emerit eas solo adhærentes, immunis est; si collegerit eas ad mittendum ad proximum suum, immunis est. R. Eleasar filius Asariæ dicit, si ipsi fuerint ejusdem generis quæ venduntur in loco publico, illæ tenentur.

R. OB. DE BARTENORA.

העוקר שתלים *qui evellit plantas*, si evellat plantas postquam aliquatenus excreverint, & plantet eas in alio loco quo ulterius crescunt, פטור *liber est*, etsi conspexerint faciem domus, quia opus earum nondum est perfectum.

לקח במחובר לקרקע פטור *si emerit eas solo adhærentes*, *liber est*; quia emtio non obligat de decimis nisi in iis fructibus qui terræ non adhærent. לקט *si colligat*, supple plantas ad mittendum eas ad proximum, liber est. כיוצא בהם נמכרים בשוק *si istius generis vendantur in loco publico*, tum habentur ac si opus eorum jam sit perfectum; decisio non est juxta R. Eleasar filium Asariæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quod hoc loco dicitur licitum esse evellere plantas, & eas in solo suo plantare, etiam inter fructus, ea non est tantum opinio R. Akibæ, quæ exposita est in tractatu Pea, ut liceat juxta eam serere rem illibatam antequam perfecta fuerint ejus opera; dicitur etiam ibidem, *sumat homo de area & serat antequam confectus sit acervus*, sunt verba R. Akibæ. Sed Sapientes id ipsum permittunt in plantis; & ita dixerunt, *concedunt Sapientes R. Akibæ quod ad plantas*; differentia autem inter eos est ea quam diximus, nimirum quod tritici opus est perfectum, plantarum vero non est opus perfectum, quia eas ab arbore avulsit. Diximus etiam capite præcedenti emtionem obligare quod ad decimationem; hoc loco autem exponit non omnem emtionem obligare quod ad decimas, sed eam tantum qua emit id quod terræ non adhæret, & evulsum est; at eam, qua emit id quod solo adhæret, aut quod non adhæret solo, & mittitur ad proximum, non obligare quod ad decimas, & comedi licitum pro re nata antequam decimaverit. *R. Eleasar filius Asariæ dicit, si ejusdem generis vendantur in publico*, uti sunt illi fructus quos emit ad mittendum ad proximum, qui obligati sunt de decimis; decisio non est juxta R. Eleasarem filium Asariæ.

ב העוקר לפת וצנונות מתוך שלו ונוטע לתוך שלו לזרע חייב מפני שהוא גורן בצלים משהשרישו בעליה טהרו מלטמא נפלה עליהם מפולת והם מגולין הרי אלו כנטועי בשדה:

2. Qui evulserit raphanos aut rapas è solo suo, & plantaverit eos in solo suo ad conservandum inde semen, tenetur; quia area sua est. Cepæ postquam radices egerint in tabulatis, puræ sunt ut pollui nequeant; si vero in eas inciderit decidui quid, & apertæ fuerint, earum ratio habetur ac si in agro essent plantatæ.

R. OB. DE BARTENORA.

ונוטע בתוך שלו לזרע *& plantaverit in solo suo, pro semine*, ut semen eorum maturescat in loco quo eos plantaverit. מפני שהוא גרנן *quia area eorum est*, evulsio eorum est area eorum de qua obligati sunt ad decimationem, nam semen eorum liberum est à decimis, quia Levit. 27:30. dicitur, מזרע הארץ *de semine terræ illius*, non dicit, de omni semine terræ, excluditur ergo semen hortense quod non cedit in cibum, & postquam perfectum est opus eorum, non licet eos plantare priusquam decimaverit.

טהרו מלטמא *puræ ut pollui nequeant*, quia habentur ac si satæ essent, Lex vero numero generali loquitur de puritate seminis, ut dicitur Levit. 11:36. על כל זרע זרוע אשר יזרע טהור הוא; sed quod ad cæteras omnes res habentur ac si essent evulsæ, & tenentur de decimis & jure anni septimi; & præterea etiam de purificatione immunditiei intelligendum est, si radices egerint in tabulatis, & subter eas inventus fuerit pulvis; at si in dolio radices egerint, in casu immunditiei etiam habentur ut res evulsæ, scilicet quod cepæ non sunt puræ ut pollui queant. והם מגולים *& detectæ fuerint*, folia detecta fuerint, uti crescere solent. הרי אלו כנטועים בשדה *ecce hæ habentur ut in agro plantatæ*, & qui eas evulsit sabbato, tenetur, & tenentur de jure anni septimi & decimis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם לזרע חייב *si ad conservandum indè semen, tenetur*, id est, si intentio ipsius fuerit indè sumere semen ad serendum, non licet eas plantare, antequam decimaverit, quia evulsio è solo earum area habetur, qua obligantur de decimatione; si vero intentio ejus fuerit plantare eas ut ulterius crescant, non tenetur de decimis, quia nondum perfectæ sunt rapæ quod ad opus earum, quo peracto demum tenentur.

Cepæ postquam radices egerint in tabulatis, puræ sunt ut pollui nequeant, quia tum non cedunt in cibum, & jam corruptæ sunt. הרי אלו כנטועים בשדה *earum ratio habetur ac si in agro plantatæ essent*, id est, obligatæ sunt de jure anni septimi, & de jure decimationis.

ג לא יםכור אדם את פירותיו בשבאו לעונת המעשרות למי שאינו נאמן על המעשרות ולא בשביעית למי שהוא חשוד על השביעי ואם בכרו נוטל את הבכורוי ומוכר את השאר :

3. Non licet vendere fructus quando tempus decimationis ingressi fuerint ei qui non est fide dignus quod ad decimas; neque in anno septimo ei qui suspectus de anno septimo; si vero jam protulerint primitiva, sumito primitiva, & vendito quod restat.

R. OB. DE BARTENORA.

לא ימכור אדם את פרותיו *non licet vendere suos fructus*, quia transgreditur præceptum quod dicit לפני עור לא תתן מכשול Levit. 19:14. ואם בכרו *si protulerint primitiva*, si in illis fructibus fuerint primitiva quæ pervenerint ad tempus decimationis, & reliqui nondum pervenerint ad id tempus, hæc accipiet & quod reliquum est vendet.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tempus decimandi jam exposuimus aliquoties; deindè etiam exposuimus in Tractatu Scheviit, quo modo liceat vendere fructus anni septimi, & cui eos vendere licet, similibusque modis; & exposuimus pretium quo illi fructus venditi sunt, licere comedere cum sanctitate anni septimi; & eam rem quæ vendita est non liberari à jure anni septimi, & hoc indicatur quando dicit, *ultimum apprehenditur in anno septimo, at ipse fructus probbitus est*, uti expositum est in Misna capite quarto tractatus Scheviit; Mischna quoque ita dicit, quemadmodum omnium fructuum arboris tempus conforme est quod ad decimas, sic etiam conforme est tempus eorum quod ad jus anni septimi; & si omnes fructus non intraverint tempus quo decimandi sunt, colliget primitivos, & reliquos vendet qui non obligati sunt de decimis.

ד לא ימכור אדם את תבנו ואת גפתו ואת זגיו למי שאינו נאמן על המעשרות להוציא מהן משקין ואם הוציא חייב במעשרות ופטור מן התרומה שהתורם בלבו על הקטועין על הצדדין ועל מה שבתוך התבן :

4. Non licet vendere paleam suam, nec fraces olivarum, nec tunicam uvarum ei qui non est fide dignus quod ad decimationem, ad separandum ex illis liquores; si vero separaverit, tenetur de decimis, at liber est ab oblatione prima, quia is qui oblationem primam separat cogitat in corde suo de succisis, lateribus, & de eo quod fuerit in palea.

R. OB. DE BARTENORA.

תבנו *paleam suam*, intellige spicas trituratas in quibus aliquando remanet triticum. על הקטועים *de succisis*, supple de spicis succisis, & non trituratis על הצדדים *de lateribus*, de lateribus acervi; & si quis separat Trumam in torcularis fovea, cogitat de eo quod continetur in corticibus uvarum; qui vero separat oblationem primam in torcularis prælo, cogitat de eo quod continetur in fracibus olivarum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גפת notat *olivarum grana*. זג notat *uvarum tunicas*, sive cortices qui post calcationem & expressionem remanent; & dicit hîc quod non licet vendere fraces, nec cortices ei qui non est fide dignus de decimis. Et quod dicit להוציא מהן משקין *ad separandum ex illis liquores*, refertur ad fraces & cortices ac paleam tritici. שתורם לבו על הקטועים *quia is qui Trumam separat cogitat in corde suo de succisis*, &c., sensus est, eum qui Trumam separat, separare debere pro omni eo quod occultum & opertum est.

ה הלוקח שדה ירק בסוריא אם עד שלא בא לעונת המעשרות חייב ומשבא לעונת המעשרות פטור ולוקט כדרכו והולך רבי יהודה אומר אף ישכר פועלים וילקט אמר רבן שמעון בן גמליאל במה דברים אמורים בזמן שקנה קרקע אבל בזמן

5. Qui emerit campum olere consitum in Syria, si id factum fuerit antequam tempus decimationis advenerit, tenetur; at si post tempus decimationis, liber est; & licet ipsi colligere more suo. R. Jehuda dicit, etiam is qui sibi comparaverit operarios, colligat. Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, de quo hæc verba dicta sunt? quando sibi comparavit fundum, sed quando sibi non comparavit

בזמן שלא קנה קרקע אם עד שלא באו לעונת המעשרות פטור רבי אומר אף לפי חשבון :

paravit fundum ante tempus decimationis, liber est; Rabbi dicit, etiam juxta computum.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח שדה ירק *qui emerit campum oleris*, à quodam gentili. *Syria* est ea regio quam subegit David, uti est Damascus, Aram Naharaim, & Aram Soba; in quibusdam casibus ejus terræ habuere rationem ut terræ Israelis, in quibusdam vero non.

עד שלא באו לעונת המעשרות חייב *antequam advenerit decimationis tempus*, *tenetur*, nam si in tempore quo perveniebant ad obligationem decimationis, essent in potestate Israelitæ; at si eo tempore fuerint in potestate gentilis, liber est; quia in eo casu cum Syria egerunt uti cum regione sigillatim subacta, ut non vocetur כבוש *subjugatio*.

פטור ולוקט כדרכו *liber est*, & *legit more suo*, etiam id quod auctum fuerit in potestate ipsius, liberum est à decimis, non autem si comparaverit sibi operarios; quia tum suspicamur eum idem facturum cum campo quem emit ante tempus decimationis; & R. Jehuda ejusmodi nihil metuit. פטור *liber est*, quoniam nulla ipsi campi pars est.

רבי אומר אף לפי חשבון *Rabbi dicit*, *etiam juxta computum*, hæc referuntur ad verba doctoris primi, qui ita dicit, quemadmodum tenetur decimare pro toto, si emerit ante decimationis tempus, sic etiam tenetur decimare juxta computum ejus quod auctum fuerit dum erat in potestate sua, si emerit quando tempus decimationis advenerit, ut, si accreverit ad tertiam partem in potestate gentilis, tenetur decimare pro duplici parte tertia quæ aucta fuerit in potestate sua; decisio est juxta Rabban Schimeon filium Gamalielis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam dictum est capite sexto tractatus Demai, per *Syriam* intelligi terram quam subegit David, quæ non obligatur ad decimas, nisi Israelitæ alicui in ea fuerit campus; at is qui emerit fructus è campo alieno, non tenetur de decimis. Ibidem etiam exposuimus rationem hujus rei, nimirum, quia terra ea minor est terra Israelis. Hoc vero loco dicit, si quis in Syria emerit fructus terræ adhærentes ante decimationis tempus, eorum rationem haberi ac si in campo suo crevissent, & teneri de decimis; at si post decimationis tempus emerit, eorum ratio habetur ac si in Syria crevissent, qui non obligati sunt de decimis, uti exposuimus; & licet eos colligere suo more, non autem quando comparavit operarios. R. Jehuda dicit contrarium, quod licet illi qui comparaverit operarios colligere more suo; contradicit etiam Rabban Schimeon filius Gamalielis, dicens, si quis emerit fructus terræ adhærentes ante tempus decimationis, non obligatur de decimis in Syria antequam emerit fundum. Rabbi autem dicit eum teneri de decimis etsi non emerit fundum, sed juxta computum, & ipse quoque absolute contradicit; at quomodo? si campum oleris quinquaginta siclis emerit ante tempus decimationis, & solum valuerit quinquaginta siclos, & tempus decimationis advenerit dum erat in potestate emtoris, obligatur emtor tertiam partem dare pro decimis, nam si solum emerit cum olere centum & quinquaginta siclis, obligatus est de omnibus decimis; decisio tantum est secundum simplicem Mischnæ partem, de qua nulla est controversia.

ו המתמד ונתן מים במדה ומצא כדי מדתו פטור רבי יהודה מחייב מצא יותר על כדי מדתו מוציא עליו ממקום אחר לפי חשבון :

6. Qui loram facit, & aquam in mensuram fundit, inveniens quantitatem mensuræ illius, liber est; R. Jehuda obligat; si vero præter quantitatem mensuræ illius invenerit, separato pro ea de alio loco juxta computum.

R. OB. DE BARTENORA.

המתמד qui aquam infundit in tunicas, aut nucleos uvarum, aut etiam in fæces, is vocatur מתמד; hic autem tantum loquitur de eo qui aquam in fæces infudit.

ומצא כדי מדתו *& invenerit quantitatem mensuræ illius*, non propriè intelligitur quantitas mensuræ ipsius, etsi enim tres aquæ cantharos injecisset, & invenisset tres cum dimidio, liber est, donec infuderit tres & invenerit quatuor. פטור *liber est*, etsi fæces aquæ saporem largiantur, liber est; quia sapor fæcium rei illibatæ non habetur sapor perfectus, sed levis tantum acor. R. *Jehuda obligat*, nam putat fieri non posse ut omnis aquæ quantitas inde exeat, sed medium cantharum aquæ inter fæces remansisse, unde fiat ut inter tres illos cantharos & dimidium unus detur cantharus vini, & duo aquæ, & habetur ut vinum mixtum aqua; solent enim cum vino miscere aquam; decisio non est juxta R. Jehuda. מצא יותר מכדי מדתו *si invenerit præter quantitatem mensuræ ipsius*, si infuderit tres quantitates, & invenerit quatuor. מוציא עליו ממקום אחר *separat pro eo ex alio loco*, etiam de alio loco; id est, non absolute de eo, & pro eo, quod licet, sed de alio loco etiam decimare poterit juxta computum illius quod fuerit præter mensuram.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תמד est vox quæ cadit in tunicas, cortices, aut nucleos qui remanent de uvis postquam expressæ fuerint, aut in fæces quæ descendunt in fundum vasis; מתמד notat eum qui aquam fundit super תמד, & ibi relinquit donec virtus & efficacia ejus transierit in aquam, & tum se habet ut vinum vilius, quod bibunt. Præterea dicitur hoc loco, si prodierit indè, postquam evacuatum sit secundum quantitatem aquæ quam infudit, quod non tenetur de decimis, quia illic non est vinum; at si præter mensuram quam infudit invenerit, necesse est ut sciat quantitatem ejus quod redundat, quæ est quantitas vini quod remanet in תמד, & pro eo separabit decimas de alio loco, juxta id quod requiritur pro eo quod redundat; & istiusmodi sensus est ejus quod dicit לפי חשבון; decisio non est juxta R. Jehuda.

ז חורי הנמלים שלנו בצד הערימה החייבת הרי אלו חייבים שידוע שמדבר הגמור גוררין כל הלילה :

7. Foramina formicarum pernoctantium in latere acervi obligati, obligantur; quia constat quod de re ritè perfecta totam noctem attraxerunt.

R. OB. DE BARTENORA. בצד הערימה החייבת *in latere acervi obligati*, acervi qui obligatur de decimis, uti Mischna dixit capite primo, nisi à palea purificaverit frumentum postquam indè fecerit acervum.

ח שום בעל בכי ובצל של רכפא וגריסין הקילקין והעדשים המצריות רמ"א אף הקרקס ר' יוסי אומ' אף

8. Allium auctor fletus (dictum,) & cepa Richpensis, & fabæ molitæ Kilkenses, & lentes Ægyptiacæ; R. Meir dicit, etiam Carcas; R. Jose dicit,

אף הקוטנים פטורים מן המעשרות ונלקחין מכל אדם בשביעית זרע לוף העליון זרע כרישים זרע בצלים זרע לפת וצנונות ושאר זרעוני גנה שאינן נאכלין פטורין מן המעשרות ונלקחין מכל אדם בשביעית שאף על פי שאביהן תרומה הרי אלו יאכלו : סליק

dicit, etiam Kotnim, libera sunt à decimis, & comparantur â quolibet homine anno septimo. Semen Loph superioris, semen porri, semen ceparum, semen raphanorum, & raparum, & reliqua semina hortensia quæ non cedunt in cibum, libera sunt â decimis, & comparantur â quolibet homine anno septimo; etsi enim pater eorum fuerit oblatio prima, illa comeduntur tamen.

R. OB. DE BARTENORA.

שום בעל בכי *allium causa fletus*, est allium acre, ut oculi diffluant si quis id comedat; & mihi videtur quod sit illud allium quod crescit in Libanon, quia id Arabicè vocant אללבנון. רכפא est nomen loci.

גריסין הקילקלין *fabæ molitæ Kilkalenses*, fabæ quæ veniunt è loco Kilki dicto, & hæ fabæ figuræ quadratæ sunt, uti Misna dicit in Negaim, *ut fabæ Kilkenses quadratæ*.

ועדשים המצריות *& lentes Ægyptiacæ*, quibus est caput acuminatum, & omnes illæ species sunt sylvestres, & habentur communes, quia non seruntur in hortis, & propterea liberæ sunt â decimis. קרקס Arabicè קלקאס dicitur, & est species brassicæ. קוטנים est species lentium; decisio est juxta absolutam Misnæ sententiam.

ונלקחים מכל אדם *& comparantur â quolibet homine*, etiam ab iis qui suspecti sunt venditionis fructuum anni septimi. זרע לוף העליון *semen Loph superioris*, ego audivi, semen cepæ stultæ, at semen cepæ bonæ tenetur de decimis.

אף על פי שאביהן תרומה *etsi pater eorum fuerit oblatio prima*, etsi quodcunque ex istis seminibus hortensibus quæ comeduntur fuerit oblatio prima, incrementa comeduntur; at non dicimus quod incrementa oblationis primæ sunt oblatio prima, nisi quando semen aliquod severit de rebus quæ cedunt in cibum; per *patrem* intelligas semen sive patrem illius quod inde crevit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שום בעל בכי *allium causa fletus*, est allium valde acutum & acre, non conducens in cibum, & si quis illud comedat, commovetur ad lachrymas, & propterea eo nomine insignitur. בצל הרכפא *cepa Richpensis*, quæ unicam habet cristam, estque valdè acris, ut lachrymas exprimat simul ac pervenerit ad oculos; sic Psal. 18:12. חשכת מים Chaldaica paraphrasis exponit רכפת מיא; & forsan hæc cæpa alicui loco dicata est. גריסין *sunt fabæ molitæ*, sunt que species fabarum majorum ac quadratarum, & certo loco addictarum, diciturque faba Kilkensis.

ועדשים המצריות *lentes Ægyptiacæ*, harum lentium extremitas acuta est; & sunt etiam ex speciebus sylvestribus, quæ non seruntur in hortis, sed communes habentur, & propterea liberæ â decimis. קרקס Arabicè קלקאס dicitur, estque brassicæ species, alii dicunt esse fabarum speciem. קוטנים est species lentium; exposuimus etiam aliquoties לוף notare speciem cæparum; & quod dicit העליון *superior*, ejus sententia in Gemara ita se habet, *semen ad superiorem cæpæ partem*.

אף על פי שאביהן תרומה אלו יאכלו *etsi pater eorum fuerit oblatio prima, comeduntur tamen*, id est, si una ex istis speciebus seminum hortensium, quæ non cedunt in cibum, sit oblatio prima, eamque seminaverit, id quod indè creverit profanum est, quia non dicimus incrementa oblationis primæ haberi ipsam oblationem primam, nisi semen, quod quis sevit fuerit edule; at ea quæ non sunt edulia, eorum licet comedere incrementa, etsi præcipua eorum pars sit oblatio prima; decisio est juxta simplicem Misnæ partem.

Finis Tractatus de Decimis primis.

מסכת Tracta-

מסכת מעשר שני

Tractatus de Decimis ſecundis.

·פרק א מעשר שני אין מוכרין אותו ואין ממשכנין אותו ואין מחליפין אותו ולא שוקלין כנגדו ולא יאמר אדם לחבירו בירושלם הילך יין ותן לי שמן וכן שאר כל הפירות אבל נותנין זה לזה מתנת חנם:

CAput 1. Decimas ſecundas non vendunt, neque oppignorant, neque commutant, neque librant eis; neque quiſquam dicit proximo ſuo Jeruſolymis, *accipito vinum*, *& dato mihi oleum*; & eo ſenſu de aliis fructibus; ſed alter alteri quidem dono dat.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשר שני אין מוכרין *decimæ ſecundæ non venduntur*, neque ſi deferat eas Jeruſolymas, quia ſanctitas eſt, Miſchna vero ſimplex pertinet ad R. Meyr, dicentem, quod decimæ bona Dei ſunt. ואין מחליפין *neque commutant*, non dicet, *accipito tu vinum*, *& dato mihi oleum*, aut vice verſa. ולא שוקלין כנגדו *non librant eis*, librando ſiclum profanum cum ſiclo decimarum ſecundarum, quia contemptio eſt rei quæ continetur ſub præcepto. ולא יאמר אדם לחברו בירושלים *& non dicet quiſquam proximo ſuo Jeruſolymis*, ſuperius tractavit de loco extra Jeruſolymas; hoc loco vero nos docet, quod etiam Jeruſolymis, ubi pecunia emere licet cibum & potum, non tamen licet commutare. וכן בשאר כל הפירות *& ſic de cæteris omnibus fructibus*, ſic etiam non licet commutare fructus, quibus juxta ſtatuta Sapientum tantum impoſita eſt decimatio. אבל נותנין זה לזה מתנת חנם *ſed alter alteri dono dat*, ut, ſi quis bibat aut comedat cum eo ad menſam, & hæc omnium ſententia eſt; ſed ſimpliciter dono dare, juxta eum qui dicit quod donatio ſe habet ut venditio, interdictum eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Decimis ſecundis poſita eſt menſura, ideoque eas vendere non licet, neque oppignorare, aut mutare, quia commutatio eſt venditio. *Neque librant eis*, quia in quantitate minus eſt pretium, ſi indè fecerit lapides, quibus librat. Et quod in ſpecie dicit *Jeruſolymis*, ideo fecit quia illic comeduntur decimæ ſecundæ.

SURENHUSIUS.

Hic tractatus de decimis ſecundis, nec non is qui ſequitur de arboribus præputiatis, juxta Maimonidem his nititur præceptis. Quorum primum eſt, ut decimæ ſecundæ ſeparentur. (2) Ne pretium earum expendatur ad alia neceſſaria, præterquam ad cibum, potum, & unctionem. (3) Ne comedantur in impuritate. (4) Ne comedantur in luctu. (5) Ne decimæ ſecundæ frumenti comedantur præterquam Jeruſolymis. (6) Ne decimæ ſecundæ muſti comedantur præterquam Jeruſolymis. (7) Ne decimæ ſecundæ olei comedantur præterquam Jeruſolymis. (8) Ut plantæ anni quarti omnes ſint ſanctæ, & conſumantur Jeruſolymis a poſſeſſoribus, eodem modo ut decimæ ſecundæ. (9) Ut confeſſio peragatur ſuper decimis. Poſtquam igitur decimæ primæ ſeparatæ ſunt, ſeparantur decimæ ſecundæ ſingulis annis, quemadmodum ſcriptum eſt Deut. 14:22. עשר תעשר את כל תבואת זרעך. Cæterum anno tertio & ſexto ſeparant decimas pauperum pro decimis ſecundis. Primo autem die menſis Tiſri, eſt initium anni pro decimis proventus, leguminum, & oleris; nam quocunque in loco dicatur ראש השנה *initium anni*, intelligi debet primus Tiſri dies. Sed decimus quintus menſis Schebat eſt ראש השנה pro decimis arborum. Hoc ſenſu, ſi proventus & legumina attigerint tempus decimationis ante initium anni tertii, etſi perfecta fuerint atque collecta in anno tertio, educunt ex illis decimas ſecundas. Si vero nondum pervenerint ad tempus decimationis, niſi poſt initium anni tertii, educunt ex illis decimas pauperum. Sic etiam fructus arborum, quando tempus decimationis attigerint ante decimum quintum diem Schebat in anno tertio, etſi perfecti fuerint, atque collecti deinceps in fine anni tertii, decimantur pro anno præterito, & educuntur ex illis decimæ ſecundæ. Similiter, ſi decimationis tempus attigerint ante decimum quintum menſis Schebat diem, in anno quarto, etſi perfecti & collecti fuerint in anno quarto, educunt ex illis decimas ſecundas. Si vero tempus decimationis attigerint poſt decimum quintum diem Schebat, decimant pro anno futuro.

ב: מעשר בהמה אין מוכרין אותו תמים חי ולא בעל מום חי ושחוט ואין מקדשין בו האשה הבכור מוכרים אותו תמים חי ובעל מום חי ושחוט ומקדשין בו האשה אין מחללין מעשר שני על אסימון ולא על המטבע שאינו יוצא ולא על המעות שאינן ברשותו:

2. Decimas beſtiarum perfectè viventium non vendunt, nec viventium vitio laborantium, nec mactatarum; nec deſponſant iis fœminam. Primogenitum vendunt perfectè vivum, & vitio laborans, ac mactatum, eoque deſponſant fœminam. Non profanant decimas ſecundas moneta non ſignata, nec moneta inuſitata, nec pecunia quæ non eſt in poteſtate ſua.

R. OB. DE BARTENORA.

אין מוכרין אותו *non vendunt eas*, quia id apprehendimus ex voce גאולה *redemptio*, de qua in anathematibus; de decimis ſcriptura dicit לא יגאל *non redimet*, de anathematibus dicit Levit. 27:28. לא ימכר ולא יגאל *non vendet neque redimet*, id eſt, quemadmodum in uno loco venditio obtinet, eodem ſenſu illarum venditio obtinet in altero.

תמים חי *perfectè viventium*, eadem eſt ratio mactatorum animalium, uti Scriptura dicit לא יגאל *non redimet*, id eſt, non vendet animal decimationis vivum, nec mactatum, nec perfectum, nec vitio laborans; ſed perfecti animalis adipes & ſanguis offeruntur in altare, & carnem ejus poſſeſſores co-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jus de decimis beſtiarum iſtiuſmodi eſt, ut poſſeſſori liceat eas comedere Jeruſolymis, ut decimas ſecundas, poſtquam adipes & ſanguinem earum obtulerint, quia ſunt ſanctitas; & ſi in eis naſcatur vitium, poſſeſſores comedunt eas ubique locorum, quia non ſunt aptæ ad ſacrificium; primogenitum vero ad ſacerdotem pertinet, quia adipem & ſanguinem ejus offerat, & deindè comedat, uti ſcriptum eſt Num. 18:17. *Primogenitum bovis, aut primogenitum agni, aut primogenitum capræ non redimes, ſanctitas ſunt, ſanguinem eorum ſparges ad altare & adipes combures, & caro eorum tibi erit ut pectus agitationis* &c., at ſi in primogenito naſcatur macula

comedunt Jeruſolymis; ſed vitio laborantis caro comeditur ubique; & quia auctor in fine ad vocem primogenitum dixit, perfectè vivum vendi, ideo etiam in principio dixit, perfectè vivum.

אין מקדשין בו את האשה *non deſponſant eis mulierem*, quia eſt modus venditionis. הבכור מוכרין אותו תמים חי *primogenitum vendunt perfecte vivum*, quia de primogenitis Scriptura dicit *non redimes*; at vendere quidem licet.

ומקדשין בו את האשה *& deſponſant eo fœminam*, quia primogenitura ſacerdotum bona eſt, quam ipſis vendere licet. אסימון *ἄσημον*, eſt moneta non ſignata, qua commutare non licet decimas ſecundas, quia ſcriptum eſt Deut. 14: 35. וצרת כסף בידך *& imaginem imprimes argento manibus tuis*.

ולא על המטבע שאינו יוצא *neque moneta inuſitata*, juxta id quod dicitur Deut. 14: 20. ונת הכסף בכל אשר תאוה נפשך quod excipit argentum inuſitatum, (dat niet gangbaar is/) ut eo non poſſit comparare id quod voluerit.

ולא על המעות שאינן ברשותו *neque pecunia quæ non eſt in poteſtate ſua*, ut, ſi crumena deciderit in mare, non poterit redimere decimas ſecundas eo argento quod continebatur in crumena, quia eo indiget ad emendum eo quendam qui ſe in aquam ſubmergat ad educendum marſupium.

cula aut vitium, ſacerdos id edit cum impuritate ubique locorum, & vendit illud cuicunque voluerit, etiam gentili qui id comedat; quia primogenitum ſacerdoti cedit in donum quando ipſi advenerit vitium, uti explicatur in tractatu Bechorot capite quarto; & Deut. 15: 21. dicit, *ſi fuerit in eo macula claudi aut cæci &c., in civitatibus tuis comedes illud*. Præterea Deus dixit de primogenito quadrupedum, לא יגאל *non redimet*, & de decimis quadrupedum dixit Levit. 27: 33. *non commutabis eas, & erunt tibi illæ & agitatio earum ſanctitas, non redimes*; ad hæc verba dicitur in Siphra, de primogenito loquitur Scriptura לא יפדה, & de decimis ſecundis dicit לא יגאל, ergo non vendetur, nec vivum, nec mactatum, nec commaculatum, nec perfectum; neque licet deſponſare fœminam decimis, quia venditio habetur; at venditionem eſſe illicitam jam expoſuimus. Sed primogenito deſponſare fœminam licet, quia id licet vendere. Si vero dixeris, quandoquidem primogenitum ſacerdoti cedit, quidnam commodi indè ei qui illud emit? commodum hoc eſt ſatis manifeſtum, quia is qui emerit etiam comedere id ipſum poteſt, ſi primogenito acceſſerit vitum dum erat in poteſtate ſua. אסימון *ἄσημον moneta non ſignata*, & ea commutare non licet, quia ſcriptum eſt Deut. 14: 35. *Et imaginem imprimis manu tua*, uti וצרת includit id quod ſignatum eſt, בידך excludit pecuniam quæ non eſt ſub poteſtate alicujus; & quod vetat decimas ſecundas commutare moneta inuſitata, ejus ratio eſt, quia Deus dixit Deut. 14: 26. ונתת הכסף בכל אשר תאוה נפשך, & neceſſe eſt ut argentum illud portare queat ad emendum cibum.

ג הלוקח בהמה לזבחי שלמין או חיה לבשר תאוה יצא העור לחולין אף על פי שהעור מרובה על הבשר כדי יין סתומות מקום שדרכן ליככר סתומות יצא קנקן לחולין האגוזים והשקדים יצאו קלפיהם לחולין התמד עד שלא החמיץ אינו נלקח בכסף מעשר ומשהחמיץ נלקח בכסף מעשר :

3. Qui comparaverit beſtiam in ſacrificium pacificum, aut feram in carnem delicatam, corium fit profanum, etſi corium ſit majus carne. Si cantharos vini clauſos, in loco ubi clauſi vendi ſolent, canthari fiunt profani. Si nuces emit aut amygdala, cortices profanantur; Lora antequam aceſcat non comparatur argento decimarum, at poſtquam acidum ſaporem aſſumpſerit, comparatur argento decimarum.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח בהמה לזבחי שלמים *qui emerit beſtiam in ſacrificia pacifica*, pecuniis decimarum ſecundarum, hoc enim præcipuum eſt præceptum de pecunia decimarum ſecundarum, ut ea comparentur ſacrificia pacifica, uti diſcimus ex voce שם שם per argumentum à pari de monte Ebal: Deut. 26:7. Et Deut. 14:26. חיה notat animal quod ineptum eſt ad oblationem, cujus tamen caro emi poteſt pecuniis decimarum ſecundarum ad comedendum eam pro carne exquiſita, id eſt, profana.

יצא העור לחולין *corium profanatur*, & neceſſe non eſt pretium ejus comedere Jeruſolymis. יצא הקנקן לחולין *cantharus profanatur*, ſed non eſt neceſſe ut vendatur, & pretium ejus conſumatur cum ſanctitare decimarum Jeruſolymis; & hoc intelligendum eſt quando venditor & emtor fuerint idiotæ, & non cogitaverit aliquis eorum niſi de comeſtione carnis & vini potu; at ſi alteruter fuerit artifex qui corium conficit, aut ollas, tum certum eſt illos conjicere oculos in corium, aut in cantharum, & comparare ſibi cantharum, aut corium; eo vero tempore non profanantur. תמד notat fæces uvarum quibus affundunt aquas. אינו נלקח בכסף מעשר *non comparatur pecunia decimarum*, quia ut aqua habetur, & neceſſe eſt ut ſit fructus de fructu, & incrementum terræ. נלקח בכסף מעשר *comparatur argento decimarum*, nam poſtquam indè factum fuerit acetum, habetur edule; & hoc intelligendum eſt quando infuderit tres & invenerit quatuor menſuras, hinc conſtat quod ſit inſtar vini diluti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licet comparare beſtias in ſacrificia pacifica pecunia decimarum ſecundarum, quia poſſeſſores comedunt ſacrificia pacifica, uti ipſa Scriptura explicat. בשר תאוה *caro deſiderii*, notat ſacrificia profana de quibus Deus dixit Deut. 12: 20. תאוה נפשך לאכול בשר *ſi anima tua appetat comedere carnem*. קנקן eſt nomen vaſis quod liquores continet; & quod dicit *corium & cantharum profanari*, id intelligas ſi venditor non intelligit mercaturam, ejuſve inſcius eſt, putans ſe tantum carnem & vinum vendidiſſe, non rationem habens corii & canthari, & propterea profanantur; quia non comparavit ea decimarum ſecundarum pecuniis. Sed ſi talia emerit à mercatore qui intelligit carnis valorem, & corii pretium, corium non profanatur; id ergo quod dixerunt, intelligendum eſt quando venditor fuerit idiota; at ſi fuerit artifex, habetur ac ſi unumquodque vendat ſigillatim. תמד notat uvarum ſcoriam, cui affundunt aquam, undè præterlapſo deindè tempore fit acetum; antequam autem indè factum fuerit acetum, ſe habet ut aqua, quam emere non licet pecunia decimarum; poſtquam vero factum fuerit acetum, comparari poteſt pecunia decimarum, eo modo quo reliqui comparantur cibi.

ד הלוקח חיה לזבחי שלמים בהמה לבשר תאוה לא יצא העור לחולין כדי יין פתוחות או סתומות מקום שדרכן ליככר פתוחות לא יצא קנקן לחולין סלי זיתים וסלי ענבים עם הכלי לא יצאו דמי הכלי לחולין :

4. Qui comparaverit feram in ſacrificium pacificum, beſtiam in carnem deſiderii, corium non profanatur; ſi cantharos vini apertos, aut clauſos in loco quo eos vendere ſolent apertos, canthari non profanantur; ſi caniſtra olivarum, aut caniſtra uvarum cum vaſe, pretium vaſis non profanatur.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח חיה לזבחי שלמים *qui emerit feram in sacrificium pacificum*, è feris enim non adfertur sacrificium, ut dictum est Levit. 1:2. *de jumento & grege*. בהמה לבשר תאוה *bestiam in carnem deliciarum*, Sapientes decreverunt, ne quis bestiam emeret decimarum secundarum pecuniis, nisi in sacrificium pacificum; at in principio licebat emere bestiam in carnem deliciarum, quando autem inceperunt omnes emere bestias in carnem deliciarum, & eas depellere ab altari, iterum dixerunt Sapientes non licere eas emere.

עור לא יצא לחולין *pellis non profanatur*, id est, pellis non ingreditur jus quo fiat profana, nam pellis non acquisivit sanctitatem decimarum, nec feram, nec bestiam, quia se res habet ac si quis emat bovem ad arandum pecuniâ decimarum, quia non acquisivit sibi sanctitatem decimarum. לא יצא הקנקן לחולין *cantharus non profanatur*, quandoquidem vinum sine cantharo vendere solent. לא יצאו דמי הכלי לחולין *pretium vasis non profanatur*, quia etiam sine vase solent vendi olivæ, ac uvæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pecuniis decimarum secundarum licet emere bestiam in carnem desiderii ac deliciarum; at interdixerunt, dicentes non licere comparare bestiam pecuniis decimarum secundarum, nisi comparet in sacrificium pacificum; ita quoque dicimus in Beraita, ab initio comparabant bestiam in carnem deliciarum quam de altari fugaverant; iterum dixerunt, non licere eam emere bestiam. Et quod hic dicitur de eo qui comparavit feram in sacrificium pacificum, id non licet, quatenus sacrificium non fit ex fera, quia Deus dixit Levit. 1:2. מן הבקר ומן הצאן; & si quis emerit bestiam in carnem deliciarum, etiam non licet illud ob rationem jam dictam, quia corium non profanatur; quandoquidem ineptæ sunt istiusmodi feræ, ut non comedantur eo modo quo sibi imaginatus fuerat possessor.

ה הלוקח מים ומלח ופירות המחוברין לקרקע או פירות שאינן יכולין להגיע לירושלים לא קנה מעשר הלוקח פירות שוגג יחזרו דמים למקומן מזיד יעלו ויאכלו במקום ואם אין מקדש ירקבו:

5. Qui emerit aquam, aut sal, & fructus terræ adhærentes, aut fructus qui Jerusolymas adduci nequeunt, tum illa non acquisiverunt decimæ. Qui imprudens emerit fructus, eorum loco restituet pretium; si de industria, ascendant ut comedantur in Loco; at si non fuerit sanctuarium, putrescant.

R. OB. DE BARTENORA.

הלוקח מים ומלח *qui emerit aquas & sal &c.*, aquam & sal non licet emere pecuniis decimarum secundarum, quia scriptum est Deut. 14:26. *Et dabis argentum pro omni eo quod desiderat anima tua*, quod generale est; *pro jumento, & pro grege, & pro vino, & pro mero*, quod particulare est; *& pro omni eo quod petierit anima tua*, secunda vice generale est; generale autem, particulare & generale judicantur tantum particulariter, quemadmodum id quod particulare est specificat edulia, & quicquid producitur è terra, quoniam jumentum & grex adolescunt terræ stirpibus ac plantis, quæ incrementa terræ sunt, & quod evulsum est, ac conservari potest usque dum Jerusolymas allatum fuerit; sic etiam quicquid edule est, & è terra progerminat, evulsum, & quod conservari potest; excepto sale & aqua, quæ etiamsi sint edulia, non tamen è terra germinant; exceptis etiam fructibus qui terræ adhærent, quia non sunt evulsi; exceptis quoque fructibus antequam Jerusolymas allati fuerint corruptis, quia non sunt res quæ conservari possunt, hæc omnia non licet comparare pecuniis decimarum.

לא קנה מעשר *non acquisiverunt decimæ*, non acquisivit sanctitatem decimarum res ea quam emit, nec pretium earum profanatur. הלוקח פירות שוגג *qui emit fructus imprudens*, nesciens se acquirere pecuniis decimarum.

יחזרו דמים למקומן *restituant pretium loco eorum*, venditor accipiat suos fructus & pecunias reddat, quia se habet ut emtio errore commissa; at si emtor sciverit eas esse pecunias decimarum secundarum, non licet ipsi iis emere eos fructus, propter itineris molestiam. מזיד *de industria*, sciens eas pecunias esse decimarum. יעלו ויאכלו במקום *ascendant & comedantur in Loco*, in eo loco quem Deus elegit, nimirum Jerusolymis. ואם אין מקדש ירקבו *at si non sit sanctuarium, putrescant*, quia istiusmodi res quæ pecuniis decimarum emptæ sunt, redimi nequeunt extra Jerusolymas si puræ fuerint, uti inferius dicetur capite tertio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus de decimarum secundarum pecuniis Deut. 14:26. ונתתה הכסף בכל אשר תאוה נפשך quod generale est; בבקר ובצאן וביין ובשכר, quod particulare est; בכל אשר תאוה נפשך, generale est; at pro fundamento tenemus in hac regula, generale cum particulari & generali non judicari nisi sensu particulari; & quemadmodum sensu particulari exponitur, quidquid fuerit edule & è terra germinaverit, quatenus jumenta & greges sustentantur plantis terræ, attamen non adhærentia terræ, & conservari possunt per magnum temporis spatium; sic etiam decimarum secundarum pecuniis non poterit sibi quicquam comparare præter ea quæ diximus in hisce rebus contineri. Propterea non licet pecuniis decimarum secundarum comparare sal, nec aquam, quia non germinant e terra, etsi edulia sint; nam aqua simplex est alimentum, non proveniens è terra; sal vero est terra adusta; & propterea non licet comparare fructus terræ adhærentes, aut istiusmodi qui Jerusolymas venire nequeunt, quia necesse est ut sit res ejus naturæ cujus est jumentum, greges, vinum, & merum.

לא קנה מעשר *non acquisiverunt decimæ*, id est, ea res quam emit non est decimæ, nec pretium earum profanatur. יחזרו דמים למקומן *restituet pretium loco earum*, id est, venditor obligatur restituere pretium possessori, & decimæ erunt pecuniæ illæ uti antea erant; sumet autem illos quos vendidit fructus, eo quod emtor erravit, putans quod non erant decimæ secundæ, & propterea non profanantur, neque comparantur decimæ; si vero comparaverit eas de industria, sciens pecunias illas esse decimarum secundarum pecunias, jus eorum fructuum postulat ut comedantur Jerusolymis; si vero non sit sanctuarium, relinquit eos ut putrescant.

ו הלוקח בהמה שוגג יחזרו דמיה למקומן מזיד תעלה ותאכל במקום ואם אין מקדש תקבר על ידי עורה:

6. Qui imprudens emerit bestiam, pretium ejus restituet loco ejus; si vero de industria, ascendet & comedet eam in Loco; at si non fuerit sanctuarium, sepelietur cum pelle.

R. OB. DE BARTENORA.

תקבר על ידי עורה *sepelietur cum pelle sua*, sepelietur unà cum corio suo, quandoquidem interdictum est eo frui.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תקבר על ידי עורה *sepelietur una cum pelle*, id est, si mortua fuerit bestia, sepelietur una cum pelle sua, ne quisquam indè ullam capiat utilitatem.

ז אין לוקחין עבדים שפחות וקרקעות ובהמה טמאה מדמי מעשר שני ואם לקח יאכל כנגדן אין מביאין קיני זבים וקיני זבות וקיני יולדות חטאות ואשמות כדמי מעשר שני ואם הביא יאכל כנגדם זה הכלל כל שהוא חוץ לאכילה ולשתיה ולסיכה מדמי מעשר שני יאכל כנגדו :

7. Non licet emere servos, nec servas, neque campos, neque bestias immundas pecuniis decimarum secundarum; & si emerit, comedat eorum pretium. Non licet adferre nidos fluxu affectorum, neque nidos fluxu affectarum, neque nidos parientium, neque sacrificia expiatoria, neque sacrificia pro reatu pecuniis decimarum secundarum; si tamen detulerit, comedet juxta ea. Hæc regula generalis est, quicquid non cedit in cibum, neque in potum, neque in unctionem, pecuniis decimarum secundarum comparatum, comedet eorum pretium.

R. OB. DE BARTENORA.

אין לוקחין עבדים וכו׳ *non emunt servos &c.*, quia non cedunt in cibum, quia Scriptura dicit Deut. 14:26. *Pro jumento & pro grege, & comedes illic.* יאכל כנגדן *comedet juxta ea*, juxta quantitatem pecuniarum è decimis secundis quas impendit, aut consumpsit, impendet de suo quod ad victum, & comedet idipsum cum sanctitate decimarum Jerusolymis. Tractat hoc loco Mischna de venditore qui fugit, & propterea non addit pecunias esse reddendas, uti superius dixit; vel etiam tractat de eo qui de industria egerit, at si ex errore & ignorantia, pecuniæ reddendæ sunt.

קיני זבים *nidi fluxu laborantium*, intellige nidos duorum turturum, aut duarum columbarum, quos offerre tenentur seminiflui, aut seminifluæ, aut parientes; & fundamento confirmamus, quicquid fuerit debitum non offerri nisi de profano, nec quenquam solvere debitum suum decimarum secundarum pecuniis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Nidi fluxu affectorum, & nidi fluxu affectarum, & nidi parientium, sunt nidi duorum turturum, aut columbarum, qui offerendi sunt, unus in sacrificium pro peccato, alter in holocaustum, & istiusmodi omnia non licet possessoribus comedere; sed holocaustum comburendum est; sacerdotes vero comedunt sacrificium pro peccato, nec non sacrificium pro reatu. Jam exposuimus non licere pecuniis decimarum secundarum emere nisi id quod cedit in cibum aut in potum possessoribus earum, aut etiam id quod unctioni inservit, uti expositum est in tractatu Schebiit capite octavo.

יאכל כנגדן *comedet juxta ea*, id est, tantum impendet de suo quantum de pecunia decimarum secundarum impendit, in istiusmodi rebus quæ non cedunt in cibum, neque in potum; fructus vero comedet Jerusolymis, juxta ritum decimarum secundarum; sed hoc intelligendum est quando de industria emerit, at si ex ignorantia, restituet pretium loco earum.

פרק ב מעשר שני ניתן לאכילה ולשתיה ולסיכה לאכול דבר שדרכו לאכול לסוך דבר שדרכו לסוך לא יסוך יין וחומץ אבל סך הוא את השמן אין מפטמין שמן של מעשר שני ואין לוקחין בדמי מעשר שני שמן מפוטם אבל מפטם הוא את היין נפל לתוכו דבש ותבלין והשביחו השבח לפי חשבון דגים שנתבשלו עם הקפלוטות של מעשר שני והשביחו השבח לפי חשבון עיסה של מעשר שני שאפאה והשביחה השבח לשני זה הכלל כל ששבחו נכר השבח לפי חשבון וכל שאין שבחו נכר השבח לשני :

Caput 2. Decimæ secundæ dantur in cibum, in potum, in unctionem, ad comedendum id quod solet comedi, ad ungendum eo quo solent ungere. Non ungunt vino, neque aceto, sed ungunt oleo. Non condiunt oleum decimarum secundarum, neque comparant decimarum secundarum pecuniis oleum conditum; sed condiunt vinum; si inciderit in id mel & condimenta, unde meliora reddantur, illa in melius confectio fit juxta computum. Pisces qui cocti fuerint cum porro decimarum secundarum, unde meliores redditi fuerint; illa in melius redditio fit juxta computum. Massa decimarum secundarum cocta, & melior reddita, id quod redditum est in melius pertinet ad decimas secundas. Hæc est regula generalis, cujuscunque in melius redditio cognoscitur, illa fit juxta computum; & cujuscunque rei in melius redditio non cognoscitur, ejus in melius redditio pertinet ad decimas secundas.

R. OB. DE BARTENORA.

מעשר שני נתן לאכילה *decimæ secundæ dantur in cibum &c.*, uti dicit Deut. 14:26. *pro jumento, pro grege, pro vino, pro mero, & comedes illic*; potus vero continetur sub cibo, & unctio sub potu, uti scriptum est Psal. 109:18. כמים בקרבו וכשמן בעצמותיו.

לאכול דבר שדרכו לאכול *Ad comedendum quod solet comedi*, ut, si panem emerit pecuniis decimarum qui corruptus fuerit, aut vinum quod factum fuerit mucidum; coctum, quod fœtuerit; non obligatur comedere rem quæ non solet comedi, ne pereant pecuniæ decimarum secundarum; aut, si quis voluerit comedere blita cruda, aut comedere crudum triticum, non conceditur ipsi, quoniam eo modo non solent comedi.

אין מפטמין את השמן *non condiunt oleum*, commiscendo

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Lex decimas secundas cedere homini in cibum, uti scriptum Deut. 14:26. *Et argentum dabis pro omni eo quod petierit anima tua, & comedes illic*; sed res quæ licita est in unctionem, illa suum habet fundamentum ex eo quod Deus dixit de decimis Deut. 26:14. לא נתתי ממנו למת, & dixerunt, si arca & mortui indumentum conficiendum sit, utpote id quod vivo non licet, & si viventi non licet, quanto plus idipsum mortuo non licet? quidnam ergo licitum est vivo, & interdictum est mortuo? unctio.

לאכול דבר שדרכו לאכול *ad comedendum id quod comedi solet*, id comprehendit duas causas, prima est, neminem obligatum esse comedere id quod comparatum fuerit pecuniis decimarum secundarum, si id fuerit corruptum ut non amplius cedat in cibum; ut, si comedat panem mucidum, vel

scendo cum eo aromata & grati odoris species, quia oleum imbibunt & corrumpunt, radices aromatum enim non comeduntur.

אין לוקחין בדמי מעשר שני שמן מפוטם *non emunt pecuniis decimarum secundarum oleum conditum*, quia necesse est ut sit res omnibus hominibus communis ac æqualis; sed oleum eo modo conditum divitibus atque delicatis tantum porrigitur. אבל מפטם את היין *sed condit vinum*, ad conficiendum inde vinum mellitum, & simile quid.

נפל לתוכו *si inciderit in illud*, supple in vinum decimarum secundarum, extra Jerusolymas, si inciderit mel aut condimentum, unde vinum redditum fuerit melius, dividitur illa in melius redditio juxta computum; exempli gratia, si vinum valuerit duos siclos, & mel ac condimentum unum siclum, idque reddiderint melius & vasi imposuerint valorem quatuor siclorum, redimetur vinum duobus siclis & duabus partibus tertianis sicli.

קפלוטות notat *porrum*. השבח לשני *in melius redditio est pro decimis secundis*, & panem redimet pretio suo; at non dividet id quod in melius redditum est cum ligno profano ut supra de vino; sed omne id quod in melius redditum fuerit, erit pro decimis secundis, quia in pane non agnoscitur redditio in melius ex ligno.

כל ששבחו נכר *cujuscunque rei in melius restitutio cognita est*, si in melius restitutio profani cognita sit in decimis secundis, & profanum addatur decimis secundis in mensura & pondere; at si adjiciatur tantum sapori, etsi in pretio ascendat propter saporem, tum dici nequit in melius restitutionem esse cognitam.

vel vinum insipidum; secunda est, neminem obligatum esse quicquam de decimis secundis comedere quod non solet comedi, ut, comedere olera cruda, aut fructus coctos, & ejus generis alia. Interdictum quoque est oleum condire radicibus aut aromatibus quia saporem corrumpunt, & esum diminuunt; & hac de causa interdictum est oleum conditum emere pecuniis decimarum secundarum. קפלוטות notat porrum terræ Israelis.

השבח לפי חשבון *restitutio in melius juxta computum*, ut, si fructus decimarum secundarum valuerint unum siclum, & profani qui cum illis cocti aut mixti fuerint tres siclos valuerint, si post commixtionem aut coctionem valeant quinque siclos, eveniet ut ope istius meliorationis (sit venia verbis) decimæ secundæ teneant partem quartam; & propterea illorum fructuum pretium in tres siclos, & tres partes quartanas divident, & computabunt de pecuniis decimarum secundarum unum siclum cum quarta parte, & siclus ascendet.

עיסה של מעשר שני שאפאה *massa decimarum secundarum quæ cocta est*, id est, quæ cocta est lignis profanis. השבח לשני *melioratio pro decimis secundis est*, id est non computabit meliorationem; & dicit ulterius omnem meliorationem debere esse cognitam, hoc fit, si id quod melioratum fuerit addat ponderi & mensuræ decimarum, non autem si appareat tantum profanum in mensura decimarum; ideoque si decimarum secundarum cocturam condiverit cum eo quod plurimi ducitur, & condituram illam addiderit pretio decimarum, additio illa computanda est de decimis secundis, quia quantitati cocturæ nihil accedit.

ב רבי שמעון אומר אין סכין שמן של מעשר שני בירושלים וחכמים מתירין אמרו לו לרבי שמעון אם הקל בתרומה חמורה לא נקל במעשר שני הקל אמר להם מה לא (ס"א) אם הקל בתרומה החמורה מקום שהקל בכרשינים ובתלתן נקל במעשר שני הקל מקום שלא הקל בכרשינין ובתלתן:

2. R. Schimeon dicit, non ungunt oleo decimarum secundarum Jerusolymis; Sapientes concedunt; qui dixerunt R. Schimeoni, si allevandum sit in oblatione prima graviori, nonne etiam allevandum esset in decimis secundis levioribus? Respondit ipsis, quid? Si allevandum sit in oblatione prima graviori, in loco ubi allevatur in viciis & fœnogræco, an non etiam allevandum esset in decimis secundis levioribus, in loco ubi non allevatur in viciis & fœnogræco?

R. OB. DE BARTENORA.

רבי שמעון אומר אין סכין R. *Schimeon dicit, non ungunt*, putat oleum decimarum secundarum non datum esse in unctionem, sed in esum tantum. אם הקל בתרומה *si allevandum sit in oblatione prima*, quia tu concedis licitum esse in unctione, uti Mischna dixit in tractatu Schebiit capite octavo, Misna 2. וכן בתרומה וכן במעשר שני, tu vero non contradicis in oblatione prima.

שהקל בכרשינין ובתלתן *quia allevatur in viciis & fœno græco*, in viciis oblationis primæ & in fœnogræco magis allevatur quam in decimis secundis, uti Mischna dicit in sequentibus, ideo jus postulat ut allevemus in unctione oblationis primæ; decisio non est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Schimeon non contradicit antecedentibus, quod decimæ secundæ dantur in unctionem, uti alicui videri posset verba R. Schimeonis non intelligenti, quia non est contradictio decimas secundas non dari in unctionem; nec huic fundamento contradicit R. Schimeon, sed excipit, dicens *Jerusolymis*, sed R. Schimeonem dixisse oportebat, non ungunt decimis secundis; aut, decimæ secundæ non datæ sunt in unctionem, aut alio sensu; sunt ergo verba R. Schimeonis intelligenda eo quo declarabimus modo; dicit igitur interdictum esse dicere proximo suo Jerusolymis, loco ad consumendas decimas secundas dicato, ut se ungat oleo decimarum secundarum, & ut ipse ungat manus illius qui ipsum unxit, in pretium operæ ejus quam in unctione peragenda adhibuit; sed hoc non licet, nimirum, ut homini solvat pecuniis decimarum secundarum; at Sapientes hoc concedunt, quia dicunt in unctione manuum non valere pretium pecuniæ, nec hujus rei rationem habuerunt. Dixerunt R. Schimeoni, אם הקל בתרומה חמורה *si allevandum sit in oblatione prima gravi*, id est, quæ interdicta est alienigenis; attamen de ea permittimus ut sacerdos det Israelitæ oleum oblationis primæ, ut eo se ungat; neque curam habemus olei quod ipsius manui coalescit, nonne etiam permittit jus ut id concedamus de decimis secundis levibus, ut illæ alienigenis licitæ sint? & quanto magis dicendum est, non esse rationem habendam olei quod ipsius manibus adhæret? & sic etiam dixerunt in Gemara, quid est, quod allevarunt in oblatione prima? uti exponitur in Beraita, ungitur sacerdos oleo oblationis primæ, adhibens Israelitam qui eum ungat super ventrem, non rationem habens ejus actionis, etsi manibus Israelitæ aliquid adhæreat? respondit ipsis R. Schimeon, quod allevandum est in oblatione prima, id autem fit, quia allevatur in viciis & fœnogræco oblationis primæ, & non allevatur in decimis secundis, quia in eis aggravatur quod ad vicias & fœnumgræcum; sed in sequenti Mischna ulterius exponetur negotium de viciis & fœnogræco, quomodo in eis aggravarunt propter decimas secundas; decisio est juxta Sapientes.

SURENHUSIUS. מה לא *quare non*, vel *numquid*? ac si dixisset מה זה *quid hoc*? Cæterum particula sequens אם *si* non extat in Mishnis Jerusolymitanis. Sed Jomtobus putat legendum esse מה אם לא, quorum verborum expositionem esse vult מה אם קאמרת *quid, si dixisti*? vult dicere, si allevandum sit in oblatione prima utpote re graviori, nonne etiam in decimis secundis utpote re leviori multo magis allevandum esset &c.

ג תלתן של מעשר שני תאכל צמחונים ושל תרומה ב"ש אומרים כל מעשיה בטהרה חוץ מחפיפתה וב"ה אומרים כל מעשיה בטומאה חוץ משרייתה :

3. Fœnumgræcum decimarum secundarum comeditur germinans; at oblationis primæ, Schola Schamai dicit, omnia opera ejus fiant cum puritate, excepta fricatione; Schola Hillelis dicit, omnia opera ejus fiant cum impuritate, excepta humectatione.

R. OB. DE BARTENORA.

תאכל צמחונים *comedetur dum viret*, & non deponet aut relinquet fœnumgræcum ut crescat, & non amplius cedat in cibum; sed in oblatione prima fœnumgræcum tam aridum quam humidum comedere licet.

Schamai dicit, כל מעשיה בטהרה *omnia opera ejus fiant cum puritate*, quamvis fœnumgræcum non sit cibus absolutus, & in eo non obtineat ritus oblationis primæ, nisi quatenus nonnullis tantum hominibus id cedit in cibum, propterea comeditur in impuritate; nihilominus Schamai dicit, necesse esse ut omnia ejus opera peragantur cum puritate, & cum lotione manuum, uti se habet jus ac ritus omnium ciborum oblationis primæ, & ita quidem, ut quicunque eos tangat, prius teneatur lavare manus; ratio vero est, quia constat esse oblationem primam, quam alienigenis comedere non licet.

חוץ כחפיפתה *excepta fricatione*, nam sine lotione manuum possunt fricare caput illo mediante, moris enim erat purificare & fricare caput fœnogræco.

כל מעשיה בטומאה חוץ משרייתה *omnia opera ejus fiant cum impuritate, excepta humectatione*, supple aquæ, quæ necessario peragenda est cum puritate, nam si sine lotione manuum humectaverit, humectatio illa disponit ad immunditiem contrahendam, & ipse etiam continuo id polluit manibus suis; & hoc tantummodo vetuere, ut constaret Trumam esse eam herbam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

תאכל צמחונים *comedet virens*, id est, fœnumgræcum comedendum esse virens uti olera, & non relinquendum esse donec exaruerit, quia non cedit in cibum; sed si fuerit fœnumgræcum oblationis primæ, licet id relinquere usque dum accreverit.

ב"ש שמאי אומרים כל מעשיה בטהרה חוץ מחפיפתה *Schamæani dicunt, omnia opera ejus fiant cum puritate, excepta fricatione*, id est, quacunque re fruatur ad esum, aut ad potum, aut ad alium usum, necesse est ut id fiat cum puritate, ne polluatur ac comburatur. Nam te non latet non licere oblationi primæ esse in causa immunditiei, & licere ea lavare corpus in immunditie, quia illa jam corrupta est, ut non amplius cedat in cibum; sed Hillel permittit ea quocunque modo frui, etiam in immunditie, quantumvis eam comburendam destinaverit, quia non est cibus cujus rationem habemus in combustione. חוץ משרייתה *excepta humectatione*, quæ fit liquoribus, quia eo modo non licet eam polluere manibus, humectatione disponitur ad immunditiem contrahendam, quod fit ope manuum.

ד כרשיני מעשר שני יאכלו צמחונים ונכנסין לירושלים ויוצאין נטמאו רבי טרפון אומר יתחלקו לעיסות וחכמים אומרים יפדו ושל תרומה ב"ש אומרים שורין ושפין בטהרה ומאכילין בטומאה ובית הלל אומרים שורין בטהרה ושפין ומאכילין בטומאה שמאי אומר יאכלו צריד רבי עקיבא אומר כל מעשיהן בטומאה :

4. Viciæ decimarum secundarum comeduntur virentes, & intrant Jerusolymas, & exeunt. Si pollutæ fuerint, R. Tarphon dicit, dividuntur in massas; Sapientes dicunt, redimuntur; & viciæ oblationis primæ, Schola Schamai dicit, humectantur, & franguntur cum puritate, & comedendæ dantur cum impuritate. Schola Hillelis dicit, humectantur cum puritate, & franguntur ac dantur comedendæ cum impuritate; Schamai dicit, comeduntur siccæ; R. Akiba dicit, omnia opera earum fiunt in impuritate.

R. OB. DE BARTENORA.

כרשינין *viciæ*; Arabicè כרסנא, non sunt edulia hominis, nisi ex necessitate, & in annis quibus fames regnat præ fructuum inopia. נכנסים לירושלם ויוצאים *adferuntur Jerusolymas & efferuntur*, quamvis reliqui fructus decimarum secundarum omnes postquam allati fuerint Jerusolymas, non possint indè deferri, nihilominus tamen allevarunt in viciis.

יתחלקו לעיסות *dividuntur in massas*, non ita comparatum est cum viciis uti cum reliquis fructibus decimarum pollutarum qui redimi possunt etiam ipsis Jerusolymis; sed quia viciæ non sunt edulia hominis, ideo eas non redimunt, nam R. Tarphon putat, sancta non redimi ut canibus comedenda proponantur, ideo dividuntur in massas puras decimarum secundarum, & cuilibet massæ viciarum pollutarum imponitur minus quam ovi quantitas; quia cibus qui non continet quantitatem ovi non polluitur nec polluit, & eo modo comedunt eas.

Sapientes dicunt, redimuntur, uti reliqui fructus decimarum secundarum; decisio est juxta Sapientes. שפין *fricant*, supple carnem. בטהרה *cum puritate*, cum lotione manuum, quia manus sunt secundus impuritatis gradus, polluentes oblationem primam. מאכילין *dant comedendas*, bestiis. יאכלו צריד *comeduntur siccæ*, צריד hic notat siccitatem, aut locum siccum nullo liquore perfusum, צריד של מנחות *siccum oblationum farinacearum* (Pesachim fol. 20. 1) Comeduntur ergo sine liquore, ut non constet eas dispositas ad con-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כרשינין *viciæ*, Arabicè vocantur כרסנא, at hominibus non cedunt in cibum; præterea Mischna earum curam habuit ut comedantur virentes, si fuerint de decimis secundis, antequam exaruerint, & ineptæ factæ fuerint ad comedendum; licet etiam eas deferre Jerusolymis, quando illuc allatæ fuerint, quia non sunt fructus proprie dicti, nam fructus decimarum secundarum, postquam allati fuerint Jerusolymas, non licet indè deferre, uti exponetur inferius. R. Tarphon dicit, sancta non redimi ut canibus dent comedenda, nam decimæ etiam sunt sanctitates, & propterea dicit eas dividendas in massas, eo quidem modo ut cuilibet massæ imponat minus quam ovi quantitatem, quæ mensura non polluit edulia, uti exposuimus capite quinto tractatus Trumoth.

מאכילין בטומאה *dant comedendas in impuritate*, id est, licet eas bestiis dare comedendas in impuritate, quandoquidem est cibus bestiarum, quem manibus polluere licet, & etiamsi manus illæ nullius impuritatis consciæ, polluunt tamen oblationem primam, uti exponitur in fine tractatus Zabim; Et quicquid hoc sensu audies, ut, *facient, aut comedent in impuritate*, id vult, quod manus oblationem primam polluunt; & quicquid hoc loco præcipitur *ut fiat in puritate*, id vult, ut prius lavet manus, & deindè aget ut ille qui oblationem primam comedit.

בית שמאי אומרים יאכלו צריד *Schamæani dicunt, comeduntur siccæ*, id est, non humectant eas, nec ad impuritatem con-

contrahendam impuritatem. כל מעשיהם בטומאה *omnia opera earum cum impuritate*, etiam humectatio; decisio non est juxta R. Akibam.

contrahendam eas disponunt, sed quadrupedibus comedendas proponunt in immunditie; attamen jus earum postulat ut comedantur contusæ; & quicquid crasse molitum fuerit vocatur צריד; *Schamai dicit quod contunduntur*, at non humectantur; sed contusas bestiis dari comedendas, ne polluant; decisio non est juxta Schamai, neque juxta R. Akibam, sed juxta Sapientes.

ה מעות חולין ומעות מעשר שני שנתפזרו מה שלקט לקט למעשר שני עד שישלים והשאר חולין אם בלל וחפן לפי חשבון זה הכלל הכתלקטים למעשר שני והנבללין לפי חשבון׃

5. Pecuniâ profanâ, & pecuniâ decimarum secundarum inter se dispersis, id quod collegerit, colligat pro decimis secundis, donec compleverit; & quod reliquum fuerit, profanum est: si miscuerit, & pugillo ceperit, fiat juxta computum. Hæc est regula generalis, quas collegerint, illæ erunt pro decimis secundis; quæ vero commixtæ fuerint, juxta computum æstimantur.

R. OB. DE BARTENORA.

מה שלקט לקט למעשר שני *id quid collegerit, colligat pro decimis secundis*, donec completæ fuerint pecuniæ decimarum; & conditionem ingredietur, & dicet, *si eæ quas collegero sint pecuniæ decimarum secundarum, benè est; si vero non, pecuniæ illæ decimarum reliquæ profanantor per eas.*

אם בלל וחפן *si commiscuerit & pugillo ceperit*, si non collegerit eas sigillatim ab hac & illa parte, sed commixtas & dispersas pleno pugillo ceperit. לפי חשבון *juxta computum*, si de una re fuerint centum sicli, de altera vero ducenti, numero centenario addet tertiam partem, numero vero ducentesimo addet duas partes tertianas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שישלים *donec compleverit*, id est, donec decimarum secundarum pecuniæ completæ fuerint, & quod restat profanum; & si quicquam de pecuniis illis perierit, id de profanis periisse putandum est.

הנבללין לפי חשבון *commixtæ, iuxta computum*, hoc modo, si pecuniæ decimarum secundarum conficiant centum siclos, profanæ vero ducentos, & commisceat trecentos illos siclos, ut dispergantur & nonnulli pereant, exempli gratia, si sint triginta sicli, dicimus quod de triginta illis siclis viginti periere de profanis, & decem de decimis secundis, juxta computum pecuniæ; & hoc modo in cæteris facito consequentiam. הנבללין *commixtæ*, id est, pecuniæ commixtæ; & hoc modo necesse est ut conditionem ineat, dicendo, *si illæ pecuniæ quæ restant fuerint pecuniæ decimarum secundarum, eæ quas teneo in potestate mea commutantor pro illis, & profanantor super illis pecuniis.*

SURENHUSIUS. מה שלקט לקט למעשר שני *id quod collegit, pro decimis secundis collegit*, exponit Bartenora, *conditionem ingredietur & dicet, &c.* vide ipsum; eodem sensu quoque R. Schimson ex Talmude Jerusolymitano, atque etiam Maimonides capite sexto. Sed difficultatem movet Jomtobus quomodo hoc procedat, cum in tractatu Demai capite primo Misna secunda dictum sit quod decimas secundas dubias commutant, argentum pro argento, æs pro ære &c.; unde constat quod idipsum non licet cum sunt decimæ secundæ dubiæ, uti hoc loco. Sed respondet, quemadmodum Bartenora illic exponit de nummis duorum regum, qui commutari possunt, eo quod unus altero usitatior & validior est, quemadmodum notatur in Tosephot ad caput quartum tractatus Bava Mezia fol. 44.; sic etiam hoc loco decimas secundas dispersas posse commutari quia sunt duorum diversorum regum monetæ, quarum una moneta usitatior & validior est altera.

ו סלע של מעשר שני ושל חולין שנתערבו מביא בסלע מעות ואומר סלע של מעשר שני בכל מקום שהיא מחוללת על המעו׳ האלו ובורר את היפה שבהן ומחלל עליה מפני שאמרו מחללין כסף על נחושת מדוחק ולא שיתקיים כן אלא חוזר ומחללם על הכסף׃

6. Siclus decimarum secundarum & profanus si commixti fuerint, adducet siclum æneum, & dicet, *siclus decimarum secundarum in quocunque loco fuerit profanator super illis pecuniis*; tum eligit optimum eorum, & profanantur super illo; quia dixerunt, *profanant argentum super ære ex necessitate*; non quod res ita confirmatur; sed denuo profanabit æs super argento.

R. OB. DE BARTENORA.

שנתערבו *qui commixti fuerint*, volens profanum expendere extra Jerusolymas. מביא בסלע מעות *adducet pro siclo cuprum*, adferet cuprum signatum, quod valebit siclum argenteum.

ובורר את היפה *& eliget optimum eorum*, optimum duorum illorum siclorum, & profanabit super illo מעות *nummos cupri*; alter vero siclus & מעות relinquentur profana. מדוחק *ex necessitate*, necessitate coactus tantum id faciet, non autem alia occasione.

לא שיתקיים כן *non quod ita confirmatum est*, ut nummi relinquerentur pro decimis, sed profanabit eos de novo super argento. Et si opponas, quare adducet pro siclo nummorum æneorum, capiat potius unum duorum siclorum qui commixti sunt, & dicat, si hic sit siclus decimarum, bene est; si vero non, secundus qui decimarum est, profanator super illo? resp. si concesseris ipsi ut unum ex illis capiat & conditionem ineat, suspicio est illum capturum unum siclum sine conditione.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Per סלע *siclum* intellige argentum, per מעות autem cuprum signatum; præterea hoc loco dicitur, si duo sicli commixti fuerint, pretium sicli addendum esse cupro signato, & super eo profanandum esse siclum decimarum secundarum, indè fiet ut duo illi sicli profanentur; postea vero duorum siclorum optimum eliget, eumque profanabit super מעות sive signato cupro, & fiet ille siclus denuò in decimas secundas, מעות autem profanabuntur. מדוחק *ex necessitate*, id est, non faciet id nisi necessitate compulsus. לא שיתקיים *non quod ita confirmatum est*, id est, non ut relinquat cuprum pro decimis, & separet indè argentum pro profano, sed denuo id profanabit super argento, uti fecimus in duobus siclis.

ז בית שמאי אומרי׳ לא יעשה אדם את סלעיו דינרי

7. Schola Schamai dicit, non faciet homo siclos suos

דינרי זהב ובית הלל מתירין אמר רבי עקיבא אני עשיתי לרבן גמליאל ולרבי יהושע את כספן דינרי זהב :

suos denarios aureos; Schola Hillelis concedit; R. Akiba dixit, ego feci Rabban Gamalieli & R. Jehoschuæ argentum eorum denarios aureos.

R. OB. DE BARTENORA.

לא יעשה אדם את סלעו דינרי זהב *non faciet homo siclos suos denarios auri*, siclos decimarum secundarum argenteos non mutabit in aureos, ne eo differatur ascensio ejus versus Jerusolymas, quando eos commutat, ut sero accedat ad festum, vel etiam intermittat; Schola Hillelis tamen putat, non timendum esse hac de causa.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schmai dicit non licere alicui commutare siclos decimarum secundarum cum denariis aureis; & hoc ea de causa statutum est, quia fieri potest ut eos commutare nequeat, & intermittat Jerusolymas ascendere; sed Schola Hillelis non statuit commutationem posse differre ascensionem; R. Akiba vero adducit exemplum experientia confirmatum ut eo opinionem Hillelis probet, & hoc rectum est.

ח הפורט סלע ממעות מעשר שני ב"ש אומרים כל הסלע מעות ובית הלל אומרים שקל כסף ושקל מעות רבי מאיר אומר אין מחללין כסף ופירות על הכסף וחכמים מתירים :

8. Qui commutaverit siclum cum nummis decimarum secundarum, Schola Schamai dici, totum siclum commutare debet pro istis nummis; Schola Hillelis dicit, siclus argenteus, & siclus nummorum; R. Meyr dicit, non profanant argentum & fructus super argento; at Sapientes concedunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הפורט סלע ממעות מעשר שני *qui commutaverit siclum cum nummis æneis decimarum secundarum*, si cui fuerint nummi ænei quos commutare voluerit cum siclo argenteo, ut adferat eum Jerusolymas, ad onus itineris ei sublevandum. *Schola Schamai dicit, omnis siclus nummorum æneorum*, si omnes comminuere voluerit, & pro toto siclo dare nummos æneos; Schola Hillelis dicit non licere excipere præterquam dimidium illorum, quia nummi ænei expendi possunt Jerusolymis, quibus ibidem eget simul ac advenerit ad emendum iis ea quæ ipsi sunt necessaria; si vero omnes se conferant ad trapezitam, ut siclos mutent pro nummis minutis, nummuli isti cariores fierent, fieret inde ut decimæ secundæ perirent, propterea quosdam nummos minutos secum portant, quos partim impendant, quando autem defecerint, argentum suum mutabit paulatim. שקל est dimidium .סלע .דג אין מחללין כסף ופירות על הכסף *non profanant argentum & fructus super argento*, cui fuerit dimidium denarii argentei decimarum, & fructus decimarum qui valuerint dimidium denarii, non profanabit omnia simul super denario. וחכמים מתירין *at Sapientes concedunt*, hoc sensu, mediante adjunctione fructuum, quoniam non magis continet quam dimidium denarii argentei; sed profanare denarium argenteum & fructus qui valuerint denarium super dimidio sicli, qui continet duos denarios, concedunt Sapientes quod non licet; & decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Schola Schamai permittit commutationem sicli cum nummis æneis, etsi omnes non impenderit simul, & hoc extra Jerusolymas; שקל est media pars סלע. Et quod R. Meyr Sapientibus contradicit, id intelligas eo modo quo tibi per comparationem exponam, si alicui fuerint fructus decimarum secundarum qui valuerint dimidium denarii, interdictum est ipsi illos fructus sumere cum denario, & dimidio denarii de nummis decimarum secundarum, & dicere, *illi fructus cum illo denario & dimidio nummi argentei profanantor super illo* שקל; Sapientes vero permittunt; & decisio est juxta Sapientes. At si fructus valuerint denarium, aut magis, omnes concedunt eos non profanandos esse argento super denario.

ט הפורט סלע של מעשר שני בירושלים בית שמאי אומרים כל הסלע מעות ובית הלל אומרים שקל כסף ושקל מעות הדנין לפני חכמים אומרים בשלשה דינרי כסף ודינר מעו׳ רבי עקיבא אומר שלשה דינרין כסף ורביעית מעות (ס"א וברביעית כסף ברביעית מעות) רבי טרפון אומר ארבעה אספרי כסף שמאי אומר יניחנה בחנות ויאכל כנגדה :

9. Qui siclum decimarum secundarum mutaverit in nummos minutos Jerusolymis, Schola Schamai dicit, omnis siclus nummorum sit; Schola Hillelis dicit, siclus argenteus & siclus æneus; illi qui judicarunt coram Sapientibus, dicunt, tres denarii argentei & denarius æneus; R. Akiba dicit, tres denarii argentei, & quarta pars nummorum æneorum (aliud exemplar legit, quarta pars argenti pro quarta parte æris.) R. Tarphon dicit, quatuor asperi argentei; Schamai dicit, relinquet eum in taberna, & comedet juxta quantitatem ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

הפורט סלע *qui siclum mutat in nummos minutos*, si commutaverit siclum qui est in potestate sua, & sumserit monetam minutam quam impendet ad emendum cibum in decimas secundas; Schola Schamai dicit, si omnes siclos cum numulis commutare voluerit, commutet; Schola Hillelis dicit, dimidium tantum commutet, quia fieri potest ut non tamdiu moretur donec omnes impenderit, sed ut deponat eos in civitate donec redierit ad aliud festum, & nummi ænei corrumpantur; si vero eos denuo commutet in siclos, eveniet ut numularius secunda vice lucretur, & decimæ secundæ peribunt.

הדנין לפני חכמים *qui judicarunt coram Sapientibus*, hi fue-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

סלע conficit duos שקלים, denarius vero quartam partem סלע, quia סלע continet quatuor denarios, quarta vero pars שקל continet dimidium denarii. אספרים in singulari אספר est moneta Græcorum, quot autem asperi continentur in סלע, me latet; & si quis voluerit Jerusolymis commutare סלע cum nummis æneis ad comparandum quod voluerit, permittit Schola Schamai, omnes commutari cum nummis æneis; sed Schola Hillelis dicit, dimidium nummorum æneorum & dimidium argenti, id est, dimidium tantum commutabit cum nummis æneis. Illi vero qui judicarunt coram Sapientibus, sunt Schimeon filius Azay, & Schimeon filius Zomæ, & Schimeon Ægyptius, & Chanania, qui dixe-

fuerint Schimeon filius Azai, Schimeon filius Zomæ, & Chanania Ægyptius. בשלשה דינרי כסף ובדינר מעות *tres denarii argentei & denarius æneus*, סלע quatuor denarios continet, si vero voluerit commutare סלע, non magis quam unum denarium æneum accipiet, & tres denarii erunt argentei.

ברביעית כסף ברביעית מעות *quarta pars argenti pro quarta parte æris*, pro quarto denario argenteo capiet tantum quartam ejus partem de nummis æneis, & tres partes argenteas reliquas, unde fiet ut decimam sextam partem nummorum æneorum in siclo tantummodo capiat. ארבע אספרי כסף *quatuor asperi argentei*, denarius quatuor asperos conficit, & moneta illa viget in Græcia, undè fiet ut *selang* contineat viginti asperos, & quando profanaverit denarium, profanabit eum super quatuor asperis argenteis & uno aspero æneo; unde fiet ut vigesimam partem æneam capiat tantum in *selang*. יניחנה בחנות ויאכל כנגדה *deponet in taberna & comedet quantitatem ejus*, non profanabit siclum penitus super nummis æneis, ne eos obliviscatur, & profanet; sed deponet eum in potestate tabernarii, & comedet juxta quantitatem ejus, donec consumptus fuerit; decisio tantum est juxta Scholam Hillelis.

dixerunt quartam partem סלע commutandam esse cum quarta parte סלע. R. Akiba dicit, octava pars סלע cum octava parte סלע tantum commutabitur cum ære; Schamai dicit סלע relinquandum esse in tentorio aut taberna, eumque eo in loco impendendum apud tabernarium, donec totus ille siclus fuerit consumptus; decisio est juxta Hillelam tantum.

י מי שהיו מקצת בניו טמאין ומקצתן טהורים מניח את הסלע ואומר מה שהטהורי׳ שותים סלע זו מחוללת עליו נמצאו טהורי׳ וטמאים שותין מכד אחד :

10. Si cui fuerit pars filiorum suorum impurorum, & pars purorum, deponet siclum, & dicet; *id quod puri biberint, super eo profanator siclus*; undè fiet ut puri & impuri bibant ex eodem cantharo.

R. OB. DE BARTENORA

מי שהיו מקצת בניו טמאין ומקצתן טהורין *cui fuerit pars filiorum impurorum, & pars purorum*, & voluerit ut omnes bibant ex eodem cantharo, impuris enim interdictum est vinum quod pecunia decimarum emtum est; deponet ergo siclum, & dicet, *quicquid vini biberint puri, super eo profanator ille siclus*; undè fiet, ut id quod puri biberint sit ex decimis, & quod impuri biberint sit profanum; nam profanum & decimæ secundæ non sunt commixtâ, quandoquidem vinum non est sanctificatum sanctitate decimarum secundarum, sed quando biberunt, tum demum vinum illud fit tantum decimæ secundæ præposteræ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pollutis non licet edere decimas secundas, quia sanctæ sunt; necesse est autem ut scias impuritatem eorum, & tum demum scies quænam sit forma bibendi; & hæc est igitur ea forma ac status eorum, si filii polluti fuerint pluribus impuritatibus excepto seminis fluxu, fieri potest ut is cui bibendum dederit sit pollutus; at ea conditione ne tangat vinum, & vas confectum sit testaceum; tenemus enim pro fundamento vas testaceum non pollui exterius, uti in multis locis exponitur; at si fluxu polluti fuerint, non possunt illi ipsi puris bibendum dare, quia seminifluus polluit quicquid tangit, propterea necesse est ut is qui bibendum dat, purus sit; cæterum quod biberint puri erit decimæ secundæ, perindè ac si comparassent id siclo decimarum secundarum, & ipse siclus profanabitur, ut vult jus de decimis secundis earumque pecuniis quas in cibum impendit.

פרק ג לא יאמר אדם לחבירו העל את הפירות האלו לירושלים לחלק אלא אומר לו העלם שנאכלם ונשתם בירושלים אבל נותני׳ זה לזה מתנת חנם :

Caput 3. Nemo dicet proximo, *portato hos fructus Jerusolymas ut portionem inde capias*; sed dicet, *portato eos quos edemus & bibemus Jerusolymis*; verum sibi invicem dona gratuita dare licet.

R. OB. DE BARTENORA.

לחלק *in portionem*, ut alter tollat partem, & hoc non licet dicere, quia ipse obligatur decimas adferre Jerusolymas, undè fiet ut debita sua solvat decimis secundis. העלם שנאכלם ונשתם *adfer eos ut edamus eos, & bibamus*, undè apparet ac si instar convivæ ederet cum eo, quod licet. נותנין זה לזה מתנת חנם *unus alteri dat donum gratuito*, hoc expositum est superius capite primo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In Gemara dicunt מהלכות עממים *de casibus vulgaribus est*; cujus sensus est, non esse differentiam in casu, nisi de puritate loquendi, ut dicat *quod comedemus & bibemus*, unde constat unum dare alteri de suo; aut dicat, *ad dividendum*, unde etiam constat unum alteri dare partem de suo; sed evitant dicere *ad dividendum*, ut non videatur fructus decimarum secundarum dare gratis ei qui portavit illos; & hoc non licet, quia ipse obligatur fructus adferre Jerusolymas.

ב אין לוקחין תרומה בכסף מעשר שני מפני שהוא ממעט באכילתו ורבי שמעון מתיר אמר להם רבי שמעון מה אם הקל בזבחי שלמים שהוא מביאן לידי פגול ונותר וטמא לא נקל בתרומה אמרו לו מה אם הקל בזבחי שלמים שהן מותרין לזרים נקל בתרומה שהיא אסורה לזרים :

2. Non comparant oblationem primam argento decimarum secundarum, quia eo modo diminuit cibum suum; R. Schimeon concedit; dixit ipsis R. Schimeon, quomodo, si allevant in sacrificiis pacificis, quæ adducit in occasionem abominationis, & reliquiarum comburendarum, & immundum, non allevemus potius in oblatione prima? dixerunt ipsi, si allevetur in sacrificiis pacificis, quæ licita sunt alienigenis, an ideo allevetur etiam in oblatione prima quæ interdicta est alienigenis?

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שהוא ממעט באכילתו *quia ille diminuit cibum suum*, quia oblatio prima interdicta est immundo eo die quo se lavit,

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפני שהוא ממעט באכילתו *quia diminuit cibum suum*, id est, quia oblatio prima alienigenis interdicta est, & istius diei propter

vit, & alienigenæ etiam. *R. Schimeon concedit*, quia putat licitum eſſe ſanctitatibus dare occaſionem ineptitudinis.

מה אם הקל בזבחי שלמים *quomodo, ſi allevetur in ſacrificiis pacificis?* comparantur enim ſacrificia pacifica pecuniis decimarum ſecundarum, etiamſi diminuant victum, & venire queant in occaſionem abominationis, reliquiarum in diem futurum, & immunditiem; non tamen allevaremus in oblatione prima ad emendum eam pecuniis decimarum ſecundarum, quia in ea non obtinet jus de abominatione, reliquiis, & immunditie, quia non quælibet res quæ polluit ſanctitates, polluit etiam oblationem primam? deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

propter pollutionem lotis; decimæ vero licitæ ſunt alienigenis, & pollutis eo die quo ſe laverunt; deinde etiam diminuit cibum oblationis primæ, quia oblatio prima lugenti licita eſt, & comeditur in omnibus locis, ſed decimæ ſecundæ illicitæ ſunt lugenti, uti ſcriptum eſt Deut. 26:14. לא אכלתי באוני ממנו. Præterea etiam non licet edere eas extra Jeruſolymas, uti dicitur in Lege. Jam diximus pecunia decimarum ſecundarum poſſe comparari beſtias in ſacrificia pacifica, ſacrificia vero pacifica ſunt ſanctitas, & inutilia quando facta ſunt פגול *abominatio*, aut reliquiæ craſtinæ, aut polluta, quæ edere non licet; in oblatione prima autem non obtinet jus abominationis, nec reliquiarum diei craſtini; præterea non omnes res quæ polluunt ſanctitates polluunt oblationem primam, uti exponitur capite ſecundo tractatus Taarot; Et quod dicit פגול, id eſt, ſi tempore oblationis cogitaverit ſe comeſurum de ſacrificio poſt tempus eſui dicatum, de eo ita loquitur Scriptura Levit. 7:18. ואם האכל יאכל מבשר זבח שלמיו פגול הוא לא ירצה *& ſi comedendo &c.*; De נותר *reliquiis*, ita dicitur Exod. 12:10. והנותר ממנו עד בקר באש תשרופו; de carne polluta dicit Levit. 7:19. והבשר אשר יגע בכל טמא לא יאכל באש ישרף; præterea jus פגול צו exponitur ſigillatim in tractatu Zebachim; deciſio non eſt juxta R. Schimeon.

ג מי שהיו לו מעות בירושלים וצריך לו ולחברו פירות אומר לחברו הרי המעות האלו מחוללים על פירותיך נמצא זה אוכל פירותיו בטהרה והלה עושה צרכו במעותיו ולא יאמר כן לעם הארץ אלא בדמאי :

3. Si cui Jeruſolymis fuerint nummi (decimarum) quibus opus habet, & ſocio ſuo fuerint fructus, dicet ſocio, *hi nummi profanantor ſuper tuis fructibus*; fiet, ut hic comedat fructus cum puritate, ille vero ſibi neceſſaria comparet nummis; at non ita dicet plebejo, niſi in decimis dubiis.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיו לו מעות בירושלים *cui fuerint nummi Jeruſolymis*, pecunia decimarum ſecundarum. וצריך לו *& indiguerit illis*, ad comparandum illis res profanas, quæ non cedunt in potum, eſum, nec unctionem. ולחברו פירות *& ſocio fructus*, profani fructus, volens amico ſuo eam præſtare gratiam, ut nummi ipſius profanentur ſuper ſuis fructibus. אוכל פירותיו בטהרה *comedet fructus ipſius cum puritate*, quia ſanctitatem decimarum impoſuit fructibus, ideo neceſſe eſt ut comedat eos cum puritate.

ולא יאמר כן לעם הארץ *at non ita dicet plebejo*, quia ſuſpectus eſt eſus fructuum decimarum cum impuritate. אלא בדמאי *niſi in rebus dubiis propter decimationem*, ſi pecuniæ illæ fuerint e decimis ſecundis dubiis, tum licet eo modo dicere plebejo, quia fieri poteſt ut pecuniæ illæ non ſint decimarum pecuniæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hi nummi de quibus hic ſermo eſt, ſunt nummi decimarum ſecundarum; & fructus ſui ſocii ſunt profani, etiam Jeruſolymis, nam quando profanaverit nummos ſuos ſuper fructibus ſocii, nummi profanantur, & licet ipſi illis exercere mercaturam, fructus autem fient decimarum ſecundarum fructus, qui comeduntur cum puritate, uti vult jus decimarum ſecundarum; poſſeſſoribus nummorum quoque licet iis frui ut nummis decimarum ſecundarum; at non licet idem præſtare plebejo, quia impuritatis ſuſpectus eſt quod ad eſum; ſin autem nummi fuerint è decimis ſecundis dubiis, licebit, quia non conſtat an decimarum certarum, an vero dubiarum fuerint, & an pollutis interdicti fuerint, an vero non; Jam explicuimus etiam res dubias obligari de decimis ſecundis in principio tractatus Demai.

ד פירות בירושלים ומעות במדינה אומר הרי המעות ההם מחוללי' על פירות האלו מעות בירושלי' ופירות במדינה אומר הרי המעות האלו מחוללין על פירות ההם ובלבד שיעלו הפירו' ויאכלו בירושלי' :

4. Si fructus fuerint Jeruſolymis & nummi (decimarum) in provincia, dicet, *hi nummi profanantor ſuper illis fructibus*; ſi vero nummi fuerint Jeruſolymis, fructus vero in provincia, dicet, *hi nummi profanantor ſuper illis fructibus*; at ea conditione ut fructus aſcendant, & comedantur Jeruſolymis.

R. OB. DE BARTENORA.

ומעות במדינה *& nummi fuerint in provincia*, & nummi decimarum ſecundarum fuerint extra Jeruſolymas, illiſque indiguerit; indè vult oſtendere, non eſſe neceſſe ut fructus ſint eo loco quo nummi; præterea Miſchna demonſtrat, quod, etiamſi fructus decimarum non poſſint Jeruſolymis redimi, nummi decimarum tamen profanantur Jeruſolymis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מדינה vocatur quælibet civitas extra Jeruſolymas in terra Iſraelis; & ſenſus eſt, ſi pecuniæ fuerint extra Jeruſolymas eas poſſe profanari; innuitur etiam non eſſe neceſſarium ut nummi & fructus profanentur in eodem loco exiſtentes; præterea docet licitum eſſe nummos decimarum ſecundarum profanare Jeruſolymis; at fructus decimarum ſecundarum non licet redimere Jeruſolymis, uti hoc capite exponitur, & exponetur etiam inferius differentia inter fructus & nummos.

ה מעות נכנסות לירושלים ויוצאות ופירות נכנסין ואינן יוצאים רבן שמעון בן גמליאל אומר אף הפירות נכנסין ויוצאין :

5. Nummi (decimarum) intrant Jeruſolymas, & exeunt; fructus vero intrant, at non exeunt; R. Schimeon filius Gamalielis dicit, etiam fructus intrant, & exeunt.

R. OB. DE BARTENORA.

מעות *nummi*, ſupple decimarum ſecundarum. נכנסות לירושלם ויוצאות *intrant Jeruſolymas & exeunt*, quia muri Jeru-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Deciſio non eſt juxta Rabban Schimeonem filium Gamalielis.

Jerusolymitani non eo modo continent nummos quo continent fructus. אף הפירות נכנסין ויוצאין *etiam fructus intrant, & exeunt*, hoc tantum intelligendum est, quando quis eos separat ut molantur & coquantur, & postea eos Jerusolymas deferat, id quod concedit Rabban Schimeon filius Gamalielis; quia extra Jerusolymas commodius & utilius erat molere & coquere fructus quam Jerusolymis ipsis; sed primus doctor etiam hoc modo agere vetat; decisio non est ut Rabban Schimeon filius Gamalielis voluit.

ו פירות שנגמרה מלאכתן ועברו בתוך ירושלים יחזור מעשר שני שלהם ויאכל בירושלים ושלא נגמרה מלאכתן סלי ענבים לגת וסלי תאנים למוקצה בית שמאי אומרים יחזור מעשר שני שלהם ויאכל בירושלים ובית הלל אומרים יפדה ויאכל בכל מקום רבי שמעון בן יהודה אומר משום רבי יוסי לא נחלקו בית שמאי ובית הלל על פירות שלא נגמרה מלאכתן שיפדה מעשר שני שלהם ויאכל בכל מקום ועל מה נחלקו על פירות שנגמרה מלאכתן שבית שמאי אומרים יחזור מעשר שני שלהם ויאכל בירושלים וב"ה אומרים יפדה ויאכל בכל מקום והדמאי נכנס ויוצא ונפדה :

6. Si fructus quorum opus jam est perfectum transierint Jerusolymas, reducet & comedet eorum decimas secundas Jerusolymis; sed illi quorum opus non est perfectum, & canistra uvarum pro torculari; & canistra ficuum pro tabulato, Schola Schamai dicit, reducet decimas eorum secundas, & comedet Jerusolymis. Schola Hillelis dicit, redimet & comedet quocunque in loco. R. Schimeon filius Jehudæ dicit nomine R. Jose; non contrarii sunt Schola Schamai & Schola Hillelis de fructibus quorum opus non est perfectum, eorum decimas secundas esse separandas, & comedendas quocunque in loco; sed de quo contrarii sunt igitur? de fructibus quorum opus est perfectum, nam Schola Schamai dicit, reducet decimas secundas & comedet Jerusolymis; at Schola Hillelis dicit, redimet & comedet in quocunque loco; sed decimæ secundæ dubiæ intrant, exeunt, & redimuntur.

R. OB. DE BARTENORA.

שנגמרה מלאכתן *quorum opus est perfectum*, ad decimas, uti dixit capite primo tractatus Maaserot, *quænam est area eorum pro decimis?* ועברו בתוך ירושלם *& transierint Jerusolymas*, cum adhuc erant illibati. יחזור מעשר שני שלהם *restituet aut redire faciet decimas secundas eorum*, quia putat quod dona nondum separata se habent ac si separata essent, & muri Jerusolymarum ea comprehenderunt in decimas secundas.

ושלא נגמרה מלאכתן *& quorum opus non est absolutum*, uti sunt canistra uvarum pro torculari &c.; sed canistra uvarum in cibum cedentium censentur jam quod ad opera esse absoluta. למוקצה *pro tabulato*, est locus in quo ficus ad exsiccandum expandunt. R. *Schimeon filius Jehudæ dicit*, putat ille juxta sententiam Hillelis, dona nondum separata non se habere ac si separata essent; vel etiam, etsi fuerint instar separatorum, id intelligendum esse de cæteris rebus, at sensu comprehensionis murorum quod tantum juxta sapientes, allevat Schola Hillelis; & decisio non est juxta R. Schimeon filium Jehudæ. Neque controversia est inter Hillelem & Schamai nisi de fructibus quorum opus non est absolutum, uti primus dixit doctor.

הדמאי *res dubia*, res illibata propter decimationem dubiam intrabit Jerusolymas, exibit, & redimetur extra Jerusolymas, sed non est necesse ut eò redeat; & ita necessario finienda esset hæc Mischna juxta doctorem primum & opinionem Scholæ Hillelis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus, quod non licet educere eos fructus qui intrarunt Jerusolymas, sed illic comedendos esse; at quamdiu non advenerint Jerusolymas, poterit redimere eos, & pecuniam adferre Jerusolymas. Tenemus etiam pro fundamento quod observandum est, nimirum, quod decimas secundas non licet redimere Jerusolymis; & si fructus quorum perfecta sunt opera Jerusolymas intraverint, & ibidem separaverint de illis decimas secundas, tum nullo modo redimi possunt, sed necessario comedendæ sunt Jerusolymis; & propterea decimæ secundæ restituendæ sunt & comedendæ Jerusolymis; sed fructus quorum non est opus perfectum, uti sunt canistra uvarum pro torculari, quarum opus nondum est absolutum, uti est calcatio & expressio; aut canistra ficuum exsiccandarum in tabulato, Schola Hillelis dicit, redimet & comedet quocunque in loco, juxta jus decimarum secundarum quæ non intrarunt Jerusolymas.

והדמאי נכנס ויוצא ונפדה *& res propter decimationem dubiæ intrant, exeunt, & redimuntur*, id est, decimæ secundæ dubiæ intrant Jerusolymas, exeunt, & redimuntur post exitum; at id facere non licet cum decimis secundis certis, quod jam exposuimus capite secundo tractatus Demai; decisio non est secundum R. Schimeon filium Jehudæ, in controversia inter Hillelem & Schamai.

ז אילן שהוא עומד בפנים ונוטה לחוץ או עומד בחוץ ונוטה לפנים כנגד החומה ולפנים כלפנים כנגד החומה ולחוץ כלחוץ בתי הבדים שפתחיהן לפנים וחללן לחוץ או שפתחיהן לחוץ וחללן לפנים בית שמאי אומרים הכל כלפנים וב"ה אומרים כנגד החומה ולפנים כלפנים כנגד החומה ולחוץ כלחוץ :

7. Arbor quæ consistit intra & se inclinat extra; aut quæ consistit extra & se inclinat intra; è regione muri & interius, habetur intra: è regione muri & exterius, habetur extra. Domicilia torcularium quorum portæ fuerint interius, & concavitas exterius; aut portæ exterius, & concavitas interius, Schola Schamai dicit, omnia habentur intra; Schola Hillelis dicit, è regione muri, & interius, habetur intra, è regione muri & exterius, habetur extra.

R. OB. DE BARTENORA.

בפנים *intra*, intra murum. ונוטה לחוץ *& inclinaverit extra*, extra murum Jerusolymorum. כנגד החומה ולפנים כלפנים *è regione muri & interius, habetur intra*, tam ramus quam

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לפנים *intra*, id est, intra muros Jerusolymorum. בחוץ *extra*, extra murum Jerusolymorum. כנגד החומה ולפנים כלפנים *è regione muri & interius, habetur ut interius*, respectu decimarum

quam radix è regione muri & interius, habetur interius, & comeduntur in eo loco decimæ secundæ,& non redimuntur; & tam radix quam ramus è regione muri & exterius, habentur extra, & redimuntur eo in loco decimæ secundæ; at non comeduntur; Et hoc est id quod Mischna dixit in tractatu Maaserot capite tertio, *Jerusolymis omnia procedunt juxta ramum*, id est, non stricte, sed etiam secundum ramum.

בתי הבדים *domicilia torcularium*, in quibus oleum exprimunt, quæ domicilia facere solent in muro civitatis: שפתחיהן לפנים *quorum portæ intra*, intra murum Jerusolymorum. חללן לחוץ *concavitates extra*, extra murum Jerusolymorum.

מכנגד החומה ולחוץ כלחוץ *è regione muri & exterius, habetur exterius*, quo loco non edunt decimas secundas, neque sanctitates, sed redimuntur ibidem decimæ secundæ. מכנגד החומה ולפנים כלפנים *è regione muri & interius, ut intra habetur*, ubi comeduntur decimæ secundæ, & sanctitates leves, sed non redimuntur ibidem decimæ secundæ.

id autem facit, quia torcularia semper solent esse in ea forma, nempe in muro civitatis solent esse domicilia torcularium.

marum secundarum quod ad esum earum; si ergo arbor consistat intra, & ramus se inclinaverit extra, non licet ipsi comedere sub ramo decimas, nisi id fiat intra murum; & interdictum est etiam decimas secundas redimere si sub ramum pervenerint, & earum ratio habetur ac si Jerusolymis essent, eo sensu quo non licet redimere eas; & hoc est quod Mischna dixit capite tertio tractatus Maaserot, *Jerusolymis omnia procedunt secundum ramos*; quod ibidem exposuimus; sed in casu comestionis, non licet comedere decimas nisi intraverint muros; & hæc est conditio gravior duobus modis.

Schola Schamai dicit, הכל כלפנים *omnia ut intra habentur*, id dicit ad conditionem rei aggravandam, sic enim exponitur in Tosaphta; sensus est, non redimendas esse decimas secundas eo loco, nec comedendas alio loco; Schola Hillelis dicit, quod è regione muri & interius licet comedere decimas, & sanctitates, at non redimere illic decimas secundas; è regione verò muri & exterius, habetur ut extra murum, quo loco licet redimere decimas secundas, at non licet ibidem edere; mentionem facit de *domiciliis torcularium*;

ח הלשכות בנויות בקדש ופתוחות לחול תוכן חול וגגותיהן קדש בנויות בחול ופתוחות לקדש תוכן קדש וגגותיהן חול בנויות בקדש ובחול ופתוחות לקדש ולחול תוכן וגגותיהן מכנגד הקדש ולקדש קדש מכנגד החול ולחול חול:

8. Conclavia ædificata in loco sancto & aperta versus profanum, medium eorum est profanum, tecta vero sancta sunt; si ædificata sint in loco profano & aperta versus sanctum, medium est sanctum, tecta vero profana; si ædificata sint in loco sancto & in profano, & aperta versus locum sanctum & profanum, medium & tecta è regione sancti, & versus sanctum, sunt sancta; sed è regione loci profani & versus profanum, sunt profana.

R. OB. DE BARTENORA.

הלשכות בנויות בקודש *conclavia ædificata in sancto*, in atrio. ופתוחות לחול *& aperta in profanum*, in montem domus. גגותיהן קודש *tecta eorum sancta*, si tecta fuerint æqualia cum solo atrii, ut, si conclave fuerit in descensu ædificatum; nam si tecta non fuerint æqualia cum solo atrii, tenemus pro fundamento quod conclavia & tecta non sunt sancta. תוכן קודש *medium illorum sanctum est*, ad mactandum sancta levia, & edendum sancta sanctorum, nec non ad obligandum aliquem de impuritate sua, si quis illuc se contulerit pollutus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לשכות *conclavia*, sunt conclavia atrii. גגותיהן קודש *tecta eorum sancta*, ea conditione si tecta sint æqualia cum solo atrii; & hoc fieri potest, quia atrium erat ædificatum in monte; quod exponetur in tractatu Middot; & quod usus eorum sit sanctus, ideo est, quia permissum est in eis comedere sancta sanctorum, & mactare ibidem sancta levia; & immundum quod eo pervenerit tenetur de sacrificio, uti exponitur in tractatu Schebuot; si vero fuerint profana, jus eorum æquale erit juri Jerusolymorum, & non obligabuntur de ullo jure præter jus civitatis.

ט מעשר בי שנכנס לירושלים ונטמא בין שנטמא באב הטומאה בין שנטמא בולד הטומאי בין בפנים בין בחוץ ב"שא יפדה ויאכל הכל בפנים חוץ משנטמא באב הטומאי וב"הא הכל יפדה ויאכל בחוץ חוץ משנטמא בולד הטומאי בפנים:

9. Decimæ secundæ quæ intrarunt Jerusolymas, & pollutæ fuerunt, sive pollutæ fuerint patre impuritatis, sive pollutæ fuerint filio impuritatis, sive intra, sive extra, Schola Schamai dicit, redimuntur, & comeduntur omnes intra, exceptis iis quæ pollutæ sunt impuritate patris extra; Schola Hillelis dicit, omnes redimuntur & eduntur extra, exceptis iis quæ pollutæ fuerint filio impuritatis intra.

R. OB. DE BARTENORA.

אב הטומאה *pater impuritatis*, uti sunt reptile, animal mortuum, & similia. ולד הטומאה *filius impuritatis*, filius ille impuritatis de quo hic loquitur Mischna, non est ille qui tetigit patrem impuritatis, qui de Lege impurus est; sed sermo est de filio impuritatis juxta Sapientes, ut, si tetigerit vasa liquoribus polluta. יפדה *redimuntur*, quia decimæ secundæ pollutæ etiam redimuntur Jerusolymis, quia scriptum est Deut. 14:24. כי לא תוכל לשאתו, & vox לשאתו intelligitur de esu, non de onere, quia scriptum est Gen. 43:34. וישא משאות מאת פניו אליהם.

ויאכל הכל בפנים *& omnes comedentur intro*, vult, ne quis dicat, vidi decimas secundas Jerusolymas intrantes, & exeuntes, quia rumor spargitur decimas secundas exiisse; at non putamus, si eas redemerit, fieri posse ut dicat, vidi ego decimas secundas Jerusolymis redemptas; quia non ita publicum est id quod quis redimit.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

אב הטומאה *pater impuritatis*, est quælibet causa impuritatis prima quæ enumeratur in principio tractatus Taarot; & hæ omnes causæ impuritatis è Lege desumptæ sunt, ut, Reptile, Pollutio seminis, Pollutus propter mortuum, Menstruata, Seminifluus, Leprosus, & plura quæ ibidem memorantur.

ולד הטומאה *filius impuritatis*, dicitur quicquid pollutum est patre impuritatis, & hi casus & gradus impuritatis, ac rituum differentiæ etiam passim exponuntur in tractatu Taarot. Diximus jam aliquoties non licere decimas secundas redimere Jerusolymis, nisi pollutæ fuerint; & hoc est quod in Gemara dicunt, Unde probatur quod decimæ secundæ pollutæ redimi possunt etsi sint Jerusolymis? quia dicitur Deut. 14:24 כי לא תוכל לשאתו at verbum נשא usurpatur de cibo Gen. 43:34.; & probatio ea est quam dixi, nimirum, quod non licet decimas secundas comedere nisi Jerusolymis, si vero

חוץ משנטמאה באב הטומאה בחוץ exceptis illis quæ pollutæ fuerint patre impuritatis, extra, nam si pollutæ intraverint, non continuerunt eas muri urbis. חוץ משנטמאה בולד הטומאה בפנים exceptis illis quæ pollutæ sunt filio impuritatis, intra, at si filio impuritatis pollutæ fuerint extra Jerusolymas, etsi pollutæ sint filio impuritatis juxta Sapientes, juxta Legem tamen puræ sunt, & comeduntur extra Jerusolymas. In Talmude Jerusolymitano exponunt hoc intelligendum esse, quando decimas Jerusolymas ea conditione intulit, ne eas continerent muros, at si non pactus fuerit, & intraverint puræ juxta Legem, comeduntur intra Jerusolymas.

si vero non poterit eas comedere, redimet; & nulla causa poterit impedire esum nisi pollutio. Schola Schamai dicit, si intraverint Jerusolymas, etsi redemptæ sint, non licet eas efferre, sed comedendæ sunt Jerusolymis; iis tamen exceptis quæ pollutæ sunt patre impuritatis extra muros civitatis, & postea Jerusolymas intrarunt, quas licet efferre, quia, dum intrabant, non aptæ erant ut ederentur, nec omnino sanctæ, quia jam pollutæ erant impuritate gravi juxta Legem. Schola Hillelis dicit, eas comedi posse extra Jerusolymas, si redemptæ fuerint, iis tamen exceptis, quæ pollutæ fuerint impuritate filii intra murum, & quia in iis remanet aliquid de sanctitate decimarum, quoniam non sunt pollutæ impuritate gravi secundum Legem, propterea comeduntur intra murum postquam redemptæ sunt.

י הלקוח בכסף מעשר שני שנטמא יפדה רבי יהודה אומר יקבר אמרו לו לרבי יהודה מה אם מעשר שני עצמו שנטמא הרי הוא נפדה הלקוח בכסף מעשר שני שנטמא אינו דין שיפדה אמר להם לא אם אמרתם במעשר שני עצמו שכן הוא נפדה בטהור ברחוק מקום תאמרו בלקוח בכסף מעשר שאינו נפדה בטהור ברחוק מקום:

10. Quod comparatum est argento decimarum secundarum pollutarum, redimetur; R. Jehuda dicit, sepelietur; dixerunt R. Jehudæ, quomodo igitur, si decimæ secundæ ipsæ quæ pollutæ sunt, redimantur, nonne etiam id quod comparatum argento decimarum secundarum pollutarum de jure redimatur? dixit ipsis, non; si loquamini de decimis secundis ipsis, quod ita redimuntur puræ in loco longinquo, eodem modo loquemini de eo quod comparatum pecunia decimarum secundarum, id non redimi quando purum est in loco longinquo?

R. OB. DE BARTENORA.

הלקוח בכסף מעשר שני quod emtum fuerit argento decimarum secundarum, fructus quos emere solent pecuniis decimarum secundarum. יקבר sepelietur, nam si impleverit præceptum, & fructus decimarum secundarum pecuniis emerit, non amplius redimantur.

שכן הוא נפדה טהור ברחוק מקום quia ita redimuntur puræ in loco longinquo, nam decimas secundas etiam puras redimunt extra Jerusolymas, juxta id quod dicitur Deut. 14: 24. Sed id quod comparatum fuerit argento decimarum secundarum, non redimitur extra Jerusolymas, si fuerit purum; uti dictum est capite primo, *si de industria, ascendant, & comedantur in loco*; decisio non est juxta R. Jehudam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

הלקוח בכסף מעשר שני quod comparatum fuerit argento decimarum secundarum, sunt res quæ acquiruntur pecuniis decimarum secundarum. שכן הוא נפדה טהור ברחוק מקום quia ita redimantur puræ in loco longinquo, hoc clarum est, quia decimas secundas redimere licet & separare eas in res profanas, etsi sint puræ, quando locus ab urbe Jerusolymis procul fuerit dissitus, & hoc est quod Deus dicit Deut. 24: 24. וכי ירחק ממך המקום וגו, at si res argento decimarum secundarum emta fuerit pura, non licet redimere, etsi procul ab urbe remota sit, & hæc est omnium sententia; decisio non est juxta R. Jehudam.

יא צבי שלקחו בכסף מעשר ומת יקבר על ידי עורו רבי שמעון אומר יפדה לקחו חי ושחטו ונטמא יפדה רבי יוסי אומר יקבר לקחו שחוט ונטמא הרי הוא כפירות:

11. Capreolus, qui argento decimarum secundarum emtus est, si dein mortuus fuerit, sepelietur cum pelle; R. Schimeon dicit, redimetur; at si eum emerit vivum & mactaverit, & dein pollutus fuerit; R. Jose dicit, sepelietur; si vero eum emerit mactatum, & dein pollutus fuerit, ejus ratio habetur uti fructuum.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי שמעון אומר יפדה R. Schimeon dicit, redimetur, in hoc contrarii sunt, nam primus doctor putat, sancta non posse redimi ut canibus projiciantur; R. Schimeon putat, redimi posse sancta & canibus dari edenda; decisio non est juxta R. Schimeon.

לקחו חי ושחטו ונטמא יפדה si emerit eum vivum, & mactaverit, & dein pollutus fuerit, redimetur, in hoc R. Jehuda non est contrarius, uti supra contradixit de fructibus argento decimarum secundarum emtis, & deinde pollutis, nam quia eum emit vivum, longinquitas loci non impedit, quoniam eum deferre poterit ad quemcunque locum voluerit, uti se res habet cum decimis secundis ipsis quod ad redemptionem, si pollutæ fuerint. *R. Jose dicit, sepelietur*, nam graviores proponit conditiones quam R. Jehuda, & putat, etiamsi eum vivum fuisse comparatum, tamen de jure se habere ut fructus argento decimarum secundarum emti.

Si emerit eum mactatum, & dein pollutus fuerit, habetur ut fructus, uti R. Jehuda & primus doctor contrarii sunt in præcedenti Mischna, sic etiam in hac.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Primus doctor dicit, sancta non esse redimenda ut dentur canibus comedenda; R. Schimeon dicit, sancta redimi ut canibus dentur comedenda; & si post mactationem pollutus fuerit capreolus, redimetur; R. Jehuda non contradicit huic sententiæ, nam si eum comparaverit vivum, jus ejus eodem modo se habet ut jus decimarum secundarum, ut, eo modo quo redimuntur decimæ secundæ, etiam capreolus redimatur quando pollutus fuerit; nam dum vivit capreolus non obligatur de longinquitate loci, tum enim poterit deferre eum ad quemcunque locum voluerit; sed R. Jose magis aggravat quam R. Jehuda, dicens, sepelietur, si comparaverit eum argento decimarum secundarum.

לקחו שחוט ונטמא הרי הוא כפירות si emerit eum mactatum & pollutum habetur ut fructus, primus doctor & R. Jehuda contrarii sunt in præcedenti Mischna, ubi R. Jehuda dicit, non redimatur, at primus doctor dicit, redimatur; & jam diximus decisionem non esse juxta R. Jehudam; sic etiam in hac Mischna decisio est juxta doctorem primum.

יב המשאיל קנקנין למעשר שני אף על פי שגפן לא קנה מעשר זלף לתוכן סתם עד שלא גפן לא קנה מעשר משגפן קנה מעשר עד שלא גפן עולות באחד ומאי ומשגפן מקדשות בכל שהן עד שלא גפן תורם מאחת על הכל ומשגפן תורם מכל אחת ואחת :

12. Si quis commodaverit cantharos pro decimis ſecundis, etſi clauſerit eos, tamen non acquiſiverunt decimæ; ſi ſimpliciter infuderit in eos, antequam occluſerit eos, non acquiſiverunt decimæ; at poſtquam eos clauſerit, acquiſiverunt decimæ. Antequam clauſerit eos, aſcendunt in uno & centum; & poſtquam eos clauſerit, ſanctificant quotquot fuerint; antequam eos clauſerit, ſeparabit de uno ſuper omnes, at ſi clauſerit, ſeparabit de unoquoque.

R. OB. DE BARTENORA.

המשאיל קנקנין למעשר שני *qui commodaverit cantharos pro decimis ſecundis*, qui cantharos ſuos commodaverit ut iis imponatur vinum quod nomine decimarum ſecundarum appellatum eſt. אף על פי שגפן &c. *ſi clauſerit eos*, ſi occluſerit ora eorum peribolo, poſtquam implevit eos. לא קנה מעשר *non acquiſiverunt decimæ*, non comprehenditur cantharus ſub ſanctitate decimarum.

זלף לתוכן סתם *ſi infuderit ſimpliciter*, ſi collegerit in cantharo rem illibatam vel vinum illibatum, antequam impoſuerit nomen decimarum. עד שלא גפן *antequam clauſerit eos*, ſi impoſuerit ipſis nomen decimarum antequam clauſerit eos peribolo, aut tænia. משגפן *quando clauſerit eos*, ſi poſtquam eos clauſerit peribolo imponat nomen decimarum. קנה מעשר *acquirunt decimæ*, cantharus comprehenditur in ſanctitate decimarum, & neceſſe eſt ut cantharus profanetur, quemadmodum ſi voluerit profanare vinum ſuper argento.

עולות באחד ומאה *aſcendunt in uno & centum*, loquitur de oblatione prima, ſi unus cantharus oblationis primæ commiſceatur cum centum cantharis profanis, & ora eorum non fuerint clauſa peribolis, conſideramus eos omnes commixtos, & adſcendentes in uno & centum, uti vult jus oblationis primæ commixtæ cum profano.

משגפן מקדשות בכל שהן *ſi clauſerit, eos ſanctificant quotquot fuerint*, & in uno & mille etiam non aſcendunt, ſed omnes perveniunt ad ſacerdotem pretio oblationis primæ, uno excepto quem ſacerdos eximit ſine pretio. עד שלא גפן תורם מאחד על הכל *antequam eos clauſerit, ſeparabit de uno ſuper omnes*, quia circumdatus eſt ille cantharus ab aliis adjacentibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando quis commodaverit cantharos ſuos ad deferendum in illis decimas ſecundas, & dixerit eos eſſe commodatos, etſi claudat ora cantharorum non acquiſiverunt decimæ, id eſt, canthari illi non fiunt bona decimarum; & ſi in illos cantharos infuderit vinum decimarum ſecundarum, & non dixerit ſe cantharos illos dediſſe mutuo, quamdiu non clauſerit eos cantharos, illi ſunt in juriſdictione commodatoris; at ſi clauſerit ora cantharorum, tum dedit eos in decimas, & vendendi ſunt; & quicquid aptum eſt ut comedatur Jeruſolymis, comedendum eſt pretio & valore eorum æſtimato, uti poſtulat jus decimarum ſecundarum. Deinde vero adducit Miſnæ auctor omnia jura differentia inter ora cantharorum operta, & aperta, & dicit, עד שלא גפן עולות באחד ומאה *antequam clauſerit eos, aſcendunt in uno & centum*, id eſt, ſi centum fuerint canthari profani, quibuſcum commixtus fuerit unus cantharus oblationis primæ, & omnium cantharorum ora fuerint aperta, conſideramus eos omnes eſſe commixtos, & aſcendit unus in uno & centum, uti vult jus oblationis primæ cum profano mixtæ, uti jam expoſuimus; ſi vero fuerint decimæ, & omnium cantharorum ora fuerint operta, id quod diximus non licet, & jus eorum erit ejus naturæ cujus eſt jus oblationis primæ; & etiamſi unus cantharus oblationis primæ commixtus fuerit cum mille cantharis profanis, non aſcendit, & hoc vult quando dicit, מקדשות בכל שהן *ſanctificant quotquot fuerint*; & ex eo quod expoſuimus manifeſtum erit id quod dicitur, תורם מאחד על הכל ומכל אחת ואחת *ſeparabit de uno ſuper omnes, & de unoquoque*. In Toſaptha dicunt, hoc intelligunt de cantharis vini, ſed ſi cantharos aceti, ſalſamenti, aut mellis clauſerit, aut non clauſerit, decimæ non acquirunt cantharos.

יג ב"שא מפתח ומערה לגת וב"הא כפתח ואינו צריך לערוי בד"א במקום שדרכן ליסכור סתומות אבל במקום שדרכן לימכור פתוחות לא יצא קנקן לחולין אבל אם רצה להחמיר על עצמו למכור במדה יצא קנקן לחולין רבי שמעון אומר אף האומר לחבירו חבית זו אני מוכר לך חוץ כקנקנים יצא קנקן לחולין :

13. Schola Schamai dicit, aperiet & evacuabit in torcular; Schola Hillelis dicit, aperiet, at non neceſſe erit ut evacuet; de quo dicta ſunt hæc verba? de loco quo vendi ſolent clauſi, ſed in loco quo vendi ſolent aperti, cantharus non profanatur; ſed ſi graviorem conditionem in ſe quis velit recipere, & menſura vendere, cantharus profanatur. R. Schimeon dicit, etiam ſi quis dixerit proximo ſuo, *dolium hoc tibi vendo exceptis cantharis*, cantharus profanatur.

R. OB. DE BARTENORA.

מפתח ומערה לגת *aperit & evacuat in torculari*, ſi de uno ſuper omnes ſeparare voluerit poſtquam clauſerit eos, neceſſe eſt evacuare eos in torculari. ואינו צריך לערות *& non neceſſe ut evacuet*, quia ſufficit ſi aperiat eos, uti erant in principio.

במה דברים אמורים *de quo dicta ſunt hæc verba?* ſi poſtquam clauſerit eos imponat nomen decimarum, decimæ acquirunt cantharos.

במקום שדרכן למכור סתומות *in loco quo vendere eos ſolent clauſos*, quia eo modo cantharus cum vino conjunctus eſt Jeruſolymis, uti capite primo dictum, propterea etiam extra Jeruſolymas acquiſiverunt decimæ; ſed in loco quo ſolent eos vendere apertos, cantharus non exit profanus Jeruſolymis, & propterea etiam extra Jeruſolymas cantharum non acquirunt decimæ, id eſt, cantharus non recipitur ſanctitate decimarum. אבל אם רצה להחמיר על עצמו, *ſed ſi graviorem in ſe reci-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fundamentum Miſchnæ eſt, ſi quis vinum vendiderit Jeruſolymis, & emerit illo pecunias decimarum ſecundarum, Schola Schamai dicit, aperiunt cantharos & evacuant eos in torculari, & venduntur in torculari, & deinde canthari ipſi profani exeunt, id eſt profanantur. Sed ſi vendiderit vinum in cantharis, canthari non exeunt profani; Schola Hillelis dicit, ſi canthari ſolerent vendere occluſos, eos autem vendiderint apertos, cantharus exit profanus, & non obligatur eum evacuare, ſed vendere eum poteſt; nam quia aperuit eum, oſtendit intentionem ſuam eſſe non vendere cantharum; ſi vero vendat menſura, & dicat, *talis menſura pro tali pecunia*, cantharus exit profanus, etſi fuerit occluſus; verba R. Schimeonis ſunt vera, & non eſt qui contradicit.

recipere velit conditionem, qui vinum emerit pecunia decimarum ſecundarum Jeruſolymis, & venditor advenerit ad vendendum, & voluerit recipere in ſe, & dicere, *talis menſura pro tali pretio*, cantharus exit profanus, etſi fuerit clauſus. Sic legendum eſt, רבי שמעון אף האומר לחבירו יין זרה אני מוכר לך חוץ מקנקן יצא קנקן לחולין R. *Schimeon dicit, etiam is qui dixerit proximo ſuo, hoc vinum tibi vendo excepto canthaThe, cantharus exit profanus.* In Talmude Jeruſolymitano exponunt verba R. Schimeonis referenda eſſe ad præcedentia, ut, ſi nomen decimarum impoſuerit cantharis poſtquam eos clauſerit, cantharum acquirunt decimæ; jam docet nos R. Schimeon, hoc intelligendum quandoquis nomen decimarum toti vino canthari impoſuerit; at ſi dixerit, tota vini quantitas ſit decimæ excepta quarta parte logi; etſi, quando proximo ſuo partem illam quartam emenſus fuerit, dixerit, *vendo tibi hoc vinum excepto canthaThe,* quem ipſe relinquere volo propter decimas quæ in eo continentur, nihilominus tamen cantharus non conjungitur cum decimis, ſed exit profanus, & non prehenditur in ſanctitate decimarum.

פרק ד. המוליך פירות מעשר בי ממקום היוקר למקום הזול או ממקום הזול למקום היוקר פודהו כשערת מקומו המביא פירו׳ מן הגורן לעיר וכדי יין מן הגת לעיר השבח לשני ויציאות מביתו:

Caput 4. Qui fructus decimarum ſecundarum detulerit de loco caro ad locum vilem, aut de loco vili ad locum carum, redimet eos juxta pretium loci præſentis. Qui detulerit fructus ab area ad civitatem, & cantharos vini è torculari ad civitatem, lucrum cedit decimis ſecundis, ſed impenſæ fient è domicilio ejus.

R. OB. DE BARTENORA.

המוליך *qui detulerit*, transgreſſus fuerit & detulerit; nam de induſtria non licet eos deferre ex uno loco in alium, niſi redimat eos in loco ſuo, aut deferat Jeruſolymas. כשערת מקומו *juxta pretium loci ſui*, juxta pretium illius quo erant fructus quando redimebat eos, ſive ad aggravandum ſive ad allevandum.

השבח לשני *lucrum pro decimis ſecundis*, id quod pluris valuerint in civitate cedet decimis ſecundis, quod vero conſumpſerit in itinere, quando eos deferebat ruri in civitatem, id ipſi ſolvendum eſt è domicilio ſuo, id eſt, privata pecunia.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

היוקר *carum* ſupple locum, quo pluris venduntur fructus. זול *vilem*, ſupple locum, quo minoris venduntur. המוליך *qui detulerit*, ſi transgreſſus fuerit caſu quodam & detulerit; at ſi non caſu transgreſſus fuerit, ſed de induſtria commiſerit, non licet, niſi eos redimat in loco ſuo, aut deferat Jeruſolymas.

השבח לשני *lucrum pro decimis ſecundis*, id eſt, lucrum, quod de pretio fructuum propter delationem lucratus fuerit, cedet decimis ſecundis, quia fructus in civitate pluris vendi ſolent quam ruri; &, ſi exempli gratia, fructus ruri valuerint ſiclum unum, eoſque detulerit ad civitatem, & valuerint duos ſiclos, neceſſe eſt ut eos redimat duobus ſiclis, & quod conſumpſerit inter deferendum ad civitatem, non annumerabit decimis ſecundis, ſed ſuis impenſis, & hic ſenſus eſt illius quod dicit, ויציאות מביתו *& impenſæ fient è domicilio ſuo*; nam יציאות idem eſt quod הוצאה *impenſæ*, à יצא *exire*, quia impenſæ exeunt è poteſtate poſſeſſoris.

ב פודין מעשר שני בשער הזול כמות שהחנוני לוקח לא כמות שהוא מוכר כמות שהשולחני פורט ולא כמות שהוי מצרף ואין פודין מעשר שני אכסרה את שדמיו ידועים יפדה על פי עד א׳ ואת שאין דמיו ידועים יפדה על פי ג׳ כגון היין שקרם ופירות שהרקיבו ומעות שהחליאו:

2. Redimunt decimas ſecundas pretio vili, uti tabernarius emit, ſed non ut vendit; ut numularius recipit, ſed non ut conjungit. Non redimunt decimas ſecundas ex æquo; cujus pretium notum eſt, id redimet dicto teſtis unius, cujus vero pretium eſt ignotum, id redimunt dicto trium, uti vinum acidum, & fructus qui putruerint, & nummi qui rubiginem contraxerint.

R. OB. DE BARTENORA.

פודין מעשר שני *redimunt decimas ſecundas*, poterit eas homo redimere vili pretio, uti continuo exponit, *uti tabernarius emit*, qui vili emit pretio ut multum lucretur; *ſed non ut vendit*, quia pluris vendit quam emit.

כמות השולחני הפורט *ut numularius qui recipit*, ſi quis voluerit commutare numulos decimarum ſecundarum pro ſiclo, computat ſiclum per multos numulos, ut numularius, quando numulos recipit, & ſiclum reddit, tum multos poſtulat nummos pro commutatione.

ולא כמות שהוא מצרף *ſed non ut conjungit*, quando numularius conjungit numulos ut eos hominibus det pro ſicli commutatione, quo in tempore dat minus. אכסרה eſt æſtimatio rei ex æquo, ſine menſura & pondere, quantum quis pro caniſtro uvarum aut ficuum dare voluerit.

על פי אחד *dicto unius*, juxta æſtimationem unius emtoris. על פי שלשה *dicto trium*, dicto trium æſtimantium, & etiamſi unus eorum fuerit gentilis, & unus eorum poſſeſſor, res procedet tamen. יין שקרם *vinum acidum*, in nonnullis exemplaribus ſcriptum קסס quod idem notat, ſic in tractatu Bava Batra fol. 93. 2. מקבל עליו עשר קוססות למאה.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בשער הזול *pretio vili*, hoc exponit quando dicit, *uti tabernarius emit.* שולחני eſt *numularius*, aut *trapezita.* פורט eſt is qui recipit nummos fœnore. מצרף eſt *ille* qui dat nummos, dicit autem, ſi numularius, exempli gratia, receperit viginti quinque מעות pro uno סלע, dat ille pro eo, quando eum commutaverit, viginti quatuor מעות; & ſi, exempli gratia, quis voluerit commutare מעות *numulos*, pro ſiclo, commutabit ſiclum illum pro viginti quatuor numulis, qui efficiunt commutationem ſicli, ſi eum recipiat numularius. אכסרה eſt æſtimatio ex æquo, ſed hoc explicuimus; hujus vero rei ratio eſt, quia redemptio non fit niſi juxta pretium rei quæ venditur; & ſi poſſeſſor eam redimat, quintam addet partem, uti dictum eſt Levit. 27:27. ויסף חמישיתו עליו; ſi vero res vendita, quam redimere volet, fuerit bona, ut in ea non reperiatur vitium, tum pretium ejus notum eſt; at ſi quodammodo corrupta fuerit, pretium ejus non conſtabit, quia juxta quantitatem corruptionis mutatur pretium; & quod dicit על פי שלשה *dicto trium*, vult, neceſſe eſſe ut ſint mercatores illi teſtes; ſed etſi unus illorum fuerit gentilis, & unus poſſeſſor bonorum, licet tamen. ומעות שהחליאו *& numuli qui ferrugine tacti fuerint*, & quorum facies mutata fuerit, ut moneta non benè conſpiciatur; eſt itaque ac ſi ſcriptum eſſet החלידו à חלד *rubiginem contrahere.*

ג בעל הבית אומר בסלע ואחר אומר בסלע בעל דבית קודם כפני שהוא מוסיף חומש בעל הבית אומר בסלע ואחר אומר בסלע ואיסר את של סלע ואיסר קודם כפני שהוא כוסיף על הקרן הפודה מעשר ב׳ שלו כוסיף עליו המישית בין שהוא שלו ובין שנתן לו במתנה :

3. Si paterfamilias dixerit *pro decimarum siclo* retinere volo, & alius dixerit *pro siclo*, paterfamilias præferendus est, quia quintam partem addit. Si vero paterfamilias dixerit *pro siclo*, & alius dixerit *pro siclo & aßario*, ille qui dixit pro siclo & assario præferendus est; quia summæ principali addit. Qui redemerit decimas secundas suas, quintam addet partem, sive fuerint suæ, sive ipsi dono fuerint datæ.

R. OB. DE BARTENORA.

מפני שהוא מוסיף *quia ille addit*, uti scriptum est, Levit. 27:31. אם גאול יגאל איש ממעשרו, ergo pro suis decimis addet partem quintam, at non pro iis quæ sunt proximi sui. בסלע ואיסר *pro siclo & assario*, assarium est nonagesima sexta pars sicli.

מפני שהוא מוסיף על הקרן *eo quod ille addit summæ principali*, & quæcunque additio ad summam principalem, præferenda est, quia de quinta parte cautelam adhibere potest, ut deinceps dicet Mischna.

בין שנתן לו במתנה *sive ipsi dono sint datæ*, si ipsi data sit res illibata antequam de ea datæ fuerint decimæ, quia decimæ secundæ postquam separatæ sunt habentur bona Dei, & non possunt dono dari.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus quintam esse quartam summæ principalis, & hoc est quod dicunt, donec illa & quinta ejus fuerint quinque, nam pro eo quod selam valuerit, dat selam unam & denarium, quia sela conficit quatuor denarios, & denarius sex מעות, & מעה quatuor assaria, undè assarium erit nonagesima sexta selæ pars; ratio autem, quare prætulerunt selam & assarium selæ & denario, etsi id pluris sit, hæc est, quoniam de quinta parte cautelam habere poterit ne eam det, uti exponetur deinceps; propterea additionis rationem habemus in computando quæ in summa principali fuerit; ita rationem reddiderunt in Gemara. Sciendum est decimas secundas esse bona Dei, ideoque non possunt dono dari nisi sub conditione, quod fit, si eas dederit de re illibata, de qua nihil separatum est; at si de ea separaverit, non poterit quicquam dono dare.

ד מערימין על מעשר שני כיצד אומר אדם לבנו ולבתו הגדולים לעבדו ולשפחתו העברים הילך מעות אלו ופדה לך מעשר שני זה אבל לא יאמר כן לבנו ולבתו הקטני׳ לעבדו ולשפחתו הכנענים מפני שידן כידו :

4. Cautelam adhibent de decimis secundis, quomodo? dicet homo filio & filiæ natu majoribus, & servo ac ancillæ Ebræis, *accipe illos numulos, & redime pro te illas decimas secundas*; at non dicet illud filio & filiæ minoribus natu, aut servo & ancillæ Cananæis, quia manus eorum est ut manus sua.

R. OB. DE BARTENORA.

לעבדו ולשפחתו העברים *servo suo & ancillæ Ebræis*, quorum corpora non sunt emta. ופדה לך *& redime pro te*, redime tibi ipsi pro illis, decimas secundas. מפני שידם כידו *quia manus eorum ut manus sua*, nam quicquid acquirit servus, acquirit etiam dominus illius; & acquisitio filii minoris etiam patris est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Servus Ebræus non emtus est à Domino quantum ad corpus suum, sed opera manuum ejus tantum, & habetur ut mercenarius, uti dictum est Deut. 15:18. כמשנה כבר סכיר וגו׳.

ה היה עומד בגורן ואין בידו כעות אומר להבירו הרי הפירות האלו נתונים לך במתנה חוזר ואומר הרי אלו מחוללין על מעות שבבית :

5. Si steterit in area, & in manibus ipsius non fuerint numuli, dicet proximo suo, *hi fructus tibi dono dati sunto*; denuò dicet, *hi profanantor super istis numulis qui domi sunt*.

R. OB. DE BARTENORA

היה עומד בגורן *si steterit in area*, & cautelam adhibere voluerit, ut redimat decimas secundas sine additione quintæ partis, non habens paratos nummos quos proximo det, ut redimat iis decimas secundas sine additione partis quintæ.

פירות האלו נתונים לך במתנה *fructus illi tibi dono dati sunto*, hoc intelligas quando eos fructus dederit de re illibata, antequam separaverit decimas secundas, uti supra exposuimus, (nam si separaverit decimas, bona Dei sunt.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In hac Misna etiam exponitur una ex cautelis quod ad modum profanandi; & quemadmodum in præcedenti Mischna dixit, quomodo quis cautelam adhibet numulos dono dando, sic hac in Mischna docet, quomodo cautelam adhibere poterit si non habet pecuniam paratam, quam det proximo suo dono, nisi mediante fundo, uti exponitur in alio loco; & propterea istos fructus decimarum secundarum præsentes dono dabit proximo suo qui eos acquiret, & denuo redimet eos à proximo pecunia illa quam domi tenet, & non obligabitur de quinta parte addenda, quia jam dedit eam quando dono dabat; Exposuimus jam capite tertio, non esse conditionem necessariam in decimis secundis redimendis, quando fructus & pecunia fuerit in eodem loco; & quod hic dicit decimarum secundarum fructus dono dari, intelligendum est eo modo quo supra diximus, si hæc Mischna sit omnium sententiis conformis; aut hoc intelligendum est de ipsis fructibus decimarum secundarum post separationem earum, & tum hæc Mischna conveniet cum eo qui dixit, decimas secundas esse bona possessorum, & in eo confirmatur donatio.

ו משך ממנו מעשר בסלע ולא הספיק לפדותו עד שעמד בשתים נותן לו סלע ומשתכר (ס״א וסלע מעשר שני) בסלע ומעשר שני שלו משך ממנו

6. Si attraxerit de illo decimas pro siclo, & non fuerit ei tempus redimendi antequam valuerit siclos duos dabit ipsi siclum, & lucrabitur siclum, & decimæ secundæ erunt suæ. (aliud exemplar, & decimarum secundarum siclus.) Si detraxerit de ipso deci-

כמנו מעשר בשתים ולא הספיק לפדותו עד שעמד בסלע נותן לו סלע מחולין וסלע של מעשי שני שלו אם היה עם הארץ נותן לו מדמאי (נ"א מדמיו):

decimas pro duobus, & non absolverit redemptionem antequam valuerit siclum, dabit ipsi siclum de profano, & siclum de decimis secundis suis; at si plebejus fuerit, dabit illi de nummis quod ad decimationem dubiis.

R. OB. DE BARTENORA.

משך ממנו מעשר בסלע *si attraxerit de illo decimas pro siclo*, si quis vendiderit decimas secundas, ut super pecunia emtionis profanentur, & pecunia comprehendatur in sanctitate decimarum, eo modo licet eas vendere; quod autem Mischna capite primo dixit eas non vendi, intelligendum respectu adductionis ad urbem Jerusolymas, non autem quod pecunia comprehenditur in sanctitate decimarum; si autem attraxerit decimas ad acquirendum eas, & valuerit siclum, & non fuerit ei tempus dare nummos antequam valuerint duos siclos, decimæ non profanantur prius quam pecuniam solverit venditori; *Dabit ipsi siclum*, pro eo quod attrahendo sibi acquisivit, & emtor lucrabitur siclum, & tenetur redimere eas juxta præsens pretium pro duobus siclis, quia decimæ non profanantur priusquam pecuniam earum solverit venditori, & siclus decimarum suus est, quem comedet Jerusolymis.

עד שעמד בסלע *donec valuerit siclum*, quando obligatur venditori duos siclos solvere, quia acquisivit eas attractione, & redimuntur decimæ uno siclo juxta præsentem valorem; propterea ipsi dabit unum siclum de nummis profanis suis, & eo redimentur decimæ; alterum vero siclum dabit de decimis secundis suis, sed hoc non habetur ac si quis decimarum secundarum nummis solvat debitum suum, quia ab initio emtionis continebatur in conditione, ut venditor duos siclos consumeret Jerusolymis, nisi decimæ minoris pretii fierent.

אם היה עם הארץ נותן לו מדמיו *si fuerit plebejus, dabit ipsi de nummis suis*, si venditor fuerit plebejus, dabit ipsi duos siclos de profana sua pecunia, nam pecuniam decimarum non licet dare plebejo; nonnulli legunt מדמאי *de rebus suis quod ad decimationem dubiis*, sit, si habuerit nummos decimarum secundarum de rebus dubiis, det ipsi siclum de illis nummis, quia nummos quod ad decimationem dubios plebejo tradunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vocat in hac Mischna *decimas* illos fructus qui pecunia decimarum secundarum emti sunt; & *redimere* vocat dare decimarum secundarum pecuniam, quia pecunia illa profanatur, & hæc sunt quorum Mischna non habuit rationem, eo quod sensus innotescit. Dicit itaque, si quis emerit fructus decimarum secundarum pecuniis pretio selæ & attraxerit fructus, eum de emtione obligatum esse, eo quo diximus fundamento, & si non solverit nummos antequam deposuerit id quod emit sela in duabus selis, dabit venditori selam pro eo quod ab ipso emit, & lucrabitur selam, quam impendet ad ea quæ ipsi sunt necessaria, quia fructus illi duas valent selas, propterea computabit eas in pecuniis decimarum secundarum in duas selas; & hoc intelligit quando dicit משתכר בסלע ומעשר שני *lucratur selam & decimas secundas suas*, nimirum, quæ redeunt ad computum illius & quæ computabit in duas selas uti valent; si verò contrarium fiat, ut id quod emit deponat pro duabus selis in una sela, antequam solverit pecuniam, dabit ipsi selam unam quæ est illa quæ jam valet pro decimis secundis, alteram selam dabit de profano, ne venditor offendatur, & ipsi det duas selas de decimis secundis, qui fructus jam tantum valent selam, si vero venditor fuerit plebejus sive indoctus, licet dare ipsi selam secundam de pecunia decimarum secundarum de rebus quod ad decimationem dubiis, quia plebejus eo offendi solet, & in omnium ore est quod sibi ipsi inservit de rebus quod ad decimationem dubiis, eo quod de illis non separat decimas, propterea licet dare ipsi decimarum secundarum pecuniam de rebus quod ad decimationem dubiis.

ז הפודה מעשר שני ולא קרא שם רבי יוסי אומר דיו רבי יהודה אומר צריך לפרש היה מדבר עם האשה על עסקי גיטה וקידושיה ונתן לה גיטה וקידושיה ולא פירש רבי יוסי אומר דיו רבי יהודה אומר צריך לפרש:

7. Si quis redemerit decimas secundas, at non imposuerit nomen, R. Jose dicit, sufficit; R. Jehuda dicit, necesse est ut declaret. Si quis cum muliere sermonem habeat de negotio libelli repudii, & sponsalium, & det ipsi libellum repudii, & sponsalium, & non declaret, R. Jose dicit, sufficit; R. Jehuda dicit, necesse est ut declaret.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא קרא שם *& non imposuerit nomen*, non dixerit, hæc est redemptio decimarum secundarum. צריך לפרש *necesse est ut declaret*, dicens, hæc est redemptio decimarum secundarum; decisio est juxta R. Jose. ולא פירש *& non declaraverit*, non dixit, hic est tuus libellus repudii, aut, tu hoc mihi eris disponsata. R. Jose dicit, sufficit, nam si inter tractandum de tali casu dederit libellum repudii aut sponsalium, non est necesse ut id verbis exprimat; decisio est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לא קרא שם *non imposuit nomen*, id est, si non dixerit hæc est redemptio decimarum secundarum; & sic etiam de libello repudii & sponsalibus, si non dixerit ecce libellum tuum repudii aut sponsalia tua, aut tu mihi eo desponsata eris; R. Jose dicit, non necesse esse se declarare in tali casu, quia ipse casus id satis docet & declarat; decisio est juxta R. Jose in duabus sententiis.

ח המניח איסר ואכל עליו חציו והלך למקום אחר והרי הוא יוצא בפונדיון אוכל עליו עוד איסר המניח פונדיון ואכל עליו חציו והלך למקום אחר והרי הוא יוצא באיסר אוכל עליו עוד פלג המניח איסר של מעשר ב' אוכל עליו אחד עשר באיסר ואחד ממאה באיסר בית שמאי אומרים

8. Qui deposuerit assarium, & comederit super eo dimidium illius, & abierit in alium locum, ac illic valuerit pondion, comedet etiam super eo assarium. Qui deposuerit pondion, & comederit super eo dimidium illius, & abierit in alium locum & valuerit illic assarium, comedet etiam super eo dimidium illius. Qui deposuerit assarium decimarum secundarum, comedet super eo undecim in assario, & unam de centum in assario; Schola Schamai dicit, omnes decem; Schola Hillelis dicit; in rebus

אומרים הכל עשרה וב"הא בודאי אחד עשר ובדמאי עשרה :

rebus quod ad decimationem certis, undecim; at in dubiis quod ad decimationem, decem.

R. OB. DE BARTENORA.

המניח איסר *qui deposuerit assarium*, ad profanandum super eo fructus decimarum secundarum, cum jam profanaverit, & comederit super eo dimidium illius, ac assarium secum sumpserit, & illic valuerit pondion; in principio autem non magis valuerit quam dimidium pondii, quia pondium continet duo assaria; undè fiet juxta id quod jam valet, ut in eo relinquatur unum assarium de profano, propterea super eo etiam comedet assarium.

ואכל עליו פלג *& comederit super eo dimidium*, dimidium assarii, nam non dicimus, quandoquidem non pluris valet quam assarium, ideo jam comedit totum.

המניח איסר של מעשר שני *qui deposuerit assarium decimarum secundarum*, ad comedendum super eo profanum suum, cum sanctitate decimarum secundarum, si comedit super eo usque ad undecim in assario, & unum de centum in assario, totum assarium profanabitur; id est, si illud assarium fuerit de nummis decimarum secundarum è rebus dubiis, & comederit decem partes ex undecim partibus quæ in eo fuerint, exempli gratia, si undecim mala punica valuerint assarium, & comederit super eo decem mala punica, & una pars de undecim in eo remanserit cum sanctitate decimarum, totum assarium profanatur; at si assarium fuerit de pecunia decimarum secundarum quod ad decimationem certarum, & comederit super eo donec remanserit in ea una pars de centum, exempli gratia, si centum ficus valuerint assarium, & comederit super eo nonaginta novem, totum profanatur.

בית שמאי אומרים הכל עשרה *Schola Schamai dicit, omnes decem*, tam de rebus quod ad decimationem certis quam dubiis, at si magis quam decimam partem reliquerit in assario, profanatur, ut, si decem mala granata vendantur uno assario, & comedat super eo novem partes, profanatur; at si in eo plures relinquantur, ut, si non plures quam octo comederit partes, necesse est ut comedat juxta quantitatem earum.

בית הלל אומרים בודאי אחד עשרה ובדמאי עשרה *Schola Hillelis dicit, undecim in rebus quod ad decimationem certis, decem vero in dubiis*, si in assario certè decimato relinquatur una pars de decem, necesse est ut super eo etiam comedat unam, quia, quodcunque minoris valet quam פרוטה *Pruta*, illius non habetur ratio, neque in causâ furti, neque si quis eo frui velit ut sancto. *Pruta* vero facit octavam partem assarii Italici, hinc fiet, ut decima pars assarii faciat octies decimam partem Prutæ, quæ est Pruta minor quinta parte; unde fiet, si addiderit ipsi quintam partem, quæ est quarta intrinsecus, quæ est quinta extrinsecus, & in totum una Pruta; propterea ejus rationem habent; at si minus fuerit decima parte illius, non habent ejus rationem, quia cum additione partis quintæ etiam minus in eo continetur quam Prutæ pretium; & propterea dicunt, *in rebus certe decimatis undecim, at in dubiis decem*, quia in dubiis non tenentur de quinta parte, & decima earum pars minor est pretio unius Prutæ; decisio est juxta Hillelem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus איסר esse quartam partem מעה, & פונדיון *pondion* esse dimidium מעה, & ita dixerunt, *pondion facit duo assaria*; quando ergo quis acceperit assarium profanum & separaverit id ad edendum super eo fructus decimarum secundarum, & assarium redierit ad decimas secundas, & comederit id quod valebat dimidium assarii, & reliquerit id ad comedendum super eo alterum dimidium decimarum secundarum, tum assarium illud redierit ad decimas secundas; at si postea abierit in alium locum quo assarium tantum valet quantum pondion, nempe duo assaria, cum jam antea comederit quando valebat unum assarium, comedet pro altero assario etiam decimarum secundarum fructus, & tum assarium illud quod erat profanum redibit ad decimas secundas. Ita etiam, si deposuerit pondion, profanum ad comedendum super eo fructus decimarum secundarum, & comederit pro uno assario, quod dimidium pondii est, ac reliquerit id ad comedendum in alio loco, quo pondium tantum assarium valet, computamus pondium ut comedat secundum dimidium ipsius quod est assarium, at non comedat super eo nisi dimidium assarii, & pondium erit uti nummi decimarum secundarum; & hoc est quod dicit אוכל עליו עוד פלג *comedet insuper super eo dimidium*, id est, dimidium assarii; postquam vero absolvisset auctor jus illius qui deposuit pecuniam profanam ad comedendum super ea decimas secundas, incipit exponere jura illius qui deposuerit pecuniam decimarum secundarum ad edendum super illis uti convenit Jerusolymis.

המניח איסר של מעשר שני אוכל עליו אחד עשר באיסר ואחד כמאה באיסר *qui deposuerit assarium decimarum secundarum, comedet super eo undecim in assario, & unam de centum in assario*, sensus est, si assarium illud fuerit de decimis secundis rerum quod ad decimationem dubiarum, & comederit pro decem partibus de undecim partibus assarii, & remanserit in illo una pars de undecim, assarium profanatum exiit, sive jam profanatum est; exempli gratia, si undecim mala granata valuerint assarium, & comederit decem mala granata, assarium profanatur; si vero fuerit assarium decimarum secundarum de rebus certe decimatis, ejus jus est *una de centum*; exempli gratia, si centum ficus valuerint assarium, & super eo comederit nonaginta novem ficus, assarium profanatur, etsi in eo remanserit una pars de centum.

Schola Schamai dicit, omnes decem, tam in rebus quod ad decimationem dubiis quam certis, quia non plus remanet in assario quam pars decima, profanantur; at si plus in assario remanserit quam decima pars, necessarium est ut comedat juxta mensuram illam, exempli gratia, si decem nuces valuerint unum assarium, & comederit de illis novem, assarium profanatur; si vero comederit octo, non exit profanatum, nisi comederit duas nuces. Schola Hillelis dicit, in rebus certe decimatis undecim, at in dubiis decem, at si in assario rei quod ad decimationem dubiæ remanserit decima pars, tenetur comedere juxta mensuram illius; & hoc, quia pro fundamento tenemus, id quod minus valuerit quam Pruta, ejus rationem non haberi in tota Lege, neque in causa furti, neque respectu illius qui indè aliquam ceperit utilitatem quod ad sanctitatem, neque ullo alio respectu, aut casu; & hoc quoque exponetur in aliis locis. Pruta vero est octava pars assarii Italici, hinc eveniet, ut decima pars assarii contineat octies decimam partem Prutæ, addendo insuper illis quintam partem quam debet is qui decimas suas secundas redimit, quod jam exposuimus esse quartam partem illius quod redemit, & in totum esse unam Prutam; at si decima pars assarii remanserit, ejus rationem habent, quia additione quintæ partis, totum erit pretium Prutæ; at si minus fuerit quam decima pars, ejus non habetur ratio, quia non est pretium Prutæ etiam cum additione partis quintæ; propterea dixerunt, in rebus certo decimatis undecim, at in dubiis decem, quia non debet quintam partem, & decima illius pars minor est quam Pruta, uti exposuimus; hic est Mischnæ casus, & explicatio prolixa; decisio est juxta Scholam Hillelis.

ט כל המעות הנמצאים הרי אלו חולין אפילו דינר זהב עם הכסף ועם המעות מצא בתוכן חרש וכתוב עליו מעשר הרי זה מעשר :

9. Omnes numuli qui inveniuntur, profani sunt, etiam denarius aureus cum argento & cum æneis numulis. Si inter eos inveniatur testa, & scriptum sit in ea, *decima*, decimæ sunto.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המעות הנמצאים *omnes numuli qui inveniuntur*, in omni loco, tam diebus festis quam reliquis anni diebus, sed Jerusolymis reliquis anni diebus, exceptis diebus festis. הרי אלו חולין *ecce hæ sunt profanæ*, nam non putamus fieri posse ut sint numuli decimarum secundarum.

אפילו דינר זהב עם הכסף ועם המעות *etiamsi denarius auri cum argento, & cum numulis æneis*, qui non solent commisceri; vel etiam dicere possumus, esse illos numulos decimarum secundarum, quia solent profanare decimas super nummis aureis, & quod restat non attingens pretium denarii aurei, profanatur argento, & reliquum tandem profanatur super numulis æneis, & deinde commiscentur; nihilominus tamen de eo non sumus solliciti. מצא בתוכן *si in iis inveniatur*, in marsupio aut cingulo, in quo continentur nummi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אפילו דינר זהב עם הכסף ועם המעות *etiamsi denarius aureus cum argento & æneis numulis*, nam non putamus fieri posse ut profanati sint illi numuli ænei super argento, & auro, uti diximus, eo quod eos denuo profanat super argento; & si reperiatur testa cui inscriptum est, *decimæ*, in totum habetur decimæ; nam non dicimus eas forsan esse profanas, & hanc testam esse vas cui imposita erat substantia decimarum, & cui superne inscriptum erat, *decimæ*.

י המוצא כלי וכתוב עליו קרבן ר׳ יהודה אומ׳ אם היה של חרס הוא חולין ומה שבתוכו קרבן ואם היה של מתכת הוא קרבן. ומה שבתוכו חולין א״ל אין דרך בני אדם להיות כונסין חולין לקרבן:

10. Si quis invenerit vas cui inscriptum est, *oblatio*; R. Jehuda dicit, si fuerit testaceum, profanum est, & quod continetur in eo oblatio est; at si fuerit de metallo, illud ipsum est oblatio, & quod continetur in eo profanum est; dixerunt ipsi, non solent homines colligere profanum in oblationem.

R. OB. DE BARTENORA.

הוא חולין *illud ipsum profanum est*, quia nemo vasa testacea sanctificare solet in refectionem templi; & inscribere ipsi nomen illius quod in eo continetur; קרבן *oblatio*, id est, res sancta.

אין דרך בני אדם להיות כונסין חולין לקרבן *non solent homines colligere profana in oblationem*, Sapientes non contradicunt R. Jehudæ, nisi de vase ex metallo confecto tantum, nam de vase concedunt testaceo, idipsum esse profanum & quod in eo continetur esse oblationem; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vas testaceum, notat pretium quod in eo continetur, id quod pluris valet quam ipsius vasis pretium; nam hoc adeo exiguum est, ut nemo hominum id sanctificet in refectionem templi. Et quod R. Jehudæ contradicunt, id fit in causa metalli vel vasis de metallo confecti; decisio non est juxta R. Jehudam.

יא המוצי כלי וכתוב עליו ק׳ קרבן מ׳ מעשר ד׳ דמאי ט׳ טבל ת׳ תרומה שבשעת סכנה היו כותבין ת׳ תחת תרומה רבי יוסי אומר כולם שמות בני אדם הם אמר רבי יוסי אפילו מצא חבית והיא מלאה פירות וכתוב עליה תרומה הרי אלו חולין שאני אומר אשתקד היתה מלאה פירות תרומה ופנה:

11. Qui invenerit vas cui inscriptum est *Coph*, oblatio est; si *Mem*, decimæ; *Dalet*, Demai; *Tet*, Tebhel; *Tau*, Truma; quia temporibus periculosis Tau scribebant loco Trumæ. R. Jose dicit, sunt hæc omnia nomina hominum; dixit R. Jose, etsi inveniatur dolium fructibus plenum, cui inscriptum est, *Truma*, profani sunt; quia ego dico, anno præterito fuit plenum fructibus oblationis primæ, & evacuavit illud.

R. OB. DE BARTENORA.

ק׳ notat קרבן *oblationem primam*, sive id quod sanctificatum est. ד׳ est indicium דמאי *rei quod ad decimationem dubiæ*, emtæ à plebejo. בשעת סכנה *temporibus periculosis*, quibus id decreverunt, ne animadverterent alii præcepta. שמות בני אדם *nomina hominum*, literæ illæ sunt principia nominum, ut ק׳ קהת, ט׳ טוביה, ד׳ דניאל *Koph facit Kehat*, *T. Tobias*, *D. Daniel*; sed omnia profana. אשתקד היתה מלאה פירות תרומה ופנה *anno præterito fuit plenum fructibus oblationis primæ, at evacuavit id*, Sapientes putant quando oblatio prima fuerit remota, quod detrahenda ea ipsi indè fuisset, & non relinquendum nomen oblationis illic conscriptum; decisio non est secundum R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כולם שמות בני אדם הם *omnia hæc sunt nomina hominum*, id est, literæ illæ possunt esse principia nominum possessorum illorum vasorum. אשתקד notat annum præteritum; decisio non est juxta R. Jose in duabus sententiis.

יב האומר לבנו מעשר שני בזוית זו ומצא בזוית אחרת הרי אלו חולין היה שם מנה ובצא מאתים השאר חולין מאתים ומצא מנה הכל מעשר:

12. Qui filio dixerit, *decimæ secundæ sunt in hoc angulo*, & invenerit eas in alio angulo, profanæ sunt. Si dixerit *centum*, & invenerit ducentas, quod restat profanum est; si, *ducenta*, & invenerit centum, omnes decimæ sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

הרי אלו חולין *ecce hæ profanæ sunt*, id quod invenerit profanum est, quia ego dico quod decimæ secundæ ablatæ sunt. היה שם מנה *si fuerint centum*, si pater ipsi dixerit centum esse, & ducentas invenerit, centum sunt profanæ, & centum decimæ; nam non dicimus, centum decimas esse ablatas, & has esse alias profanas pecunias. מתאים ומצא מאה *si ducenta, & invenerit centum*, si pater filio dixerit *en ducentas*, & invenerit centum, centum quas quas invenerit decimæ sunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Qui dixerit ducentas esse, & invenerit centum, omnes sunt decimæ; quia dicimus eum accepisse centum, & centum reliquisse; at non dicimus omnes ducentas forsan fuisse illic, easque esse profanas, sed sequimur conditionem graviorem.

פרק ה כרם רבעי מציינין אותו בקוזות אדמה ושל ערלה בחרסית ושל קברות בסיד ומחחה ושופך אמר רשב"ג במה דברים אמורים בשביעית והצנועים מניחין את המעות ואומרים כל הנלקט מזה יהא מחולל על המעות האלו:

Caput 5. Vineam anni quarti signant gleba terræ; at præputiatam pulvere; sepulchra vero calce, & commiscet, ac convertit. Dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis, de quo dicta sunt hæc verba? de anno septimo; qui vero devoti sunt deponunt nummos, dicuntque, *quidquid ab hac arbore decerptum fuerit profanator super illis nummis.*

R. OB. DE BARTENORA.

כרם רבעי מציינין *vineam anni quarti signant*, exstruunt circum eam signum aliquod, ut indè constet esse vineam anni quarti quæ redimenda est. בקוזות *gleba*, ut eo signo habeatur instar terræ, uti enim de terræ fructibus utilitatem capiunt, sic etiam de vinea postquam redempta sit utilitatem capere licet.

ושל ערלה בחרסית *præputiatam vero pulvere*, terrâ è qua conficiunt vasa testacea, signando eam illo modo ut se habeat instar luti, & pulveris, cujus nullus est usus, in quo si seminent, non producitur ea quam seminavit quantitas; sic etiam in hac vinea nihil continetur utilitatis. וקברות *& sepulchra*, ne ea intret sacerdos, aut Nazyræus. ובסיד *& calce*, est signum, quia calx albescit instar ossium. ממחה ושופך *commiscet & convertit*, convertit calcem cum aqua ac subigit, ut magis albescat, & convertit eam in sepulchra.

במה דברים אמורים *de quo dicta sunt hæc verba*, ut vineæ anni quarti signum præbeant, & præputiatæ, ne de ea comedatur sine redemptione. בשביעית *in anno septimo*, quo omnia sunt communia, & licitè capiuntur; at in reliquis annis quibus furto abripiuntur fructus, sinunt comedere improbum ut moriatur, & capiuntur, ut comedantur illicitè.

הצנועים sunt illi qui anxii & solliciti sunt quando in anno septimo tenent vineam anni quarti, deponentes nummos ante spicilegium, dicentes, *quicquid collectum fuerit in tempore collectionis spicilegii, profanator super illis nummis.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מציינין *signant*, derivatur a ציון quod idem est cum סימן *signum*; dicit ergo quod circum vineam quarti anni faciunt terræ cumulum, ut indè constet esse vineam anni quarti, de qua comedere non licet, quia sanctitas est, uti Deus dixit Levit. 19: 24. ובשנה הרביעית יהיה כל פריו קדש הלולים ליהוה, & jus illius vult, ut possessores comedant fructus Jerusolymis, uti decimæ secundæ comeduntur.

ושל ערלה בחרסית *& præputiata cum pulvere*, luto combusto, quia interdictum de præputio gravius est interdicto de anno quarto, quia vinea anni quarti cedit in esum, at præputium non cedit in usum, & propterea non signatur cumulo terræ, ne signum illud dispergatur, & pereat, quo fieri posset ut non invenientes homines tale signum comedant, & peccent.

וקברות בסיד *& sepulchra cum calce*, id est, necesse est ut sepulchra signentur calce, quam miscent cum aqua calida, & deindè convertunt eam ac subigunt, & ita ad sepulchrum deferunt, ut constet locum illum esse pollutum, & sacerdotes eum fugiant; hoc expositio est illius quod dicitur ממחה ושופך. Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit non obligatos esse homines ad signandum vineam anni quarti & præputiatam, ne comedant de ea, nisi anno intermissionis quo omnia sunt communia, & omnium hominum potestas æqualis est in hortos & vineas; at extra annum intermissionis non necesse est signare, quia nulli licet comedere quod suum non est, & si comederit fur est; at non licet nobis furem adjuvare, ne offendat, quia peccatum furti majus est, & omnia hæc vera sunt. והצנועין מניחין המעות וגו׳ *& devoti deponebant nummos &c.*, id est, faciebant hoc anno remissionis quando vineam anni quarti habebant, cujus jus vult ut redimatur; jam explicuimus צנועין esse religiosos, & circa Legem graviores in se recipientes conditiones.

ב כרם רבעי היה עולה לירושלים מהלך יום אחד לכל צד ואי זו היא תחומה אילת מן הדרום ועקרבה מן הצפון לוד מן המערב והירדן מן המזרח ומשרבו הפירות התקינו שיהא נפדה סמוך לחומה ותנאי היה הדבר שאימתי שירצו יחזור הדבר לכמות שהיה רבי יוסי אומר משחרב ב"ה היה התנאי הזה ותנאי היה אימתי שיבנה ב"ה יחזור הדבר לכמות שהיה:

2. Vineam anni quarti adferebant Jerusolymas unius diei itinere undiquaque; & quinam est terminus ejus? Elat â meridie, Acrabha â septentrione, Lud ab occidente, Jarden ab oriente; sed ab eo tempore quo multiplicati fuerunt fructus, ordinarunt ut propè murum redimerentur, & conditio rei ea erat, ut quando rem in priorem statum redigere volebant, id facere liceret. R. Jose dicit, ab eo tempore quo destructum est templum, ordinata est hæc conditio; & conditio tum fuit, ut, quando ædificaretur templum, res rediret in eum statum in quo fuerat antea.

R. OB. DE BARTENORA.

Vinea anni quarti continetur sub jure decimarum secundarum, nempe in eo quod necesse est fructus deferre Jerusolymas, & illic comedere, aut redimere; ordinarunt autem Sapientes, ut fructus ipsos undiquaque circum Jerusolymas itinere unius diei adferrent Jerusolymas, ad exornandum circumjacentes calles fructibus, ut, si quis comedisset de plantis suis anni quarti, forum impleretur reliquis fructibus.

שיהא נפדה סמוך לחומה *ut redimeretur in loco muro proximo est*, etiamsi vinea sit muro proxima (quanto magis remotius.) משחרב בית המקדש היה תנאי הזה *quandò sanctuarium destructum est fuit hæc conditio*, non quod fructus multiplicati fuerant, uti dixisti, sed ab eo tempore quo destructæ fuerint Jerusolymæ, & fuerint in potestate hostium, non coronabant forum fructibus Jerusolymis magna copia, sive post vastationem, quando rariores fuerunt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Id quod homo de vinea anni quarti tenebatur adferre Jerusolymas, est id quod reperiebatur circum Jerusolymas iter unius diei & minus, ad adornandum plateas fructibus, uti loquuntur Sapientes; at quando fructus multiplicati sunt Jerusolymis, ordinarunt ut redimi possent etiam propè murum; & ab initio ordinarunt hanc conditionem non fore perpetuam, sed rem redituram tandem in eum statum in quo fuerat antea, quia suspicabantur fructus aliquando fore raros & paucos, ut non esset operæ pretium eos deferre Jerusolymas. Dicit R. Jose hanc constitutionem destructo demum sanctuario institutam esse, & deinde urbem sub potestatem hostium redactam esse, & ab eo tempore non haberi rationem fructuum, sive multi sive pauci fuerint; & propterea nullatenus necesse est ut hodiè deferantur Jerusolymas, sive stante hac constitutione, quando fructus ante vastationem erant in

SUREN-

SURENHUSIUS.

כרם רבעי היה עולה לירושלים וכו' *vinea anni quarti adscendebatur Jerusolymas &c.*, exponit Bartenora, כדי שיאכל כל אדם נטע רבעי שלו *ut quisque plantas suas quadrimas comederet*, quod in genere dictum est, nam putat quod in hac Mishna non stricte de vinea sermo est, sed etiam de omnium arborum plantis, quemadmodum inferius Mishna quarta traditur כיצד פודין נטע רבעי *quomodo redimunt plantam quadrimam*? quo sensu etiam dicitur in tractatu Pea capite septimo Mishna sexta. Et in tractatu Ediot capite quarto Mishna quinta. Et in tractatu Biccurim capite secundo Mishna sexta. Caeterum Maimonides in Hilchot Maaser Scheni capite nono scribit quod uvas vineae quadrimae adducebant Jerusolymas, & caeteros fructus omnes etiam destructo templo redimi prope murum; sed commentatur in eum auctor Ceseph Mishne ex Jeruschalmi, quod in principio tantum de uvis decreverunt Jerusolymas adducendis, quia illis indigebant ad libamina, quae tum temporis raro admodum inveniebantur, quemadmodum illic testatur Rabbi Hila. Dicendum igitur est quod Bartenora putat quod in principio constitutio de uvis Jerusolymas adducendis & redimendis obtinuit propter usum libaminum, & praeterito deinde tempore obtinuisse constitutionem de fructibus arborum adducendis ad plateas & fora coronanda, quemadmodum testatur R. Jochanan ad Rosh Haschana folio 31. Caeterum pro eo quod in Mishna dicitur משחרב בית המקדש היה התנאי הזה *quando destructum est sanctuarium obtinuit haec conditio*, Jomtobus legendum putat משחרב בית המקדש היתה התקנה הזאת *quando sanctuarium destructum est obtinuit haec constitutio*. Sed mea sententia melius תנאי *conditio* quam תקנה *constitutio*, quoniam תקנה est institutum quod observari debet, & quod non relinquitur hominis arbitrio, an velit illud observare vel non. Et Bartenora ad illa verba משחרב בית המקדש וכו' exponit, *ab eo tempore quo destructa sunt Jerusolymae, non curabant ut coronarentur plateae Jerusolymitanae fructibus*. Si vero in Mishna extaret תקנה, dicere debuisset, & non licitum erat coronare plateas Jerusolymitanas; propterea legimus potius quemadmodum extat.

ג כרם רבעי ב"ש אומרים אין לו חומש ואין לו ביעור וב"ה אומרים יש לו ב"ש אומרים יש לו פרט ויש לו עוללות והעניים פודין לעצמן ובית הלל אומרים כולו לגת:

3. Vinea anni quarti, Schola Schamai dicit, non obligatur de parte quinta, neque de Remotione; Schola Hillelis dicit, obligatur; Schola Schamai dicit, obligatur de acinis deciduis, & racematione, & pauperes pro se ipsis redimunt; Schola Hillelis dicit, omnia cedunt torculari.

R. OB. DE BARTENORA.

אין לו חומש *non obligatur de quinta parte*, possessores non obligantur quintam addere partem quando redimunt. ואין לו ביעור *neque de remotione*, anno tertio & anno septimo quo decimae removendae sunt, quia de parte quinta addenda & de Remotione non dictum est de vinea anni quarti, sed de decimis; nihilominus tamen concedit Schola Schamai ad minimum in ea locum habere redemptionem, etsi de vinea anni quarti id non dixerit Scriptura, quia illud docuit de eo quod dicit Levit. 19:24. קדש הלולים, lege חלולים *profanata. Schola Hillelis dicit, obligatur*, quia id elicit ex collatione verborum קדש קדש quae dicuntur de vinea anni quarti & de decimis, ut ad vineam transferat totum jus de decimis.

יש לו פרט ויש לו עוללות *obligatur de acinis deciduis relinquendis & racematione*, quia putat esse bona possessorum, at non Dei, propterea obligatur de acinis deciduis relinquendis, & racematione, uti in reliquis vineis fit; pauperes vero qui collegerint acinos deciduos & racemationes anni quarti, redimunt pro se ipsis, & quod redemptum est comedunt Jerusolymis. בית הלל אומרים כלו לגת *Schola Hillelis dicit, omnia cedunt torculari*, quia putat dona Dei esse, uti decimae, ideo non obligatur de deciduis acinis, neque de racematione; sed calcatur tota simul, & defertur Jerusolymas, & redimitur, & pecunia defertur Jerusolymas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus de vinea anni quarti Levit. 19:24. קדש הלולים ליהוה, & de decimis dixit קדש ליהוה; Schola Hillelis ex duplici voce קדש קדש per argumentum à pari exponit, quemadmodum is qui redimit decimas secundas suas, addit quintam partem, & obligatur de Remotione; sic etiam se habet jus quod ad vineam anni quarti; Schola Schamai vero non exponit repetitionem vocum *sanctitas*, *sanctitas*, sed dicit, quandoquidem jus vineae anni quarti non exponitur in Lege, ideo non obligamur de eo; & sic etiam dicit Schola Hillelis, decimas esse bona Dei, & vineae anni quarti jus percipi è jure decimarum in omnibus ritibus ejus, propterea non obligatur de acinis deciduis relinquendis, neque de racematione, quia vinea est bona Dei, sed calcant eam totam.

כלו לגת *omnia cedunt torculari*, Schola Schamai dicit, quod bona possessorum sunt talis vinea, & quod propterea obligatur de acinis deciduis relinquendis, & de racematione; haec Mischna jam dicta est in tractatu Pea.

ד כיצד פודין נטע רבעי מניח את הסל על פי שלשה ואומר כמה אדם רוצה לפדות לו בסלע על מנת להוציא יציאות מביתו ומניח את המעות ואומר כל הנלקט מזה מחולל על המעות האלו בכך וכך סלים בסלע:

4. Quomodo redimunt plantas anni quarti? deponit canistrum dicto trium, dicitque, *quantum homo voluerit redimere sibi pro siclo, eâ conditione, ut impensas faceret è domicilio suo*? & deinde deponit nummos, dicitque, *quodcunque indè collectum fuerit profanatur super illis nummis, in tot canistris pro siclo.*

R. OB. DE BARTENORA.

על פי שלשה *dicto trium*, ut pretium aestiment, quia pretium anni quarti plantarum plerumque non constat, quia necesse est computare impensas, ut haec dicit Mischna.

לפדות לו בסלע *ad redimendum pro siclo*, id est ad emendum siclo id quod terrae adhaeret. על מנת להוציא יציאות *ea conditione ut faciat impensas*, in praemium operis quod fecerunt in vinea ab eo tempore quo vocatur *fructus*, uti est praemium custodiae, & sarriturae. ומניח המעות *& deponit nummos*, juxta aestimationem qua aestimata sunt tot canistra pro siclo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

על מנת להוציא יציאות *ea conditione ut impendat impensas*, id est, ut faciat impensas necessarias ad colendam vineam, & eam conservandam à latronibus; nec non ad colendas arbores.

ה ובשביעית פודהו בשוויו ואם היה הכל מופקר

5. Et anno septimo redimit (plantam quadri-

אין לו אלא שכר לקיטה הפודה נטע רבעי שלו מוסיף עליו חמישיתו בין שהוא שלו ובין שניתן לו במתנה :

mam) pretio suo, at si tota fuerit communis, cedit ipsi tantum præmium collectionis. Qui redemerit plantam suam anni quarti, addet partem quintam, sive pertineat ad ipsum, sive dono data sit ipsi.

R. OB. DE BARTENORA.

ובשביעית *at anno septimo*, quo non datur merces custodiæ, nec agriculturæ, ideo redimet vineam valore suo. אם היה הכל מופקר *si tota fuerint communis*, si possessor plantas suas anni quarti communes fecerit, is qui acquisivit eas non detrahit quicquam præter præmium collectionis, & fructus defert Jerusolymas, aut redimit eos & nummos eò defert; nam non dicimus, quandoquidem facti erant communes ideo acquisivit eos, & non obtinet in illis jus de anno quarto, & in anno septimo non detrahit præmium collectionis, quia quilibet homo colligit pro se.

מוסיף עליו חומש *addit ipsi quintam partem*, Mischna hæc absoluta est juxta Scholam Hillelis, quæ docuit nos ex verborum similitudine *sanctitas sanctitas*, quæ dicuntur de planta quadrima & decimis. בין שנתן לו במתנה *sive ipsi dono data fuerit*, sive etiam fuerit uva prima post florem apparens, nam Hillel putat esse bona Dei uti decimæ, quas dono nequeunt dare.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בשויו *pretio suo*, æstimatione, at non להוציא יציאות *ad faciendum impensas*, ut Mischna antecedenti, quia anno septimo non faciunt impensas, quoniam terra eo tempore non colitur, nec custoditur.

אם היה הכל מופקר *si omnia fuerint communia*, id est, si vinea illa fuerit communis, obligatur eam redimere pretio, & æstimatione sua, & nihil diminuere de pretio præter collectionis præmium, exempli gratia, si canistrum valeat siclum, & præmium collectionis sit assarium, quando canistrum uvarum collegerit è vinea anni quarti communis, redimet illud siclo minus quam assarium; at non faciet ita anno septimo quia quilibet pro se ipso colligit.

מוסיף עליו חומש *addet ipsi quintam partem*, putat Hillel quod de vinea anni quarti obligati sunt addere quintam partem, uti antea dictum est; sed non confirmatur donatio vineæ anni quarti, nisi dent fructus antequam venerint ad tempus decimationis, quia jam exposuimus eos esse bona Dei, in quibus donatio non habet locum.

ו ערב יום טוב הראשון של פסח של רביעית ושל שביעית היה בעור כיצד (ס"א) היה בעור נותנין תרומה ותרומת מעשר לבעלים ומעשר ראשון לבעליו ומעשר עני לבעליו ומעשר שני והבכורים מתבערים בכל מקום רבי שמעון אומר הבכורים ניתנין לכהני כתרומה התבשיל ב"ש אומרים צריך לבער ובית הלל אומרים הרי הוא כמבוער :

6. Vesperi diei festi primi Paschatis, quarti, & septimi anni, fiebat Remotio; quomodo? dabant oblationem primam & oblationem de decimis possessoribus, & decimas primas possessoribus, & decimas pauperis possessoribus, & decimas secundas; ac primitias removebant ubique. R. Schimeon dicit, primitias dabant sacerdotibus uti oblationem primam; decoctum, Schola Schamai dicit, necesse est ut removeatur; Schola Hillelis dicit, habetur remotum.

R. OB. DE BARTENORA.

ערב יום טוב הראשון של פסח *vesperi diei festi primi Paschatis*, quia dicitur Deut. 14: 28. *Post finem trium annorum separabis omnes decimas proventus tui*; & Deut. 31: 10. dicitur, *Post finem septem annorum, statuto tempore anni remissionis in festo tabernaculorum*, uti in uno loco sermo est de festo, sic etiam in altero sermo est de festo; hinc dicamus, quemadmodum in uno loco de festo tabernaculorum sermo est, sic etiam in altero sermo est de festo tabernaculorum? non, ideo dicitur Deut. 26: 12. כי תכלה לעשר את כל מעשר תבואתך quod dicitur de festo quo omnes decimæ consumptæ sunt, quod est festum Paschatis; quia anni tertii fructus non perfecti sunt ut omnes colligantur, nisi advenerit Pascha anni quarti; sic etiam fructus anni sexti non sunt perfecti, nisi attigerint tempus Paschatis anni septimi.

תרומה ותרומת מעשר לבעליו *oblatio prima & oblatio de decimis pro dominis suis*, sacerdotibus, ad quos oblatio prima pertinet. ומעשר ראשון לבעליו *& decimæ primæ possessoribus suis*, Levitis, ad quos pertinent. ומעשר עני לבעליו *& decimæ pauperis possessoribus suis*, pauperibus.

הבכורים ניתנים לכהנים כתרומה *primitiæ dabantur sacerdotibus ut oblatio prima*, at non est necesse ut removeantur penitus, quia Scriptura בכורים vocavit תרומה, ita legimus Deut. 12: 17. ותרומת ידך id est בכורים, de quibus dicitur Deut. 26: 4. *Et accipiet sacerdos canistrum de manu tua*, decisio non est secundum R. Schimeon. התבשיל *decoctum*, jus aut pulmentum in quo cocti fuerint fructus anni septimi, aut decimæ secundæ tempore remotionis. הרי הוא כמבוער *ecce illud habetur ut jam remotum*, quia substantia ejus vix cognoscitur, (cum sit tenuis tantum liquor illa decocti substantia.)

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam aliquoties exposuimus quod anno tertio & anno sexto ab anno Remissionis, separant decimas pauperum loco decimarum secundarum; & dixit Deus benedictus Deut. 14: 28. מקץ שלש שנים וגו' & Deut. 31: 10. dicitur מקץ שבע שנים וגו' ad hæc dixerunt argumento à pari, quemadmodum vox מקץ in uno loco dicitur de רגל *festo*, eo sensu etiam dicitur in altero de festo, & quemadmodum in uno loco dicitur de festo tabernaculorum, sic etiam in altero de festo tabernaculorum; & propterea dicitur Deut. 26: 12. כי תכלה לעשר את כל מעשר תבואתך quod intelligendum est de festo quo omnes decimæ consumptæ sunt, quod est festum Paschatis, quia Pascha non incepit ab anno quarto, nisi quicquid anno tertio creverit, consumptum fuerit, de quo debentur decimæ pauperis; sic etiam, si quicquid creverit in anno sexto, qui etiam annus decimationis est, consumptum fuerit, incipit festum Paschatis anni septimi.

מתבערים *removebantur*, id est, perdebant omnes illos fructus donec non amplius in potestate alicujus invenirentur, quia dictum est Deut. 26: 13. בערתי הקדש מן הבית. R. Schimeon dicit de primitiis aliquid relinqui quod sacerdoti tradunt, uti oblationem primam dare solent, & non esse necessarium eas penitus removere, aut comburere. Casus remotionis verò hic ita se habet, ut de omnibus plantis dentur dona omnia quæ quis debet, & ut quodlibet donum det possessoribus suis, & id quod comedere tenetur, ut decimæ secundæ, & plantæ anni quarti; destruet autem quicquid restabit; si vero fuerit decoctum decimarum secundarum, dicit Schola Hillelis id haberi ac si jam esset remotum; decisio non est juxta R. Schimeon.

SUREN-

SURENHUSIUS.

ערב יום טוב הראשון של פסח של רביעית ושל שביעית היה ביעור *vesperâ festi diei Paschatis anni quarti & septimi fiebat Remotio*, verum Maimonides in Hilchot Maaser Scheni capite undecimo sectione septima dicit. וערב יום טוב האחרון היה ביעור *& vesperâ festi diei ultimi fiebat Remotio*, quam lectionem comprobat auctor Keseph Mishnæ e Talmude Jerusolymitano, ubi quæritur, an Confessio Remotionis fiat primo die festo, & respondetur, quod non; quia tum non esset quod homo comederet per totum festi tempus; vide Confessionis tempus ultimo die festo determinatum Misna decima hujus in quo versamur capite, במנחה ביום טוב האחרון היו מתודין. Sed Misnæ sententia & Maimonidis hoc sensu conciliari possunt, quando Misna dicit ערב יום טוב הראשון היה ביעור *vespera diei festi primi fiebat Remotio*, intelligenda est Remotio quæ tunc temporis ex parte tantum incipiebat; & quando Maimonides dicit וערב יום טוב האחרון היה ביעור *vesperâ diei festi ultimi fiebat Remotio*, intelligenda est integra Remotio ejusque consummatio, quam confessio subsequitur, propterea Maimonides statim addit, ולמחר מתודין *& mane confitebantur*, quod Misna superius determinavit במנחה quod paulo serius est. Porro modum Remotionis hoc sensu describit Maimonides sectione octava superius memorata, *si alicui superfit Truma de decimis, det eam sacerdoti; si decimæ primæ, det eas Levitæ; si decimæ pauperis, det eas pauperibus. Si supersint ei fructus decimarum secundarum certo decimati, aut anni septimi plantæ, aut nummi redemptionis earum, removendi sunt, & in mare conjiciendi, aut comburendi. Si decimæ secundæ dubiæ ei supersint, non tenetur eas removere. Si primitiva ei supersint, removenda sunt quovis loco.*

ז מי שהיו לו פירות בזמן הזה והגיע שעת הבעור ב"ש אומרים צריך לחללן על הכסף ובית הלל אומרים אחד שהן כסף ואחד שהן פירות:

7. Cui fuerint fructus hoc tempore, & advenerit tempus Remotionis; Schola Schamai dicit, obligatur profanare eos pro argento; Schola Hillelis dicit, eadem res est, sive fuerint fructus sive argentum.

R. OB. DE BARTENORA.

בזמן הזה *hoc tempore*, non stante sanctuario. צריך לחללם על הכסף *obligatur profanare eos super argento*, quia scriptum est Deut. 14: 25. וצרת הכסף בידך, ergo argentum tantum adducendum est. אחד שהן כסף ואחד שהן פירות *sive fuerit argentum, sive fructus*, quæ custodiri necesse est, ita ut profanatio in illis nihil prosit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

בזמן הזה *hoc tempore*, in tempore eo quo non est sanctuarium; dicit Schola Schamai, Scriptura dicit Deut. 14: 25. וצרת הכסף בידך, ergo argentum tantum feret Jerusolymas; Schola Hillelis dicit, id intelligendum esse de loco è quo deducunt fructus, quia ibi non comeduntur; hoc vero tempore quo non est sanctuarium, jus postulat ut removeantur fructus.

ח אמר רבי יהודה בראשונה היו שולחין אצל בעלי בתים שבמדינות מהרו והתקינו את פירותיכם עד שלא תגיע שעת הבעור עד שבא רבי עקיבא ולמד שכל הפירות שלא באו לעונת המעשרות פטורים מן הבעור:

8. Dixit R. Jehuda, primo tempore mittebant ad patres familias provinciæ, *accelerate & parate fructus vestros antequam veniat tempus Remotionis*; usque dum venerit R. Akiba, qui docuit, omnes fructus, qui non attigerant tempus decimationis, liberos esse à Remotione.

R. OB. DE BARTENORA.

מהרו והתקינו את פירותיכם *accelerate & parate fructus vestros*, oblationem primam & oblationem de decimis, & decimas, ad dandum eas iis quibus debentur, decimas secundas autem ad deferendum eas Jerusolymas.

שלא הגיעו לעונת המעשרות *si non attigerint tempus decimationis*, quilibet fructus habet suum tempus decimarum separandarum, uti exposuimus in tractatu primo Maaserot. פטורים מן הביעור *liberi sunt à Remotione*, ab in initio vero dicebant, quod ante tempus decimationis etiam obligabatur removere; decisio est juxta R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

התקינו פירותיכם *parate fructus vestros*, id est, ut eos pararent ad usum necessarium, ut deferri possent Jerusolymas tempore decimationis, de quo dictum est in tractatu Maaserot; & ut separarent de fructibus dona illa quæ debebant, & facerent id quod dictum est; verba R. Akibæ vera sunt.

ט מי שהיו פירותיו רחוקים ממנו צריך לקרוא להם שם מעשה ברבן גמליאל והזקנים שהיו באין בספינה אמר רבן גמליאל עשור שאני עתיד למוד נתון ליהושע ומקומו מושכר לו עשור אחר שאני עתיד למוד נתון לעקיבא בן יוסף שיזכה בו לעניים ומקומו מושכר לו אמר רבי יהושע עשור שאני עתיד לכור נתון לאלעזר בן עזריה ומקומו מושכר לו ונתקבלו זה מזה שכר:

9. Cui fuerint fructus procul dissiti, obligatur eos insignire nomine; contigit ut Rabban Gamaliel, senioribus navem ingredientibus, dixerit, *decimatum quod ego mensurabo dator Jehoschua, & locus ejus conductus sit ei; aliud vero decimatum quod mensurabo dator Akibæ filio Josephi, qui acquiret illud pro pauperibus, & locus ejus conductus sit ei.* Dixit R. Jehoschua, *decimatum quod ego mensurus sum dator Eleasari filio Asariæ, & locus ejus conductus sit*; & sic alter ab altero accepit mercedem.

R. OB. DE BARTENORA.

מי שהיו פירותיו רחוקים ממנו *cui fructus fuerint procul dissiti*, & illi jam præparati fuerint, adveniente Remotionis tempore id est vespera Paschatis anni quarti & festi tabernaculorum anni septimi. צריך לקרוא להם שם *obligatur eos nomi-*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Akiba erat senior & diaconus ad sustentandum pauperes, R. Jehoschua filius Chananiæ erat Levita; R. Eleasar filius Asariæ erat sacerdos decimus ab Esra; fundamentum vero quod tenemus notum est, nempe quod solum acquiritur argen-

nomine vocare, ut possessores sibi acquirant eos, & hoc constet, uti exemplo est casus ille Gamalielis & seniorum.

עשור שאני עתיד למוד *decimatum quod ego mensurus sum*, decimæ primæ quas dare tenetur de fructibus quos domi habet. נתון ליהושע *dator Jehoschuæ*, Levitæ; oblationem magnam autem nondum dederat, quia oblationem magnam separant in area, ut dicit Berayta, eo quod ab area non potest quicquam removeri, nisi separetur oblatio magna. ומקומו מושכר לו *& locus earum conducitur ei*, locus decimarum conducitur ei, ut decimæ acquirantur mediante solo. מעשר אחר *decimæ aliæ*, decimæ pauperum. *Dantor Akibæ filio Josephi*, præfecto ærarii pauperum.

עשור שאני עתיד למוד *decimatum quod ego mensurus sum*, decimæ de decimis quæ dantur sacerdoti, de decimis quas dederat mihi Rabban Gamaliel. *Dator Elcasari filio Asariæ*, sacerdoti, qui decimus erat ab Esra,

ונתקבלו זה מזה שכר *& alter ab altero accepit mercedem.* Rabban Gamaliel accepit mercedem loci sui de decimis primis a R. Jehoschua, & ille accepit mercedem loci de decimis pauperum a R. Akiba; R. Jehoschua accepit mercedem loci sui de decimis decimarum a R. Eleasare filio Asariæ, & sic quilibet accepit mercedem, de loco cujus ad illos pertinebant decimæ, quia conductio solum acquirit argento, argento, scriptura, & possessione. Jam fecimus mentionem hujus rei, quæ prolixius exponetur in tractatu Kidduschin. Præterea pro fundamento tenemus, ut, quemadmodum solum acquiritur argento, scriptura, & possessione, conductio soli etiam acquiratur argento, scriptura, & possessione, & vi hujus fundamenti de acquisitione qua acquiruntur bona mobilia, comprehenditur conductio loci in quo mobilia fuerint, quia locus habetur jurisdictio ejus qui eum conduxit, & mobilia quæ in eo fuerint habentur pignus quod tradidit jurisdictioni ipsius; sed de hoc prolixius in tractatu Bava Batra; Propterea quilibet eorum conduxit à proximo suo locum decimarum argento, & proximus acquisivit decimas istius loci, & res se habet ac si attigisset jurisdictionem ejus. Et hoc fecit Rabban Gamaliel, quia remotionis tempus advenerat, & obligatus erat, uti exponimus, quamlibet jurisdictionem decimarum & oblationis primæ tradere in potestatem possessorum, postquam fructus fuerint perfecti; & si Rabban Gamaliel non fuisset cum iis quos nominavimus, nam eo modo dona illis tradere potuisset quo antea diximus, suffecisset ipsi tantum indicasse nomina donorum, iisque designasse locum in septentrione, aut meridie; Et hoc est quod dicitur in principio hujus Misnæ, צריך לקרא להם שם *obligatur eos nomine insignire*, id est, si advenerit remotionis tempus, & fructus extiterint in locis procul dissitis, ut dona de illis separare nequeat, necesse esse ut eos nomine appellet.

י בכנחה' ביום טוב האחרון היו מתודין כיצד
היה הודוי בערתי הקדש מן הבית זה מעשר שני
ונטע רבעי נתתיו ללוי זה מעשר לוי וגם נתתיו זו
תרומה ותרומת מעשר לגר ליתום ולאלמנה זה
מעשר עני הלקט והשכח' והפאה א"עפי שאינן
מעכבין את הודוי מן הבית זו חלה:

10. Circa vesperam diei festi ultimi confitebantur; qualis erat confessio? *Removi sanctum è domo* Deut. 26: 13, 14, 15. id est decimas secundas, & plantas anni quarti; *Dedi Levitæ*, decimas Levitarum; *Et dedi id quoque*, oblationem primam, & oblationem de decimis; *Et peregrino, orphano, & viduæ*, puta decimas pauperum, spicilegium, manipulum oblivione relictum, & angulum; etsi hæc non impediant confessionem; *è domo*, puta placentam.

R. OB. DE BARTENORA.

מתודין ביום טוב האחרון *confitebantur die festo ultimo*, non autem confitebantur primo die festo statim post remotionem; ut ipsis esset quod comederent durante festo, ideoque vesperi diei primi removebant quidem, sed relinquebant aliquid usque ad diem ultimum.

זה מעשר שני ונטע רבעי *quod est decimæ secundæ, & planta anni quarti*, quæ etiam vocantur קדש *sanctitas*. *Decimæ Levitarum* sunt decimæ primæ. וגם נתתיו זו תרומה *& dedi id etiam, id est oblatio prima*, puta oblationem magnam, nam vox וגם est conjunctio copulativa, hoc sensu, & dedi etiam Levitæ præter id quod dedi sacerdoti. מבית *è domo*, id est מחלה *de placenta*, quæ domi separabatur de massa farinacea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus quod ubique decimæ secundæ, & plantæ anni quarti antecedunt; & decimæ Levitarum sunt decimæ primæ. Quod Scriptura dicit וגם נתתיו ללוי *& dedi id quoque Levitæ*, respicit aliam rem quæ præcedit, quia adverbium גם *etiam* additio est, & copulans id quod additur. Decimæ pauperum, spicilegium, manipulus oblivionis, & angulus sunt dona peregrinorum, orphanorum, & viduarum. בירת *domus*, hic notat *placentam*, quia non est donum ullum quod speciatim è domo datur nisi placenta, quæ de massa farinæ separanda est.

יא ככל מצותך אשר צויתני הא אם הקדים
מעשר שני לראשון אינו יכול להתודות לא עברתי
ממצותך לא הפרשתי ממין על שאינו מינו ולא
מן התלוש על המחובר ולא מן המחובר על
התלוש ולא מן החדש על הישן ולא מן הישן על
החדש ולא שכחתי לא שכחתי מלברכך ומלהזכיר
שמך עליו:

11. *Juxta omnia præcepta tua quæ præcepisti mihi*, si ergo decimas secundas præmiserit primis, non poterit confiteri; *Non transgressus sum præcepta tua*, non separavi de una specie pro ea quæ erat alius speciei, neque de evulso pro eo quod terræ adhæret, neque vice versa, neque de novo pro veteri, nec de veteri pro novo; *Neque oblitus sum*, non oblitus sum benedicere & memorare nomen tuum.

R. OB. DE BARTENORA.

ולא מן התלוש על המחובר וגו' *neque de evulso pro eo quod terræ adhæret*, id est, de obligato pro libero, & vice versa. ולא מן החדש על הישן *neque de novo pro veteri*, quia scriptum est Deut. 14: 22. היוצא שנה שנה, ergo non de eo quod est unius anni pro eo quod est alterius anni. ולא שכחתי מלברך ולהזכיר שמך: *Neque oblitus sum benedicere super ea, & nomen tuum commemorare*, quia benedictionem dicunt de separatione oblationis primæ, sic etiam de decimis primis & secundis, ac decimis pauperum, & redemptione decimarum secundarum, & Placenta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc jam exposita sunt in antecedentibus, & exempla ac probationes adduximus ad unamquamque sententiam.

יב לא 12. Neque

יב לא אכלתי באוני ממנו הא אם אכלו באנינה אינו יכול להתודות ולא בערתי כמנו בטמא הא אם הפרישו בטומאה אינו יכול להתודות ולא נתתי ממנו למת לא לקחתי ממנו ארון והכריכים למת ולא נתתיו לאוננים אחרים שמעתי בקול ה׳ אלהי הבאתיו לבית הבחירה עשיתי ככל אשר צויתני שמחתי ושכחתי בו :

12. *Neque comedi de eo in luctu meo*, quia, si comederat in luctu, non potuisset confiteri; *Neque removi de eo in impuritate*, nam si in impuritate removisset, non potuisset confiteri; *Neque dedi de eo pro mortuis*, non comparavi eo involucra & arcam pro mortuis, neque dedi aliis lugentibus; *Audivi vocem Domini Dei mei*, adduxi ad sanctuarium; *Feci juxta omnia ea quæ commendasti mihi*, lætatus sum maximè in eo.

R. OB. DE BARTENORA.

לא אכלתי באוני *non comedi in luctu meo*, toto die mortis *lugens* dicitur de Lege; & post sepulturam etiam, & nocte post diem mortis dicitur *lugens* secundum Sapientes; sic etiam die sepulturæ qui non fuit dies mortis dicitur, lugens juxta Sapientes. לא לקחתי ממנו ארון ותכריכן למת *non comparavi eo arcam, neque involucra pro mortuis*, eo modo etiam pro vivis non licet facere, quia non licet decimis secundis emere vestem, aut simile quid, uti Mischna dixit in fine capitis primi, quicquid emtum fuerit excepto cibo, potu, & unctione, comedet habita ipsius ratione quantitatis; Et non loquitur hic alio sensu de arca & involucris, nisi ut nos doceat, quod non tantum si de sancto unxerit mortuum, non poterit confiteri, quia Scriptura dicit ממנו id est, de ipsis decimis secundis; sed etiam si emerit arcam & involucra mortuorum, & non dederit de decimis secundis ipsis pro mortuis, tamen non poterit confiteri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus superius, quod ex hoc textu docetur quod decimæ secundæ interdictæ sunt lugenti; diximus etiam אונן *lugentem* vocari eum qui luget propter parentes aut amicos suos mortuos die sepulturæ, ex institutione Sapientum; at juxta Legem die mortis tantum *lugens* dicitur; Consanguinei vero quos lugere tenetur, sunt pater, mater, filii, & filiæ, cognati, & cognatæ, & uxor.

יג השקיפה כמעון קדשך מן השמים עשינו מה שגזרת עלינו אף אתה עשה מה שהבטחתנו השקיפה ממעון קדשך מן השמים וברך את עמך ישראל בבנים ובבנות ואת האדמה אשר נתתה לנו בטל ובמטר ובולדות בהמה כאשר נשבעת לאבותינו ארץ זבת חלב ודבש כדי שתתן טעם בפירות :

13. *Respice de habitaculo sanctitatis tuæ de cœlis*, fecimus quodcunque decrevisti super nos, etiam tu fecisti quod promisisti nobis; *Respice de habitaculo sanctitatis tuæ, de cœlis, & benedic populo tuo Israeli*, cum filiis & filiabus; *Et terra quam dedisti nobis*, cum rore & pluvia, & bestiarum partu; *Uti jurasti patribus nostris, terram fluentem melle & lacte*, ut saporem det fructibus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שתתן טעם בפירות *ut fructibus largiatur saporem*, id est, ut pingues & sapore grati sint; hæc verò expositio quæ hoc loco adducitur, de verbo ad verbum inveniturr in sectione Legis, at non vult ut illa dicatur tempore confessionis; Verum nos vult docere per modum expositionis quomodo intelligenda sint verba in sectione Legis; sed in tempore lectionis legit tantum verba Legis ea lingua quâ illa tradita sunt à Propheta.

יד מכאן אמרו ישראל וממזרים מתודים אבל לא גרים ולא עבדים משוחררים שאין להם חלק בארץ רבי מאיר אומר אף לא כהנים ולוים שלא נטלו חלק בארץ רבי* יוסי אומר יש להם ערי.מגרש:

14. Hinc dixerunt, Israelita, & spurii confitebantur; non autem peregrini, nec servi libertate donati, quia illi non tenent partem terræ (Israelis). R. Meyr dicit, neque sacerdotes etiam, neque Levitæ, quia non tenent partem terræ; R. Jose dicit, tenent suburbia.

R. OB. DE BARTENORA.

מכאן אמרו *hinc dixerunt*, ex eo quod scriptum est, *terra quam dedisti nobis.* יש להם ערי מגרש *sunt illis suburbia*, & confiteri possunt super decimis quas detulerunt de suburbiis; decisio est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia verba capitis, quo de confessione agitur, dicunt, והארץ אשר נתתה לנו *& terra quam dedisti nobis*, indè non convenit ut peregrinus, aut servus libertate donatus dicat hanc confessionem, uti dicit Mischna; decisio est juxta R. Jose.

יה יוחנן כהן גדול העביר הודיית המעשר אף הוא בטל את המעוררים ואת הנוקפים ועד ימיו היה פטיש מכה בירושלם ובימיו אין אדם צריך לשאול על הדמאי : סליק

15. Jochanan pontifex maximus abrogavit confessionem decimarum, abrogavit etiam expergefacientes, & laniones; usque ad dies ejus percutiebat malleus Jerusolymis; Et diebus ejus non erat necesse ut homo rogaret de rebus quod ad decimationem dubiis.

R. OB. DE BARTENORA.

יוחנן כהן גדול *Jochanan pontifex maximus*, functus est sacerdotio magno post Schimeonem Justum. העביר הודיות המעשר *abrogavit confessionem decimarum*, quia Ezra instituit ne

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העביר הודיות המעשר *abrogavit confessionem decimarum*, quia eo tempore dicere non poterant ex Deut. 26:13. *secundum omnia præcepta tua quæ præcepisti mihi*, eo quod Deus bene-

ne Levitis darent decimas poſtquam à captivitate reverſus erat, Levitæ vero non reverſi erant cum eo, & mandavit ut poſſeſſores decimas darent ſacerdotibus; & Jochanan pontifex maximus abrogavit confeſſionem ſuper decimis, quia eo tempore non poterant dicere ex Deut. 26. 13. *Dedi etiam Levitis.*

בטל את המעוררים *abrogavit expergeſacientes*, id eſt, Levitas qui quotidie pro ſuggeſtu dicebant, עורה לכה תישן יהוה ex Pſal. 44: 24. Dixit, quomodo, an Dominus poteſt dormire? ſed impoſuit ſilentium.

ואת הנוקפים *& laniones*, qui vitulum oblationis percutiebant, & incidebant inter cornua ut caderet ſanguis in oculos, ne videret, & facilè mactari poſſet; propterea Jochanan eum modum abrogavit, quia animal videbatur commaculatum; & mandavit etiam ut in ſolo mactarent, ut collum beſtiæ incurvarent; נוקפים derivatur à נקף percutere, ſic Jeſ. 17:6. כנוקף זית *ut percutiens olivam.*

היה פטיש מכה בירושלם *percutiebat malleus Jeruſolymis*, opifices ſive fabri ærarii & ferrarii malleo percutiebant, ad ea opera peragenda quæ perirent niſi ſtatim peragerentur, quod licet diebus feſti intermediis, ſed Jochanan abrogavit eos, quia erat res publica, & vilipendium feſti.

בימיו אין צריך לשאול על הדמאי *in diebus illius non erat neceſſe rogare quod ad res propter decimationem dubias*, quia dixerat coætaneis ſuis, quemadmodum oblatio prima ſive magna involvit delictum mortis, ſic etiam oblatio de decimis, & res illibata involvit delictum mortis, ſi quis in iis peccaverit, ideoque ordinavit, ut de rebus dubiis ſepararetur oblatio de decimis, & decimæ ſecundæ tantum; non autem decimæ primæ aut decimæ pauperum, quia Levitæ aut pauperi dicere poterant, *proba eſſe rem illibatam, & accipe*; hac igitur conſtitutione ordinata & deinceps, is qui fructus emebat in loco publico non rogabat an ritè parati eſſent, an vero non, ſed ſtatim ſeparabat de iis oblationem de decimis, & decimas ſecundas, & quod reſtabat comedebat, quia omnes fructus qui emebantur à plebejis habebantur dubii quod ad decimationem.

benedictus mandavit ut decimæ primæ darentur Levitis, & illi eo tempore darent eas ſacerdotibus; Hoc autem factum eſt è Senatus decretò Ezra ſcriba, quia Levitæ non aſcenderant cum Ezra, ut ſcriptum eſt Ezra 8: 15. ואבינה בעם ובכהנים ומבני לוי לא מצאתי, pœnam ergo impoſuit ipſis Ezra, ne quis ipſis daret decimas, ſed ut illi darent ſacerdotibus decimas.

ואת המעוררים *& expergeſacientes*, ſunt Levitæ qui quotidie dicebant inter cantandum, עורה למה תישן יהוה ex Pſal. 44: 24. ſed hoc abrogavit Jochanan ne diceretur impoſterum, quia illo verſu quaſi cum Deo loquebantur, & exclamabant, id quod indignum eſt facere coram Deo.

הנוקפים *laniones*, ſunt illi qui cæſuram incidebant bobus in altare offerendis, ut ſanguis incideret in oculos eorum, ne viderent, & mactare eos poſſent facilius; נוקף vero eſt ille *qui infligit vulnus*; Et in Gemara dicitur de eo אין נוקף באצבעו מלמטה אלא א"כ מכריזין עליו מלמעלה *nemo digito percutit infernè niſi ſupernè (vel cœlitus) ſit decretum*; vide etiam derivationem vocis Eſa. 17: 6. הנוקף זית, quia is qui olivas percutit, contundit eas, & vulnerat, quando eas fortiter commovet; Jochanan ergo has removit actiones, quia bos ille qui offerebatur commaculatus videbatur; infixerunt ergo clavos ferreos humi, quibus beſtiæ pedes imponebant ut eo modo facilius mactarent eam, uti exponitur in tractatu Middot.

עד ימיו היה פטיש מכה בירושלים *uſque ad dies ejus percutiebat malleus Jeruſolymis*, id eſt, diebus feſti intermediis, ſed Jochanan vetuit ne quis faber ferrarius iſtis diebus malleo percuteret.

ובימיו אין אדם צריך לשאול על הדמאי *in diebus illius neceſſe non erat ut quis rogaret de rebus quod ad decimationem dubiis*, ob hanc cauſam, quia in diebus illius non adeo curabant dona Dei benedicti, neque ſeparabant de ſeminibus, ſed de oblatione magna tantum, & quod reſtabat comedebant; qui vero de illis erant ſolliciti, rogabant an decimatum eſſet, an vero res dubia eſſet quod ad decimationem, quod cum deprehendebat quis dubium eſſe quod ad decimationem, non emebat illud, quia de eo neceſſe erat ut decimæ darentur; qui vero non erat ſollicitus comedebat id quod ad decimationem dubium erat, quia ipſi ſufficiebat ſeparaſſe oblationem magnam. Jochanan autem coætaneis ſuis dixit, quemadmodum oblatio magna involvit mortem ſi quis eam non ſeparet, ſic etiam oblatio de decimis & res illibata involvit mortem; at ordinamus vobis rem facile peragendam, qua liberemini à delicto mortis; ordinavit igitur ne quicquam de rebus dubiis ſepararent præter oblationem de decimis, & decimas ſecundas, ut oblatio de decimis daretur ſacerdoti, & decimæ ſecundæ ederentur à poſſeſſoribus Jeruſolymis; ſed decimas primas & decimas pauperum, illis annis quibus ſeparabantur decimæ pauperum, non obligatur ſeparare de rebus dubiis, ſed Levitæ aut pauperi dicet, proba eſſe rem illibatam, & ſume tibi portionem tuam, eo quod tenemus fundamento, eum, qui dicit ſibi quicquam de bonis proximi ſeparandum eſſe, obligatum eſſe ut probet ſe id ipſum jure facere poſſe. Quando autem hanc conſtitutionem ordinaverunt, nemo qui fructus à plebejo emebat, rogabat an illibati eſſent, an vero non, ſed ſeparabant de illis oblationem de decimis, & decimas ſecundas, & comedebant quod reliquum erat, quoniam fructus plebejorum habentur de decimatione dubii; ſed hæc omnia prolixius in tractatu Demai.

Finis Tractatus de Decimis Secundis.

מסכת חלה

Tractatus de Placenta ſeparanda.

פרק א חמשה דברים חייבין בחלה החטים והשעורים והכוסכין ושבולת שועל ושיפון הרי אלו חייבין בחלה ומצטרפין זה עם זה ואסורין בחדש מלפני הפסח ומלקצור מלפני העומר ואם השרישו קודם לעומר העומר כתירן ואם לאו אסורין עד שיבא העומר הבא:

CAput I. Quinque res obligantur de Placenta, triticum, hordeum, ſpelta, avena, & ſecale, hæ ſunt obligatæ de Placenta, & conjunguntur inter ſe; ſed interdictæ ſunt ante Paſcha quando novæ ſunt, & non demeti debent ante manipuli meſſem. Si vero radices egerint ante meſſem manipuli, tum manipulus eas facit licitas; ſi vero non, vetitæ ſunt, donec advenerit meſſis manipuli futura.

R. OB. DE BARTENORA.

חמשה דברים חייבין בחלה *quinque res tenentur de placenta*, quia ſenſum placentæ percipimus de Paſchate, de quo dicitur Deut. 16:3. מצות לחם עוני, & hoc dicitur de placenta Num. 15:20. והיה באכלכם מלחם הארץ, quemadmodum ergo panis, cujus mentio facta eſt ubi de Paſchate, fermentari poteſt, ſic etiam panis cujus mentio facta eſt, ubi de placenta, fermentari poteſt, neque in ullam rem præter has quinque ſpecies cadit fermentalio.

ומצטרפין זה עם זה *& conjunguntur inter ſe*, ad implendum quantitatem maſſæ quæ tenetur de Placenta ſeparanda; at omnes non commiſcentur ſimul, quia diverſæ ſpecies non commiſcentur, uti deinceps capite quarto dicitur; ſed triticum conjungitur tantum cum ſpelta, quia ejuſdem ſpeciei eſt; hordeum autem conjungitur cum omnibus excepto tritico, nam etſi ſpelta ſit ſpecies tritici, non tamen propriè eſt ſpecies tritici; ſed ſpecies hordei & tritici etiam, & conjungitur cum tritico & hordeo. E Talmude Jeruſolymitano apparet has ſpecies ſimul depſi, & commiſceri, etſi diverſæ eſſent ſpecies; at ſi non depſitæ eſſent ſimul, ſed poſtea una maſſa tetigerit aliam, eædem ſpecies conjunguntur, at non diverſæ.

אסורין בחדש *interdictæ ſunt novæ*, quia ſcriptum Levit. 23:14. *Panem, toſtum, & Carmel non comedetis ad hunc diem uſque*, & ſenſum hujus panis percipimus ex pane de quo ſermo eſt ubi de Paſchate.

ומלקצור מלפני הפסח *& non debet demeti ante Paſcha*, nam non licet ullam de quinque illis ſpeciebus metere ante meſſem manipuli, quia de manipulo ſcriptum eſt Levit. 23:11. ראשית קצירכם id eſt, ut manipuli meſſis ſit totius meſſis prima; & vox ראשית intelligitur è voce ראשית de placenta, nam Levit. 23:11. ſcriptum eſt ראשית קצירכם & Num. 15:20. ſcriptum eſt ראשית עריסותיכם uti ergo in uno loco de quinque ſpeciebus intelligendum eſt, ſic etiam in altero de quinque ſpeciebus.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In principio tractatus Kilaim jam expoſuimus quod כוסמין notat *ſpeltam*, quæ eſt triticum ſylveſtre. שבולת שועל notat *avenam*, שיפון eſt ſpecies avenæ; dicit autem Scriptura in caſu Placentæ Numerorum 15:20. והיה באכלכם מלחם הארץ, & de fermento dicit Deut. 16:3. לחם עוני, uti ergo panis cujus mentio fit ad Paſcha non conficitur niſi ex quinque ſpeciebus, ſic etiam panis, de quo ſermo eſt ubi de placenta, non conficitur niſi de quinque memoratis ſpeciebus.

ומצטרפין זה עם זה *& conjunguntur inter ſe*, id eſt, reſpectu placentæ, ut, ſi illa fiat ex quinque illis ſpeciebus, maſſa teneatur de ſeparatione placentæ.

ואסורין בחדש מלפני הפסח *& interdictæ ſunt novæ ante Paſcha*, hoc eſt quod dixit Deus benedictus Levit. 23:14. ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו עד עצם היום הזה. Sed jam expoſuimus quinque illas ſpecies vocari *panem*.

ומלקצור מלפני העומר *& ne demetantur ante meſſem manipuli*, quia Deus benedictus dixit de manipulo agitationis Lev. 23:11. והבאתם את עומר ראשית קצירכם אל הכהן, at hæc dixerunt in Siphra, ראשית קצירכם *principio meſſis veſtræ*, ut ſit principium totius meſſis veſtræ; & ſic quoque interdictum eſt quicquam ex quinque illis ſpeciebus metere ante meſſem manipuli. Et quicquid ex illis quinque ſpeciebus fuerit ſatum, & radices egerit ante meſſem manipuli, licet metere poſt meſſem manipuli; at quod ex illis ſatum fuerit, & poſt meſſem manipuli radices egerit, id non licet metere antequam meſſus fuerit manipulus anni futuri. In Gemara dicunt, R. Schmuel filius Nachman omnia hæc percepit ex Jeſ. 28:25. ושם חטה שורה ושעורה נסמן וכוסמת גבולתו, ubi חטה eſt *triticum*, שורה *avena*, quæ שורה dicitur quia facta eſt inſtar שורה *lineæ*; שעורה *hordeum*, נסמן *ſecale*, כוסמת *ſpelta*, גבולתו *hucuſque terminus ejus, ſcil. panis*; & hæc eſt applicatio, uti videtis.

ואם השרישו *ſi vero radices egerint*, ſi una ex illis quinque ſpeciebus radices egerit in terra ante meſſem manipuli, manipulus efficit ut licita ſit, & meti poſſit poſt meſſem manipuli, quia ſcriptum eſt Num. 15:23. אשר תזרע בשדה id eſt, ab eo tempore quo ſatum radices egerit in campo. ואם לאו *ſi vero non*, ſi non egerit radices niſi poſt meſſem manipuli. אסורין עד שיבא העומר הבא *interdictæ ſunt donec advenerit manipulus futurus*, donec advenerit meſſis manipuli anni futuri.

SURENHUSIUS.

Hunc de placenta ſeparanda tractatum ſubjunxerunt iis quæ de Decimis & Trumot, quandoquidem, poſtquam exempta fuiſſent de ſemine debita iſta, (ſcilicet Truma & Decimæ) tunc immolito frumento fiebat ex eo farina quæ depſebatur, quo facto tenebatur maſſa illa de placenta. Ita Maimonides. Dicitur in hac Miſna ואסורין בחדש מלפני הפסח ומלקצור מלפני העומר *& interdictæ ſunt quod ad eſum dum novæ ſunt ante Paſcha, & non licet eas demetere ante meſſem manipuli*; ſed Rabbenu Aſcher hoc ordine tradit ואסורים בחדש מלפני העומר ומלקצור לפני הפסח *& interdictæ ſunt quod ad eſum dum novæ ſunt ante manipuli meſſem, & non licet eas demetere ante Paſcha*, & ſic quoque Bartenoram legiſſe videtur, cum in notis ſuis ad hanc Miſnam tradit מלקצור לפני הפסח nec non ad capitis decimi Miſnam ſeptimam in Menachot. Nam dici nequit quod Bartenora legit tantum ואסורין בחדש ומלקצור לפני הפסח non memorata voce עומר, quia in Gemara ad Menachot folio 60. col. 2. dicitur rem procedere juxta eum qui dicit קודם הבאת העומר. Et hoc ſenſu etiam legunt Jarchi & Toſephot. Videtur quod illa lectio בחדש לפני העומר ומלקצור לפני הפסח ſit fundamentalis, nam lectio illa Miſnica impreſſa in errorem poſſet inducere quemquam, quando enim legit אסורים בחדש מלפני הפסח illud idem eſt quod קודם הפסח *ante Paſcha*, quaſi liceret novis fructibus veſci ſimulac advenerit feſtum Paſchatis; atqui res aliter ſe habet. Nam Lex de manipulo utique clarè extat Levit. 23:14. עד עצם היום הזה עד הביאכם את קרבן אלהיכם. At hujus oblationis ſive manipuli adductio fiebat primo die feſti intermedio, id eſt tertio die feſti, & demetebatur, primo die feſto exeunte. Hinc ſatis clare conſtare poteſt legendum eo quo diximus ordine. Qui plura deſiderat, Jomtobum conſulat è quo hæc paucis attigimus.

ב האוכל מהם כזית מצה בפסח יצא ידי חובתו כזית חמץ חייב בהכרת נתערב אחד מהם בכל המינים הרי זה עובר בפסח הנודר מן הפת ומן התבואה אסור בהם דברי רבי מאיר וחכמים אומרים הנודר מן הדגן אינו אסור אלא מהן וחייבין בחלה ובמעשרות:

2. Qui comederit de illis quantitatem olivæ infermentatam tempore Paschatis, satisfecit; si quantitatem olivæ fermentatam ederit, reus est excisionis; si una earum commixta fuerit cum omnibus illis speciebus, transgressus est Paschatis præceptum. Qui de pane votum fecerit, & de proventu, ei interdictum est de illis, sunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, qui votum fecerit de frumento, ei non est vetitum nisi hæc tantum, & tenentur de Placenta, & de decimis.

R. OB. DE BARTENORA.

יצא ידי חובתו *egreditur manus officii sui*, id est, liber est ab omni reatu, quia scriptum est Deut. 16: 3. לא תאכל עליו חמץ שבעת ימים תאכל עליו מצות ergo in rebus quæ fermentari possunt, quilibet liber est à reatu azymi, at in rebus quæ non fermentantur, non liber est homo à reatu propter obligationem azymi.

נתערב אחד מהם בכל המינים *si una earum commixta fuerit cum omnibus illis speciebus*, si una illarum quinque specierum commixta fuerit cum aliis miscellaneis, ut, si כותח הבבלי *potus Babylonicus* commixtus fuerit cum sicera Meda, transgreditur jus Paschatis, secundum præceptum ejus, *Non videbitur*, *Non invenietur*, si id relinquat in potestate sua.

הנודר מן הדגן אסור בכל המינים *qui votum fecerit de frumento, illi interdictum est quod ad omnes species*, quia per frumentum intelligitur quidquid in modum frumenti accumulatur, legumina vero & semina sunt istiusmodi quæ in modum frumenti accumulantur. אינו אסור אלא בהן *non vetitum est ei nisi de his*, quia frumentum & proventus ejusdem species sunt; & decisio juxta Sapientes est.

וחייבין בחלה ובמעשרות *& tenentur de placenta & decimis*, quia dicere vult, hæc tenentur de placenta, & libera sunt à decimis; & hæc tenentur de decimis & libera sunt à placenta, propterea hoc loco dicit, *tenentur de placenta & decimis*.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

Comedere panem azymum nocte Paschatis est præceptum affirmans, uti dixit Deus benedictus Exod. 12: 18. בערב תאכלו מצות, præterea dixit Deut. 16: 3. לא תאכל עליו חמץ שבעת ימים תאכל עליו מצות לחם עני; eo autem quod vetitum est quod ad fermentum, homo egreditur manus officii sui in azymo, id est, liber est ab illo, nimirum, si comederit de eo quantitatem olivæ vesperi Paschatis, tum nullo reatu tenetur; si vero reliquis sex diebus comedere voluerit panem azymum, poterit etiam comedere legumina, & similia; sed hoc suo loco exponetur ulterius; Et hæ species sunt quæ fermentantur, at reliquæ non fermentantur, sed corrumpuntur. Hoc intelligunt quando dicunt יצא אורז ודוחן ופרגין ושומשמין *excipe oryzam, milium, μήκωνα, & sesamum*, quia non fermentantur, sed corrumpuntur.

הרי זה עובר בפסח *hic transgressus est præceptum Paschatis*, quicunque in potestate sua reliquerit species illas commixtas, transgressus est præceptum, *Non videbitur*, *Non invenietur*, si quantulacunque commixtio cum illis fuerit commixta; & in mixtione illa fuerit aqua, uti exponetur in tractatu Pesachim. Non est igitur controversia inter Sapientes, ac si illi qui votum fecerit de pane & proventu interdictum esset quod ad quinque species tantum; sed controversia est inter Sapientes & R. Meyr de eo qui votum fecerit de frumento, nam Sapientes dicunt hoc non esse vetitum, præterquam in quinque illis speciebus tantum; R. Meyr vero putat, illi qui votum fecerit de frumento interdictum esse quod ad omnes species, at licitum esse quod ad arborum fructus; quia juxta sententiam R. Meyri frumentum comprehendit proventum & legumina; at juxta Sapientes frumentum & proventus eadem res est, & hoc quoque ulterius exponetur in tractatu Nedarim. חייבין בחלה ובמעשרות *tenentur de placenta & decimis*, quia dicere posset, obligata sunt de placenta, & libera sunt de decimis, aut vice versa; decisio non est juxta R. Meyr.

SURENHUSIUS.

הנודר מן הפת וכו׳ דברי רבי מאיר וחכמים אומרים הנודר מן הדגן וכו׳ *si quis votum fecerit se non comesurum panem &c. sunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, si quis votum fecerit se non comesurum frumentum &c.*, hoc sensu legitur in omnibus libris typis expressis; sed ex sententia Bartenoræ constat quod ad verba R. Meyri legit, הנודר מן הדגן אסור בכל המינין *si quis votum fecerit de frumento prohibitus est ab omnibus frumenti speciebus*, quemadmodum tradit R. Meyr Nedarim capite septimo Misna secunda הנודר מן הדגן אסור בכל. Sed Jomtobus dicit se nullibi in exemplaribus ita ad hunc locum invenisse, ideoque Bartenora hic emendandus est.

ג אלו חייבין בחלה ופטורים מן המעשרות הלקט והשכחה והפאה וההפקר ומעשר ראשון שנטלה תרומתו ומעשר שני והקדש שנפדו ומותר העומר ותבואה שלא הביאה שליש רבי אליעזר אומר תבואה שלא הביאה שליש פטורה מן החלה:

3. Hæc tenentur de placenta, sed libera sunt à decimis, spicilegium, manipulus oblivionis, angulus, commune, & decimæ primæ de quibus separata est oblatio earum prima, & decimæ secundæ, ac sanctum quod redemptum est, reliquiæ manipuli, & proventus cujus tertia pars non crevit. R. Eleasar dicit, proventus cujus tertia pars non crevit, liber est à placenta.

R. OB. DE BARTENORA.

Spicilegium, manipulus oblivionis, angulus, & commune, libera sunt à decimis, quia scriptum est Deut. 12: 12. ובא הלוי כי אין לו חלק ונחלה עמך des ergo ipsi de eo quod tu tenes, ipse vero non tenet, uttecum teneat partem.

ומותר העומר *& reliquiæ manipuli*, nam manipulus offerebatur de tribus satis, & separabant de eo decimam partem farinæ cribratæ tredecim cribris, & quod reliquum erat redimebant, & comedebatur à quolibet homine, & obligabatur de

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus quod spicilegium, manipulus oblivione relictus, angulus, & quicquid commune est, liberum est à decimus. ומותר העומר *& reliquiæ manipuli*, intellige id quod de messe manipuli remanserit ad offerendum de eo manipulum, quia de optimo sumebant manipulum, & relinquebant id quod restabat, uti exponetur suo loco.

ותבואה שלא הביאה שליש *& proventus cujus tertia pars non crevit*, ejus massa fermentatur, sed jam diximus quicquid

de placenta, at liberum à decimis, quia sanctum erat quando opus ejus perficiebatur in area.

ותבואה שלא הביאה שליש *& proventus qui non protulit tertiam partem*, ille tenetur de placenta, quia fermentat, & quicquid fermentum excitat comprehenditur sub nomine panis, & tenetur de placenta; at liberum est à decimis, quia de decimis scriptum est Deut. 14:22. תבואת זרעך, ergo id quod satum fuerit & creverit tenetur de decimis, hoc autem si fuerit satum, non crescet. quid fermentatur id teneri de placenta. R. Elieser probationem adfert ex Num. 15:20. כתרומת גורן כן תרימו אותה *juxta oblationem areæ separabitis eam*, quemadmodum oblatio prima separatur tantum de proventu in area, quando tertia pars creverit, sic etiam de proventu non separatur placenta, nisi tertia pars creverit; decisio non est juxta R. Elieser. שלא הביאה שליש פטורה מן החלה *Quod non produxerit tertiam partem, liberum est à placenta*, quia scriptum est Num. 15:20. כתרומת גורן כן תרימו quemadmodum oblatio prima non adducebatur de proventu qui non produxerat tertiam partem, ita etiam placenta non separatur de proventu qui non produxit tertiam partem; decisio non est juxta R. Eliefer.

ד אלו חייבין במעשרות ופטורין מן החלה האורז והדוחן והפרגים והשומשמין והקטניות ופחות מחמשת רבעים בתבואה הסופגנין והדובשנין והאסקריטין וחלת המשרת והמדומע פטורין מן החלה :

4. Hæc tenentur de decimis, & libera sunt à placenta; oryza, milium, μήκων, & sesamum, ac legumina; in proventu autem minus quam quinquies quarta pars; sic etiam lagana, crustula mellita, crustulata, & placenta sartaginis, ac miscellanea libera sunt à placenta.

R. OB. DE BARTENORA.

פרגין Arabicè כשבאש dicitur, barbarè *papaver*. ופחות מחמשת רבעים בתבואה *& minus quam quinquies quarta pars in proventu*, proventus qui minus quam quinquies quartam partem farinæ confecerit, tenetur de decimis, massa vero illa quæ depsa fuit de farina ista, libera est à placenta, quia massæ quantitas quod ad obligationem placentæ est quinquies sexta pars farinæ, & plus, nempe, paulo magis quam quinque partes.

סופגנין est panis cujus massæ subactio tenuis est, & alba instar spongiæ; aliter, placentas tenues Targum exponit אסופגנין. דובשנין *placentæ mellitæ*, aut *melle subactæ*. אסקריטין sunt etiam placentæ tenues.

חלת המשרת *placenta sartaginis*, placenta in sartagine tosta, in Targum dicitur משריתא. Per המדומע *miscellaneum* intelligit, si, exempli gratia, satum oblationis inciderit in minus quam centum sata profana, totum commiscetur, & interdictum est alienigenis, & liberum est à placenta, quia scriptum est Num. 15:2. תרימו תרומה non quod ea jam separata est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus in tractatu Schebhiit voces אורז, דוחן, quæ sunt semina benè nota; פרגין Arabicè כשבאש. שומשמין Arabicè אלסמסם dicitur. ופחות מחמשת רבעים בתבואה *& minus quam quinquies sexta pars in proventu*, hoc minus est quam quantitas placentæ. סופגנין, דובשנין, אסקריטין, וחלת המשרת hæc nomina omnia sunt species panis, nisi quod ab initio subactionis eorum alio modo operantur in illis, commiscentes cum illis oleum aut mel, aut intingunt ea in juscuiis aut decoctis, & diversis coquendi modis ea coquunt, ac cognominantur à rebus illis quibuscum commiscentur, & respectu operum etiam Chaldaicè רקיקי מצות *lagana azyma* vocantur אספוגנין. דובשנין ita vocantur lagana, quia melle subacta sunt. אסקריטין in Targum exponitur צפיחית; & וחלת המשרת exponit Targum מחבת כשריתא. המדומע *miscellaneum*, est profanum cum oblatione prima mixtum; sed hoc jam expositum est in tractatu Trumot. פטורה מן החלה *liberum est à placenta*, hoc referendum est ad סופגנין, דובשנין, אסקריטין, חלת המשרת, & מדומע; & quod in principio dixit, *tenentur de decimis, at libera sunt de placenta*, referendum est ad oryzam, milium, μήκωνα, sesamum, legumina, & minus quam quinquies quarta pars farinæ in proventu.

ה עיסה שתחלתה סופגנין וסופה סופגנין פטורה מן החלה תחלתה עיסה וסופה סופגנין תחלתה סופגנין וסופה עיסה חייבין בחלה וכן הקנובקאות חייבות :

5. Massa quæ in principio fuit Sophganin, & in fine fuit Sophganin, libera est à placenta; si vero in principio fuit massa, & in fine Sophganin; Aut si in principio fuit Sophganin, & in fine massa, tenetur de placenta; sic etiam mustaceum tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

עיסה שתחלתה סופגנין *massa quæ in principio fuerit Sophganin*, est massa cujus subactio & commixtio tenuis & rara est, (de voce Sophganin vide Mischnam antecedentem.) וסופה סופגנין *& in fine Sophganin*, torrent eam in patella oleo & melle, aut in aqua coquunt. תחלתה סופגנין וסופה עיסה *in principio Sophganin & in fine massa*, si subactio massæ fuerit alba & tenuis, & postea cocta fuerit in clibano. קנובקאות est panis quem denuo resolvunt in farinam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קנובקאות est farina tosta & macerata oleo, & postquam macerata & cocta fuerit, denuo resolvunt eam manibus in farinam.

ו המעיסה בית שמאי פוטרין ובית הלל מחייבין החליטה בית שמאי מחייבין ובית הלל פוטרין חלות תודה ורקיקי נזיר עשאן לעצמו פטור למכור בשוק חייב :

6. Meissa, Schola Schamai liberam pronunciat eam, Schola Hillelis obligatam pronunciat; Chalita, Schola Schamai obligatam pronunciat; Schola Hillelis liberam pronunciat. Placentas confessionis, & lagana Naziræi, si quis confecerit pro se ipso, liber est, sed si ad vendendum in loco publico, reus est.

R. OB. DE BARTENORA.

מעיסה *Meissa* notat farinam in aquam ferventem inditam; sed

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מעיסה vocatur farina quando aquæ fervidissimæ inditur, quæ

sed חליטה notat aquam calidam in farinam inditam. In Gemara exponitur hic esse duos doctores, & eum qui unum dixit membrum non dixisse alterum, unus doctor dixit, *Meissa idem esse quod Chalita*, eo sensu quo Schola Schamai eas pronunciat liberas ; Schola Hillelis vero utramque obligatam pronunciat ; alter doctor dixit, *Chalita idem est quod Meissa*, eo sensu quo Schola Schamai utramque pronunciat obligatam, Schola Hillelis autem utramque liberam ; sed decisio juris est, tam Meissam quam Chalitam, si coctæ fuerint in clibano, obligatas esse de placenta ; si vero in sartagine tostæ fuerint, aut in quocunque instrumento quod ignis penetrat, liberæ sunt à placenta.

עשאן לעצמו *si confecerit eas pro se ipso*, in usum confessionis suæ & Naziræatus. פטור *liber est*, quia convolvit & subegit ad eas sanctificandas, quoniam Scriptura dixit Num. 15: 20. עריסותיכם *massæ vestræ*, non autem massa sanctitatis. למכור בשוק *ad vendendum in foro*, illis qui indigent laganis confessionis & Naziræatus. חייב *reus est*, quia, quicquid factum est ut in foro vendatur, homo animo volvere solet, an id vendet vel non, ergo non subacta est massa in usum sanctum, ideo de ea placentam separare tenetur.

quæ tota maceratur ; quando autem aqua fervida inditur in farinam, vocatur חליטה ; neque differentia est inter Meissa & Chalita, nisi quod Schola Schamai eam, nempe Meissam pronunciat liberam, Schola Hillelis vero obligatam ; & eodem modo quod ad Chalitam, quam Schola Schamai obligatam, Schola Hillelis vero liberam pronunciat ; decisio autem ea est, quod tam Meissa quam Chalita, si in clibano coctæ fuerint, tenentur de placenta ; si verò fuerit opus sartaginis, ut eas ope ignis coquant in sartagine, libera sunt à placenta.

חלות תודה ורקיקי נזיר *placentæ confessionis, & lagana Nazirei*, horum quantitas in Lege memoratur, nec non confectionis modus; si vero eas pro se ipso fecerit, sanctificantur, & non tenentur de placenta; at si eas fecerit ad vendendum in foro, non sanctificantur, quia intentio ejus est comedere eas, quando non poterit vendere ; ita exponitur in Gemara ; Contradictio vero inter Schamai & Hillel exponitur in Talmude Jerusolymitano.

ז נחתום שעשה שאור לחלק חייב בחלה נשים שנתנו לנחתום לעשות להם שאור אם אין בשל אחת מהן כשעור פטורה מן החלה :

7. Pistor qui confecerit fermentum ad dispertiendum, tenetur de placenta ; Mulieres quæ pistori dederint ad conficiendum fermentum, si in qualibet massa non fuerit quantitas requisita, liberum est à placenta.

R. OB. DE BARTENORA.

נחתום שעשה שאור לחלק *pistor qui confecerit fermentum ad dispertiendum*, & in eo fermento comprehensa fuerit quantitas quæ tenetur de placenta ; fuerit autem intentio ejus dispertire in massas illud fermentum, & eo modo vendere, etsi non fuerit ea quæ requiritur quantitas, tenetur tamen de placenta. חייב בחלה *tenetur de placenta*, quia intentio ipsius est comedere inde fermentum, si non inveniat emtores, vel ex omnibus unam facere massam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Expositio hujus Mischnæ ita se habet, si mulieres pistori dederint massam e qua conficiat fermentum, & in qualibet inventa fuerit quantitas placentæ, tenetur de placenta ; si vero in qualibet non inventa fuerit quantitas placentæ, liber est de placenta. Quod vero dicit, si pistor pinsuerit massam, & indè confecerit fermentum, ut illud hominibus vendendum exponat, tenetur ; ideo fit, quia intentio ejus est, si non invenerit emtores fermenti, indè conficere unam massam, eamque coquere, uti supra dictum est, ut publicè vendat, & propterea tenetur de placenta.

ח עיסת הכלבים בזמן שהרועים אוכלין ממנה חייבת בחלה ומערבין בה ומשתתפין בה ומברכין עליה ומזמנין עליה ונעשית ביום טוב ויוצא בה אדם ידי חובתו בפסח אם אין הרועים אוכלין ממנה אינה חייבת בחלה ואין מערבין בה ואין משתתפין בה ואין מברכין עליה ואין מזמנין עליה ואינה נעשית ביום טוב ואין אדם יוצא בה ידי חובתו בפסח בין כך ובין כך מטמאה טומאת אוכלין :

8. Massa canum, eo tempore quo pastores de ea edunt, tenetur de placenta, & commiscent eâ, ac societatem ineunt de ea, & benedictionem recitant super ea, & benedicunt super ea in plurali, & conficitur die festo, & egreditur eâ homo manus officii sui tempore Paschatis: Si vero pastores eam non comedant, non tenetur de placenta, neque se commiscent de ea, neque super ea societatem ineunt, neque benedictionem recitant, neque benedicunt in plurali super ea, neque conficitur die festo, neque homo eâ egreditur manus officii sui tempore Paschatis ; Nihilominus tamen polluitur pollutione cibi.

R. OB. DE BARTENORA.

עיסת הכלבים *massa canum*, conficitur è farina & furfure intermixto. בזמן שהרועים אוכלין ממנה *eo tempore quo pastores comedunt de ea*, quando non tanta furfuris copia cum ea mixta est. חייב בחלה *tenetur de placenta*, quandoquidem pastoribus conducit in cibum, vocatur panis.

ומערבין בה *& commiscent se propter eam*, faciunt super ea commixtionem terminorum, conjungendo loca intermedia, & atria domibus. ומשתתפין בה *& associant se propter eam*, ineunt societatem platearum, ut ex atriis introitum petere possint, & ita simul esse. ומברכין עליה *& benedictionem recitant super eam*, benedictionem cibi, (vide tractatum Berachot.) ומזמנין עליה *& benedicunt in plurali super ea*, tres de condicto comedunt simul, qui tenentur recitare benedictionem societatis. ונעשית ביום טוב *& conficitur die festo*, in usum pastorum.

ויוצא

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עיסת הכלבים *massa canum*, depsunt eam furfure, ea intentione ut eam canibus comedendam proponant, aut aliis bestiis; & si nemo hominum de ea comedere poterit, non tenetur de placenta, quia Deus benedictus dixit Num. 15: 20. באכלכם מלחם הארץ *Quando comeditis de pane terræ*. Sed non faciunt de ea commixtionem terminorum, neque associationem introitus, eo quod illæ terminorum commixtiones non fiunt nisi in rebus quarum intentio fuit ut comedantur à possessoribus, uti exponetur in tractatu Erubhim.

Neque benedictionem super ea recitant, neque ad convivandum invitant, quia habetur legumina ; *neque conficitur die festo*, quia de die festo Deus dixit Exod. 12: 16. הוא לבדו יעשה לכם, ad hæc dixerunt, לכם *vobis*, at non canibus vestris.

ואין אדם יוצא בה ידי חובתו בפסח *neque homo in ea egreditur*

ויוצא בה אדם ידי חובתו בפסח *& egreditur manus officii in ea Paſchate*, prima nocte Paſchatis, quando tenetur comedere quantitatem olivæ panis azymi, liber eſt à reatu quod ad illam maſſam. אינה חייבת בחלה *non tenetur de placenta.* Quia Num. 15:20. dicitur ראשית עריסותיכם *initium maſſarum veſtrarum*, ſed non maſſæ beſtiarum. מטמא טומאת אוכלין *polluitur pollutione edulium*, quandoquidem in neceſſitate interdum talis maſſa hominibus cedit in cibum, ideo polluitur, niſi canibus inidonea ſit.

ditur manus officii ſui in Paſchate, hanc phraſin explicuimus Miſchna ſecunda hujus capitis, quia homo non egreditur manus officii ſui in re iſtiuſmodi tantum quæ tenetur de placenta; Sed ſi in tempore eſus ipſius intentio fuerit tam pro eſu canum quam pro eſu hominum, tum illa maſſa tenetur de eo de quo tota maſſa tenetur, & non eſt inter eas differentia.

בין כך ובין כך מטמא טומאת אוכלין *nihilominus tamen polluitur pollutione ciborum*, neque intentio neceſſaria eſt, nimirum, quod non eſt neceſſe ut de ea cogitet quod ad cibum hominis, nam cum homini deſtinata ſit, polluit, niſi canibus inidonea ſit eſu, uti exponitur cap. 8. tractatus Taarot.

SURENHUSIUS.

ומערבין בה *& commiſcent ope illius* (maſſæ quæ canibus paſtorum objicitur.) Bartenora hoc exponit de commixtione atriorum, quando dicit ערובי חצירות *commixtiones atriorum*; & hoc ſenſu etiam Jarchi ad caput ſecundum tractatus Beza fol. 21. Sed Maimonides exponit ערובי תחומין *commixtiones terminorum*, quaſi res ſtricte intelligenda ſit de terminorum mixtione, eo quod ſententia ejus eſt, quod de quacunque re ſocietatem ineunt במבוי *in ingreſſu*, & eam commiſcent in terminis, quod non ita comparatum eſt cum atriorum commixtionibus, quia in iis non commiſcent niſi ope panis, quemadmodum exponitur in principio capitis tertii, & Miſna decima capitis ſeptimi tractatus Erubin.

ט החלה והתרומה חייבין עליה מיתה וחומש ואסורים לזרים והם נכסי כהן ועולין באחד ומאה וטעונין רחיצת ידים והערב שמש ואין נוטלין כן הטהור על הטמא אלא מן המוקף ומן הדבר הגמור האומר כל גרני תרומה וכל עיסותי חלה לא אמר כלום עד שישייר מקצת :

9. De placenta & oblatione prima tenentur ſub pœna mortis, & de quinta parte etiam, & interdictæ ſunt alienigenis, & ſunt bona ſacerdotis, & aſcendunt in uno & centum, & obligant de lotione manuum, & occaſu ſolis, & non ſeparant de puro pro impuro, niſi de circumdato, & re perfecta. Qui dixerit, *tota mea area ſit oblatio prima, & tota mea maſſa ſit placenta*, nihil omnino dixit, niſi quicquam reliquerit.

R. OB. DE BARTENORA.

חייבין עליה מיתה *tenentur de iis ſub pœna mortis*, ſi is qui non eſt ſacerdos comederit eas de induſtria, condemnatus eſt mortis, quæ ipſi divinitus infligitur; quia placenta vocatur oblatio prima; at de oblatione prima ſcriptum eſt Levit. 22:9. ומתו בו כי יחללוהו *& morientur, quando profanaverint eam.* וחומש *& de quinta parte*, qui oblationem ex ignorantia comederit, ſummam principalem reſtituet poſſeſſori, & quintam partem cuicunque voluerit ſacerdoti. ואסורים לזרים *& interdictæ ſunt alienigenis*, ſine neceſſitate hoc dicitur, nam ſi alienigenis ſub pœna mortis interdictæ ſint, & propter quintam, clarum eſt eas alienigenis eſſe interdictas. Juxta R. Jochanan qui dicit dimidium quantitatis de Lege vetitum eſſe, dicere poſſumus, quod ille dicit, quod vetitæ ſunt alienigenis quod ad dimidium quantitatis, in quo non habet locum pœna mortis, nec pars quinta, ſed ad minimum interdictum Legis. נכסי כהן *bona ſacerdotis*, qui ea vendere poteſt, vel iis emere ſervos, aut beſtias immundas.

ועולין באחד ומאה *& aſcendunt in uno & centum*, ſi mixta fuerit una pars oblationis cum centum profanis. וטעונין רחיצת ידים *& obligant de lotione manuum*, quicunque placentam & oblationem attingere velit, tenetur prius lavare manus, eo quod manus eas polluunt, ſi non fuerint lotæ.

והערב שמש *& de veſpera ſolis*, pollutus qui ſe lavit de oblatione comedere nequit, niſi occiderit ſol, juxta id quod extat Levit. 22:7. ובא השמש ויאכל מן הקדשים eadem res eſt cum placenta.

אין נטלין כן הטהור על הטמא *non ſeparant de mundo pro immundo*, ne quis ſepararet de non circumdato, quia timendum eſt ne attingat immundum in mundo & id polluat, ideo neceſſe ut is qui ſeparat, de circumdato ſeparet, uti ſtatim dicit Miſchna, אלא מן המוקף *niſi de circumdato*, ſed legendum eſt, ואין נוטלין אלא מן המוקף *neque ſeparant niſi de circumdato*, circumdatum verò id eſt quod undiquaque cum alia re conjunctum eſt.

ומן הדבר הגמור *& de re perfecta*, cujus opera jam perfecta ſunt, de placenta autem quando maſſa in orbicularem formam eſt redacta. עד שישייר מקצת *donec reliquerit quicquam*, quia de oblatione prima & placenta extat vox ראשית *principium*, ideoque neceſſe eſt ut reliquiæ ejus cognoſcantur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Invenimus quod Deus benedictus placentam vocavit oblationem primam, uti ſcriptum eſt Num. 15:20. חלה תרימו תרומה; & de oblatione prima dicit Levit. 22:9. ומתו בו כי יחללוהו. Si vero Iſraelita eam comederit de induſtria, mortis condemnatus eſt manu Dei infligendæ, at ſi eam ex ignorantia comederit, tenetur addere quintam ejus partem, uti explicatur in tractatu Trumot.

נכסי כהן *bona ſacerdotis*, quatenus iis uti poteſt ad ſponſalia uxoris. ועולין באחד ומאה *& aſcendunt in uno & centum*, uti hoc expoſitum eſt in tractatu Trumot. וטעונין רחיצת ידים *& obligant de lotione manuum*, etſi manus puræ ſint, & hoc eſt unum ex octodecim ſtatutis quæ decreverunt, quod paſſim in libro Taarot exponitur; Si ergo oblationem primam aut placentam attigerit manibus, etſi puris, & non laverit ad tangendum eas, fecit eaſdem ineptas; propterea obligatur de lotione manuum ad comedendum fructus oblationis primæ, at non tenetur de lotione in rebus profanis, neque decimis.

והערב שמש *& de veſpera ſolis*, quia Levit. 22:7. dictum eſt, ובא השמש וטהר ואחר יאכל מן הקדשים Et pro fundamento tenemus, quod occaſus ſolis non impedit eſum de oblatione prima; ſed hoc jam expoſuimus in tractatu Berachot Miſchna prima capitis 1.

אלא מן המוקף *ſed de circumdato*, id eſt, de re quæ in loco eodem undiquaque cum hac conjuncta & circumdata fuerit, ne igitur de hac maſſa placentæ ſeparet quod debetur pro illa, & id quod debetur pro alia maſſa quæ fuerit in alio loco, unde eveniret ut ſepararet de eo quod non eſt circumdatum pro eo quod eſt circumdatum: Senſus vero hujus rei ita ſe habet, non ſeparant de mundo pro immundo, neque ſeparant niſi de circumdato; Eodem modo ſe res habet cum oblatione prima in area, quemadmodum diximus in tractatu Trumot.

ומן הדבר הגמור *& de re perfecta*, quoniam vocatur ראשית *principium*; & dixerunt ראשית דגנך *principium frumenti tui*, id eſt, non ſeparabis de eo niſi fuerit *frumentum tuum*, nimirum, donec purgatum ac perfectum fuerit quod ad omnia ejus opera. עד שישייר מקצת *uſque dum remanſerit quicquam*, id eſt, non vocatur principium, niſi dum remanſerit quicquam; & hoc eſt illud ipſum quod dixerunt מראשית *de principio*, non totum principium; hoc ſenſu deciſio pronunciatur in tractatu Berachot.

פרק ב פירות חוצה לארץ שנכנסו לארץ חייבים בחלה יצאו מכאן לשם רבי אליעזר מחייב ורבי עקיבא פוטר:

Caput 2. Fructus extra terram qui intrarunt terram (Iſraelis,) tenentur de placenta; & qui indè exierunt eò, R. Elieſer obligat eos; R. Akiba liberat.

R. OB. DE BARTENORA

פירות חוצה לארץ שנכנסו לארץ חייבין בחלה *fructus extra terram qui intrarunt terram, tenentur de placenta*, quia dicitur Num. 15:18. בבואכם אל הארץ אשר אני מביא אתכם שמה ergo illic eritis obligati, tam de fructibus terræ illius, quam de fructibus extra terram illam.

מכאן לשם *indè illuc*, de terra Iſraelis ad terminos extraneos. *R. Elieſer obligat*, quia dicitur verſu 19. והיה באכלכם מלחם הארץ id eſt, tam quando comeditis eos in terra Iſraelis, quam extra eam, nam quandoquidem fuerit panis terræ Iſraelis, obligatur de placenta. *R. Akiba liberat*, eſt exceptio, quam comprehenſam putat in voce שמה *illic*, eo ſenſu, illic eritis obligati, & non eritis obligati extra terram, etſi comedatis de pane Iſraelis terræ; deciſio eſt juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Num. 15: 18. בבואכם אל הארץ אשר אני מביא אתכם שמה ergo illic eritis obligati, ſed extra terram illam non eritis obligati. R. Elieſer dicit, verba illa quæ ſequenti verſu occurrunt והיה באכלכם מלחם הארץ intelligenda eſſe tam de fructibus terræ Iſraelis quam extraneæ, & propterea dicit, qui exierunt è terra extra terram obligati ſunt; deciſio eſt juxta R. Akiba.

ב עפר חוצה לארץ שבא בספינה לארץ חייבת במעשרו ובשביעית אמר רבי יהודה אימתי בזמן שהספינה גוששת עיסה שנילושה במי פירות חייבת בחלה ונאכלת בידים מסואבות:

2. Pulvis qui venit navi in terram (Iſraelis,) è loco extra terram, tenetur de decimis, & de anno ſeptimo. Dixit R. Jehuda, quando hoc fit? quando navis attigit terram. Maſſa aquis fructuum macerata tenetur de placenta, & comeditur manibus pollutis.

R. OB. DE BARTENORA.

עפר חוצה לארץ שבא בספינה לארץ *pulvis qui de loco extra terram venerit in terram navi*, ſermo eſt de navi perforata, quam gleba terræ oblinunt, ne aqua ingrediatur navem.

חייבת במעשרות *tenetur de decimis*, ſi ſemina in pulvere navis ſeverit, quæ creverint, etſi pulvis fuerit de loco extra terram, tamen, quia navis perforata eſt, ſemen ſugit ac attrahit vapores ejus. בזמן שהספינה גוששת *quando navis attigit terram*, quando navis attigit maſſas pulveris terræ Iſraelis adhærentes.

עיסה שנילושה במי פירות *maſſa quæ macerata eſt aquis fructuum*, in Talmude Jeruſolymitano monſtratur quod deciſio non eſt juxta ſimplicem & abſolutum Miſnæ ſenſum, & quod maſſa illa quæ macerata eſt aquis fructuum, libera eſt à placenta; propterea maſſa non eſt ſubigenda, quæ tenet quantitatem placentæ, in aquis ovorum aut fructuum tantum, ſine commixtione aquæ, quia deciſio non eſt clara, an obligata ſit de placenta, an vero ſit libera. ונאכלת בידים מסואבות *& comeditur manibus pollutis*, quia cibus non diſponit ad contrahendam pollutionem, niſi acceſſerit aqua, aut quicquam ex ſeptem liquoribus, id autem quod non diſponit ad impuritatem, non inquinatur manibus pollutis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fructus qui creverunt extra terram Iſraelis non tenentur de decimis juxta Legem, neque de jure anni ſeptimi; & ſi pulvis aut arena extra terram navi in terram Iſraelis fuerit invecta, & ſeminaverit in illo pulvere, tenetur ſemen illud, quod in eo continetur, de omni jure ac ritu; ea tamen conditione ut navis terram contingat, & hic eſt ſenſus גוששת ת״ק, quod derivatur à גוש *maſſa pulveris*. Jam expoſuimus, quod ubicunque R. Jehuda dicit אימתי *quando*, eum exponere antecedentia, & eo ſenſu non contradicere. Diximus etiam, quod aquæ fructuum non diſponunt ad impuritatem; expoſuimus etiam caſus diſpoſitionis, id quod ſuo loco ulterius exponetur in Taarot. Propterea, ſi quis maceraverit farinam in aquis fructuum, panis inde confectus comeditur manibus pollutis, nam quoniam non diſponitur ad immunditiem, non redditur ineptus ille panis, ſi quis eum tangat manibus pollutis.

ג האשה יושבת וקוצה חלתה ערומה מפני שהיא יכולה לכסות את עצמה אבל לא האיש מי שאינו יכול לעשות עיסתו בטהרה יעשנה קבין ואל יעשנה בטומאה ורבי עקיבא אומר יעשנה בטומאה ואל יעשנה קבים שכשם שהוא קורא לטהורה כך הוא קורא לטמאה לזו קורא חלה בשם ולזו קורא חלה בשם אבל קביים אין להם חלק בשם.

3. Mulier conſidens ſeparet placentam nuda, quia ſe tegere poteſt; at non vir. Qui maſſam conficere non poteſt in puritate, conficiet eam in cabos, ſed eam non conficiet in impuritate. R. Akiba dicit, conficiet eam in impuritate, at non conficiet in cabos, nam quemadmodum vocat mundum, ſic etiam vocat immundum, hoc vocat placentam nomine, & illud vocat placentam nomine, at cabis non eſt pars cum nomine (Dei.)

R. OB. DE BARTENORA.

קוצה חלתה ערומה *ſeparat placentam nuda*, ſeparare poteſt placentam, & benedictionem recitare ſuper oblatione ejus; at eo modo ut facies genitalium partium in terram conjectæ ſint, & tectæ ſint, nam in natibus non habet locum pudor in caſu benedictionis dicendæ; at vir non poteſt benedicere nudus, quia partes genitales tegere nequit, quoniam antrorſum extenſæ ſunt, & prominent.

מי שאינו יכול לעשות עיסתו בטהרה *qui non poterit maſſam ſuam*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מפני שהיא יכולה לכסות *quia illa ſe tegere poteſt*, id eſt, quando pedes æqualiter extendens in terram conſidet pedibus conjunctis, non conſpicientur genitalia, & licebit ipſi recitare benedictionem, & ſeparare placentam; Sic etiam in Gemara dicunt, eo ſenſu ut facies partium genitalium in terram conjecta ſit, viro autem nudo, etſi conſideat, quoniam partes illius genitales prominent, interdictum eſt recitare benedictionem, & propterea nec placentam ſeparat.

מי

ſuam conficere in puritate, ſi fuerit pollutus, & non inventa fuerint quadraginta ſata aquæ in quam ſe immergat.

יעשנה קבין *conficiet eam in cabos*, quamlibet maſſam conficiet cum quantitate unius cabi, ne obligata ſit de placenta, & cogatur eam ſeparare in impuritate. יעשנה בטומאה *conficiet eam in impuritate*, quia eo modo præſtat, quam ut liberaret maſſam ſuam â placenta, ne in ea ſit portio pro Deo; deciſio non eſt juxta R. Akiba.

מי שאינו יכול לעשות עיסתו בטהרה *qui non poterit maſſam ſuam facere in puritate*, id eſt, ſi pollutus fuerit, & inter eum & aquam fuerit majus ſpatium quam quatuor milliaria ante eum, non obligant eum ut abeat ad locum quo ſe immergat, & deinde depſat in puritate, ſed depſet in impuritate potius; attamen non depſet niſi cabos, utpote minoris quantitatis quam placenta, ne maſſa obligata ſit de placenta; quantitatem cabi jam explicuimus. Sic etiam nemini imponunt ut a poſteriori parte revertatur ad quærendum aquas, etſi procul diſtent; at ſi inter eum & aquam fuerit ſpatium quatuor milliarium â parte anteriori, aut minus, interdictum ipſi eſt depſere in impuritate; deciſio non eſt juxta R Akiba.

ד העושה עיסתו קבים ונגעו זה בזה פטורים מן החלה עד שישוכו רבי * אליעזר אומר אף הרודה ונותן לסל הסל מצרפן לחלה :

4. Si quis maſſam ſuam confecerit in cabos, & una aliam attigerit, liberæ ſunt â placenta donec diſtrahantur. R. Elieſer dicit, etiam ſi quis extraxerit de furno, & in caniſtrum poſuerit, caniſtrum eas conjungit pro placenta.

R. OB. DE BARTENORA.

העושה עיסתו קבים *qui confecerit maſſam ſuam cabos*, ſi quemlibet cabum ſeorſim fecerit qui ſe attigerint, tactus non obligat eos de placenta, niſi unus cum alio cohæſerit, adeo ut ſi eos panes ſeparare velit, unu. ab alio divellatur.

אף הרודה *etiam qui extraxerit è furno*, qui panes e furno extraxerit poſtquam cocti fuerint, & caniſtro impoſiti fuerint, caniſtrum eos conjungit quod ad obligationem placentæ, etſi non cohæſerint; deciſio eſt juxta R. Elieſer. Quod autem ſecundum Sapientes obligat cohæſio, & juxta R. Elieſer contactus, id intelligendum eſt de conjunctione duarum maſſarum in quibus non fuerit juſta quantitas; ſed in caſu ſeparationis de eo quod eſt circumdatum, tactus non eſt neceſſarius, niſi quando plures res ſive maſſæ ſimul junctæ fuerint; In fine vero hujus capitis R. Elieſer dicit, minus quam quantitatem ovi ponet in medio, ut eo modo ſeparet de circumdato, quod involveret tactum in caſu circumdati, ritus vero puri & impuri differt, quia res eſt quæ rationem habet commixtionis ſuæ, & hanc non conjungit vas.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

In cabis, de quibus in hac Miſchna ſermo eſt, continetur quantitas placentæ, de quo etiam hoc capite ſermonem fecimus. נגעו זה בזה *ſi attigerint ſe*, id eſt, in tempore coctionis, ſi unus panis attigerit alium, non obligati ſunt de placenta, niſi exteriores eorum partes firmiter cohæſerint. R. Elieſer dicit, ſi exempli gratia depſat centum cabos conjunctos, eoſque coquat, & deinde omnes conjunctos è furno extrahat, & conjunctim in caniſtrum deponat, etſi inter ſe non cohæſerint, tenetur tamen de illis ſeparare placentam, poſtquam cocti fuerint; Ita quoque in Gemara dicunt, caniſtrum conjungere quod ad placentam, etſi panes quantitatis cabi non cohæreant; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

ה המפריש חלתו קמח אינה חלה וגזל ביד כהן העיסה עצמה חייבת בחלה והקמח אם יש בו כשיעור חייבת בחלה ואסורה לזרים דברי רבי* יהושע אמרו לו מעשה וקפשה זקן זר אמר להם אף הוא קלקל לעצמו ותיקן לאחרים :

5. Qui placentam ſuam ſeparaverit in farina, non eſt placenta, & furtum eſt in manu ſacerdotis, ſed maſſa ipſa tenetur de placenta; & farina, ſi in ea fuerit juſta quantitas, tenetur de placenta, & interdicta eſt iis qui non ſunt ſacerdotes, ſunt verba R. Jehoſchuæ: Dixerunt ipſi, factum eſt, ut abſtulerit eam ſenex extraneus; reſpondit ipſis, etiam damnum intulit ſibi ipſi, correxit autem pro aliis.

R. OB. DE BARTENORA.

אינה חלה *non eſt placenta*, quia Num. 15: 18. ſcriptum eſt, ראשית עריסותיכם *primitiæ maſſæ veſtræ*; וגזל ביד כהן & *furtum in manu ſacerdotis*, nam neceſſe eſt ut placenta illa ad poſſeſſorem redeat, quoniam, ſi relinquatur in poteſtate ſacerdotis, putabit maſſam eſſe liberam.

העיסה עצמה *maſſa ipſa*, cujus placenta ſeparata eſt in farina, tenetur de placenta, farina vero quæ venit in poteſtatem ſacerdotis juxta legem placentæ, ſi in ea fuerit quinquies quarta pars farinæ, tenetur de placenta.

ואסורה לזרים & *interdicta eſt alienigenis*, tota farina quæ pervenit ad manus ſacerdotis interdicta eſt alienigenæ; & hæc ſimplex aggravatio eſt, quia viderunt eam ad ſacerdotem perveniſſe, ut non dicant, vidimus alienigenam comedentem placentam.

וקפשה זקן זר & *rapuerit eam ſenex alienigena*, & comederit placentam illam. קלקל לעצמו *damnum intulit ſibi*, quia comedit eam, condemnatus eſt. ותיקן לאחרים *correxit autem pro aliis*, quia alii comedunt eam, utpote rem ipſi adſcribentes, excuſationem invenientes ut placenta illis licita ſit, quoniam alienigenam ſive eum qui non eſt ſacerdos viderunt comedentem.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

העיסה עצמה חייבת בחלה *maſſa ipſa tenetur de placenta*, id eſt, ſi maceraverit id quod de farina remanſerit, poſtquam de ea ſeparaverit farinam ea intentione ut farina illa eſſet placenta, maſſa illa tenetur de placenta; & ſi illa farina continuerit quinquies quartam partem, quæ eſt quantitas placentæ, eamque maceraverit, etiam tenetur de placenta, placenta vero interdicta eſt alienigenis, uti jus placentæ poſtulat. Sed non dicimus, quod maſſa illa non tenetur de placenta, quia de farina placentæ fuit intentio ejus; at hoc non confirmatur niſi quando placentam ſeparaverit de maſſa, quod habetur ac ſi primam placentam ſeparaviſſet pro tota farina, nempe, pro tota farina quam maceraverit, & pro farina quam de placenta ſeparaverit.

וקפשה idem quod וכבשה & *ſubegit*, vel *maceravit*, hoc enim ſenſu in multis locis occurrit; ſi ergo ſenex qui non eſt ſacerdos placentam ſumpſerit, & comederit, id argumento eſt eam non eſſe placentam, & farinam illam de qua placentam ſeparavit non, obligatam eſſe omnino de placenta, nam ſi obligata eſſet ut aliæ maſſæ, non licitum eſſet ei qui non eſt ſacerdos eam placentam ſibi ſumere. אמר להם אף הוא קלקל *dixit ipſis, etiam is ipſe damnum patitur*, qui illam placentam comedit, quia peccavit. ותקן לאחרים & *diſpoſuit pro aliis*, nam illi putarant, farinam illam non eſſe obligatam de placenta, attamen obligata erat; & hoc eſt quod dicunt in Gemara, *Damnum pro ipſo eſt, comedit eam, & condemnatus eſt*; & diſpoſuit pro aliis, qui comedunt & dependent ab ea; deciſio eſt juxta R. Jehoſchuam.

ו חמשה רבעים קמח חייבין בחלה הם ושאורן וסובן ומורסנן הי רבעים חייבין ניטל מורסנן מתוכן וחזור לתוכן הרי אלו פטורין :

6. Quinquies quarta pars farinæ tenetur de placenta, illa, fermentum eorum, furfures, contuſum, ſimul quinquies quanta pars, tenentur; ſi vero contuſum indè ablatum fuerit, attamen redierit, libera ſunt.

R. OB. DE BARTENORA.

Quinquies quarta pars cabi tenetur de placenta, quia Num. 15:18. ראשית עריסותיכם; maſſa vero deſerti conficiebat Omer pro unoquoque homine; Omer autem erat decima pars Ephæ, Epha continebat tria ſata, ſatum autem ſex cabos, undè fiet ut octodecim cabi ſint in Epha, cabus continet quatuorLogos, undè fiet ut Epha contineat ſeptuaginta duos Logos; decima pars ſeptuaginta ſeptem efficit Logos, & decima pars duorum Logorum efficit quintam ovi partem & ovum, quia Logus conficit ſex ova; Quando autem Jeruſolymas advenerunt & ſextam addiderunt menſuris, factum eſt, ut ſex Logi confecerint quinque Logos, & ſeptimus Logus quinque ova, quia e ſingulis ſex fiunt quinque Logi, & ovum cum quinta parte ovi facit unum ovum; unde fiet ut Omer qui in deſerto valebat ſeptem Logos, & ovum cum quinta parte ovi, Jeruſolymis valeat ſex Logos. Quando autem venerunt Sipori, & addiderunt ſextam menſuris Jeruſolymitanis, ſex Logi facti ſunt quinque, & hæc eſt *quinquies quarta pars farinæ*; Vocantur autem Logi, *quarta pars*, quia Logus eſt quarta pars Cabi, quoniam Cabus conficit quatuor Logos.

הם ושאורן *illa, & fermentum eorum*, fermentum quod indiderunt in farinæ quinquies quartam partem. סובין ſunt *furfures farinæ tenuiores*; מורסנן ſunt *furfures craſſiores*, ſed omnes hi furfures conjunguntur cum farina ad complendam quantitatem, quia pauter ita comedit panem ſuum furfure & contuſo commixtum. ניטל מורסנן מתוכן וחזר לתוכן פטורין *ſi contuſum indè deſumpſerit, & redierit eò, libera ſunt*, quia furfures aut contuſum quid non redeunt ad maſſam poſtquam ablata ſunt de ea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חמשה רביעים *quinquies quarta pars*, ſupple cabi, ſed ſcias oportet quartam partem, & cabos etiam, de quibus hic in tractatu Challa ſermo eſt, non eſſe cabos quorum menſuram explicuimus; neque quarta illa pars, de qua hic mentio, in quantitate placentæ, eſt quarta pars Cabi de qua mentio fit in hoc tractatu; neque etiam omnes Cabi ſunt æquales in hoc tractatu memorati; ſed omnia hæc explicuimus in tractatu Edyot; nimirum, quantitates menſurarum in caſu quantitatis placentæ, ſic etiam, quod quinquies quarta pars plus conficit quam Cabi, de quibus ſuperius dictum eſt, Miſchna tertia עסנה קבים ולא יעשנה בטומאה, ſed ſunt Cabi, de quibus ſermo eſt Miſchna quinta העושה עיסתו קבים; & quod quinquies illa quarta pars conficit quantitatem cabi, de quo in Miſchna ſit mentio, hoc loco excepto, cujus quantitatem explicuimus in fine tractatus Pea, *Cabus & decima pars octies Cabi*. Et ex eo quod tibi expoſuimus in fine tractatus Pea de menſuris, conſtabit quantitatem dicti cabi conficere quatuor digitos ſuper quatuor digitos, in altitudine decem digitorum, & octies quartam partem digiti; undè fiet juxta computum, ut menſura quæ tenetur de placenta, neceſſario contineat menſuram decem digitorum ſuper decem digitos, in altitudine trium digitorum, & decimam partem digiti, & decimam de decima parte digiti, & unam partem de duabus millenis & quingentis partibus digiti, quæ omnia hic accurata ſunt. Expoſuimus etiam in fine Tractatus Pea, digitum quo æſtimant aut menſurant eſſe pollicem; Sic etiam omnis menſura quæ continuerit hanc dictam quantitatem, tenetur de placenta; at ſi computemus id quod hæc menſura continebit in pondere, vario id ſe habebit modo juxta varietatem rei menſurandæ, quia gravitas ponderis, hordei & tritici non eſt æqualis, neque omnium ſpecierum farinæ in pondere æquales ſunt, imò etſi unica ſit ſpecies; neque etiam quantitatem placentæ ei tradunt pondere, ſed menſura, uti vides. Qui vero quantitatem placentæ tradiderit pondere, erravit, & locus erroris ipſius manifeſtus eſt, ſed quantitatem illam non accurate dedit, non examinans an ea ſit parva vel magna, ſed pro re nata tantum in particulari quadam ſpecie. ושאורן ומורסנן *& fermentum eorum ac contritum eorum*, id eſt, fermentum, furfures, & contritum quæ fuerint in farina, adjunguntur quantitati quinquies quartæ parti cabi farinæ; ſi vero contritum illud de quinquies quarta parte remotum fuerit, & poſtea iterum in farinam conjectum fuerit, libera eſt farina, quia contritum ſive furfures craſſiores non tenentur de placenta, quia ſcriptum eſt Num. 15:18. ראשית עיכותיכם id eſt, modo maſſæ ordinario.

ז שיעור החלה אחד מעשרים וארבעה העושה עיסה לעצמו והעושה למשתה בנו אחד מעשרים וארבעה נחתום שהוא עושה לככור בשוק וכן האשה שהיא עושה לככור בשוק אחד מארבעים ושמנה נטמאת עיסתה שוגגת או אנוסה אחד מארבעים ושמנה נטמאת מזידה אחד מעשרים וארבעה כדי שלא יהא חוטא נשכר :

7. Quantitas placentæ eſt vigeſima quarta pars; ſi quis pro ſe ipſo confecerit maſſam, & confecerit pro convivio filii ſui, partem vigeſimam quartam faciet. Piſtor qui confecerit ad publicè vendendum, ſic etiam mulier quæ confecerit ad publicè vendendum, unam de quadraginta octo; & ſi maſſa ejus polluta fuerit ex errore, aut vi, unam de quadraginta octo; Si verò polluta fuerit de induſtria, unam de viginti quatuor, ne lucretur peccator.

R. OB. DE BARTENORA.

אחד מעשרים וארבעה *una de viginti quatuor*, quia maſſa patrisfamilias parva eſt, & ſi quantitas minor eſt quam vigeſima quarta pars, non habet in ea locum donatio, nam Lex dicit Num. 15:21. תתנו *dabitis*, neceſſe eſt ergo ut ſit ea quæ requiritur quantitas ad donandum.

העושה למשתה בנו *qui confecerit pro convivio filii ſui*, etiamſi magnam copiam maceraverit, non tamen differentia eſt in maſſa patrisfamilias. נחתום *piſtor*, qui magnam copiam macerat, at in una de viginti quatuor locum habet donatio.

וכן האשה העושה לככור *& ſic mulier quæ confecerit ad vendendum*, etſi maſſa ipſius ſit exigua, non tamen ſtatuere diffe-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ratio, quare patremfamilias obligaverunt de vigeſima quarta parte, hæc eſt, quia exiguam ſolet macerare maſſam, neceſſe enim eſt ut detur ea quantitas quæ convenit ſacerdoti, uti Deus benedictus dixit Num. 15:21. תתנו *dabitis*, id eſt, ut detur ea quantitas quæ dari poſſit, ideoque non oportet ut minor ſit quantitas quam vigeſima quarta pars, quæ tenetur de placenta, & quinquies quartam partem efficit; ſed piſtori qui magnam maſſam depſere ſolet, etiam quadrageſima octava pars eſt quantitas quæ tenetur de dono. Præterea aliam quoque dederunt rationem quare patrifamilas impoſuerunt ut vigeſimam quartam partem daret, quia caſus ſeparationis placentæ impoſitus eſt mulieri, mulier autem ſolet eſſe tenax, &

differentiam in pane qui venditur. אם נטמאה *si polluta fuerit*, quia vigesima quarta pars comburenda est. & cum imposuerunt ipsi ut vigesimam quartam separaret partem, utinam modo separaret quadragesimam octavam partem. Qui vero massam confecerit pro convivio filii, etsi quantitas ejus sit magna, & quantitas similis sit quantitati massæ pistoris, obligatur tamen ut det vigesimam quartam partem, ne sit differentia inter eam & massam patrisfamilias in casu placentæ. Sic etiam non statuimus differentiam in placenta pistoris, ut illa detur de quadraginta octo partibus una, etsi mulier fuerit quæ maceraverit domi ut paterfamilias, & vendiderit. Determinamus autem quantitatem placentæ pollutæ exiguam, quia comburenda est; & non conamur multiplicare impuritatem in sanctitate. שלא יהא חוטא נשכר *ne peccator lucretur*, ne lucretur peccator qui polluerit massam, & separet minus quam ipsi separandum esset si non peccasset, eamque polluisset.

ח רבי אליעזר אומר נטלת מן הטהור על הטמא כיצד עיסה טהורי ועיסה טמאה נוטל כדי חלה מעיסה שלא הורמ׳ חלתה ונותן פחות מכביצ׳ באמצע כדי שיטול מן המוקף וחכמים אוסרין :

8. R. Eliesēr dicit, separatur de mundo pro immundo, quomodo? si sit massa pura & massa impura, separabit quantitatem placentæ de massa illa cujus placenta non est separata; & minus quam ovum deponet in medio, ut separet de circumdato; Sapientes interdicunt.

R. OB. DE BARTENORA.

נטלת מן הטהור על הטמא *separatur de mundo pro immundo*, nam non sumus solliciti ut unum tanget alterum. נוטל כדי חלה *sumet quantitatem placentæ*, ejus placentæ quantitatem quam debebat separare de pura & impura massa, separabit de massa illa pura cujus placenta nondum separata erat.

ונותן פחות מכביצה באמצע *& minus quam quantitatem ovi deponet in medio*, in medio mundi & immundi, quia quod minus est quam ovi quantitas non polluitur; placentam vero deponet super eo quod minus est quantitate ovi, quod unit & conjungit immundum cum mundo, ne placenta eo modo immunditiem contrahat.

כדי שיטול מן המוקף *ne separet de circumdato*, ut immundum conjunctum sit cum mundo mediante portione minus quam quantitatem ovi continente, & habetur ac si mundum & immundum conficerent unam massam. וחכמים אוסרין *& Sapientes interdicunt*, separationi de mundo pro immundo, quia putamus unum tacturum alterum, ideoque si separet de puro seorsim separabit, & de impuro separabit; decisio juxta Sapientes est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Eliesēr dicit, separabit homo de massa munda, cujus placenta nondum est separata, quantitatem placentæ quæ detur pro massa immunda, & pro massa munda, deinde sumet minus quam quantitatem ovi de massa immunda & separabit eam partem, deponetque eam ad latus ipsius, ab uno latere massæ puræ, & ad latus ipsius, ab alio latere massæ impuræ; portio autem quam in medio deposuit minus quam quantitatem ovi conficiet; postea vero quantitatem placentæ deponet è duabus massis super portionem illam immundam minus quam ovi quantitatem continentem, & separabit eam in nomine placentæ pro duabus massis; deinceps autem separabit de circumdato, quoniam omnes massæ conjunctæ sunt quod ad latera earum, & placenta manet munda, & massa munda in munditie sua, quia quælibet earum non tacta est, nisi in quantitate ovo minori cibi immundi; at jam diximus quantitatem ovo minorem cibi immundi non polluere pollutione cibi; sed hoc etiam in specie exponetur in tractatu vel potius libro Taarot. וחכמים אוסרין *& Sapientes vetant*, sed placentam de eadem massa separari volunt, non autem ut de una pro altera separetur; decisio juxta Sapientes est; & jam diximus de mundo pro immundo non esse separandum.

פרק ג אוכלין עראי מן העסה עד שתתגלגל בחטים ותטמטם בשעורים גלגלה בחטים וטימטמה בשעורים האוכל ממנה חייב מיתה כיון שהיא נותנת את המים מגבהת חלתה ובלבד שלא יהא (נ"א שיהא) שם חמשה רביעי קמח :

Caput 3. Comedunt pro re nata de massa usque dum convoluta fuerit in tritico, & obturata in hordeo; si convoluta fuerit in tritico, & obturata in hordeo, quicunque comederit eam condemnatus est mortis; quandoquidem enim illa aquam indidit, placentam suam separet, at ea conditione ne quinquies quarta pars farinæ inveniatur.

R. OB. DE BARTENORA.

אוכלין עראי עד שתתגלגל *comedunt pro re nata, donec convoluta fuerit*, donec benè commixta fuerit, quia non appellatur עיסה antequam commixta fuerit. ותטמטם בשעורים *& obturata fuerit in hordeo*, quia massa hordei separata & dissoluta est, ut non tam facile commisceatur quam massa tritici, sed obturatur manu & comprimitur. חייב במיתה *reus est mortis*, quia opus ejus jam perfectum est & hic placenta immixta est rei illibatæ, טבל autem *res illibata*, obligat sub pœna mortis.

מגבהת חלתה *separet placentam suam*, & decretum Sapientum de massa pura, ut statim separetur placenta in puritate, ne massa polluatur; nam fundamentum præcepti est, ut expectatur donec subactio perfecta fuerit, ideo præoccupat.

ובלבד שיהא שם חמשה רביעי קמח *ea conditione ut sit quinquies quarta pars farinæ*, quæ aquis commixta & convoluta fuerit, quæ quantitas cum sit minor, massa illa non tenetur de placenta; nonnulla exemplaria legunt, ובלבד שלא יהיה שם חמשה רביעים קמח id est, *ne remaneat quinquies quarta pars farinæ quæ aquis non fuerit bene commixta*, nam si remaneat quinquies quarta pars, non liberata est massa à placenta, quam ab ea separavit ante commixtionem. In Talmude Jerusolymitano ostenditur hoc sensu, si quis dixerit, sit hæc placenta pro fermento, pro massa, & pro farina quæ remanserit, ut, quando massa tota commixta & subacta fuerit, sanctificetur id quod in manibus teneo in nomine placentæ, id omne

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

עד שתתגלגל *usque dum convoluta fuerit*, donec commixta fuerit. ותטמטם *& obturata fuerit*, id est, ut partes manu compressæ undiquaque cohæreant, usque dum fuerint unum corpus. האוכל ממנו חייב מיתה *qui comederit eam condemnatus est mortis*, quia res illibata est de qua tenetur sub pœna mortis.

כיון שהיא נותנת את המים *quoniam indiderat aquas*, etiamsi quicquam farinæ remanserit in mactra, quod non maceratum, neque commixtum fuerit, separabit tamen placentam; at ea conditione ne in illa farina inveniatur quantitas quinquies quartæ partis, quæ non macerata neque commixta est, quæ est quantitas placentæ. Sed si dixeris, sit hæc placenta pro massa, pro fermento, & pro farina quæ remanserit, quod postquam fecero, id omne sanctificetur quod in manibus teneo in nomine placentæ; hoc licitum est; eo sensu exponitur in Gemara.

ipsi licitum esse. Eodem quoque modo homo docebit domi mulieres, dicendo, ut è vestigio separent placentam postquam subacta fuerit massa, ante confectionem panis.

ב נדמעה עיסתה עד שלא גלגלה פטורה שהמדומע פטור ומשגילגלה חייבת נולד לה ספק טומאה עד שלא גלגלה תעשה בטומאה ומשגילגלה תעשה בטהרה:

2. Si massa infecta fuerit antequam convolverit eam, libera est, quia infectum liberum est; at postquam convolverit eam, tenetur. Si nascatur in ea dubia immundities antequam convolverit eam, conficitur in immunditie; postquam vero convolverit eam, conficitur in munditie.

R. OB. DE BARTENORA.

נדמעה עיסתה *infecta fuerit massa ejus*, si oblatio prima commixta fuerit cum minus quam centum partibus profanis. משגלגלה חייבת *quando convoluta fuerit tenetur*, nam quandoquidem jam obligabatur de placenta, non divellitur ab ea obligatio mediante commixtione oblationis.

עד שלא גלגלה תעשה בטומאה *antequam convoluta fuerit, conficitur in impuritate*, etsi enim conficiatur etiam in puritate, non tamen poterit eam comedere sacerdos, propter dubium in ea natum, ideo pollui potest e vestigio antequam convolverit eam. משגלגלה תעשה בטהרה *quando convoluta est, conficitur in puritate*, si dubium de impuritate natum fuerit in ea postquam convoluta fuerit, non licet polluere eam, quia profanum quod res illibata est quod ad placentam, habetur placenta, & oblatio dubia indiget observatione ne polluatur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נדמעה *infecta*, id est, si cum massa illibata fuerit commixta oblatio prima; & jam exposuimus quod quicquid commixtum est cum oblatione prima liberum est à placenta. תעשה בטהרה *conficitur in puritate*, id est, perficiatur eo in statu in quo erat, neque rationem dubii de impuritate habebit, quod natum esset, in massa perficienda.

ג הקדישה עיסתה עד שלא גלגלה ופדאתה חייבת משגלגלה ופדאתה חייבת הקדישתה עד שלא גלגלה וגלגל הגזבר ואחר כך פדאתה פטורה שבשעת חובתה היתה פטורה:

3. Si sanctificaverit massam suam antequam convolverit eam, ac redemerit, tenetur; quando eam convolverit, ac redemerit, tenetur; si eam sanctificaverit antequam convolverit, & eam convolverit præfectus ærarii, & postea eam redemerit, libera est; quia tempore obligationis suæ libera erat.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שלא גלגלה ופדאתה *antequam convolverit eam, ac redemerit*, nam posteaquam redemit eam, convolvit. חייבת *tenetur*, quandoquidem non erat sancta dum convolveretur. שבשעת חובתה היתה פטורה *quia tempore obligationis erat libera*, quia id quod de sancto circumvolutum est liberat, quia scriptum est Num. 15:18. עריסותיכם *massa vestra*, non autem massa sancta, vel de sancto.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sanctum non tenetur de placenta, quia Deus benedictus dixit Num. 15:18. תרימו תרומה; in Siphri dicunt, id quod separatum de eo fuerit, sanctum est, & id quod remanserit est profanum, non autem ut unum & alterum sit sanctum; in cæteris Mischna hæc clara est, si intellexeris ea quæ diximus.

ד כיוצא בו המקדיש פירותיו עד שלא באו לעונת המעשרות ופדאן (ס"א) חייבין ומשבאו לעונת המעשרות ופדאן חייבין הקדישן עד שלא נגמרו ונמרן הגזבר ואחר כך פדאן פטורין שבשעת חובתן היו פטורין:

4. Ejusdem generis est, si quis sanctificaverit fructus suos antequam attigerint tempus decimationis, eosque redemerit, tenentur (de decimis); si vero quando attigerint tempus decimationis eos redemerit, tenentur. Si sanctificaverit eos antequam perfecta sint opera eorum, & ea perfecerit ærarii præfectus, ac deindè eos redemerit, liberi sunt; quia tempore obligationis erant liberi.

R. OB. DE BARTENORA.

עד שלא באו לעונת המעשרות *antequam attigerint decimationis tempus*, puta quemlibet fructum juxta jus suum, uti expositum capite primo Maaserot. ונמרן הגזבר *& perfecerit ea ærarii præfectus*, quia perfecit opera fructuum dum adhuc erant in potestate præfecti ærarii. שבשעת חובתן היו פטורים *quia in tempore obligationis erant liberi*, quia Scriptura dicit דגנך *frumentum tuum*, non, frumentum sanctum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

De hac Mischna locuti sumus capite quarto tractatus Pea, ubi hæc de verbo ad verbum referuntur.

ה עכו"ם שנתן לישראל לעשות לו עיסה פטורה מן החלה נתנה לו מתנה עד שלא גלגל חייב ומשגילגל פטור העושה עיסה עם העכו"ם אם אין בשל ישראל כשיעור חלה פטורה מן החלה:

5. Gentilis si Israelitæ dederit ad conficiendum pro se massam, libera est à placenta; at si ipsi dono dederit, antequam convolverit eam, tenetur; sed postquam convolverit eam, liber est. Si massam fecerit cum Gentili, & in (massa) Israelitæ non fuerit quantitas placentæ, libera est à placenta.

R. OB. DE BARTENORA. פטורה מן החלה *libera est à placenta*, quia convolutio Israelitæ massam gentilis non facit obligatam; & sic vice versa, massam Israelitæ non liberat convolutio aut rotatio gentilis. אם אין בשל ישראל כשיעור *si in massa Israelitæ non fuerit juxta mensuram*, juxta mensuram de qua placentam separare tenentur, quæ est quinquies quarta pars.

ו גר שנתגייר והיתה לו עיסה נעשית עד שלא נתגייר פטור ומשנתגייר חייב ואם ספק חייב ואין חייבין עליה חומש רבי עקיבא אומר הכל הולך אחר הקרימה בתנור :

6. Peregrinus qui factus est proselytus, & cui massa est, si eam fecerit antequam factus fuerit proselytus, liber est; At si postquam factus est proselytus, tenetur; Si vero dubium fuerit, tenetur; at non tenentur de quinta parte. R. Akiba dicit, tota res procedit juxta incrustationem in furno.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק חייב *si dubium, tenetur*, quia dubium est vetitum, at nos tenemus conditionem graviorem, separabit ergo placentam, eamque vendet sacerdoti. ואין חייבין עליה חומש *at non tenentur propter eam de quinta parte*, extraneus qui comederit eam non addet quintam partem, sed summam capitalem solvet, quia solutio oblationis primæ expiatio est, propterea solutionem separabit, & expiabitur dubio, & vendet eam sacerdoti.

אחר הקרימה *juxta incrustationem*, quia R. Akiba putat, quod operis perfectio non obligat quod ad placentam, nisi panis in furno incrustatus fuerit; ideoque, si factus fuerit proselytus antequam panis in furno incrustatus fuerit, tenetur de placenta; decisio non est juxta R. Akibam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נעשית עד שלא נתגייר *si confecta fuerit, antequam factus fuerit proselytus*, si convoluta fuerit in tritico, & manu obturata in hordeo; & si dubium natum fuerit antequam factus esset proselytus, aut postquam factus esset proselytus, tenetur de placenta; qui vero placentam illam comederit ex errore, non tenetur de additione partis quintæ, quia dubium est; & quicunque quicquam de rebus proximi sui separare voluerit, ei necesse est ut id probet; at jam explicuimus, pro placenta certa deberi quintam partem. רבי עקבא אומר הכל הולך אחר הקרימה בתנור R. *Akiba dicit, omnia procedunt juxta incrustationem in furno*, si factus fuerit proselytus antequam massa in furno incrustata fuerit, tenetur de placenta, quia R. Akiba putat placentam separari simulac incrustata sit massa vel panis; eo sensu etiam sententia ipsius adducitur in Siphri, ubi dicunt, *non separant nisi perfecta fuerint opera, quænam est perfectio operum? incrustatio in furno, sunt verba R. Akibæ*; sed decisio non est juxta ipsum.

ז העושה עיסה מן החטים ומן האורז אם יש בה טעם דגן חייבת בחלה ויוצא בה אדם ידי חובתו בפסח ואם אין בה טעם דגן אינה חייבת בחלה ואין אדם יוצא בה ידי חובתו בפסח :

7. Si quis massam suam confecerit ex tritico & oryza, si in ea fuerit sapor frumenti, tenetur ea de placenta, & egreditur ea homo manus officii sui in Paschate; at si in ea non fuerit sapor frumenti, non tenetur de placenta, neque eâ homo egreditur manus officii sui in Paschate.

R. OB. DE BARTENORA.

Oryza non est species דגן *frumenti*, at quicquid non est species frumenti liberum est â placenta, & non egreditur eo homo manus officii sui in Paschate quod ad obligationem de comedenda quantitate olivæ panis azymi prima nocte Paschatis; & si in eo fuerit sapor frumenti, tenetur de placenta, etsi non fuerit ea quantitas quæ requiritur pro placenta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus placentam non dari nisi de quinque speciebus; sic etiam homo non egreditur manus officii sui (non satisfacit) in Paschate, nisi quinque illis speciebus, at oryza non continetur in illis.

ח הנוטל שאור מעיסה שלא הורמה חלתה ונותן לתוך עיסה שהורמה חלתה אם יש לו פרנסה ממקום אחר מוציא לפי חשבון ואם לאו מוציא חלה אחת על הכל :

8. Qui acceperit massæ fermentum de quo nondum separata est placenta, & in massam indiderit de qua separata est placenta; si ipsi fuerit alimonia de alio loco, separabit juxta computum; si vero non, separabit unam placentam de toto.

R. OB. DE BARTENORA

אם יש לו פרנסה ממקום אחר *si ipsi fuerit alimonia de loco alio*, si ipsi fuerit alia farina præter hanc massam, tantum farinæ adducet, quo, si eam conjungat cum fermento, quod tenetur de placenta, fiet ut sit quinquies quarta pars, quæ est quantitas pro placenta; & deindè massam depset, & commiscebit cum ea in qua continetur fermentum, & separabit de illa juxta quantitatem placentæ quæ separanda est de quinquies quarta parte.

ואם לאו *si non*, si ipsi non fuerit farina, de placenta separabit vigesimam quartam partem pro tota massa, quia res illibata prohibet in quacunque quantitate speciei suæ, & totum fit illibatum pro placenta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אם יש לו פרנסה ממקום אחר *si ipsi fuerit alimonia ex alio loco*, id est, si quis adduxerit farinam cujus quantitas commixta fuerit cum fermento illo quod accepit de massa cujus placenta nondum est separata, ut in totum sit quinquies quarta pars, quæ est illa quantitas quæ requiritur pro placenta, & postea totum commiscuerit, & placentam separaverit quæ debetur pro quinquies quarta parte; Si vero ipsi non fuerit quo commisceat vel conjungat, tota massa habebitur res illibata, & separabit de ea placentam quæ debebatur pro ea, ac si tota massa esset res illibata pro placenta; & hoc innuitur quando dicit מוציא חלה אחת על הכל *separabit unam placentam pro toto*.

ט כיוצא בו זיתי מסיק שנתערבו עם זיתי ניקוף ענבי בציר עם ענבי עוללות אם יש לו פרנסה ממקום אחר מוציא לפי חשבון ואם לאו מוציא תרומה

9. Ejusdem generis sunt, olivæ destrictionis quæ commixtæ fuerint cum olivis decussionis, aut uvæ vindemiæ quæ commixtæ fuerint cum uvis amputationis; si ipsi fuerit alimonia de alio loco, separabit juxta computum; si non, separabit oblatio-

תרומה ותרומת מעשר לכל והשאר מעשר ומעשר שני לפי חשבון :

nem primam & oblationem de decimis pro toto; reliquum vero decimarum, & decimarum secundarum juxta computum.

R. OB. DE BARTENORA.

ויתי מסיק *olivæ destrictionis*, sunt olivæ quas colligunt patresfamilias, & olivarum collectio מסיקה *destrictio*, dicitur. ויתי ניקוף *olivæ decussionis*, sunt olivæ quas colligunt pauperes, sic Jes. 17:6. כנוקף זית שני שלשה גרגרים Et hæ olivæ decussionis liberæ sunt à donis.

ענבי בציר *uvæ vindemiæ*, sunt quæ obligantur de decimis. ענבי עוללות *uvæ racemationum*, quæ liberæ sunt à decimis; Si vero habuerit rem illibatam ejusdem generis, separabit de ea juxta computum, nempe quantitatem quam debet de olivis destrictionis, aut de uvis vindemiæ, quæ obligatæ sunt de decimatione.

ואם לאו *si non*, si ipsi non fuerit alia res illibata, habetur ac si in totum esset res illibata, & propterea oblationem primam & oblationem de decimis separabit pro toto; reliquum vero decimarum, & decimas secundas, aut decimas pauperum non separabit nisi juxta computum, quia oblationem de decimis non potest separare antequam separaverit decimas primas pro toto; præterea, si non separaverit decimas pro toto, quicquid decimaverit continebit profanum secundum computum, unde fiet, ut de libero separet pro obligato; sed omnes decimas necesse est ut separet pro toto, at non est necesse ut Levitæ aut pauperi det nisi juxta computum, & quod restat commisceat cum fructibus suis. Sic etiam non est necesse ut decimas secundas redimat nisi juxta computum; sed oblationem primam & oblationem de decimis, quæ pœnam mortis involvunt, si separaverit pro toto, fiet, ut profanum quod continet infectum, totum det sacerdoti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ויתי מסיק *olivæ destrictionis*, sunt olivæ quas colligunt possessores; & jam aliquoties explicuimus quod collectio olivarum vocatur מסיקה in lingua Sapientum. ויתי ניקוף *olivæ decussionis*, sunt olivæ quas colligunt pauperes, sic Jes. 17:6. כנוקף זית שני שלשה גרגרים Olivæ decussionis & olivæ amputationis non obligantur de decimis, uti exponitur in tractatu Pea. Si vero olivæ decussionis, quæ non tenentur de oblatione prima nec decimis, commixtæ fuerint cum olivis destrictionis quæ de illis tenentur, & ipse etiam alias habuerit olivas præter has commixtas, separabit de illis decimas & oblationem primam, quæ debentur pro olivis destrictionis, quæ commixtæ sunt cum olivis decussionis quæ liberæ sunt, & hoc innuit quando dicit לפי חשבון *juxta computum.* Si vero habuerit alias olivas, de olivis commixtis separabit oblationem primam & oblationem de decimis, quæ debebantur pro toto, & in totum habetur pro olivis destrictionis; quod autem remanserit de re mixta, de eo separabit decimas primas & secundas juxta computum ejus. Ratio autem, quare dicimus, ut separet oblationem primam & oblationem de decimis pro toto, est, quia in eo continetur pœna mortis, uti exposuimus in principio Demai. Sine dubio autem denuò à pauperibus olivas decussionis emere poterit, aut racemationes, quæ mixtæ fuerint cum olivis ipsius, aut uvis, uti dictum est in tractatu Pea.

י הנוטל שאור מעיסת חטים ונותן לתוך עיסת אורז אם יש בה טעם דגן חייבת בחלה ואם לאו פטורה אם כן למה אמרו הטבל אוסר כל שהוא מין במינו ושלא במינו בנותן טעם :

10. Si quis desumpserit fermentum de massa tritici, & indiderit in massam oryzæ, si in eo fuerit sapor frumenti, tenetur de placenta; si non, libera est. Si ita se res habet, quare dixerunt, quod res illibata vetat in quacunque quantitate? cum species eædem sunt, & cum diversæ fuerint species (dixerunt,) in sapore conferendo.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוטל שאור מעיסת חטין *qui desumpserit fermentum de massa tritici*, de qua non est separata placenta. ואם לאו פטורה *si non, libera est*, quia res illibata non vetat, quia saporem frumenti non confert.

למה אמרו הטבל אוסר כל שהוא *quare dixerunt, res illibata vetat in quacunque quantitate*, nam superius dictum est; *si ipsi non fuerit alimonia de alio loco*, *ut separet pro toto*, vide Mischnam octavam, sed hoc intelligitur cum eadem est species, at si commixtio fiat cum eo quod non est ejusdem speciei, ut, si triticum commisceatur cum oryza, in conferendo sapore, nam ratio rei illibatæ in quacunque quantitate vetantis, ea est, ut, quemadmodum permissione ejus unum granum tritici liberat totum acervum, sic etiam interdicto ipsius vetat unum granum totum acervum; at hæc ratio tantum obtinet quando una species commiscetur cum altera.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אוסר כל שהוא במיני *vetat cujuscunque quantitatis*, *in specie eadem*, ut, si triticum cum tritico miscuerit, & oryzam cum oryza. ושלא במינו בנותן טעם *& cum eo quod non fuerit species eadem in sapore conferendo*, ut, si triticum miscuerit cum oryza, & ejus generis alia.

פרק ד שתי נשים שעשו שני קבין ונגעו זה בזה אפילו הם ממין אחד פטורים ובזמן שהם של אשה אחת מין במינו חייב ושלא במינו פטור :

Caput 4. Duæ mulieres si confecerint duos Cabos se contingentes, etsi ejusdem sint speciei, liberi sunt; Si vero unius fuerint mulieris ejusdemque speciei, tenentur; at si diversæ speciei, liberi sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

אפילו הן ממין אחד פטורים *etsi sint ejusdem speciei*, *liberi sunt*, non conjungit vel unit eos cohæsio, aut adjunctio canistri, quia cujuslibet ratio habetur in sua specie; & etiamsi duos Cabos subegerint simul, quoniam in fine tandem massæ separandæ sunt, liberi sunt. Mischna hæc sententiæ Scholæ Hillelis debetur, dicenti duo Cabi satis pro placenta; at non ita decisio est, quia pro fundamento tenemus quinquies quartam partem esse mensuram placentæ. ובזמן שהן של אשה אחת *quando fuerint mulieris unius*, si sint unius mulieris non tam accuratè habetur ratio, an se tangant massæ, an non. מין במינו חייב *species cum specie sua tenetur*, mediante cohæsione, aut conjunctione canistri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Mischna hæc cum sententia Scholæ Hillelis convenit, quæ dicit, *de duobus cabis placenta*, uti exponetur in tractatu Edyot. Mensuram vero placentæ jam explicuimus superius; Sensus autem hujus Mischnæ est, ut in duabus massis contineatur mensura placentæ.

ב איזה הוא מין במינו החטים אינן מצטרפות עם הכל אלא עם הכוסמין השעורים מצטרפות עם הכל חוץ מן החטים רבי יוחנן בן נורי אומר שאר המינים מצטרפים זה עם זה :

2. Quid est species cum sua specie? triticum non conjungitur cum omnibus, nisi cum spelta. Hordeum conjungitur cum omnibus, excepto tritico. R. Jochanan filius Nuri dicit; reliquæ species conjunguntur secum.

R. OB. DE BARTENORA.

החטים אינן מצטרפות עם הכל *triticum non conjungitur cum omnibus*, si fuerint duæ massæ, una è tritico, altera vero de quinque speciebus, & in neutra harum fuerit quantitas placentæ, & secum cohæserint. שעורים מצטרפות עם הכל *hordeum commiscetur cum omnibus*, etiam cum כוסמין *spelta*, quæ etsi species tritici sit, non tamen est species propriè dicta tritici, sed est potius species hordei, & tritici, ita explicuimus in principio capitis primi.

שאר המינים מצטרפים זה עם זה *reliquæ species conjunguntur secum*, uti sunt spelta, hordeum sylvestre, & secale; decisio est juxta R. Jochanan filium Nuri.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hæc conjunctio non intelligenda est ac si tota massa mixta esset, & in totum una esset, quia jam dictum est quinque species tantum conjungi; sed eo sensu, ut unam massam disponant juxta aliam ut cohæreant, uti dictum est Misna quarta secundi capitis נגע זה בזה *si una attigerit aliam.*

שאר המינים *reliquæ species*, id est, reliquæ species præter quinque, uti sunt hordeum sylvestre, spelta, & secale; decisio est secundum R. Jochanan filium Nuri.

ג שני קבין וקב אורז או קב תרומה באמצע אינן מצטרפים דבר שנטלה חלתו באמצע מצטרפים שכבר נתחייב בחלה :

3. Si duo sint Cabi, & unus Cabus sit oryzæ, & alter Cabus oblationis primæ in medio, non conjunguntur. Si res cujus placenta ablata est sit in medio, conjunguntur, quia jam obligata erat de placenta.

R. OB. DE BARTENORA.

שני קבין *duo Cabi*, ex una de quinque speciebus quæ obligatæ sunt de placenta; & Cabus oryzæ aut oblationis primæ, quæ tenentur de placenta, in medio, non conjunguntur quod ad obligationem placentæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus, quod oryza & oblatio prima tenentur de placenta; sed hoc fit, quando cohæserint; sed non erit necesse ea quæ diximus repetere, nimirum duos Cabos conficere mensuram placentæ, uti jam diximus.

ד קב חדש וקב ישן שנשכו זה בזה רבי ישמעאל אומר יטול מן האמצע וחכמים אוסרים הנוטל חלה מן הקב רבי עקיבא אומר חלה וחכמים אומרים אינה חלה :

4. Cabus (fructus) novi, & Cabus veteris, si cohæserint; R. Ismael dicit, separabit de medio; at Sapientes vetant. Si quis placentam separaverit de Cabo, R. Akiba dicit, placenta est; Sapientes dicunt, non est placenta.

R. OB. DE BARTENORA.

יטול מן האמצע *separabit de medio*, de loco quo cohærent inter se, undè fiet, ut separet de duobus cabis. וחכמים אוסרין *at Sapientes vetant*, quia is qui viderit putabit quod licet separare, & decimare de novo pro veteri, & vice versa; decisio est penes Sapientes. מן הקב *de Cabo*, in quo non est mensura placentæ.

רבי עקיבא אומר חלה *R. Akiba dicit, placenta est*, hoc intelligendum est quando perfecerit postea massam juxta quantitatem placentæ, nam quoniam completa est quantitas, habetur placenta præpostera.

אינה חלה *non est placenta*, quandoquidem eo tempore quo separabat placentam, massa erat libera; decisio est penes Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וחכמים אוסרין *at Sapientes vetant*, hoc eo nititur fundamento quod diximus in tractatu Trumoth, nimirum, quod non licet separare de fructibus novis pro veteribus, nec vice versa. מן הקב *de Cabo*, id est, minus quam mensura placentæ juxta opinionem Sapientum; Sed Schamai Cabum statuit pro placenta, uti exponitur in Edyot; R. Akiba vero inclinat ad sententiam Schamai; decisio est juxta Sapientes.

ה שני קבין שנטלה חלתו של זה בפני עצמו ושל זה בפני עצמו חזר ועשאו עיסה אחת רבי עקיבא פוטר וחכמים מחייבים נמצא חומרו קולו :

5. Si duo fuerint Cabi de quibus sigillatim separata est placenta, & si deindè ex iis unam confecerit massam, R. Akiba liberat, Sapientes obligant; undè fiet, ut gravitas sit levitas.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי עקיבא פוטר *R. Akiba liberat*, sequitur opinionem suam, qua fit ut placenta fiat præpostera. נמצא חומרו קולו *gravitas ejus fit levitas ejus*, gravior est conditio quam R. Akiba superius posuit, quando quis placentam separat de Cabo, eam esse placentam ac sanctificari, ea conditio est causa allevandi, & liberandi duos Cabos, de quibus sigillatim separata est placenta.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

רבי עקיבא פוטר *R. Akiba liberat*, eo fundamento quo supra suam dixit opinionem, placentam appellari, si quis separaverit placentam de Cabo. וחכמים מחייבין *at Sapientes obligant*, quia illi dicunt, non esse placentam quæ separata est de Cabo.

נמצא חומרו קולו *et ut gravitas ejus sit levitas ejus*, juxta sententiam R. Akibæ, quia graviorem conditionem tenet, qua statuit de Cabo separari placentam, ac sanctificari, & interdictam esse ei qui non est sacerdos, primus doctor cogit eum ut dicat de duobus Cabis, de quibus hic sermo est, quod libera sit à placenta, nam hoc est allevare.

ו נוטל אדם כדי חלה מעיסה שלא הורמה חלתה לעשותה בטהרה להיות מפריש עליה והולך חלת דמאי עד שתסרח שחלת דמאי נטלת מן הטהור על הטמא ושלא מן המוקף :

6. Desumit homo mensuram placentæ de massa cujus placenta non est separata ad conficiendam eam in puritate, ad separandum pro ea placentam rei dubiæ, donec fœtuerit; quia placenta rei dubiæ separatur de puro pro impuro, & de non circumdato.

R. OB. DE BARTENORA.

נוטל אדם כדי חלה וגו׳ *capiet homo mensuram placentæ &c.*, qui multas voluerit depsere massas rei dubiæ immundæ, is poterit massam suam determinare de massa pura cujus placenta nondum separata est, ut massa hæc pura destinata sit placentæ pro omnibus massis, quas maceraverit de rebus quod ad decimationem dubiis, pollutis.

עד שתסרח *donec corrupta fuerit*, illa massa, & non amplius valuerit in cibum hominis, nam in rebus quod ad decimationem dubiis allevarunt, ut quis possit separare de mundo pro immundo, & de non circumdato; sic etiam allevarunt, ut de malo separare possit pro bono. Placenta rei dubiæ illa est, si quis comparaverit proventum à plebejo aut indocto, & de eo comedendum dederit pauperibus, & viatoribus, uti dixit Mischna in tractatu Demai cap. 3. מאכילין את העניים דמאי ואת האכסנים דמאי *cibant pauperes rebus decimationis dubiæ, & hospites viatores rebus decimationis dubiæ*, & placenta quæ separata est de illa massa, est placenta de re decimationis dubiæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit hic hominem debere massæ quantitatem capere quæ pura est, eamque custodire ut indè fiat placenta pro aliis massis, quas depsuit de rebus quod ad decimationem dubiis, etsi massæ illæ sint immundæ, nam pro fundamento tenemus id quod dicit, *placenta de rebus dubiis separatur de puro pro impuro, & de non circumdato.*

עד שתסרח *donec corrupta fuerit*, hoc refertur ad quantitatem massæ de placenta quam separavit in puritate, ut super ea separet usque dum corrupta fuerit, & non amplius conduxerit in cibum hominis.

ז ישראל שהיו אריסין לכותים בסוריא רבי אליעזר מחייב פירותיהם במעשרות ובשביעית ורבן גמליאל פוטר רבן גמליאל אומר שתי חלות בסוריא ורבי אליעזר אומר חלה אחת אחזו קולו של רבן גמליאל וקולו של רבי אליעזר חזרו לנהוג כדברי רבן גמליאל בשתי דרכים :

7. Si Israelitæ fuerint hortulani Cutæorum in Syria, R. Eliesèr obligat fructus eorum de decimis, & jure anni septimi; Rabban Gamaliel liberat. Rabban Gamaliel dicit, duæ placentæ in Syria; R. Eliesèr dicit, una placenta; receperunt levitatem R. Gamalielis, & levitatem R. Eliesèris; denuo receperunt verba Rabban Gamalielis duobus modis.

R. OB. DE BARTENORA.

בסוריא *in Syria*, intellige terras illas quas subegit David, non possidentes sanctitatem terræ Israelis. רבי אליעזר מחייב וגו׳ *R. Eliesèr obligat &c.*, putat in Syria agendum esse uti in terra Israelis quod ad decimationem & jus anni septimi; Rabban Gamaliel autem liberat, quia putat Syriam esse alius juris quam terra Israelis, & neminem teneri de decimis in Syria, nisi ad ipsum Israelitam solum pertineat ager, & Gentilis non habeat partem in eo.

רבן גמליאל אומר שתי חלות בסוריא *Rabban Gamaliel dicit, duæ placentæ in Syria*, eo modo quo in regionibus extra terram Israelis duas placentas separant, & unam comburunt, quia immunda est, uti terra Gentium; alteram vero sacerdoti dant, ne Lex de placenta ex Israele oblivioni detur.

רבי אליעזר אומר אחת חלה *R. Eliesèr dicit, una placenta*, sequitur suam opinionem qua dicit, Syriam esse ejusdem juris ac terra Israelis, & pulverem ejus non pollui quemadmodum pulvis terræ Gentium, propterea separabit unam placentam, at non plures.

אחזו קולו של רבן גמליאל *tenuerunt levitatem Rabban Gamalielis*, qui Syriam liberat à decimatione, & jure anni septimi.

וקולו של רבי אליעזר *& levitatem R. Eliesèris*, qui dicit in Syria separari unam placentam, nam pro fundamento tenemus, eum, qui fecerit secundum levitatem domini unius, & secundum levitatem alterius, impium esse; propterea denuo egerunt juxta Rabban Gamalielem duobus modis, nimirum, Syriam non habendam esse terram Israelis, neque respectu decimationis & juris anni septimi, neque respectu separationis placentæ, si Gentilis partem habuerit in agro; & eo sensu pronunciatur decisio.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam diximus Syriam esse inter illas regiones quas subegit David, easque non pertinere ad terram Israelis. Exposuimus etiam in tractatu Demai, quod fructus Syriæ non tenentur de decimis, nisi quis eos collegerit de agro suo, & possessione; rationem hujus rei quoque dedimus ibidem. Dicit autem hoc loco, si Israelita & Gentilis societatem inierint de campo in Syria, R. Eliesèr obligat eos de decimis, quia juxta opinionem suam tenetur Israelita de decimis, quandoquidem participat de agro. Rabban Gamaliel liberat, quia juxta ipsum ager habetur extra terram Israelis, & non tenetur de decimis nisi donec ager totus ad ipsum pertinuerit, & gentilis in eo non habuerit partem, ut diximus in tractatu Demai.

רבן גמליאל אומר שתי חלות בסוריא *Rabban Gamaliel dicit, duæ placentæ in Syria*, sequitur opinionem suam qua statuit Syriam contineri sub jure illo quo regiones extra terram Israelis continentur; obligatur autem homo duas placentas separare in Syria, uti in regionibus extra terram; una comburenda est, quia polluta est, eo quod extra terram Israelis est, altera vero sacerdoti danda est, ne Lex de placenta oblivioni tradatur, ut postea exponemus. Præterea quoque aliquoties exposuimus pulverem terræ extra terram Israelis adhiberi ad comburendam super eo oblationem primam.

רבי אליעזר אומר חלה אחת *R. Eliesèr dicit, placenta una*, quia juxta ipsum Syria in pluribus ritibus eadem est cum terra Israelis, & putat pulverem ipsius non polluere uti pulvis extra terram Israelis, propterea de una tantum placenta tenetur. Plebs vero per aliquod tempus secuta est duarum opinionum partem leviorem; obligabant ergo in Syria ad unam placentam, & liberos pronunciabant à decimis hortulanorum fructus; præterito deindè tempore denuo secuti sunt opinionem Rabban Gamalielis, juxta quem decisio est.

ח רבן גמליאל אומר שלש ארצות לחלה מארץ ישראל ועד כזיב חלה אחת מכזיב ועד הנהר ועד

8. Rabban Gamaliel dicit, tres terræ tenentur de placenta, indè à terra Israelis ad Cesib, una placenta; Inde à Cesib ad fluvium & Amana usque, duæ

ועד אמנה שתי חלות אחת לאור ואחת לכהן של אור יש לה שיעור ושל כהן אין לה שיעור מן הנהר ועד אמנה ולפנים שתי חלות אחת לאור ואחת לכהן של אור אין לה שיעור ושל כהן יש לה שיעור וטבול יום אוכלה רבי יוסי אומר אינו צריך טבילה ואסורה לזבים ולזבות לנדות וליולדות ונאכלת עם הזר על השלחן ונתנת לכל כהן :

R. OB. DE BARTENORA.

שלש ארצות לחלה *tres terræ tenentur de placenta*; tres terræ differunt in jure de placenta.

מארץ ישראל ועד כזיב *indè à terra Iſraelis uſque ad Ceſib*, nimirum, tota terra Iſraelis uſque ad Ceſib, quæ eſt ligula ad ſeptentrionem paululum vergens, quam è Babylonia reduces ceperunt, & ſanctificaverunt ſanctitate ſecunda, ſeparantes unam placentam, eamque ſacerdoti dantes, qui eam comedat cum puritate.

מכזיב ועד הנהר *à Ceſib uſque ad fluvium*, ad latus orientale, & à Ceſib ad Amana ad latus occidentale, quæ pars non eſt terra Iſraelis propriè dicta, quia ceperunt eam ex Ægypto exeuntes, at non ii qui è Babylonia redierunt, & non ſanctificata eſt ſanctitate prima; & propterea duas tenetur ſeparare placentas, una comburenda eſt, quia polluta eſt juxta pollutionem gentium, quia eam terram non ſubegerunt è Babylonia reduces; altera placenta comedenda eſt, quia impuritas prioris placentæ non manifeſtata eſt, quia non eſt terra gentium ſtrictè dicta; ſi autem non ſeparaſſent ſecundam placentam quæ editur, dixiſſent, oblationem puram comburendam eſſe, at quando ſecundam placentam quoque ſeparaiunt, eamque comederunt, is qui id videbat, rationem hujus rei ſecum conſiderando, rogabat Sapientes qui ipſi reſpondebant.

של אור יש לה שיעור *ei quæ igni debetur impoſita eſt menſura*, quatenus ea terra jam ſancta erat, ideo apparebat ac ſi placenta ejus daretur de Lege, propterea ipſi impoſuerunt menſuram quadrageſimæ octavæ partis, quæ eſt menſura placentæ pollutæ.

ושל כהן אין לה שיעור *& ei quæ ſacerdoti debetur non impoſita eſt menſura*, quia hoc fit ex conſtitutione Sapientum, & ſcribarum.

מן הנהר ומן אמנה ולפנים *à flu[illegible] & ab Amana & interius*; id eſt, indè à principio fluvii & interius, ſic etiam indè à principio Amanæ & interius propriè extra terram Iſraelis locus eſt, in quo duas ſepararunt placentas ex conſtitutione Sapientum, unam quæ debetur igni, propter pollutionem terræ gentium, alteram quæ debetur ſacerdoti, ne oblivioni tradatur Lex de placenta ſacerdoti danda.

ושל אור אין לה שיעור *& quæ debetur igni non habet menſuram*, quandoquidem ambæ inſtitutæ ſunt ex conſtitutione Sapientum, melius eſt multiplicare placentam quæ ſacerdoti datur & ab ipſo comeditur, quam eam quæ comburitur.

טבול יום אכלה *de die lotus comedat eam*, placentam igni conſecratam extra terram Iſraelis, qui vero hic dicitur טבול יום eſt ſacerdos qui lotus eſt quia pollutionem ſeminis vidit, quia placenta extra terram Iſraelis nemini interdicta eſt niſi ei cujus impuritas è corpore emanat, ſed permiſſa eſt cæteris impuritatibus polluto; propterea in loco extra terram Iſraelis ſi fuerit ſacerdos junior qui non pollutus eſt pollutione è corpore emanante, aut ſacerdos provecta ætate qui lotus eſt propter pollutionem ſuam, unam tantum ſeparabit placentam, eamque ſacerdoti dabit; ſi vero non fuerit eo in loco ſacerdos junior, nec ſacerdos ſenior qui de die lotus eſt propter pollutionem, at fuerit ſacerdos pollutus fluxu ſeminis, ſeparandæ ſunt duæ placentæ, una pro igne indeterminatæ menſuræ, altera pro ſacerdote determinatæ menſuræ, quæ eſt quadrageſima octava pars, uti ſe habet jus placentæ in loco extra terram Iſraelis pollutæ, quia impuritas terræ gentium habetur impuritas loci extra terram Iſraelis, ſacerdos

duæ placentæ, una pro igne, & una pro ſacerdote; ea quæ igni conſecratur tenet menſuram; at ea quæ ſacerdoti conſecratur, non tenet menſuram. Indè à fluvio uſque ad Amana & interius, duæ placentæ, una pro igne, altera pro ſacerdote, ea quæ pro igne non tenet menſuram, at ea quæ pro ſacerdote tenet menſuram, & lotus de die eam comedere poteſt. R. Joſe dicit, non opus eſt lotione; at interdicta eſt ſeminifluis in utroque ſexu, & menſtruatis, & puerperis, ſed comeditur cum alienigena ad menſam, & traditur cuilibet ſacerdoti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

שלש ארצות לחלה *tres terræ pro placenta*, id eſt, in tres partes dividitur terra reſpectu obligationis placentæ; in tota terra Iſraelis uſque ad terminos Ceſib, quæ eſt ea terra quam poſſederunt redeuntes è Babylonia, uti expoſitum eſt capite ſexto tractatus Scebiit, & hæc terra ſanctificata eſt ſanctitate ſecunda in reditu Ezræ; & ea tenetur de una placenta quæ ſacerdoti datur; Indè à Ceſib ad fluvium & Amanam uſque, eſt ea terra quam poſſederunt exeuntes ex Ægypto; & non ſanctificata eſt tempore Ezræ, ſed conceſſère gentibus eam inhabitare, & hæc tenebatur de duabus placentis, una comburebatur quia erat oblatio immunda, & menſuram tenebat, quia Deus dixit Num. 15: 19. והיה באכלכם מלחם הארץ at hoc dixit quando comedebant Manna, quando autem comedebant proventum obligabantur de placenta, & propterea neceſſe eſt ſeparare placentam ea quam diximus menſura, quæ eſt vigeſima quarta pars, aut quadrageſima octava, uti expoſuimus; altera vero placenta dabatur ſacerdoti, & non tenebat quantitatem, ſed quacunque ſeparabatur quantitate, quia conſtitutio Sapientum erat; hi enim hoc conſtituerant, ne quis cogitaret oblationem puram comburendam eſſe, quando eam placentam comburi videbant quæ non affecta erat impuritate manifeſta. Indè à fluvio uſque ad Amanam & ulterius, nimirum, ad reliquam terræ partem, quæ eſt terra gentium, & extra terram Iſraelis ſita, quam inhabitavit Iſrael, quando tranſmigravit è terra Iſraelis, de qua etiam tenentur ad duas placentas, ſed ad utramque ex conſtitutione Sapientum, & propterea placentæ quæ debetur ſacerdoti impoſuere menſuram, non vero illi quæ debetur igni. Dixerunt etiam, quandoquidem utraque conſtituta eſt à Sapientibus, ideo melius eſt multiplicare in ea quam comedit, & non multiplicare in ea quam comburunt.

וטבול יום אכלה *& qui de die lotus eſt comedat eam*; id eſt, comedat placentam loci extra terram Iſraelis cui menſura non eſt impoſita; R. Joſe concedit etiam ei qui ſeminis fluxum paſſus eſt ut comedat; ſed interdicta eſt ſeminifluis in utroque ſexu, & puerperis, præ gravitate impuritatis eorum, quia impuritas è corporibus eorum emanat. In Gemara dicunt, oblatio prima loci extra terram Iſraelis non interdicta eſt niſi illi cujus impuritas emanat è corpore, nimirum, in viro quando animadvertit ſeminis fluxum, in muliere, ſi animadvertit ſanguinem menſtrui. Et hæc conſideratio veriſſima eſt, eam quæ cremanda eſt poſſe comedi à ſacerdote juniori, at non à ſacerdote ſeniori qui laborat immunditie corporis comedi poſſe, ſed comburendam eſſe; propterea ſcias velim, ſi fuerit ſacerdos junior, aut ſacerdos ætate provectiori, qui immerſi ſint lotione diurna, & hoc extra terram, non neceſſe eſſe ſeparare duas placentas, at unam tantum juxta menſuram, quæ datur ſacerdoti juniori qui eam totam comedat; ſi vero non fuerit ſacerdos præter eum qui immunditie laborat è corpore ipſius emanante, tum ſeparandæ ſunt duæ placentæ, una non tenet determinatam quantitatem, & comburitur; altera vero determinatam tenet quantitatem, & datur cuivis ſacerdoti qui eam comedat, ne Lex de placenta in Iſraele oblivioni tradatur; quantitas vero hujus placentæ eſt quadrageſima octava pars, quia immunda eſt, nempe maſſa illa quam in terra immunda ſubegit.

ונתנה לכל כהן *& datur cuicunque ſacerdoti*, ſive is ſit חבר *eruditus*, ſive הדיוט *indoctus*, quia obligatio ejus non eſt tanti momenti ut non daretur ſacerdoti indocto ac plebejo,

cerdos vero comedat eam in impuritate pollutionis, ne Lex de placenta in Israele tradatur oblivioni.

אינו צריך טבילה *non tenetur de lotione*, & qui pollutus fuerit seminis fluxu comedere potest placentan in loco extra terram Israelis; decisio non est penes R. Jose.

אסורה לזבים ולזבות *interdicta est seminifluis in utroque sexu*, dicunt hoc Sapientes, quia juxta R. Jose licitum est seminifluis, quemadmodum licitum est ei qui semine pollutus est.

bejo, qui eam comedat in impuritate, quandoquidem ille se polluit in terra gentium; decisio non est penes R. Jose. Oportet etiam ut scias id quod diximus capite quarto Bechorot, nimirum, quod oblatio prima extra terram Israelis primo comedi & deindè separari potest, saltem id esse licitum si quis ita faciat; ibidem etiam dicitur, in oblatione prima extra terram Israelis non habere locum sacerdotis interdictum qui adjuverit in area.

ונאכלת עם הזר על השולחן *& comeditur cum peregrino ad mensam*, nam non decrevimus in mensam eam ponere, ut cedat ei in cibum.

ונתנת לכל כהן *& datur cuicunque sacerdoti*, tam sacerdoti qui est חבר *doctus ac eruditus*, quam הדיוט *sacerdoti vulgari*, & non adeo doctrina pollenti; eo sensu explicuit R. Mosche Maimonides; at non ita sonant verba Gemaræ, sed illa dicunt, tam sacerdoti dari qui suum quod profanum est comederit cum puritate, quam sacerdoti qui profanum suum comederit cum impuritate, at sacerdoti vulgari nulla dantur dona sacerdotii, quia scriptum est, 2 Chron. 31:4. לתת מנת הכהנים למען יחזקו בתורת יהוה ergo non danda sunt dona nisi sacerdotibus Legem Domini discentibus; sic etiam intelligendum est id quod dicitur Mischna sequenti אלו נתנין לכל כהן non sacerdoti vulgari dandum esse, sed omni sacerdoti Legi Domini operam danti, etsi profanum suum non comedat cum puritate.

ט ואלו נתנין לכל כהן החרמים והבכורות ופדיון הבן ופדיון פטר חמור והזרוע והלחיים והקיבה וראשית הגז ושמן שרפה וקדשי המקדש והבכורים. רבי יהודה, אוסר בבכורים כרשיני תרומה רבי עקיבא מתיר וחכמים אוסרים:

9. Et hæc dantur cuivis sacerdoti, anathemata, primogenita, redemptio filii, redemptio primogeniti asini, brachia, maxillæ, ventriculus, primitiæ lanæ, oleum combustionis, sanctitates sanctuarii, & primitiva. R. Jehuda vetat primitiva, & lentes oblationis primæ; R. Akiba permittit, Sapientes vetant.

R. OB. DE BARTENORA.

Anathemata sacerdotibus cedunt, uti scriptum est Num. 18. כל חרם בישראל לך יהיה.

והבכורות *& primogenita*, si fuerit perfectum, pertinet ad sanctitates templi; at si vitiosum fuerit, dicit Scriptura Deut. 12:15. הטמא והטהור יאכלנו. ideo cuivis sacerdoti dari potest.

ופדיון פטר חמור *& redemptio primogeniti asini*, redimi potest agno, & non pertinet ad sanctitates. וראשית הגז *& primitiæ lanæ sectæ*, quia scriptum est Deut. 18:4. *Primitias velleris ovium dabis ipsi.*

ושמן שרפה. *& oleum combustionis*, oleum oblationis primæ pollutæ. וקדשי המקדש *& sanctitates sanctuarii*, quas non vetuere sacerdoti dare qui non cavet sibi ab impuritate, sed istiusmodi res quæ de impuritate vetitæ sunt in terminis terræ Israelis, uti est oblatio prima, oblatio de decimis, & placenta; sed quod ad sanctitates templi, & primitiva quæ adferuntur in atrium, non curarunt ne darentur cuivis sacerdoti, quia certum est quod se purificabit.

רבי יהודה אוסר בבכורים *R. Jehuda vetat in primitivis*, quia suspicio ipsi est sacerdotem non cavere sibi ab eis, quandoquidem eis non perficitur opus; decisio non est juxta R. Jehuda.

רבי עקיבא מתיר *R. Akiba permittit*, nam sequitur opinionem suam quam dixit capite secundo Maaser Schéni, quod opera lentium omnia perficiantur in impuritate, quia non habentur edulia. וחכמים אוסרין *at Sapientes vetant*, quia juxta illos lentes habentur edulia, quia comeduntur quando ingravescit fames; decisio est penes Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicunt in Gemara, primitiva & primogenita esse pro viris stationariis, reliquas vero res sacerdotibus omnibus, ita ut non distinguendum sit inter sacerdotem doctum & indoctum, nisi respectu boni & melioris, quia Deus benedictus dixit Num. 18:22. ונתתם ממנו את תרומת יהוה לאהרן הכהן ad hæc dicunt in Siphri, quemadmodum Aharon חבר est, sic omnes sunt חברים, hinc dixerunt, non dantur sacerdoti dona nisi ei qui חבר est; & hoc jus obligat in aliquibus donis, ut hoc capite exponetur; in reliquis vero donis omnia procedunt juxta voluntatem ejus qui ea dederit, ut non illicitum sit ea sacerdoti indocto dare.

והחרמים *& anathemata*, hoc est quod dixit Deus benedictus Num. 18:14. כל חרם בישראל לך יהיה quæ respiciunt ad ea quæ Deus dixit Levit. 27:27. כל חרם אשר יחרים איש ליהוה וגו' sic etiam ager possessionis non dedicatur sacerdoti, quia Deus dixit vers. 15. אם משדה אחזתו יקדיש ליהוה *Si agrum possessionis sanctificaverit Domino.*

והבכורות *& primogenita*, primogenita animalia munda. ופדיון הבן *& redemptio filii*, quinque sunt sicli quibus primogenitum hominis redimunt.

ופדיון פטר חמור *& redemptio asini primogeniti*, uti dixit Deus benedictus Exod. 34:20. פטר חמור תפדה בשה quo respicit ad ea quæ dixit Num. 18:15. ואת בכור הבהמה הטמאה תפדה Et tres illas species primogenitorum Scriptura comprehendit uno versu Num. 18:15. כל פטר רחם לכל בשר אשר יקריבו לה' באדם ובבהמה Porro dicit Misna הזרוע והלחיים והקיבה *brachium, maxillæ, & ventriculus*, sunt ea quæ in tota Mischna vocantur dona, uti dicitur Deut. 18:3. ונתן לכהן הזרוע והלחיים והקבה Sequitur וראשית הגז *& primitiæ velleris*, hoc exprimit Deut. 18:4. וראשית גז צאנך תתן לו Exponitur quoque jus donorum & primitiarum velleris in tractatu Chulin; sic etiam in tractatu Bechorot exponitur jus agrorum votorum, & agrorum possessionis. Exposuimus etiam aliquoties *oleum combustionis* vocari oleum oblationis pollutæ; ratio autem, quare in his donis sacerdotem doctum non præferimus indocto, est, quia non sunt sancta, de quibus non sumus solliciti ut à sacerdote indocto polluantur. וקדשי המקדש *& sanctitates sanctuarii*, sunt ea dona quæ cuicunque dantur sacerdoti stationis, quia viros stationarios non præferimus inter se. Sanctitates vero templi decem sunt, sacrificium expiationis è bestiis, sacrificium expiationis ex avibus, sacrificium pro reatu certò, sacrificium prò reatu dubio, sacrificia pacifica totius cœtus, Logus olei leprosi, duo panes, & panis facierum, reliquiæ oblationum, & reliquiæ Omeri; & vocantur *sanctitates templi*, quia sacerdotibus non licet quicquam harum decem sanctitatum comedere extra atrium. Scias etiam sacerdotii dona in totum esse viginti quatuor, decem in templo quæ nominavimus, & quatuor quæ sacerdotes tantum Jerusolymis acquirunt, & hæc sunt primogenita, primitiva, id quod separatur de sacrificio confessionis, & aries Nazyræi, & pelles sanctitatum; primogenita & primitiva jam exposuimus è Gemara non dari nisi viris stationariis; id quod separatur de sacrificio confessionis, aries Nazyræi, ac pelles sanctitatum non dabantur omni sacerdoti, sed illi qui id sacrificium offerebat; eo sensu dicitur Levit. 7:8. והכהן המקריב את עולת איש עור העולה אשר הקריב לכהן לו יהיה Et de eo quod separatur de sacrificio confessionis dicitur Levit. 7:14. לכהן הזרק את דם השלמים לו יהיה Et de eo quod separatur de sacrificio arietis Nazyræi dicit Num. 6:20. והניף אותם תנופה לפני יהוה קדש הוא לכהן indè innuitur sacerdotem qui agitat, eum esse qui comedit sacrificium. Præterea restant decem dona quæ acquirunt sacerdotes ubique in terra Israelis, & sunt illa de quibus dicunt

עשר בגבולין *decem in terminis*, & hæc sunt, oblatio prima, oblatio de decimis, placenta, primitiæ velleris, dona, redemptio filii, redemptio asini primogeniti, ager possessionis, ager anathematis, & furtum peregrini; oblatio prima vero, & oblatio de decimis, & placenta nequaquam sacerdoti indocto dandæ erant, quia is suspectus habetur de impuritate, undè fieri potest ut comedat eas cum impuritate; Sic etiam furtum peregrini non datur nisi sacerdoti qui offert arietem pro reatu, uti scriptum est Num. 5:8. ואם אין לאיש גואל להשיב האשם וגו׳ Undè constat illi sacerdoti qui offert arietem pro reatu dari id quod raptum fuerit; nam exponunt, hunc versum loqui de eo quod furatus est peregrinus, quia Deus dicit ואם אין לאיש גואל quod dici nequit nisi de peregrino, quia Israelitæ non deest redemptor & hæres, juxta id quod dictum est Num. 27:11. ונתתם נחלתו לשארו הקרוב אליו וגו׳ dixerunt Sapientes, hæreditas sursum ascendit ad Ruben, uti exposuimus in Bava Batra. רבי יהודה אוסר בבכורים R. *Jehuda vetat primitiva*, ne illa dentur cuivis sacerdoti; sed jam exposuimus ea dari viris stationariis, & hoc etiam ulterius explicatur in tractatu Biccurim. R. Akiba vero permittit ut viciæ oblationis primæ dentur cuivis sacerdoti, quia sunt edulia quadrupedum, & si pollutæ fuerint, nihil refert. Sapientes autem vetant, quia comeduntur eo tempore quo ingravescit fames, & quod propterea fieri potest ut comedantur in impuritate, ideo tantum sacerdoti dantur qui חבר est, uti jus oblationis primæ postulat; & hoc est quod dixerunt, *quando decreverunt de viciis, in tempore famis*; decisio est penes Sapientes.

י נתאי איש תקוע הביא חלות מביתר ולא קבלו ממנו אנשי אלכסנדריא הביאו חלותיהן מאלכסנדריא ולא קבלו מהם אנשי הר צבועים הביאו בכוריהם קודם עצרת ולא קבלו מהם מפני הכתוב שבתורה וחג הקציר בכורי מעשיך אשר תזרע בשדה:

10. Nithai Thekoensis adduxit placentas de Biter, at non receperunt ab ipso. Alexandrini adduxerunt secum placentas Alexandriâ, at non receperunt ab illis. Viri montis Zeboim adduxerunt primitiva suas ante Pentecosten, at non receperunt ab ipsis, quia scriptum est (Exod. 23: 16.) *Et festum messis primitivorum operum tuorum quæ seminaveris in agro tuo.*

R. OB. DE BARTENORA.

Biter est nomen loci extra terram Israelis. ולא קבלו ממנו *at non receperunt ab ipso*, quia comedi non poterant, quia terra gentium pollutæ erant; & comburi non poterant, quia illa pollutio non erat pollutio manifesta, & ne dicerent, vidimus oblationem primam comburi puram; ad locum suum redire nequibant, ne dicerent, vidimus oblationem primam deduci extra terram Israelis; sed relinquet eam usque ad vesperam Paschatis, & comburet eam.

וחג הקציר בכורי מעשיך *& festum messis primitivorum operum tuorum*; nam duo panes vocantur nomine primitivorum, & licitum in templo reddunt id quod novum est ut offeratur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Tenemus fundamentum oblationem primam è loco extra terram Israelis non adducendam in terram Israelis. Et in Gemara dicunt, de illis oblationibus quas in terram Israelis adduxerunt; comedere eas non potest, ne dicant, vidimus oblationem primam comedi pollutam, quia extra terram Israelis erat; comburi non potest, ne dicant, vidimus oblationem primam comburi puram, quia non polluitur pollutione manifesta, nisi in pulvere extra terram Israelis, quam impuritatem omnes homines non cognoscunt; redire ad locum suum non potest, ne dicant, vidimus oblationem primam è terra Israelis deferri ad loca exteriora; quomodo ergo faciet? relinquet oblationem primam usque ad vesperam Paschatis, & comburetur; & hoc est id quod factum est cum placentis Alexandrinis, quas non receptas esse dicunt.

יא בן אנטינוס העלה בכורות מבבל ולא קבלו ממנו יוסף הכהן הביא בכורי יין ושמן ולא קבלו ממנו אף הוא העלה את בניו ובני ביתו לעשות פסח קטן בירושלים והחזירוהו שלא יקבע הדבר חובה אריסטון הביא בכוריו מאפמיי וקבלו ממנו מפני שאמרו הקונה בסוריא כקונה בפרוור שבירושלם: סליק

11. Filius Antini adduxit primogenita è Babylonia, at non receperunt ab ipso. Joseph sacerdos adduxit primitiva vini & olei, at non receperunt ab ipso; Is ipse etiam secum adduxit filios suos & domesticos, ad conficiendum Pascha parvum Jerusolymis, sed eum remiserunt, ne pro debito imposterum hoc modo haberetur. Ariston adduxit primitiva sua Apamiâ, & receperunt ab ipso, quia dixerunt, quicunque emit in Syria habetur ac si emisset in pago Jerusolymis vicino.

R. OB. DE BARTENORA.

העלה בכורות מבבל ולא קבלו ממנו *adduxit primogenita è Babylonia, at non receperunt ab ipso*, quia Deut. 14:13. dicitur, *Et comedes coram Domino Deo tuo decimas frumenti tui, musti tui, olei tui, & primogenita jumenti tui, & gregis tui*, id est, è quo loco adducis decimas frumenti, de eo adduces primogenita, è loco extra terram Israelis de quo non adducuntur decimæ frumenti, ex eo etiam non adduces primogenita.

הביא בכורי יין ושמן ולא קבלו ממנו *attulit primitiva vini & olei, at non receperunt ab ipso*, quia à principio in eum finem non vindemiaverant ea, at si à principio eum in finem vindemiaverint ea, licet, quemadmodum Mischna dixit ultimo capite Trumot, *non adducunt primitiva liquorum, nisi id tantum quod de uvis & olivis exprimitur.*

פסח קטן *Pascha parvum*, Pascha secundum; filii ipsius erant minorennes, & obligati tantum erant de Paschate primo, quo omnes obligantur comparere, uti scriptum est Exod.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicunt in Siphri, fieri potest ut quisquam primogenita è loco extra terram Israelis adducat in terram Israelis, propterea dictum est Deut. 14: 13. ואכלת לפני יהוה מעשר דגנך תירשך ויצהרך ובכורות בקרך וצאנך id est, de quo loco quis adducit decimas frumenti, de eo etiam adducet primogenita, è loco extra terram Israelis, de quo non adducuntur decimæ frumenti, non adduces primogenita.

הביא בכורי יין ושמן ולא קבלו ממנו, *attulit primitiva vini & olei, at non receperunt ab ipso*, hæc est opinio verissima, quæ etiam ulterius exponetur in tractatu Biccurim, nimirum, primitiva liquorum non adduci; Id autem quod dictum est in tractatu Trumot, *Non adducunt primitiva liquorum præterquam id quod de olivis & uvis exprimitur*, est tantum opinio R. Jehudæ, qui primitias docuit de oblatione prima, uti in Gemara exponitur; sed hoc etiam exposuimus in tractatu Trumot.

אף הוא העלה את בניו *etiam is secum adduxit filios suos,*

Exod. 34: 23. יראה כל זכרך at non Paſchate ſecundo. אפמיא *Apamia*, legendum eſt מאפמיא, eſt locus in Syria. פרוור *ſuburbium*, pagi Jeruſolymis vicini, ſic Targum ad vocem מגרשים *ſuburbia* exponit פרווריא.

ſuos, hi filii ſine dubio erant minorennes, qui non obligantur Jeruſolymis comparere niſi tempore Paſchatis primi, uti dixit Deus benedictus Exod. 23: 17. שלש פעמים בשנה יראה כל זכרך *Apamia*, eſt nomen loci in Syria. פרוור שבירושלם *ſuburbia Jeruſolymorum*, pagi urbi vicini, Targum מגרשים transfert פרווריא. Jam expoſuimus in principio tractatus Demai, eum qui emerit agrum in Syria obligatum eſſe ut ſolvat decimas pro agro illo; & hoc fundamentum eſt ejus quod dicitur.

Finis Tractatus de Placenta Separanda.

מסכת ערלה

Tractatus de Arborum Præputiis.

פרק א הנוטע לסייג ולקורות פטור מן הערלה רבי יוסי אומר אפילו אמר הפנימי למאכל והחיצון לסייג הפנימי חייב והחיצון פטור :

CAput 1. Qui plantaverit in ſepimentum & in tabulata, liber eſt â præputio; R. Joſe dicit, etiam ſi quis dixerit, id quod interius eſt cedet in cibum, exterius vero in ſepimentum, interius obligatur, exterius vero liberum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

הנוטע לסייג *qui plantaverit ſepimentum*, ut arbor ſit ſepimentum vineæ. ולקורות *& in trabes*, ut inde creſcant ligna ex quibus conficiuntur trabes in ædificia, ut fundamentum vel intentio ejus non fuerit ad comedendum fructus.

פטור מן הערלה *liber eſt â præputio*, quia ſcriptum eſt Lev. 19: 23. ונטעתם כל עץ מאכל ergo arbor de qua comeditur, tenetur, at ea quæ inſervit pro ſepimento, trabe, & lignis, libera eſt.

הפנימי למאכל *id quod interius eſt in cibum*, ſi intentio ejus fuerit ut arboris interiores fructus cedant in cibum, exterior vero propago in ſepimentum, etſi in totum ſit una arbor, exterior tamen pars libera eſt; deciſio non eſt penes R. Joſe.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus benedictus Levit. 19: 23. ונטעתם כל עץ מאכל וערלתם ערלתו וגו׳ propterea ſi ea intentione plantaverit ut comedat fructus, tenetur de præputio; at ſi ea intentione plantaverit arborem ut inſerviat pro ſepimento, tabulato, aut contignatione, non tenetur de præputio. R. Joſe dicit, quod etiam illa arbor, ſi intentio ejus fuerit ut latus illud quod indè ſe inclinat in locum publicum, ſit ſepimentum pro latere quod indè ſe inclinat in hortum, & intentio ejus fuerit ut latus quod ſe inclinat interius, id eſt in hortum, cedat in cibum; & quod jus arboris varium eſt, nam latus interius obligatur de præputio, exterius vero liberum eſt; deciſio non eſt penes R. Joſe.

SURENHUSIUS. Poſtquam præceſſerunt tractatus de ſeminum donis ſeparandis, nec non is qui tractat de placenta a maſſa farinæ ſeparanda, ſequitur hic qui inſcribitur ערלה *de præputiis arborum*, quemadmodum extat Lev. 19: 23, 24, 25. וכי תבאו אל הארץ ונטעתם כל עץ מאכל וערלתם ערלתו את פריו שלש שנים יהיה לכם ערלים לא יאכל ובשנה הרביעית יהיה כל פריו קדש הלולים ליהוה ובשנה החמישית תאכלו את פריו להוסיף לכם תבואתו אני יהוה אלהיכם Et fructus arborum anni quarti ſequuntur conditionem decimarum ſecundarum, nam ſicuti decimæ ſecundæ tantum Jeruſolymis erant comedendæ a poſſeſſoribus, vel pretium earum redimendum, & ritus tantum obtinebat in terra Iſraelis, non autem in Syria, atque ab omnibus pauperum ac ſacerdotum donis, qualia ſunt, manipulus oblivione relictus, angulus agri, ſpicilegium, racematio, oblatio prima, & decimæ, liberæ erant; ſic etiam fructus arborum anni quarti ab illis donis omnibus liberi ſunt, & integri Jeruſolymis comedendi, vel pretium eorum quo redemti ſunt. Videſis Maimonidem in Hilchot Maaſer Scheni & Natang Ribgni capite decimo. Deciſio hic a Maimonide non pronunciatur juxta R. Joſe, ſed in loco modo citato Halacha tertia pronunciat juxta R. Joſe, quando dicit, נטע אילן וחשב שיהיה הצד הפנימי שלו למאכל והחיצון לסייג זה שחשב עליו למאכל חייב בערלה וזה שחשב עליו לסייג פטור.

ב עת שבאו אבותינו לארץ מצאו נטוע פטור נטעו אף על פי שלא כבשו חייב הנוטע לרבים חייב רבי יהודה פוטר הנוטע ברשות הרבים והעכום שנטע והגולן שנטע והנוטע בספינה והעולה מאליו חייב בערלה :

2. Eo tempore quo patres noſtri ingrediebantur Terram, id quod plantatum inveniebant, liberum erat; ſi vero illud plantaſſent, etiamſi non ſubegiſſent terram, tenetur. Qui plantaverit pro multis, tenetur, R. Jehuda liberat. Qui plantaverit in juriſdictione multorum, & gentilis qui plantaverit, & prædo qui plantaverit, & qui plantaverit in navi, & quod natum fuerit ex ſe ipſo, tenetur de præputio.

R. OB. DE BARTENORA.

מצאו נטוע פטור *quod plantatum inveniebant, liberum erat*, quia ſcriptum eſt Levit. 19: 23. כי תבאו אל הארץ ונטעתם eo excluditur gentilis plantatio antequam venerit in terram Iſraelita.

ונטעו

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אף על פי שלא כבשו *etiamſi non ſubegiſſent*, etſi nondum ſubegiſſent totam terram. הנוטע לרבים *qui plantaverit pro multis*, id eſt, ſi quis arbores plantaverit in loco ſuo, at non ſibi, ſed ut omnes homines de illis comedant, ita ut ſe res habeat,

ונטעו *& plantaverint*, tam Iſraelita quam gentilis ſi plantaverit, poſtquam venerit in terram Iſraelis, etiamſi Iſraelitæ non ceperint eam, tenetur, quia Scriptura dicit כל העץ id eſt, tam ſi eam arborem plantaverit Iſraelita, qvam gentilis.

הנוטע לרבים *qui plantaverit pro multis*, ſi plantaverit in agro ſuo in uſum multorum. חייב *tenetur*, quia ſcriptum eſt ibidem יהיה לכם ערלים ad includendum eum qui plantaverit pro multis.

רבי יהודה פוטר *R. Jehuda liberat*, putat enim quod ונטעתם etiam ſit intelligendum de eo qui plantaverit pro multis, at multiplicatio poſt multiplicationem diminuit. Sapientes putant quod ונטעתם ſit intelligendum, quando quiſque pro ſe ipſo plantat; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

הנוטע ברשות הרבים *qui plantaverit in loco publico*, in uſum ſuum. והעכום שנטע *& gentilis qui plantaverit*, in agro Iſraelitæ. והגזלן *& prædo*, qui diripuit agrum, & in eo plantaverit, & poſſeſſores in deſperationem redegerit de illo recuperando.

הנוטע בספינה *qui plantaverit in navi*, etſi non fuerit perforata quando fuerit teſtacea, quia vas teſtaceum non interponit ſe radicibus, quæ per illud humores è terra attrahunt, ſed lignea navis perforata ſit neceſſe eſt. והעולה מאליו *& quod ſponte creverit*, hoc intelligendum eſt tantum de loco habitabili, at non de ſylvis, & deſertis.

habeat ac ſi fructus, qui in illa arbore crevit quam plantavit, ſit communis. R. Jehuda vero dicit, id quod Deus benedictus dixit Levit. 19:23. ונטעתם tam de eo qui ſibi ſoli plantaverit, quam pro multis dicitur; nam ſi dixiſſet ונטעתם עץ מאכל & nihil præterea addidiſſet, diceremus eum qui plantaverit pro multis obligatum eſſe; at quando Deus addit dicens יהיה לכם ערלים indè conſtat eum qui plantaverit pro ſe ipſo tantum eſſe obligatum, quia dicit in genere ונטעתם quod tam de plantatione pro uno quam pro multis intelligendum eſt, & dicitur ibidem לכם. *vobis* tam de pluralitate quam ſingularitate, eſtque multiplicatio poſt multiplicationem, at multiplicatio poſt multiplicationem diminuit, diminuet ergo eum qui plantaverit pro multis. Sapientes vero dicunt vocem לכם *vobis* indicare admonitionem; at non eſt ſcopus noſter exponere in hoc tractatu ſyllogiſmos eorumque ordines ac modos, ut intelligeres pluralitatem poſt pluralitatem, & ſingularitatem poſt ſingularitatem, & iſtiuſmodi regulas, ſed de illis ſigillatim mentionem faciam in tractatu meo abſque aliis demonſtrationibus.

העולה מאליו *quod ſponte creverit*. arbor quæ ſponte creverit, quam nemo plantavit; at ea conditione quod creverit in agro juriſdictionis privatæ, at id quod creverit ſponte in agro juriſdictionis publica, non tenetur de præputio. Ad hæc dixerunt in Siphræ, ונטעתם *& plantabitis*, excludit id quod creverit ſponte; Sic etiam dixerunt in Toſaphta, Id quod creverit ſponte in fundo juriſdictionis multorum liberum eſt à præputio. נכרי שנטע *gentilis qui plantaverit*, qui plantaverit pro Iſraelita mercede, aut gratis, vel ſponte ſe ad operandum offerens; at ſi gentilis plantaverit pro ſe ipſo, & poſtea ab ipſo emerit Iſraelita, non tenetur de præputio; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ג אילן שנעקר והסלע עמו שטפו נהר והסלע עמו אם יכול לחיות פטור ואם לאו חייב. נעקר הסלע מצדו או שזעזעתו המחרישה או שזעזעו ועשאו כעפר אם יכול לחיות פטור ואם לאו חייב:

3. Arbor quæ eradicata eſt, & petra cum ea, quam inundavit fluvius una cum terra circumdata, ſi vivere poterit, libera eſt, ſin minus, tenetur. Si vero terra circumjacens de latere ejus extirpata fuerit, aut eam dimoverit aratrum; ſive eam dimoverit & fecerit inſtar pulveris, ſi potuerit vivere, libera eſt; ſin minus, tenetur.

R. OB. DE BARTENORA.

אילן שנעקר *arbor extirpata*, quam extirpavit ventus, aut inundaverit fluvius, ut detulerit eam in locum alium. והסלע עמו *& petra cum ipſa*, pulvis quo undique circumdantur radices, vocatur סלע, quia inſtar petræ indureſcit; præterea dicit, ſi pulvis iſtiuſmodi adhæſerit arbori, & deinde addiderit pulverem, ſi eo loco radices egerit in terra, conſiderarunt, an potuerit arbor vivere eo pulvere ſine additione alius pulveris; & res ſe habet ac ſi in primo loco plantata eſſet, & libera eſt à jure præputii; ſin minus, habetur arbor quæ crevit ſponte, & tenetur. שזעזעתו המחרישה *quam dimovit aratrum*, quo diſperſus eſt pulvis, ut radices detectæ fuerint.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Pulvis qui adjicitur arboris radici vocatur סלע *petra*, quia pulvis inſtar petræ indureſcit poſtquam eum in profundam terræ cavitatem immiſerit, arbores enim diu ſolent ſuas conſervare radices in terra, & pulvis circum eas indureſcere & condenſari, ita ut arbor quaſi petra circumdetur, etiam poſtquam extirpata fuerit. Dicit itaque, ſi quis extirpaverit arborem una cum pulvere qui vocatur סלע, eamque in alio loco depoſuerit, ſi in pulvere illo contineatur ea quantitas qua arbor poterit vivere, non tenetur de præputio, quandoquidem id non habetur ſecunda plantatio. שזעזעתו המחרישה *quam dimovit aratrum*, id eſt, ſi vomer quo terram exarant eam dimoverit, & in modum pulveris redegerit, nimirum, quod dimovit ipſam arborem loco ſuo & tranſtulit, at non ſeparavit à terra, & poſtea undique ipſi adjecit pulverem, ut locus arboris ſe extendat & dilatet, ſi eo fuerit in ſtatu ut vivere poſſit, & non corrumpatur, etſi non impoſita fuerit pulveri, non tenetur de præputio.

ד אילן שנעקר ונשתייר בו שורש פטור וכמה יהא השורש רשב"ג אומר משם רבי אלעזר בן יהודה איש ברתותא כמחט של מיתון:

4. Arbor quæ extirpata fuerit, & in qua remanſerit radix, libera eſt; at quanta erit radix? Rabban Schimeon filius Gamalielis dicit in nomine R. Eleaſaris filii Jehudæ viri de Bartota, ut acus extenſionis.

R. OB. DE BARTENORA

ונשתייר בו שורש *& remanſerit in ea radix*, radix quæ terræ adhæſerit, quæ non evulſa eſt. כמחט של מיתון *ut acus extenſionis*, nam legendum eſt כמחט של מטוח, ſenſus ergo ejuſmodi eſt, ut quantitas incrementi radicis ſe habeat ut acus qua textores pannum extendunt, quem texuerunt, ut eo magis dilatetur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Solent textores habere calamum aut lignum aliquod ab extremitatibus ſuis ferro obducta acuto, inſtar dentis aut acus, unde latitudinem panni eo magis extendunt, poſtquam texuerunt eum; quælibet ergo acuta extremitas vocatur מחט של מתוח *acus expanſionis*, nam ita legendum eſt, à radice נתח *expandit*, ſic Eſa. 40:22. וימתחה כאהל. Præterea quoque aliam dabo explicationem capite 13. tractatus Kelim; dictum Rabban Schimeonis filii Gamalielis non habet adverſarios.

ה אילן שנעקר ובו בריכה והוא חיה כמנה חזרי הזקינה להיות כבריכי הבריכי שנה אחר שנה ונפסקי מונה משעה שנפסקי סיפוק הגפנים וסיפוק על גבי סיפוק אף על פי שהבריכן בארץ מותר רבי מאיר אוכר מקום שכחה יפה מותר ומקו׳ שכחה רע אסור וכן בריכה שנפסקי והיא מליאה פירוי אם הוסיף במאתיי אסור :

5. Arbor quæ extirpata & in qua propago fuerit, & inde vixerit, fiet ut vetus sit instar propaginis; si propagaverit eam uno anno post alterum, & succiderit, computabit ab illo tempore quo succidit. Ligatio vitium, & ligatio super ligationem etsi propagaverit eas in terra, licet. R. Meyr dicit, locus de virtute bonus licitus est, at locus de virtute malus illicitus est; sic etiam propago quæ succisa est, & fructuum plena, si addiderit ducenta, illicita.

R. OB. DE BARTENORA.

ובו בריכה *& in ea fuerit propago*, solent agricolæ effodere foveam, & in ea abscondere ramum arboris, ut radix illius rami ab alio latere prodeat, & ibidem conficiat arborem, extremitas vero arboris relinquitur arbori affixa & annexa, in qua actione non obtinet jus de præputio, quatenus rami extremitas arbori est annexa & ab ea succum attrahit, imo etsi è solo succum attrahat; si vero arborem veterem è solo extirpet, & fiat ut omnis ejus vita & succus jam ipsi accedat ex propagine, vetus arbor fit in propaginem, & ambæ, tam arbor vetus quam propago habentur ac si jam plantatæ essent, & computandi sunt propter illas tres anni præputii ab eo tempore quo arbor extirpata est.

הבריכה שנה אחר שנה *si propagaverit eam anno post annum*, postquam accreverit prima propago, accepit de illa unum ramum & eum in terra propagavit, eoque modo fecit aliquoties, tum computabit ab illis omnibus annos præputii quando amputavit primam ab arbore propaginem.

סיפוק הגפנים *ligatio vitium*, solent agricolæ protrahere ramum vitis oblongum qui ab uno latere est, ad ramum alterius vitis, & hæc actio vocatur סיפוק, & libera est à jure præputii. Quando autem Mischna dicit, idem est si quis plantet, idem est si quis propaget, idem est si quis inserat, & liber est à præputio; eo loco tractat de eo qui amputet palmites vel propagines vitis, aut ramos arboris, postea autem illas res propagans, aut inserens.

מקום שכחה יפה מותר *locus cujus virtus valet licitus est*, si palmites quos viti insevit, fuerint boni, & succum attraxerint de vite unde illos accepit, licet, & liber est à præputii jure, at si non fuerint boni, tenetur de præputio; decisio non est juxta R. Meyr.

והיא כלאה פירות *& illa fuerit fructuum plena*, si statim evulserit propagines, licitæ sunt, quia licitè creverunt; si vero eas in arbore reliquerit, & accreverint postquam amputatæ fuerint, at in fructibus qui creverint non fuerint ducentæ partes ad abrogandum additamentum, non licet, quia præputium vetat usque ad ducentas partes; eodem modo se res habet cum arbore veteri extirpata in qua remanserint fructus, & quæ deinde plantata fuerit denuo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si quis accipiat ramos ab arbore eosque in solo extendat, & pulvere contegat, rami illi sine dubio producent fructus, & si radices fundatæ fuerint in terra, & fundamentum earum annexum fuerit arbori primæ, rami illi qui radices egerint in terra vocantur בריכה, & arbor prima vocatur זקנה. Præterea hoc loco dicunt, si quis extirpaverit arborem, illa autem accreverit & humores attraxerit de ramis illis quæ prodierint de illa, & terra contecti fuerint, fiet denuo ut arbor illa veniat in statum propaginis, & rami qui erant propagines venient in statum arboris principalis; & hic sensus est verborum חזרה הזקינה להיות כבריכה monstrat enim verbo secundo quale sit jus propaginis cum veteri arbore.

הבריכה שנה אחר שנה *si propagaverit eam anno post annum*, id est, si ramos arboris absconderit in terra illo anno, & accreverint, anno vero secundo acceperit illos ramos qui creverint anno primo, eosque in terra absconderit, & eo modo fecerit singulis annis; ונפסקה *& succisa fuerit*, id est, si ita fecerit anno post annum, quicquid creverit in illis ramis sibi annexis, non tenetur de præputio, quia fundamentum eorum annexum est arbori veteri; si vero amputaverit ramos & fundamentum eorum de arbore veteri succiderit, computabit ab eo tempore quo amputaverit ramos, & omnes propagines obligatæ erunt de præputio.

סיפוק הגפנים *ligatio vitium*, id est, si quis accipiat ramum unius vitis eumque protrahat ad alteram vitem, atque adeo ambas colliget, etsi ramum in terra contexerit.

סיפוק על גבי סיפוק *ligatio super ligationem*, id est, quando arborum cacumina colligantur, & extremitas unius rami jungatur cum extremitate alterius, ut sibi invicem insideant; sed tota hæc actio à præputio libera est. Dicunt in Siphri vocem ונטעתם *& plantabitis*, vide Levit. 19: 23. excludere eum qui propagaverit, & eum qui inseverit, & quod sponte creverit, ideo dixerunt, *ligatio vitium, & ligatio supra ligationem*, etsi rami in terra fuerint depressi, licet. Ligatio vero illa & insitio de qua sermo est in Siphra, & quæ non tenetur de jure præputii, hæc est, si exempli gratia quis propaget arborem cujus radix firmiter adhæret terræ, aut si quis extenderit ramum ab una arbore, & colligaverit extremitatem ejus cum alia arbore, cujus fundamentum firmiter adhæret arbori primæ; at si amputet ramum & inserat eum arbori, aut terra contegat, hæc insitio tenetur de præputio; & hæc illa insitio & propagatio est quæ innuitur quando Mischna dicit אחר הנוטע ואחר המבריך ואחר המרכיב *idem est si quis plantet, propaget, aut inserat*; & hoc fundamentum observandum est, ne putes dari inter illas actiones differentiam ac contrarietatem, quando ea legeris, nimirum, *qui plantaverit, qui inseverit, qui propagaverit, tenetur de præputio.* In Siphra exponunt eum qui inserit & propagat non teneri de præputio; sed sunt duo modi insitionis, & propagationis, uti exposui. Dicit R. Meyr quod ramus ille cujus extremitas insita fuerit, si in illo contineatur magna copia liquoris, & eum inseverit arbori alii, & virtus ejus sive succus non multum accreverit, quia arbor illa unde desumptus erat ramus quem insevit, erat depravatæ virtutis ac indolis, at ea arbor cui eum insevit erat bonæ indolis, tenetur de præputio; sed decisio non est juxta R. Meyr. וכן הבריכה שנפסקה *sic autem se habet propago succisa*, hoc referendum est ad principium Mischnæ, ubi dicit מונה משעה שנפסקה *numerat à tempore amputationis*; sed jam exposuimus quod fructus propagationis non tenentur de præputio quamdiu fundamenta ramorum annexa fuerint arbori primæ, nempe, veteri; & si in illis ramis inveniantur fructus, & amputentur fundamenta ramorum veteris arboris, tenentur de jure præputii per anticipationem, uti dicit Mischna מונה משעה שנפסקה. Et licebit eos fructus comedere statim, quia licitè creverunt; at si reliquerit fructus ut crescant post amputationem juxta mensuram unius de ducentis partibus, quæ est mensura interdicti de præputio, uti expositum est, illiciti sunt omnes illi fructus, & facti sunt præputium; mensura vero additionis illorum fructuum se habet uti exposuimus capite quinto tractatus Kilaim.

ו נטיעה של ערלה ושל כלאי הכרם שנתערבו בנטיעו׳ הרי זה לא ילקוט ואם לקט יעלה

6. Plantam præputii & miscella vineæ commixta cum plantis non colliget; at si collegerit, ascendet in uno & ducentis, at ea conditione ne in-

באהד

tentionem

באחד ומאתים ובלבד שלא יתכוין ללקוט רבי יוסי אומר אף יתכוין ללקו׳ ויעלה באחד ומאתים:

tentionem habeat colligendi. R. Jose dicit, etiam intentionem habeat colligendi, & ascendat in uno & ducentis.

R. OB. DE BARTENORA.

שנתערבו בנטיעות *quæ commixta fuerint cum plantis*, cum plantis licitis, ut planta præputii & planta miscellarum vineæ non fuerint cognitæ, ut, si quis vas perforatum sub arbore unius vitis detulerit, quæ illicita facta est, at ignota inter alias vites.

הרי זה לא ילקוט *ecce hic non colliget*, quandoquidem non novit eam quæ illicita est planta, ideo omnes illicitæ sunt.

אף יתכון וילקוט *etiam intentionem habeat, & colligat*, quia certum est neminem una planta illicitam redditurum vineam suam, neque putamus inveniri quenquam qui de industria commisceat plantam; & quamvis ordinariè non abrogari solet interdictum de industria, hic tamen causa est extraordinaria, qua de causa hic nihil decreverunt; decisio non est juxta R. Jose.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ulterius tibi exponetur capite sequenti, quod præputium & miscellanea vinearum ascendunt in uno & ducentis; at hoc fit, si ex miscellaneis una pars in ducentas inciderit, & tum licet comedere totum, uti exponetur; si vero una pars de miscellaneis inciderit in minus quam ducentas partes, totum fit illicitum; propterea, si planta illa illicita misceatur cum licitis, etsi sint mille, non licet de illis quicquam colligere de industria, quia nescit an colligat de fructibus licitis an vero de illicitis; at si quicquam collegerit de illis plantis, jus illius fructus quem collegit, istiusmodi est, ut, si de illo miscuerit unam partem de ducentis aliorum fructuum, omnes sint licitæ ut comedantur. Quod autem de miscellis vinearum dicitur נטיעה *planta*, Gemara emendat ערוגה *areola*, ac si dixisset, planta præputii quæ mixta est cum plantis, & areola miscellorum vineæ quæ mixta est cum areolis; quia miscella vinearum sunt olera, aut species proventus, aut species seminum in vinea satorum, at non arbor; decisio non est juxta R. Jose.

ז העלים והלולבים ומי גפנים וסמדר מותרים בערלה וברבעי ובנזיר ואסורים באשרה רבי יוסי אומר הסמדר אסור מפני שהוא פרי רבי אליעזר אומר המעמיד בשרף הערלה אסור אמר רבי יהושע שמעתי בפירוש שהמעמי׳ בשרף העלי׳ בשרף העקרי׳ מותר בשרף הפגי׳ אסור מפני שהם פרי:

7. Folia, rami, aquæ vitium, & uvæ primæ, licita sunt propter præputium, & quarto anno, & Nazyræo; at illicita sunt in arbore idololatrica, R. Jose dicit, uvæ primæ illicitæ sunt, quia sunt fructus; R. Eliezer dicit, si quis condensat succo arboris præputii, non licet. Dixit R. Jehoschua: audivi explicatione, si quis condensat succo foliorum, & succo truncorum, licet; si succo fructuum viridium, non licet, quia fructus sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ומי גפנים *& aquæ vitium*, est aqua quæ de vitibus provenit quando amputantur, vel etiam de palmitibus in mense Nisan.

סמדר est flos sive germen undè provenit deindè omphax, at de omphace ipso omnes conveniunt eum habendum esse fructum.

מותרים בערלה *licita sunt propter præputium*, quia scriptum est Levit. 19:23. וערלתם ערלתו את פריו at hæ res non cedunt in cibum.

וברבעי *at in anno quarto*, comeduntur anno quarto extra Jerusolyma sine redemptione, eo quod ibidem versu 24. dicitur יהיה כל פריו קדש הלולים ליהוה *omnis fructus &c.*, at hæ res non sunt fructus.

ובנזיר *& Nazyræo*, licet Nazyræo comedere illa, quia de Nazyræo scriptum est לא יאכל *non comedet*, at hæc non sunt edulia hominum.

ואסורים באשרה *at illicita sunt in luco*, quia scriptum est Deut. 13:17. ולא ידבק בידך מאומה מן החרם sed אשרה est arbor quæ idololatriæ inserviebat.

המעמיד בשרף ערלה *qui condensat succo arboris præputii*, si quis succo qui de arbore præputii promanat, condensat caseum; שרף enim notat *succum* vel *gummi*. R. Eliezer putat שרף esse fructum, tam in arboribus frugiferis quam infrugiferis; decisio non est penes R. Jose, nec penes R. Eliezer. בשרף הפגים *succo fructuum viridium*, est succus promanans è fructibus immaturis; decisio est penes R. Jehoschuam.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לולבים sunt rami teneri prodeuntes ab extremitatibus ramorum durorum. מי גפנים *aquæ vitium*, est illa aqua quæ de vitibus prodit quando in mense Nisan palmites amputant.

סמדר notat flores undè proveniunt fructus; at de omphace non controvertitur quod ad interdictum ipsius. Dixit Deus benedictus Levit. 19:23. ערלתם ערלתו את פריו ad hæc dicunt in Siphra פריו *fructus ejus*, excludit folia, *Lulabim*, aquam vitium, & סמדר excipit uvas primas.

ברבעי *anno quarto*, id est, licet omnes species illas plantarum comedere anno quarto sine redemptione, quia Deus de illo dixit versu 24. יהיה כל פריו קדש הלולים ליהוה at hæ res non sunt fructus.

ובנזיר *& Nazyræo*, id est, licet Nazyræo comedere plantas vitis sive uvas primas, quia Deus dixit Num. 6:4. מכל אשר יעשה מגפן היין מחרצנים ועד זג לא יאכל at hæ res non cedunt in cibum, & omnes illicitæ sunt quod ad usum earum, quando fuerint sylvestres, quæ sunt arbores idolis dicatæ, quemadmodum explicabimus Deo volente. Sic etiam dicitur Deut. 13.17. ולא ידבק בידך מאומה מן החרם.

שרף הערלה *succus arboris præputii*, qui de arboribus intra tempus præputii provenit. Exposuimus aliquoties in hoc libro quod פגים notat fructus immaturos, solent autem homines plurimi condensare lac cum re instar lactis, quod guttatim defluit è fructibus ante maturitatem eorum, propterea dicit *succus fructuum immaturorum*; מעמיד notat coagulare lac, & inde conficere caseum; decisio non est penes R. Jose, sed penes R. Jehoschuam.

ח ענקוקלות והחרצנים והזגים והתמד שלהם קליפי רמון והנץ שלו קליפי אגוזים והגרעינים אסורים בערלה ובאשרה ובנזיר ומותרין ברבעי והנובלות כלם אסורות:

8. Uvæ immaturæ, grana, pelliculæ uvarum, & vinacea earum, putamina malorum citriorum, & flos eorum; putamina nucum, & nuclei, illicita sunt in præputio, & in arbore idololatrica, ac Nazyræo; at licita sunt anno quarto; & decidui fructus omnes illiciti sunt.

R. OB. DE BARTENORA.

ענקוקלות eſt vox compoſita, & notat uvas quæ tertia ex parte corruptæ ſunt ante maturitatem earum. חרצנים ſunt grana uvarum. זגים ſunt cortices exteriores.

תתמד *vinacea*, ſi quis aquam infundat fecibus aut uvarum earum corticibus, in quibus remanet ſapor vini. והנץ שלהם *& flos earum*, flos qui reperitur in capite aut acumine. והגרעינין *& nuclei*, nuclei fructuum, uti ſunt nuclei dactylorum, & olivarum, & perſicorum. אסורים בערלה *illicita ſunt propter præputium*, quia Levit. 19:23. putamina & nuclei cunjonguntur cum voce את פריו.

ומותרים ברבעי *& licita ſunt anno quarto*, quia anni quarti planta non illicita eſt quod ad uſum ejus, ſed comedi poteſt à poſſeſſoribus Jeruſolymis, uti decimæ ſecundæ, & nihil ſanctificatur ſanctitate decimarum ſecundarum, niſi id quod cedit in cibum.

נובלות ſunt illi fructus qui de arboribus decidunt ante maturitatem eorum.

כלם אסורים *omnes illiciti ſunt*, tam propter præputium quam annum quartum, nec non idololatriæ cultum, & Nazyræum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ענקוקלות exponunt in Gemara, quod ſunt uvæ quæ non ſatis matureſcunt, & corrumpuntur à vento qui arbores corrumpit; de his dixerunt, uvæ quarum tertia pars eſt corrupta.

חרצנים ſunt grana. זגים ſunt exteriores cortices, vel putamina.

התמד שלהם *vinacea earum*, eſt maceratio granorum & putaminum in aqua, uti jam expoſuimus in tractatu Trumot.

גרעינין idem quod גלעינין nuclei qui dantur in omnibus fructibus nucleis præditis, uti ſunt dactyli & olivæ ac mala perſica. Rationem vero omnium harum rerum jam diximus probari ex eo quod dictum eſt Deut. 13:17. ולא ירבק בידך מאומה מן החרם Interdictum autem de omphacibus, granis, pelliculis uvarum & vinaceis pro Nazyræo ſtatuitur ex eo quod dictum eſt Num. 6:4. מחרצנים ועד זג לא יאכל quando dixerant verſu 3. חומץ יין וחומץ שכר וכל משרת ענבים וגו׳ Interdictum vero de putaminibus malorum citriorum & flore eorum quod ad jus præputii, non ſtatuitur eo quod fructus ſunt, ſed quia bona ſunt ad tingendum illis; at non licet tingere rebus quæ tenentur de jure præputii. Dicunt in Siphra, id quod Num. 6:4. dicitur לא יאכל *non comedet*, non attinet quenquam præter illum qui non comedit; undè probatur quod non licet tingere vel uti illis? hoc ipſum nos docet id quod dicitur Levit. 19:23. וערלתם ערלתו ad comprehendendum omnia; at omnia hæc licita ſunt in planta anni quarti, quia plantæ anni quarti uſus non eſt illicitus, ſed ejuſdem naturæ eſt cujus ſunt decimæ ſecundæ quas comedunt poſſeſſores, uti expoſuimus in tractatu Maaſer Scheni; at non ſanctificatur illa planta ulterius, niſi quatenus fructus eſt qui cedit in cibum; ſed fructus qui de arbore decidunt ante perfectam maturitatem, interdicti ſunt omnes propter præputium, annum quartum, & cultum idololatricum, & Nazyræum, & hoc ſatis clarum eſt.

ט רבי יוסי אומר נוטעין יחור של ערלה ואין נוטעין אגוז של ערלה מפני שהוא פרי ואין מרכיבין בכפניות של ערלה:

9\. R. Joſe dicit, plantant ramum arboris præputii, at non plantant nucem præputii, quia fructus eſt; & non inſerunt ſpathas palmæ præputiatæ.

R. OB. DE BARTENORA.

נוטעין יחור של ערלה *plantant ramum præputii*, quia arbore uti licet; at nucem plantare non licet, quia fructus eſt, & propterea uti non licet nuce; ſed R. Joſe concedit licitum eſſe ſi quis plantaverit, propagaverit, aut inſeverit, quia, cum ramus præputii & arbor cui inſitus eſt incrementum dant, ſtrips prognata licita eſt.

כפניות ſunt ſpathæ palmitum & rami, quando uvæ etiamnum ſunt סמדר *immaturæ, omphaces*. Sed R. Joſe ſuam ſequitur opinionem qua ſtatuit, quod omphace frui non licet, quia fructus eſt; deciſio eſt penes ipſum, nempe quod licet plantare ramum arboris præputiatæ; at deciſio non eſt penes ipſum in eo quod vetat inſitionem כפניות.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Licet amputare ramos præputii eoſque plantare, & iſtiuſmodi ramus vocatur יחור, quia nihil vetitum eſt de uſu præter fructum, non autem arbor.

ואין מרכיבין כפניות של ערלה *& non inſerunt ſpathas præputii*, id eſt, non inſerunt ramos palmitum, quia fructus ſunt, & propterea non licet plantare illos; rami vero dactylorum in principio incrementi vocantur in Gemara כפניות. Verba R. Joſis vera ſunt, nempe quod licet plantare ramum, quia de uſu non eſt illicitas, quemadmodum deinceps exponetur.

פרק ב התרומה (ותרומת מעשר של דמאי) החלה והבכורים עולים באחד ומאה ומצטרפין זה עם זה וצריך להרים הערלה וכלאי הכרם עולים באחד ומאתים ומצטרפים זה עם זה ואין צריך להרים רבי שמעון אומר אינן מצטרפין רבי אליעזר אומר מצטרפין בנותן טעם אבל לא לאסור:

Caput 2. Oblatio prima, & oblatio de decimis, placenta, ac primitiva, aſcendunt in uno & centum, & conjunguntur inter ſe, & neceſſe eſt ut ſeparentur. Præputium, & miſcella vinearum, aſcendunt in uno & ducentis, & conjunguntur inter ſê, at non eſt neceſſe ut ſeparentur. R. Schimeon dicit, non conjunguntur; R. Elieſer dicit, conjunguntur in menſura ſaporem conferente, ſed non ad interdicendum.

R. OB. DE BARTENORA.

עולין באחד ומאה *aſcendunt in uno & centum*, ſi unum ſatum oblationis inciderit in centum profana, ceſſat a jure ſuo & comedi poteſt ab iis qui non ſunt ſacerdotes, at ſi in minus quam centum inciderit, totum interdictum eſt alienigenis; & hoc docemus ex eo quod ſcriptum eſt de oblatione de decimis Num. 18:29. את מקדשו ממנו id eſt, id quod ſeparaveris de illo ſanctificat ſi redierit ad id ipſum, nimirum nonaginta novem, quia de centum ſeparantur decem pro decimis, & è decem unum pro oblatione de decimis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam expoſuimus in tractatu Trumot, quod ſatum oblationis aſcendit in uno & centum, & diximus quoque quod Sapientes id ipſum applicaverunt ex eo quod Deus dixit de oblatione de decimis, quæ eſt una pars de centum, ſcil. Num. 18:29. את מקדשו ממנו ad hoc dixerunt, *id quod ſeparaveris de illo, ſanctificat, ſi inciderit in id*; propterea, ſi una pars oblationis inciderit in nonaginta novem profanas, totum fit miſcellaneum; ſi vero una pars oblationis inciderit in centum profanas, aſcendit, uti expoſuimus ibidem;

ומצטרפין זה עם זה *& commiſcentur inter ſe*, ſi unum ſatum oblationum illarum de quibus hic ſermo eſt inciderit in minus quam centum profana, illa ſata ſanctificat; & omnes conveniunt in eo quod omnia conjunguntur, quia omnia uno gaudent nomine, ut vocentur תרומה; nam de Placenta extat Num. 15:20. חלה תרימו תרומה Et primitiva quoque vocantur תרומה nam Beraitæ doctor dicit, per id quod ſcriptum eſt ותרומת ידיך denotantur primitiva de quibus dicitur Deut. 27:4. ולקח הכהן את הטנא מידיך *& accipiet ſacerdos caniſtrum è manibus tuis.*

וצריך להרים *& ſeparandum eſt*, ſatum quod cecidit, ut id detur ſacerdoti, quod autem reſtat licitum eſt ut comedatur ab alienigenis. Et quamvis in rebus præputiatis & miſcellis vinearum, quæ majoris ſunt momenti, non neceſſe ſit ſeparare, & interdictum ipſum ceſſet; tamen differt oblatio prima ab aliis, quia illa ſuos habet poſſeſſores, quam ſeparare oportet propter damnum tribus ſacerdotalis; at in omnibus aliis illicitis rebus non obtinet jus de furto, & propterea non ſunt ſeparandæ quando ceſſant de jure ſuo.

עולין באחד ומאתים *aſcendunt in uno & ducentis*, quia de oblatione prima ſcriptum eſt Exod. 22:28. מלאתך ודמעך & de miſcellis vinearum ſcriptum eſt Deut. 22:9. פן תקדש המלאה quemadmodum ergo plenitudo, quæ dicitur de oblatione prima, aſcendit, uti docuimus ex eo quod dicitur Num. 18:29. את מקדשו ממנו ſic etiam hic ubi de miſcellis, aſcendit; & quia interdictum ejus duplicatur, quia interdictum eſt de uſu, ideo duplicatur illius aſcenſus in ducentis. Præputii vero jus docetur de miſcellis vinearum, quia præputiatis fructibus uti non licet quemadmodum non licet uti miſcellis.

ומצטרפין זה עם זה *& conjunguntur inter ſe*, fructus præputiati & miſcella vinearum inter ſe commixta, quæ ſi inciderint in id quod licitum eſt, conjunguntur ad interdicendum rebus ſiccis ad ducenta uſque, & rebus liquidis in olla, ſi conferant ſaporem.

אינן מצטרפין *non conjunguntur*, ne quidem ad interdicendum ollæ in dando ſapore, quandoquidem ſunt duæ res differentes, niſi fuerint in olla ad ſaporem præputii irritum reddendum ſigillatim, & ſaporem miſcellorum vineæ ſigillatim, quo in caſu totum fiat licitum.

מצטרפין בנותן טעם *conjunguntur in datione ſaporis*, nam neceſſe eſt ut in olla ſit quantitas rerum liquidarum ad ceſſare faciendum ſaporem duorum ſimul.

אבל לא לאסור *ſed non ad interdicendum*, rebus aridis, nam non eſt neceſſe ut in eo quod licitum eſt ſint ducenta juxta illa duo, ſcil. præputium & miſcella vineæ; deciſio eſt juxta doctorem primum.

dem; idem jus obtinet in oblatione de decimis, quatenus de illa quoque Scriptura ita loquitur; & nulla omnino differentia eſt in toto jure de oblatione de decimis dubiis & certis. Placenta quoque vocatur oblatio prima, ut ibidem expoſuimus; ſic etiam בכורים *primitiva*, vocantur oblatio prima ſive Truma, uti dicitur Deut. 12:17. ותרומת ידיך quo denotantur primitiva, uti jam explicuimus capite 3. Trumot; nam omnia illicita ſunt in centum, & eſu ciborum pro alienigenis, at licita ſunt quod ad uſum. Conſtituerunt autem fructus præputiatos & miſcella vinearum fore illicita quod ad eſum ac uſum, uti exponimus, quod illicitæ ſunt in ducentis, propterea de fructibus præputiatis & vinearum miſcellis dicitur quod aſcendunt in uno & ducentis; ſed hoc loco non dicam applicationem qua Sapientes ſua fundaverunt jura.

וצריך להרים *& neceſſe eſt ut ſeparetur*, nempe illa pars quæ incidit, id autem quod reſtat licitum eſt, uti expoſuimus in tractatu Trumot.

ואין צריך להרים *at non neceſſe eſt ut ſeparetur*, id eſt, licet comedere totum, & non tenetur eximere partem quæ inciderit, ratio autem, quare obligant ad ſeparandum partem quæ incidit, eſt, quia ad ſacerdotem pertinet, & propterea prius poſſeſſoribus dari debet; fructus vero præputiati & miſcella vinearum illicita ſunt quod ad uſum, & nullius hominis bona habentur; quando autem præ exigua ſua quantitate ceſſant, omnia miſcella comedi poſſunt licitè; at ſi inter ſe conjungantur, tres de iis dantur differentes opiniones; Primus doctor dicit quod conjunguntur, tam ad permittendum quam ad interdicendum; ſi ergo una pars de omnibus illis quæ in hac Miſchna recenſentur inciderit in minus quam ducentas partes, totum fit illicitum; ſed ad permittendum hoc ſenſu ſe res habet, ſi una pars de omnibus illis inciderit in ducentas partes, & ducentæ illæ partes, exempli gratia, fuerint tantum de fructibus præputiatis, at non de miſcellis vinearum, & pars præputiata non mixta fuerit cum miſcellis vinearum, omnia conſideramus in collatione ſaporis, quia eſt commixtio diverſarum ſpecierum; & ſi pars de miſcellis vinearum ſaporem contulerit in ducentas partes, omnes partes fiunt illicitæ præ ſapore, etſi minus quoque fuerit quam ducentæ partes, uti hoc capite exponetur; ſed in caſu præputiatorum fructuum conjunctorum cum miſcellis vinearum, ſi fuerit illa pars de ſpecie ducentarum, conſideramus ac ſi omnes eſſent ejuſdem ſpeciei, & aſcendit illa pars in una & ducentis. R. Schimeon dicit quod non conjunguntur, nec ad interdicendum, nec ad permittendum; R. Elieſer dicit, quod conjunguntur in collatione ſaporis, id eſt, quod non illicitæ ſunt quando ſaporem conferunt, aut recipiunt, & hoc eſt ad permittendum, uti per comparationem diximus; ſed non ad interdicendum in ducentis, etiamſi, per comparationem, una libra vini, dimidium præputii, & dimidium miſcellorum vineæ in minus quam ducentas libras vini liciti inciderint, miſcellanea nequaquam illicita ſunt, quia vinum illud non habemus illicitum quod una conſtat libra; ſed id quod dimidio libræ conſtat, quia non dicimus quod conjunguntur ut fiant illicita; deciſio eſt juxta primum doctorem.

ב התרומה מעלה את הערלה והערלה את התרומה כיצד סאה תרומה שנפלה למאה ואחר כך נפלו שלשה קבין ערלה או שלשה קבין כלאי הכרם זו היא שהתרומה מעלה את הערלה והערלה את התרומה:

2. Oblatio prima facit ut aſcendat præputium, & præputium ut aſcendat oblatio prima; quomodo? ſi ſatum oblationis primæ incidit in centum, & poſtea inciderunt tres Cabi præputii, aut tres Cabi miſcellorum vineæ, hoc eſt id quod oblatio prima facet ut aſcendat præputium, & præputium, ut aſcendat oblatio prima.

R. OB. DE BARTENORA.

התרומה מעלה את הערלה *oblatio prima facit ut aſcendat præputium*, conjungitur oblatio prima cum profano ut ceſſet præputium; eodem modo præputium conjungitur cum profano, ut ceſſet oblatio prima.

שנפלה למאה *quod incidit in centum*, non ſtrictè in centum, ſed in minus quam centum, nam ſi accuratè centum fuerint, aſcendit, & non opus eſt conjunctione; ſed ita velit dicere, oblatio prima ſi incidit in profanum, & in totum factum fuit centum, & poſtea inciderunt tres Cabi præputii; cæterum ſimplex Miſchna eſt conformis R. Jehoſchuæ, qui capite primo tractatus Trumot dixit, quod oblatio prima aſcendit in uno & centum & paulo magis; ideoque ſi ſatum obla-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Explicatio hujus Miſchnæ ita ſe habet, quando ſatum oblationis primæ inciderit in profana, & in totum confecerint ſata centum, ita exponunt in Talmude Jeruſolymitano; ſic etiam quando hoc ſatum inciderit in nonaginta novem profana, & poſtea in ea inciderint tres Cabi præputii, & miſcellorum vineæ, qui efficiunt dimidium ſati, uti explicuimus quod ſatum conficit ſex Cabos; dimidium vero ſati præputiati non illicitum reddit totum, quia incidit in ducenta quando computamus id cum oblatione prima, quia centum erant ſata, nam niſi ſatum fuiſſet de oblatione prima, illicitum eſſet totum, uti vult jus de præputio & vineæ miſcellis, quia eſt una pars de centum & nonaginta novem; & eodem modo

oblationis primæ inciderit in nonaginta novem profana, & deindè in ea inciderint tres Cabi præputii, qui conjuncti fuerint cum profanis, fiet ut inveniantur nonaginta novem sata & tres Cabi profani, quo satum oblationis primæ cesset de jure in centum & paulo plus. Vel etiam concedere possumus juxta opinionem R. Elieseris, ut decisio fit penes ipsum; qui dicit oblationem primam ascendere in uno & centum; nempe, si satum oblationis primæ inciderit in nonaginta novem sata & dimidium profani, tres illi Cabi præputii, utpote dimidium sati, conjunguntur cum profano ad complendum quantitatem centum profanorum, ut satum ascendat in uno & centum.

זו היא שהתרומה מעלה את הערלה *hoc est id quod oblatio prima facit ut ascendat præputium*, ita ut illud satum oblationis primæ conjungatur cum profanis, ad complendum ducenta dimidia satorum, ut tres Cabi præputii ascendant in uno & ducentis.

והערלה את התרומה *& præputium ut ascendat oblatio prima*, nam tres Cabi præputii, qui faciunt dimidium sati, conjunguntur cum profanis, ut satum oblationis primæ cesset in uno & centum, quia, si satum inciderit in nonaginta novem & dimidium, illicita fiunt, & quando deindè tres Cabi præputii aut miscellorum vineæ inciderint, licita fiunt.

modo præputium facit ut ascendat oblatio prima; nempe, si præputium primum commixtum fuerit cum profanis, & oblatio prima deinde inciderit in miscellanea illa, ascendet in uno & centum de toto, etsi non completa fuerint centum nisi in præputio; & hoc est quod repetitur in fine Mischnæ. והערלה את התרומה *& præputium oblationem primam*, vult enim his verbis exprimere duas res, quæ sunt quod oblatio prima efficit ut ascendat præputium, & præputium ut ascendat oblatio prima; attulit autem comparationem, ne quis putaret illam explicationem sufficere, ideo duo illa exposuit, ut eo nos doceat rem ita non esse, sed comparationem institutam esse de casu primo, & de illo consequentiam nectendam esse ad alium; Id autem, quod per comparationem dixit, est, quod oblatio prima facit ut ascendat præputium, postea vero docet quod eodem modo quoque præputium efficit ut ascendat oblatio prima; & quod dicit והערלה את התרומה est, ac si dixisset, eodem modo quoque præputium efficit ut ascendat oblatio prima.

ג הערלה מעלה את הכלאים והכלאים את הערלה והערלה את הערלה כיצד סאה ערלה שנפלה למאתי' ואחר כך נפלה סאה ועוד ערלה או סאה ועוד של כלאי הכרם זו היא שהערלה מעלה את הכלאים והכלאים את הערלה והערלה את הערלה :

3. Præputium facit ut ascendant miscella, & miscella ut ascendat præputium, & præputium ut ascendat præputium; quomodo? si Satum præputii incidit in ducenta, & postea Satum incidit & paulo plus præputii, aut Satum & paulo plus miscellorum vineæ, id ipsum est, quod præputium efficit ut ascendant miscella, & miscella ut ascendat præputium, & præputium ut ascendat præputium.

R. OB. DE BARTENORA.

והערלה את הערלה *& præputium præputium*, necessario dicendum est, quod alter utrius planta est anni quarti, quæ duo sunt nomina & differentia interdicta, quia fieri non potest ut unius nominis interdictum cessare faciat partem alterius nominis; doctor vero plantam anni quarti appellat præputium, quia de præputio venit; & propterea dicit, והערלה את הערלה & non dicit הכלאים את הכלאים quia in miscellis non continentur duo præcepta uti in præputio.

שנפלה למתאים *quod incidit in ducenta*, non in ducenta accurate, nam si accurate ducenta essent, non opus esset conjunctione; quando autem Satum præputii inciderit in centum nonaginta novem licita, omnia fiunt illicita; si vero deindè in ea inciderit Satum & paulo plus miscellorum vineæ, illud conjungitur cum centum & nonaginta novem ad cessare faciendum præputium; sic etiam præputium conjungitur cum centum & nonaginta novem ad cessare faciendum Satum & paulo plus miscellorum vineæ. Et hoc statuitur juxta R. Jehoschua, qui putat, quod jus præputii cessat in ducentis & paulo plus, quemadmodum jus oblationis primæ cessat in centum & paulo plus; ideo etiam Satum miscellorum vineæ cessat in centum & nonaginta novem & paulo plus, & id paulo plus cessat in Sato & paulo minus. Ita quoque si inciderit in illa Satum & paulo plus de planta anni quarti, conjungitur cum centum & nonaginta novem, ad cessare faciendum Satum præputii, quod incidit, & totum reddidit illicitum; eodem modo Satum præputii conjungitur cum centum & nonaginta novem licitis, ad cessare faciendum Satum & paulo plus plantæ anni quarti quod incidit postremo.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si Satum præputii inciderit in ducenta profana, & in totum fuerint ducenta & unum, & deindè in ducenta illa & unum inciderit Satum & paulo plus miscellorum vineæ, ut proportio inter Satum & paulo plus miscellorum vineæ de ducentis & uno, sit una pars de ducentis; & hoc fit quando miscella vineæ fuerint Satum & una pars de ducentis partibus Sati, tum miscella vineæ ascendunt in uno & ducentis, quia computamus quod Satum præputii, & miscella vineæ, efficiunt unam partem de ducentis Satis profanis & Satum præputii; si autem non computamus Satum præputii, Satum & paulo magis miscellorum vineæ erit, una pars de centum & nonaginta novem, & novem de ducentis Satis profanis. Et hoc est quod dicunt in Talmude Jerusolymitano, *Non sunt hic ducenta, sed centum & nonaginta novem*, id est, si non fuerit de præputio illud Satum quod computamus, & diximus quod illud facit ut ascendant miscella vineæ, fieri non posset ut Satum & paulo plus miscellorum vineæ ascendat in ducentis profanis, quia id quod ascendit est una pars de nonaginta novem, nam indigemus una parte de ducentis. Quando autem computamus illud Satum præputii, eveniet ut ascendat illud Satum & una cum eo Satum & paulo plus miscellorum vineæ; & eo modo miscella vineæ facient ut ascendat præputium, & præputium ut ascendat præputium, uti expositum est Mischna præcedenti.

ד כל המחמץ והמתבל והמדמע בתרומה ובערלה ובכלאי הכרם אסור בית שמאי אומרים אף מטמא ובית הילל אוסרים לעולם אינו מטמא עד שיהא בו כביצה :

4. Quicquid fermentat, & condit, & inficit in oblatione prima, in præputio, & miscellis vineæ, illicitum est. Schola Schamai dicit, etiam polluit; Hillelis dicit, nunquam polluit, nisi in eo fuerit quantitas ovi.

R. OB. DE BARTENORA.

כל המחמץ וגו׳ *quicquid fermentat &c.*, sic dicit, quicquid fermentat, & condit, in præputio, & miscellis vineæ, illicitum est; at quicquid inficit in oblatione prima; quicquid

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Vult dicere; si quis depsat fermentum, & fermentet massam, etsi fermentum illud minus sit quam ordinaria mensura, quandoquidem cognita est operatio ejus, ideo ejus ratio

quid fermentat maſſam malis, aut fœcibus vini præputii, aut miſcellorum vineæ, & ollam condit condimentis miſcellorum vineæ, aut præputii, illicitum eſt, neque aſcendit in uno & ducentis; ſic etiam comparatum eſt cum oblatione prima, quia fermentata eſt maſſa profana oblatione prima, aut quia condita eſt olla profana condimentis oblationis primæ, totum fit illicitum & infectum, & alienigenis interdictum eſt, neque aſcendit in uno & centum.

ב״ה שמאי אומרים אף מטמא *Schola Schamai dicit, etiam polluit*, fermentum pollutum quod fermentavit maſſam puram, aut condimenta immunda quæ condiverunt ollam puram, etſi in fermento aut condimentis non inveniatur quantitas ovi, quæ eſt quantitas impuritatis ciborum quæ polluit maſſam & ollam.

ב״ה הלל אומרים לעולם אינו מטמא עד שיהא בו כביצה *Schola Hillelis dicit, niſi fuerit in eo menſura ovi, non polluit*, quia edulia non inficiunt aut polluunt ſi minora ſint ovo, ſive ſit fermentum aut condimentum, aut edulia reliqua.

tio habenda eſt, & non habenda eſt ratio quod ad centum, neque ducenta; ſic etiam de condimentis, propter manifeſtam eorum operationem, non ominamur quantitatem eorum, utpote cuilibet notam, ut non opus ſit ominari; ſi vero condimenta quibus condit fuerint decocta, aut fermentum quo fermentat maſſam oblationis primæ, tum illud decoctum, aut illa maſſa, fient miſcella; at jus miſcellorum jam diximus in tractatu Trumot; & hoc eſt illud quando dicit מדמע בתרומה *inficit cum oblatione prima.* Quando autem fermentum aut condimentum fuerit de miſcellis vineæ, aut præputio, & eo fermentata fuerit maſſa, aut eo condita fuerint decocta, decocta illa aut maſſa illa illicita erunt quod ad uſum, etſi infra quantitatem fuerint, & hoc notat quando dicit בתרומה ובכלאי הכרם אסור.

ב״ה שמאי אומרים אף מטמא *Schola Schamai dicit, etiam polluit*, id eſt, ſi fermentaverit fermenta immundo, aut condiverit condimento immundo, etſi non fuerit quantitas ovi, nihilominus totum polluit, propter manifeſtam ejus operationem. ב״ה הלל אומרים לעולם אינו מטמא עד שיהא בו כביצה *Schola Hillelis dicit, nunquam polluit niſi fuerit quantitas ovi*, tam in fermento quam in condimento; jam diximus aliquoties, edulia polluta non polluere alia, niſi in iis inveniatur quantitas ovi; & hoc eſt quod dixerunt, *impuritas edulium eſt in quantitate ovi*; ideo hoc loco dicit עד שיהיה בו כביצה *donec in eo* (fermento) *ſit quantitas ovi.*

ה דוסתאי איש כפר יתמה היה מתלמידי בית שמאי ואמר שמעתי משמאי הזקן שאמר (נ״א שאלתי את שמאי) לעולם אינו מטמא עד שיהי בו כביצה :

5. Doſtai vir è pago Jatma fuit è diſcipulis Scholæ Schamai, & dixit, audivi à Schamai ſeniore; dicente, nunquam polluit niſi in eo inveniatur quantitas ovi.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Jam tibi notum eſt fundamentum illud, quod impuritas edulium ſtatuitur dum ſit ovi quantitas, quiſquis dicat.

ו ולמה אמרו כל המחמץ והמתבל והמדמע להחמיר מין במינו להקל ולהחמיר מין בשאינו מינו כיצד שאור של חטים שנפל לתוך עיסת חטי׳ ויש בו כדי לחמץ בין שיש בו לעלות בא׳ ומאה ובין שאין בו לעלות באחד ומאה אסו׳ אין בו לעלות באחד ומאה בין שיש בו כדי לחמץ בין שאין בו כדי לחמץ אסור :

6. Et quare dixerunt; quicquid fermentat, & quicquid condit, & quicquid inficit ad aggravandum? ſpecies cum ſua ſpecie; quare ad allevandum & aggravandum? ſpecies cum ea quæ non eſt ſua ſpecies; quomodo? ſi fermentum tritici incidit in maſſam tritici, & in eo fuit quantitas ad fermentandum, tam quando in eo fuerit quantitas ad aſcendendum in uno & centum, quam ſi in eo non fuerit quantitas ad aſcendendum in uno & centum; illicitum eſt; & ſi non fuerit quantitas in eo ad aſcendendum in uno & centum, ſive in eo fuerit quantitas ad fermentandum, ſive in eo non fuerit quantitas ad fermentandum, illicitum eſt.

R. OB. DE BARTENORA.

ולמה אמרו וגו׳ *& quare dixerunt &c.*, ac ſi dixiſſet, quo caſu dictum eſt, ſi quis fermentat profanum fermento oblationis primæ, & ſi quis condit ollam profanam condimento oblationis primæ, & ſi quis commiſcet profanum cum oblatione prima, quamobrem in iis aggravamus? reſpondet, ſpecies cum ſua ſpecie; deindè rogat, quo caſu dixerunt, aliquando ad allevandum, aliquando autem ad aggravandum? reſpondet, de ſpecie quæ commixta fuerit cum ea quæ non fuerit ſua ſpecies; & exponit ad aggravandum, quomodo? fermentum oblationis primæ è tritico, quod incidit in maſſam tritici profani, id eſſe ſpeciem cum ſua ſpecie, quod vetat in collatione ſaporis, etſi in pluribus quam centum partibus; ſed uſque ad centum vetat, etiam ſine collatione ſaporis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quia Miſchna quarta dixit, *quicquid fermentat, quicquid condit, & quicquid inficit*, & non expoſuit id intelligendum eſſe de ſpecie cum eadem ſpecie tantum, ideo hic rogat *Quare dixerunt &c.*? reſponſio vero comparationem complectitur, in eo quod dicit כיצד *quomodo*? & ſe res habet ac ſi dixiſſet, eo ſenſu verum eſt; quod nihil inficit ad aggravandum, niſi ſpecies cum ſua ſpecie; & quod dixit ſuperius *quicquid fermentat, quicquid condit, & quicquid inficit oblatione prima*; intelligendum eſt juxta hanc comparationem, *fermentum tritici quod incidit in maſſam tritici &c.*; ſed relinquitur etiam tertia pars alia, ſi in ea non fuerit quantitas ad fermentandum, at ſi in ea fuerit quantitas ad aſcendendum in uno & centum, tum ſeparabit quantitatem partis illius quæ incidit.

ז להקל ולהחמיר מין בשאינו מינו כיצד כגון גריסין שנתבשלו עם עדשים ויש בהם בנותן טעם בין שיש בהם לעלות באחד ומאה ובין שאין בהם לעלות בא׳ ומאה אסור אין בהם בנותן טעם בין

7. Ad allevandum & aggravandum ſpeciem cum ea quæ non fuerit ſua ſpecies, quomodo? ſi fabæ molitæ coctæ fuerint cum lentibus, & in iis fuerit quantitas ad dandum ſaporem, ſive in iis fuerit quantitas ad aſcendendum in uno & centum, ſive in iis non fuerit quantitas ad aſcendendum in uno & centum, illicitum eſt; ſi in iis non fuerit ea quantitas

שיש בהם לעלות באי ומאה ובין שאין בהם לעלות באי ומאה מותר:

ad conferendum saporem, sive in illis fuerit ad ascendendum in uno & centum, sive non fuerit ad ascendendum in uno & centum, licitum est.

R. OB. DE BARTENORA.

נריסין *faba molita*, de oblatione prima. שנתבשלו עם עדשים *quæ coctæ fuerint cum lentibus*, profanis, si fabæ iis contulerint saporem, sapor ille non cessat, etsi in pluribus quam centum profanis partibus; si vero non contulerint saporem, etsi in minoribus quam centum partibus, licitum est, quandoquidem id quod dicimus centum partes esse necessarias, intelligitur de commixtione tritici cum tritico, quod est species cum sua specie; & hoc applicarunt ex eo quod dicitur Num. 18: 29. את מקדשו ממנו id est, id quod separaveris de eo, si inciderit in illud, sanctificat illud, & hoc est *species cum sua specie.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quando una pars in plures quam centum partes inciderit, & saporem contulerit, totum inficitur, & hoc est *ad aggravandum.* Sed quando una pars in minores quam centum partes inciderit, &, non dederit saporem, totum manet licitum, & hoc est, *ad allevandum.* Eodem modo tibi exponemus id quod dicimus de oblatione prima & ipsius consequentiis, nempe quod illa ascendit in uno & centum, quando est species cum sua specie, & ea conditione ne fermentet, neque condiat; sed si fermentet aut condiat, vetitum est in quavis quantitate; sed si species conjungatur cum ea quæ non est species sua, non curamus, nisi quando saporem contulerit tantum; eodemque modo comparatum est cum præputio & miscellis vineæ. Summa autem omnium rituum in hoc casu hæc est, quod quæcunque res illicita, cui non data est quantitas sed quæ dicitur illicita, vetat in quacunque quantitate, uti est vinum libaminis, & illæ res de quibus dicit, *in specie sua & in quacunque quantitate, & cum ea quæ non est sua species in collatione saporis*; & quæcunque res cui quantitas data est, uti est id quod dictum est maxima ex parte de interdictis, in sexaginta, & quicquid dictum est de ascensu oblationis primæ in uno & centum, & de præputio & miscellis vineæ in uno & ducentis, quando est species cum sua specie, non habemus rationem illius quantitatis, nisi fermentet, aut condiat, uti exposuimus; sed id quod dicitur, species cum ea quæ non est species sua in collatione saporis, erit fundamentum. Et ne erres in eo quod dicitur, *in omnibus Legis interdictis species cum eo quod non est sua species in collatione saporis*; sed hoc quoque exponetur in tractatu Avoda Zara, & Cholin, & quandoquidem mentionem fecimus de uno è sexaginta, exponam tibi applicationem qua nixi sunt Sapientes, quod est id quod Deus benedictus dixit de ariete Nazyræi Num. 6: 19. ולקח הכהן הזרע בשלה מן האיל & dixerunt quantitatem brachii cum ossibus, & carnem arietis totius cum ossibus, & carnem illius sexagesimam partem esse, & totum coqui in uno vase; nihilominus tamen hoc brachium non est illicitum de toto ariete, sed comedi potest à possessoribus.

ח שאור של חולין שנפל לתוך עיסה ויש בו כדי לחמץ ואחר כך נפל שאור של תרומה או שאור של כלאי הכרם ויש בו כדי לחמץ אסור:

8. Fermentum profanum quod inciderit in massam, & in eo fuerit quantitas ad fermentandum; deindè autem inciderit fermentum oblationis primæ; aut fermentum miscellorum vineæ, & in eo fuerit quantitas ad fermentandum, illicitum est.

R. OB. DE BARTENORA.

ויש בו כדי לחמץ אסור *& si in eo fuerit quantitas ad fermentandum, illicitum est*, eo nos docet, quod non dicamus, quandoquidem sine hoc fermento illicito massa fermentasset ope fermenti liciti, quod prius in eam incidit, ideo non habemus rationem fermenti illiciti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Ne quis putet quod si fermentum profani primi inciderit, fermentum quod deindè inciderit sit illicitum, & quod non habemus rationem illius; propterea nos docet Misna rem ita non esse.

ט שאור של חולין שנפל לתוך עיסה והמצה ואחר כך נפל שאור של תרומה או שאור של כלאי הכרם ויש בו כדי לחמץ אסור ר"ש מתיר:

9. Fermentum profanum si inciderit in massam, eamque fermentaverit, & deinde inciderit fermentum oblationis primæ, aut miscellorum vineæ, & in eo fuerit quantitas ad fermentandum, illicitum est; R. Schimeon concedit.

R. OB. DE BARTENORA.

רבי שמעון מתיר *R. Schimeon concedit*, in principio (Misna antecedenti) non contradicit R. Schimeon, quia ibi fermentum oblationis primæ incidit antequam cum profano fermentatum fuerit, fermentatio autem hoc modo acceleratur mediante fermento oblationis primæ; sed in fine (hac Misna) contradicit, quia jam fermentavit cum fermento profano, quando deinde incidit oblatio prima, dehonestat tantum. Sapientes vero dicunt, id quod ordinariè saporem confert etiam ad dehonestandum, licitum esse; hic autem esse differentiam, quia fermentum oblationis primæ aptam reddit massam profanam ad fermentandum ea alias massas; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Schimeon dicit, quia operatio fermenti illiciti non cognoscitur, ideo jus illius est ut ascendat in quantitate sua; Sapientes vero dicunt, quandoquidem in eo invenitur quantitas ad fermentandum quando massa fermento indiget, ideo illicitum est; decisio est penes Sapientes.

י תבלין בי וגי שמות כמין אחד (ס"א או מג') אסור ומצטרפין רש"א בי וגי שמות ממין אחד או בי מינין משם אי אינן מצטרפין:

10 Condimenta duorum & trium nominum, unius speciei, aut trium specierum, illicita sunt, & conjunguntur. R. Schimeon dicit, duorum aut trium nominum unius speciei, aut duarum specierum unius nominis, non conjunguntur.

R. OB. DE BARTENORA.

תבלין בי וגי שמות *condimenta duorum aut trium nominum*, tria

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicit Misna, quando duo aut tria nomina condimentorum

tria interdicta distincta vocantur tria nomina, ut, piper præputii, & arboris idololatricæ, & oblationis primæ. אסור ומצטרפין *illicita sunt & conjunguntur*, conjunguntur una ad interdicendum decoctis quæ condita sunt illis.

או שני מינין משם אחד *aut duæ species unius nominis*, uti sunt gingiber, & piper, & ambo præputii, aut ambo oblationis primæ; decisio non est penes R. Schimeon.

torum fuerint, & omnia ejusdem speciei, uti est nomen quod Arabicè dicitur קאקלה, cujus nominis parvi & grandes dantur fructus; sic etiam duplex datur piper, album & nigrum; aut si fuerint tres species unius nominis, uti sunt species סיא, quæ est herba quæ Arabicè כריג dicitur; & species apii quæ sunt multæ species differentes unum habentes nomen, nimirum, quod omnes species כרפס *apii* vocantur כרפס, & omnes species סיאה vocantur סיאה; & hoc vult quando dicit או ג׳ *aut tres*, id est, etiam tres unius nominis; quodcunque eo se habuerit modo de miscellis vineæ, præputio, oblatione prima, & re condita, illicitum est ut condiatur eo, etsi in neutro horum inveniatur quantitas ad condiendum; & hoc vult quando dicit ומצטרפין *conjunguntur*, nimirum, quod inter se conjunguntur ad illicitum reddendum id quod conditum fuerit, uti exposuimus. Explicatio hujus Mischnæ itaque hoc sensu se habet, condimenta duorum aut trium nominum unius speciei, aut trium specierum unius nominis, conjunguntur ad interdicendum; decisio non est penes R. Schimeon. Animadvertas autem hoc, ne putes quod non vocantur תבלין præterquam condimenta & res grati odoris, uti gingiber, piper, & similia; nam res non est ita, sed omnis res qua condiunt decocta, uti cepa & allium, acetum & vinum vocatur תבלין, quando quis intentionem habuerit iis condiendi ollam suam, aut decocta.

יא שאור של חולין ושל תרומה שנפלו לתוך עיסה לא בזה כדי לחמץ ולא בזה כדי לחמץ נצטרפו וחמצו ר"א אחר האחרון אני בא וחכ"א בין (ס"א שנפל איסור) בתחילה בין בסוף לעולם אינו אוסר עד שיהא בו כדי לחמץ :

11. Fermentum profanum & oblationis primæ quæ inciderint in massam, & in hoc non fuerit quantitas ad fermentandum, neque in illo quantitas fuerit ad fermentandum, at conjuncta fuerint & fermentaverint. R. Eliefer dicit, post ultimum ego venio; Sapientes dicunt; sive fermentum illicitum inciderit in principio, sive in fine, nunquam vetat nisi in eo fuerit quantitas ad fermentandum.

R. OB. DE BARTENORA.

אחר האחרון אני בא *ultimam ego amplector sententiam*, nimirum, si fermentum oblationis primæ inciderit posterius in massam, tota massa inficitur; at si fermentum profanum inciderit posterius, tota massa licita est, quia postremum fermentum excitat fermentationem; & quod permittit R. Eliefer quando profanum incidit posterius, intelligendum est, quando statim sustulerit illicitum; etsi enim parumper profuerit fermentum Trumæ, quia adjuvit postremum, quod licitum est, ad fermentandum, nihilominus cessat illius gustus, & non excitatur denuo; at si antea non removerit fermentum illicitum, & fermentatum fuerit mediantibus duobus fermentis, illicitum est; nam R. Eliefer putat, quod, si hoc & illud fermentum in causa sit, illicita est massa.

לעולם אינו אוסר עד שיהא בו כדי לחמץ *nunquam vetat nisi in eo fuerit quantitas ad fermentandum*, quoniam id quod hoc & illo fermento efficitur, permissum ac licitum est; decisio est penes Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחר האחרון אני בא *post ultimum ego venio*, id est, si fermentum oblationis primæ inciderit in fine, illicitum illud est, etsi in eo non contineatur quantitas sufficiens ad fermentandum; quando autem fermentum profanum inciderit in fine, licitum est; at ea conditione ut removeat fermentum oblationis primæ quo inciderit in principio; at si id non removeat, totum fit illicitum, juxta sententiam R. Elieseris. Nam ille putat, quod, si hæc & illa res illicita sit, & fermentata mediantibus duobus fermentis, quorum unum erat illicitum, totum sit illicitum; fundamentum vero certissimum quod tenemus est, quod, quodcunque hæc & illa res efficit, licitum est; & propterea decisio non est penes R. Eliefer.

יב יועזר איש הבירה היה מתלמידי ב"ש ואמר שאלתי את רבן גמליאל הזקן עומד בשער המזרח ואמר לעולם אינו אוסר עד שיהא בו כדי לחמץ :

12. Joeser vir de palatio fuit ex discipulis Scholæ Schamai, & dixit, rogavi Rabban Gamalielem seniorem in porta consistentem orientali, & respondit, nunquam vetat (fermentum Trumæ) nisi in eo fuerit quantitas ad fermentandum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON. Citat verba Joeseris aulici, ut eo modo confirmet verba Sapientum; sed jam diximus decisionem esse penes Sapientes.

יג כלים שסכן בשמן טמא וחזר וסכן בשמן טהור או שסכן בשמן טהור וחזר וסכן בשמן טמא ר"א אומר אחר הראשון אני בא וחכ"א אחר האחרון :

13 Vasa si quis unxerit oleo immundo, & postea unxerit oleo mundo; aut si ea unxerit oleo mundo, & postea unxerit oleo immundo; R. Eliefer dicit, post primum ego venio; Sapientes dicunt, post ultimum.

R. OB. DE BARTENORA.

כלים שסכן *vasa quæ unxit*, uti sunt calceamenta, & alia vasa è corio confecta, quæ ungere solent oleo, ut emolliantur.

וחזר וסכן בשמן טהור *& deinde ea unxit oleo puro*, postquam siccatum fuerit oleum primum, & immerserit vas quod pollutum est oleo polluto, denuo id unxit oleo puro; quando autem utebatur vase illo, oleum prodibat exterius.

אחר הראשון אני בא *primam ego sententiam amplector*, nempe quod oleum quo vas prius unctum est, prodit, nam R. Eliefer putat, quod primum oleum prodit exterius.

וחכמים

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אחר האחרון *post ultimum*, habemus oleum illud superius immundum, si postremum fuerit immundum, aut mundum, si postremum fuerit mundum; nam dicimus quod primum absorptum est substantia vasis, & ultimum remanet. R. Eliefer putat primum esse immundum, & de secundo dicit, quod id aliquando abstergitur, & quod remanet primum, utpote à vase absorptum, puta id quod natat super vasis faciem, postquam separaverit secundum oleum. Sed omnia hæc intelliguntur quando vasa non recipiunt immunditiem, uti sunt vasa lapidea, vasa stercorea, & vasa testacea, &

 e ligno

וחכמים אומרים אחר האחרון *& Sapientes dicunt, post ultimum*, ultimam amplectuntur sententiam, putantes quod posterius oleum humorem exterius ejicit; decisio est penes Sapientes.

e ligno extensa, uti exponitur in tractatu Kelim; at si vasa immunditiem contrahant, quando illa ungit oleo immundo, immunda fiunt; sed hæc distinctio est, ut, quando unguntur interius, polluantur penitus, & si ea ungat exterius, polluantur tantum exteriores partes; si vero hi liquores puri attingant vasa quæ polluta sunt oleo impuro, illi etiam polluuntur, & primi fiunt in immunditia, uti hæc fundamenta traduntur in multis tractatibus Seder Taarot, & indè adducere poteris quicquid tibi ex istis fundamentis defecerit; decisio est juxta Sapientes.

יד שאור של תרומה ושל כלאי הכרם שנפלו לתוך עיסה לא בזה כדי לחמץ ולא בזה כדי לחמץ ונצטרפו וחמצו אסור לזרים ומותר לכהנים רבי שמעון מתיר לזרים ולכהנים :

14. Fermentum oblationis primæ, & miscellorum vineæ, si inciderint in massam, & in uno non fuerit quantitas ad fermentandum, neque in altero fuerit quantitas ad fermentandum, & conjuncta fuerint ac fermentaverint, illicitum est alienigenis, sed licitum sacerdotibus. R. Schimeon permittit alienigenis, & sacerdotibus.

R. OB. DE BARTENORA.

אסור לזרים *illicitum est alienigenis*, (qui non sunt sacerdotes) Sapientes sequuntur opinionem suam quam dixere superius, quod condimenta duorum aut trium interdictorum nominum conjunguntur ad illicitum reddendum id quod conditum fuerit.

ומותר לכהנים *& licitum sacerdotibus*, quia oblatio prima ipsis licita est, & in miscellis vineæ non est quantitas ad fermentandum.

רבי שמעון מתיר לזרים *R. Schimeon permittit alienigenis*, sequitur opinionem suam qua dixit, duo aut tria nomina interdicta unius speciei non conjunguntur.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אסור לזרים *illicitum est alienigenis*, quia oblatio prima alienigenis interdicta est, sic etiam fermentum miscellorum vineæ; fermentatio autem jam deficit & finita est mediante re illicita. Sed pro sacerdotibus habetur ut fermentum profanum, & fermentum oblationis primæ quæ inciderunt in massam Israelitæ, de quibus diximus quod non sunt illicita, nisi in illis inveniatur quantitas ad fermentandum. R. Schimeon putat quod jus fermenti oblationis primæ & miscellorum vineæ se habet eo modo quo jus illud de quo dictum est, nempe quod oblatio prima facit ut ascendat præputium, etsi in omnibus non conveniant; decisio non est juxta R. Schimeon.

טו תבלין של תרומה ושל כלאי הכרם שנפלו בקדירה לא באלו כדי לתבל ולא באלו כדי לתבל ונצטרפו ותבלו אסור לזרים ומותר לכהנים ר"ש מתיר לזרים ולכהנים :

15. Condimenta oblationis primæ, & miscellorum vineæ, quæ inciderint in ollam, & in his non fuerit quantitas ad condiendum, neque in illis fuerit quantitas ad condiendum, & conjuncta fuerint ac condita, illicita sunt alienigenis, sed licita sacerdotibus. R. Schimeon permittit alienigenis & sacerdotibus.

R. OB. DE BARTENORA.

תבלין של תרומה ושל כלאי הכרם *condimenta oblationis primæ, & miscellorum vineæ*, etiam in hoc casu Sapientes sequuntur opinionem suam; & R. Schimeon opinionem suam; jus vero condimentorum se habet ut jus fermenti.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Totus hic casus clarus est; sed docet nos controversiam quæ est inter Sapientes & R. Schimeonem, in duobus casibus, nimirum, in casu fermenti & condimentorum, nam si nos doceret tantum controversiam quod ad fermentum, diceremus, Sapientes tantum loqui de fermento quod alienigenis vetitum est, uti diximus Mischna antecedenti, quia fermentum oblationis primæ & fermentum miscellorum vineæ uno gaudent nomine; sed condimenta oblationis primæ, & condimenta miscellorum vineæ sunt diversa nomina, & ideo diceremus quod R. Schimeoni concedunt, fermentum alienigenis esse licitum; propterea hæc Mischna nos docet quod de eo etiam controversia est in condimentis. Insuper etiam nos docet hac Mischna contradictionem ejus, nam quis diceret, quod in condimentis, ubi diversa sunt nomina, R. Schimeon permittit alienigenis, sed in fermento & fermento, diceret, quod concedit R. Schimeon Sapientibus, ideo nos docet contradictionem ejus in Mischna antecedenti; decisio non est juxta R. Schimeon.

טז חתיכה של קדשי קדשים של פגול ושל נותר שנתבשלו עם החתיכות אסור לזרים ומותר לכהנים רבי שמעון מתיר לזרים ולכהנים :

16. Pars secta de sanctitatum sanctitatibus, abominationibus, & reliquiis coctis cum parte secta, interdicta est alienigenis, sed licita sacerdotibus; R. Schimeon permittit alienigenis, & sacerdotibus.

R. OB. DE BARTENORA.

חתיכה של קדשי קדשים *segmentum de sanctitatibus sanctitatum*, interdictum est alienigenis, qui non sunt sacerdotes, sed permissum sacerdotibus, segmentum vero de abominatione & reliquiis & rebus immundis, tam alienigenis quam sacerdotibus illicitum est, quod coctum est cum segmentis profanis, si in profanis fuerit quantitas ad cessare faciendum segmentum sanctitatum sigillatim, & segmentum abominationis, reliquiarum, & immundarum rerum sigillatim.

אסור לזרים *interdicta alienigenis*, Sapientes sequuntur opinio-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sanctitates sanctitatum non comeduntur nisi à masculis sacerdotibus ut scriptum est Levit. 6: 22. כל זכר בכהנים יאכל אותם sed reliquiæ sacrificiorum, & abominationes interdictæ sunt sacerdotibus & Israelitis, & jus earum postulat ut comburantur. Sed interdictum earum gravius est pro Israelitis, nam si eas comederit Israelita, tenetur de sacrificio prævaricationis, uti exponitur in tractatu Meyla; sed pro sacerdotibus erat tempus aptitudinis earum antequam essent abominatio, aut reliquiæ; ritus vero abominationis & reliquiarum explicantur in tractatu Zebhachim. Dicit ergo Mischna,

opinionem suam, qua dixerunt duo aut tria nomina conjungi ad interdicendum.

רבי שמעון מתיר לזרים R. Schimeon permittit alienigenis, sequitur opinionem suam qua dixit, quod duo aut tria nomina unius speciei non conjunguntur.

Mischna, si tria illa segmenta cocta fuerint cum segmentis profanis, postea vero separata fuerint, & reliquum carnis remanserit, id alienigenis interdictum est propter carnem sanctitatum, quæ cocta est cum illo; at permissum est sacerdotibus, etiamsi in eo contineatur abominatio & reliquiæ, quia interdictum ejus pro sacerdotibus non tam grave est; R. Schimeon dicit, quemadmodum sacerdotibus licitum est, sic etiam alienigenis licitum est, quia abominatio & reliquiæ utrique interdictæ sunt; & hoc vult quando hic dicit, quod licitum est sacerdotibus tam mundis quam immundis, quia omnia polluuntur reliquiis, & abominatione, ut exponetur suo loco. Sed omnia hæc intelligenda sunt quando segmenta continent sexagesimam partem, & sunt species cum sua specie; aut quando non conferunt saporem cum sunt species cum ea quæ non est sua species, ut exponitur in tractatu Chulin; at si minora fuerint quam sexagesima pars, aut si abominatio & reliquiæ saporem contulerint in reliquum quod coctum est, si fuerit species cum ea quæ non est sua species; aut si commixta fuerint segmenta, ut non dignoscantur etsi ea separet, quamvis confecerint tantum millesimam partem, si interdictum fuerit de eo quod incurrit in oculos, non est contradictio in ullo ex tribus illis modis, nam totum est interdictum tam sacerdotibus quam alienigenis, quia in omnibus illis fundamentis non est contradictio; hæc teneto; decisio non est penes R. Schimeon.

יז בשר קדשי קדשים ובשר קדשים קלים שנתבשלו עם בשר התאוה אסור לטמאים ומותר לטהורים :

17. Caro sanctitatis sanctitatum, & caro sanctitatum levium quæ coctæ fuerint cum carne deliciarum, illicitæ sunt immundis, at licitæ mundis.

R. OB. DE BARTENORA

Caro rerum sanctissimarum interdicta est alienigenis etsi puris; caro vero sanctitatum levium licita est alienigenis puris, at illicita impuris.

שנתבשלו עם בשר התאוה *quæ coctæ fuerint cum carne deliciarum*, cum carne profana, quæ etiam immundis licita est, si in ea inveniatur quantitas ad cessare faciendum quamlibet sigillatim, conjunguntur ad interdicendum immundis, etiam juxta R. Schimeonem, quia sanctitates sanctitatum & sanctitates leves unum tenent nomen, uti supra diximus de oblatione prima, placenta, & primitiis. ומותר לטהורים *& licitæ mundis*, etiam juxta Sapientes, quia in sanctitatibus sanctitatum non datur quod vetat.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Si caro rerum sanctissimarum fuerit ea quæ cocta est cum carne deliciarum, comedere eam possunt omnes sacerdotes mundi; si vero fuerit sanctitatum levium caro cum carne deliciarum cocta, comedant eam omnes alienigenæ mundi; neque solliciti sumus de hoc casu neque de simili casu quod ad sexagesimam partem, quoniam totum est licitum, neque alia causa datur quæ vetat esum.

פרק ג. בגד שצבעו בקליפי ערלה ידלק נתערב באחרים כלם ידלקו דברי רבי מאיר וחכמים אומרים יעלה באחד ומאתים :

Caput 3. Pannus corticibus præputii tinctus comburetur; si mixtus fuerit cum aliis, omnes comburentur; sunt verba R. Meyri; Sapientes dicunt, ascendet in uno & ducentis.

R. OB. DE BARTENORA.

בקליפי ערלה *corticibus præputii*, uti sunt cortices nucum & malorum punicorum, quia etiam corticibus uti non licet, uti exposuimus ex Levit. 19:23. את פריו id est, id quod conjunctum est cum fructibus.

ידלק *comburetur*, quia eo uti non licet, quoniam dicitur Levit. 19:23. וערלתם ערלתו id est, non utetur eo quisquam, neque eo tinget, neque eo incendet candelam. כלם ידלקו *omnes comburentur*, R. Meyr suam sequitur opinionem quam dixit inferius, id quod computari solet, sanctificat; pannus autem qui tingitur est res quæ solet computari. יעלה באחד ומאתים *ascendet in uno & ducentis*, sequuntur opinionem suam Sapientes quam infra in hoc capite dicunt, nimirum, sex res tantum sanctificant; decisio est penes Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus quod præputio uti non licet, neque eo tingere, neque eo aliud quid efficere. יעלה באחד ומאתים *ascendet in uno & ducentis*, id est, si pannus ille mixtus fuerit cum ducentis, totum erit licitum, uti exposuimus Mischna antecedenti; decisio est juxta Sapientes.

ב הצובע מלא הסיט בקליפי ערלה וארגו בבגד ואין ידוע איזה הוא רבי מאיר אומר ידלק הבגד וחכמים אומרים יעלה באחד ומאתים:

2. Qui tinxerit plenitudinem spithamæ corticibus præputii, & texuerit eam cum panno, at non constiterit ipsi quænam sit; R. Meyr dicit, pannus comburetur; at Sapientes dicunt, ascendet in uno & ducentis.

R. OB. DE BARTENORA.

מלא הסיט *plenitudinem spithamæ*, est illa distantia quæ datur inter digitum medium & indicem, quousque quis unum ab altero extendere valet; distantia vero illa quæ datur inter digitum medium & pollicem quousque eos dilatare poterit dicitur הסיט כפול *spithama duplicata*, quia duplo major distantia est, quæ datur inter pollicem & medium; plenitudo vero sive longitudo spithamæ est quantitas quæ habetur in casu quodam illicita; ideoque si eam quis texuerit cum panno, nesciens quænam illius longitudo sit, R. Meyr dicit totum comburendum esse; at Sapientes dicunt, ascendet in uno & ducentis, juxta opinionem quam dixerunt superius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

מלא הסיט *plenitudinem spithamæ*, הסיט conficit sextam partem זרת *spithamæ*, vidi ego de hac voce explicationes multas, dixi autem minimam quantitatem facere ad aggravandum; & mihi sufficiet illa explicatio, quia antiqua est, antiqui autem magis in lingua versati erant quam moderni. Antecedenti Mischna nos docuit conditionem leviorem juxta Sapientes, quod etiam pannus totus tinctus ascendit in uno & ducentis; hac vero Mischna nos docet conditionem graviorem juxta R. Meyr, quod si filum tinctum sit in panno, totum comburendum est; decisio est penes Sapientes.

ג האורג מלא הסיט מצמר הבכור בבגד ידלק הבגד ומשער הנזיר ומפטר חמור בשק ידלק השק ובמוקדשין מקדשין כל שהן׃

3. Si quis texuerit plenitudinem spithamæ è lana primogeniti in panno, comburetur pannus. Si de capillis Nazyræi & asini primogeniti in sacco, comburetur saccus; in sanctificatis autem sanctificant cujuscunque quantitatis sint.

R. OB. DE BARTENORA.

מצמר הבכור *e lana primogeniti*, nam vetitum est tondere primogenitum Deut. 15: 19. לא תגז בכור צאנך, sed hic loquitur de primogenito vitio affecto, & propterea necessaria est plenitudo spithamæ, nam primogenitum inter sanctitates annumerandum est; dicit autem Mischna de sanctitatibus quod cujuscunque sanctificant quantitatis.

שער הנזיר *capilli Nazyræi*, capillis ipsius uti non licet, quia scriptum est Num. 6: 4. קדש יהיה גדל פרע incrementum comæ ejus erit sanctum: מפטר חמור *de asino primogenito*, postquam decollatus fuerit non licet eo uti, juxta omnium sententiam, quia vocem עריפה *decollatio*, per argumentum à pari docemus è עריפה quæ dicitur de עגלה, vide Exod. 13: 13. & Deut. 21: 4. השק *saccus*, quando de lana locutus est dicit בגד *pannus*, at de capillis dicit שק, quia eo modo solet confici.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

צמר הבכור *lana primogeniti*, nam præcepit Deus benedictus Deut. 15: 19. לא תגז בכור צאנך *non tondebis primogenitum gregis*.

שער הנזיר *capilli Nazyræi*, de illis præcipitur quod comburendi sunt, ut dicitur Num. 6: 18. ולקח את שער ראש נזרו ונתן על האש Quando autem asinus primogenitus tonsus fuerit, sepelietur; sed omnes hæ causæ vetitæ spectant usum, uti aliis in locis exponetur. שק *saccus*, sic vocetur pannus è capillis contextus; at non dicimus de istis rebus quod ascendunt, quia Lex nullam ipsis imposuit quantitatem.

במוקדשין מקדשין כל שהן *in sanctificatis sanctificant cujuscunque quantitatis*, id est, si lana illa fuerit de sanctitatibus, etsi minor fuerit quam latitudo spithamæ, nihilominus ille pannus totus erit sanctus, & eo uti non licet nisi eum redemerit, ut suo loco dicetur.

ד תבשיל שבשלו בקליפי ערלה ידלק נתערב באחרים יעלה באחד ומאתים׃

4. Decoctum quod coctum fuerit cum corticibus præputii, comburetur; si mixtum fuerit cum aliis, ascendet in uno & ducentis.

R. OB. DE BARTENORA. ידלק *comburetur*, quia lucrum ligni continetur in decocto.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON. Hæc clara est Misna, incrementum continetur in decocto.

ה תנור שהסיקוהו בקליפי ערלה ואפה בו את הפת תדלק הפת נתערבה באחרות תעלה באחד ומאתים׃

5. Furnum si quis accenderit corticibus præputii, & coxerit in eo panem, comburetur panis; si mixtus fuerit cum aliis, ascendet in uno & ducentis.

R. OB. DE BARTENORA. תדלק הפת *comburet panem*, quia in pane continetur lucrum ligni. יעלה באחד ומאתים *ascendet in uno & ducentis*, nam in hoc concedit R. Meyr, quod eodem modo se res non habet in decem causis quas computavit quod sanctificant, uti constat è Talmude Jerusolymitano.

ו מי שהיו לו חבילי תלתן של כלאי הכרם ידלקו׃ נתערבו באחרים כלם ידלקו דברי רבי מאיר וחכמים אומרים יעלו באחד ומאתים׃

6. Si cui fuerint fasciculi fœnigræci de miscellis vineæ, comburentur; si mixti fuerint cum aliis, omnes comburentur, sunt verba R. Meyri. Sapientes dicunt, ascendent in uno & ducentis.

R. OB. DE BARTENORA.

חבילי תלתן *fasciculi fœnigræci*, quilibet fasciculus non minor est quam viginti quinque virgulta. נתערבו באחרים *si commixti cum aliis*, sic legendum est, nam non legendum est ואחרים באחרים; nam si ita legas, necessario dicendum est, quod omnes illi alii cum iis commixti fuerint, sed tum unum tantum occurrit dubium, & docet nos quod illiciti sunt fasciculi, etsi dentur duæ partes majores. כלם ידלקו *omnes comburentur*, & quod non dicimus quod venduntur Gentili fasciculi omnes præter valorem illiciti quod in iis continetur, uti dixit Rabban Schimeon filius Gamalielis capite ultimo Avoda Zara de vino libaminis, hæc est ratio; quia hic suspicamur de his omnibus fieri posse ut gentilis eos denuo vendat Israelitæ, quod non ita est in vino libaminis, de quo ea nobis sollicitudo non est.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Hujus Mischnæ sensus est clarus; decisio est penes Sapientes.

ז שהיה רבי מאיר אומר את שדרכו למנות מקדש וחכמים אומרים אינו מקדש אלא ששה דברים בלבד ורבי עקיבא אומר שבעה ואלו הם אגוזי פרך רמוני בדן וחביות סתומות וחלפות תרדין וקולסי כרוב ודלעת יונית רבי עקיבא אומר אף ככרות של בעל הבית הראוי לערלה ערלה לכלאי הכרם כלאי הכרם׃

7. Nam R. Meyr dixit, id quod computari solet, sanctificat. Sapientes dixerunt, non sanctificat nisi sex res tantum. R. Akiba dixit septem, sunt autem hæ, nuces de Perech, mala punica de Bedan, dolia clausa, folia betæ, trunci brassicæ, cucurbita græca. R. Akiba dixit, etiam panes patrisfamilias. Id quod aptum est ad præputium, præputium est; id quod aptum est ad vineæ miscellanea, miscellanea vineæ sunt.

R. OB. R. MO-

R. OB. DE BARTENORA.

אוח שדרכו למנות *quod computari solet*, quod homines solent semper vendere juxta computum, propter præstantiam ejus. פרך ובדן *Perech & Bedan*, sunt nomina locorum; ego vero audivi explicantem quendam *nuces de Perech* esse nuces teneris gaudentes corticibus, ut manibus frangi possint.

חולפות תרדין *folia betæ*, sunt folia betæ quæ crescunt ad latera. קולסי כרוב *trunci brassicæ*, sunt trunci brassicæ in terra Israelis qui meliores sunt & majores cæteris.

ככרות של בעל הבית *panes patrisfamilias*, hi panes plerumque majores sunt quam panis pistoris. הראוי לערלה *quod aptum est ad præputium*, uti sunt nuces, mala punica, & dolia occlusa.

הראוי לכלאי הכרם *quod aptum est ad miscella vineæ*, uti sunt folia betæ, trunci brassicæ, & cucurbita græca; decisio non est penes R. Meyr, nec penes R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אות שדרכו למנות מקדש *quod computari solet sanctificat*, id est, non dicimus id ascendere in uno & ducentis, sed quando res quædam commixta est quæ computari non solet, ut, si triticum de miscellis vinearum commixtum fuerit cum tritico profano; sed id quod computari solet, uti sunt fasciculi fœnigræci, etsi unus fasciculus commixtus sit cum mille, nihilominus omnes comburendi sunt; & hoc est quando dicit מקדש *sanctificat*; uti scriptum est Deut. 22: 9. פן תקדש המלאה id est, *comburetur*, uti aliquoties exposuimus. Sapientes vero dicunt esse tantum sex res de quibus dici potest תקדש, & quæ non ascendunt in uno & ducentis; R. Akiba addit septimam, & postea computum init; decisio non est penes R. Meyr:

פרך ובדן *Perech & Bedan*, sunt nomina locorum benè nota. חולפות תרדין *folia betæ*, id est, incrementa illius, & germina: קולסי כרוב *trunci brassicæ*, radix illius quæ se latius extendit.

דלעת יונית *cucurbita græca*, nota est, quoniam omnes hæ res apud eos in usu erant & propterea notæ, & singulæ computatæ; præterea etiam in majori pretio habebantur quam cæteri fructus & olera, quæ ejusdem speciei erant, & propterea non vendebantur nisi juxta computum, quod omnes homines accipiebant; alii vero fructus vendebantur æstimatione, neque vendebantur sigillatim, sed multi simul. הראוי לערלה ערלה *quod aptum est ad præputium*; *præputium est*, uti sunt nuces de Perech, mala punica de Bedan, & dolia clausa. הראוי לכלאי הכרם *quod aptum est ad miscella vineæ*, uti sunt quatuor reliqua, & dolia clausa, quia jus præputii tantum obtinet in arboribus; decisio non est juxta R. Akiba.

ח (נ"א ל"נ) כיצד נתפצעו האגוזים נתפרדו הרימונים נתפתחו החביות נתחתכו הדלועים נתפרסו הככרות יעלו באחד ומאתים:

8. Quomodo? quando nuces diffissæ fuerint, mala punica disjuncta, dolia aperta, cucurbitæ succisæ, & panes fuerint dispertiti, tum ascendunt in uno & ducentis.

R. OB. DE BARTENORA.

נתפצעו האגוזים *disruptæ fuerint nuces*, sic legimus tantum, at non legimus כיצד *quomodo*? docet autem Misna nostra, quod etiamsi integræ fuerint, non cessant a jure suo quo minus una ascendat in uno & ducentis, at non, si fuerint disruptæ. נתפרסו הככרות *dispertiti fuerint panes*; simplex hæc Mischna deciditur juxta sententiam R. Akibæ.

R. MOSCHE. FIL. MAIMON.

כיצד *quomodo*, id est, quo modo res illæ sanctificant in quacunque quantitate? respondet, id non fieri nisi integræ sint, at si dispertiantur, aut disrumpantur, aut dolia aperiantur, ascendunt in uno & ducentis; Gemara exponit quod hæc Mischna, quæ simplex est, juxta sententiam R. Akibæ deciditur, qui panes patrisfamilias computavit, uti dixit in præcedentibus.

ט ספק ערלה בארץ ישראל אסור ובסוריא מותר ובחוצה לארץ יורד ולוקח ובלבד שלא יראנו לוקט כרם נטוע ירק וירק נמכר חוצה לו בארץ ישראל אסור ובסוריא מותר ובחוצה לארץ יורד ולוקט ובלבד שלא ילקוט ביד החדש אסור מן התורה בכל מקום והערלה הלכה והכלאים מדברי סופרים: סליק

9. Dubium præputii in terra Israelis illicitum est; at in Syria licitum est, & in loco extra terram, descendat & emat, at ea conditione ne videat id colligi. Vinea olere plantata, si olus vendatur extra eam in terra Israelis, illicita est; at in Syria licita, & in loco extra terram descendat & legat; at ea conditione ne manu colligat. Id quod novum est, illicitum est in omni loco juxta Legem, & præputium ex traditione est; miscella vero ex constitutione Sapientum.

R. OB. DE BARTENORA.

ספק ערלה *dubium præputium*, nimirum, si gentili fuerint plantæ præputiatæ in horto, & manibus tenuerit fructus, nesciens an sint præputiati an vero veteres, in terra Israelis dicitur præputium dubium de Lege, atque adeo sequimur conditionem graviorem.

בסוריא מותר *in Syria licita est*, quia Syria est subactio particularis, & non vocatur כבוש *subacta regio*, ideo aliquatenus aggravarunt propter eam.

ובחוצה לארץ יורד ולוקח *& in loco extra terram*, (Israelis) *descendat & emat*, descendet in hortum & emet à gentili id quod jam collectum est, at ea conditione ne id colligi videat.

ובחוצה לארץ יורד ולוקט *at in loco extra terram*, (Israelis) *descendat & colligat*, gentilis descendat & colligat coram Israelita, Israelita vero emat ab ipso, at ea conditione ne Israelita manu colligat. בכל מקום *in omni loco*, etiam extra terram Israelis, quia scriptum est Levit. 23: 14. בכל מושבותיכם *in omnibus habitaculis vestris*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ספק ערלה *dubium præputii*, exponunt hoc intelligendum esse quando vinea præputii nota est, & uvæ præter eam venduntur, nesciens an uvæ sint de illa vinea an vero de alia.

בלבד שלא ילקוט ביד *ea conditione ne colligat manu*, id est, ne is qui comedit ipse etiam colligat, sed colligat pro alio.

החדש אסור מן התורה בכל מקום *novum illicitum est in omni loco de Lege*, quia scriptum est Levit. 23: 14. ולחם וקלי וכרמל לא תאכלו וגו׳ at hæc non dependent à terra; sed præputium & miscella vineæ non vetita sunt de Lege nisi in terra Israelis tantum, quia à terra dependent; dixit Deus de præputio Levit. 19: 23. וכי תבאו אל הארץ ונטעתם וערלתם & de miscellis vineæ dixit Deut. 22: 9. לא תזרע כרמך כלאים ubi nominum affixa reducenda sunt ad fructus qui inveniuntur in terra Israelis; similia dicuntur Levit. 25: 4. שדך לא תזרע וכרמך לא תזמור & hæc in usu sunt in terra Israelis; at interdictum de præputio extra terram Israelis est traditio Mosis de Sinai, quæ vocatur הלכה. Interdictum autem de satione

הערלה הלכה *præputium est traditio*, per Mosen è monte Sinai, qua præputium vetitum est extra terram Israelis; nihilominus tamen præputium dubium ibidem licitum est juxta eandem traditionem.

והכלאים מדברי סופרים *& miscella juxta constitutionem scribarum*, miscella vineæ tantum, quandoquidem in terra Israelis gravior conditio obtinet de miscellis, & de Lege quod ad usum illicita sunt; at extra terram Israelis Sapientes de iis constituerunt; sed de miscellis seminum, quæ in terra Israelis licita sunt quod ad usum, in locis extra terram Israelis Sapientes non constituerunt. Insitio arborum illicita est extra terram de Lege, quia extat Levit. 19:19. לא תרביע כלאים שדך לא תזרע כלאים id est, quemadmodum bestiæ tuæ se habent respectu רביעה *coitus*, sic ager respectu הרכבה *insitionis*; & quemadmodum tuæ bestiæ se habent tam in terra quam extra terram Israelis, sic quoque ager tuus se habet quod ad insitionem tam intra quam extra terram Israelis.

tione miscellorum vineæ, quando quis triticum, hordeum, & nucleos acinorum simul serit eodem manus jactu, extra terram Israelis, est ex constitutione Sapientum, eo quod in terra Israelis illis miscellis uti non licet; propterea decreverunt ne quis ea extra terram Israelis sereret. Et hoc vult Mischna quando dicit הכלאים מדברי סופרים sed miscella seminum, & semina proventus, ac similia in vinea sata sine distantia illa quæ requiritur in tractatu Kilaim, licita sunt etsi de industria sata sint in loco extra terram Israelis; sed miscella quadrupedum obligant de Lege extra terram Israelis ad verbera; sic etiam insitio arborum de Lege vetita est, tam intra quam extra terram Israelis, & tenentur propter eam de verberibus in omni loco; & de miscellis seminum etiam in terra Israelis verberibus tenentur juxta Legem.

Finis Tractatus de Arborum Præputiis.

מסכת בכורים

Tractatus de primitivis Fructibus.

פרק א יש מביאין בכורים וקורין מביאין ולא קורין ויש שאינן מביאין אלו שאינן מביאין הנוטע לתוך שלו והבריך לתוך של יחיד או של רבים וכן המבריך מתוך של יחיד או מתוך של רבים לתוך שלו הנוטע לתוך שלו והבריך לתוך שלו ודרך היחיד ודרך הרבים באמצע הרי זה אינו מביא רבי יהודה אומר כזה מביא:

CAput I. Sunt qui primitiva adducunt, & legunt, sunt qui adducunt, at non legunt; sunt etiam qui plane nihil adducunt. Hi sunt illi qui nihil adducunt, qui plantaverit in suo loco, & propagaverit in privato, aut in loco publico. Sic etiam is qui propagaverit e loco privato, aut e loco publico in suum; aut qui plantaverit in loco suo & propagaverit in suo, & via privata & via publica fuerit in medio, non adducit. R. Jehuda dicit, ut hic (scil. postremus) adducet.

R. OB. DE BARTENORA.

יש מביאין וקורין *sunt qui adducunt & legunt*, lectionem de primitivis Deut. 28:5. usque ad finem Paraschæ sive sectionis. והבריך לתוך של יחיד *& propagaverit in loco particularis alicujus*, effodiens foveam in qua abscondit ramum arboris, quem pulvere contegit, & caput rami educit in fundo proximi, aut in fundo publico; sic etiam se res habet si planta extiterit in fundo proximi, aut in fundo publico, & eduxerit ramum in fundum suum, non adducet indè primitiva, uti statim exponetur, quia non sunt omnia terræ suæ incrementa. ודרך היחיד ודרך הרבים באמצע *& via privata & via publica fuerint in medio*, id est, si duo horti fuerint ad utrumque latus viæ. הרי זה אינו מביא *hic non adducit*, quandoquidem omnia ipsius incrementa non sunt è terra sua, sive è terra illius qui plantavit. כזה מביא *ut hic adducit*, quia id ipsi licet, quandoquidem licitum est effodere foveam in fundo juris publici si ipsi non noceatur, nimirum, ut de eo legatur vox אדמתך *terra tua*, vide Exod. 23:19. decisio non est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

וקורין *& legunt*, id quod scriptum est Deut. 26:5. & sequentibus.

הבריך *qui propagaverit*, qui ramos terra contexerit, ibique absconderit, inferius autem exponetur quamobrem non adducet; decisio non est juxta R. Jehuda.

SURENHUSIUS. Absolutis iis qui de seminibus eorumque debitis & de arboribus præputiatis tractatibus, rerum copula requirebat ut sermo institueretur de fructibus primitivis בכורים dictis, qui Jerusolymas adducendi erant, juxta id quod Deus præceperat Exod. 23:19. ראשית בכורי אדמתך תביא בית יהוה אלהיך De quorum adductionis tum separationis ritu vide hunc tractatum capite tertio. Confessio autem quæ super illis peragenda erat, invenitur Deut. 26:5. ab illis verbis ארמי אבד אבי וירד מצרימה ויגר שם במתי מעט ויהי שם לגוי גדול עצום ורב Et sic deinceps usque ad finem versus undecimi. Et hæc confessio tantum ab ipso possessore peragi poterat; cæterum adductio eorum etiam a servo vel ab amico fieri poterat usque ad montem templi, quo si pervenerant fructus, possessor tenebatur canistrum humeris suis imponere, & inter confitendum illud portare usque ad atrium. Requirebatur quoque ut agitarentur primitiva, quia versu quinto scriptum est ולקח הכהן וגו׳ *& accipiet sacerdos &c.* Et ut sacrificium pacificum de illis fieret, eo quod versu undecimo scriptum est ושמחת בכל הטוב quæ verba occurrunt de sacrificio pacifico in locis ubi de festis רגלים dictis, & hinc per argumentum a pari ad primitiva accommodantur. Quando ad atrium pervenerant, Levitis cantandi provincia imposita erat, iis verbis quæ extant Psal. 30:2. ארוממך יהוה כי דליתני Tandem requirebatur ut is qui primitiva sua adduxerat, eodem die non rediret domum, sed Jerusolymis pernoctaret, juxta id quod scriptum est Deut. 16:7. ופנית בבקר והלכת לאהליך Et hæ sunt septem conditiones ad primitiva in primis spectantes juxta Maimonidem Hilchot Biccurim in fine capitis tertii נמצאת אומר שהבכורים טעונין שבעה דברים הבאת מקום וכלי קריאה וקרבן ושיר ותנופה ולינה *Primitiva requirunt septem res, uti sunt, adductio ad locum, vas, lectio, sacrificium, hymnus, agitatio, & pernoctatio.*

ב מאיזה טעם אינו מביא משום שנאמר ראשית בכורי אדמתך עד שיהיו כל הגדלין מאדמתך האריסין והחכירות והסקריקון והגזלן אין מביאין מאותו הטעם משום שנאמר ראשית בכורי אדמתך:

2. Quare non adducet? quia dictum est (Exod. 23: 19.) *principium primitivorum terræ tuæ*, donec fuerint omnia terræ tuæ incrementa; hortulani, conductores, tyrannus, & prædo non adducet, quia ibidem dictum est, *principium primitivorum terræ tuæ.*

R. OB. DE BARTENORA.

האריסין *hortulani*, qui agriculturam in se recipiunt pro media, tertia, aut dimidia parte. החכירות *conductores*, qui ad tempus aliquod recipiunt agrum pro certis Coris, sive multum producat ager sive parum.

סקריקון *tyrannus*, cui ager conceditur ne interficiat possessorem, notat vox *eum qui agrum capit*, atque adeo composita est ex שא קרקע; nam etsi pro tempore detur ipsi, non tamen condonet, quia dicit, *jam agrum cepit, at cras eum in jus vocabo.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האריסין *hortulani*, qui societatem ineunt de cultu agrorum.

החכירות *conductores*, sunt agricolæ qui agriculturam in se recipiunt ea conditione ut ipsis media, tertia, aut quarta pars fructuum cedat, & quocunque modo cum possessore convenerint; sed hoc aliquoties explicuimus.

הסקריקון *tyrannus*, sunt prædones qui agros spoliant & fructus eorum comedunt invito possessore; sed hoc quoque explicabitur in tractatu Gittin.

ג אין מביאין בכורים חוץ משבעת המינים לא מתמרים שבהרים ולא מפירות שבעמקים ולא מזיתי שמן שאינם מן המובחר אין מביאין בכורים קודם לעצרת אנשי הר צבועים הביאו בכוריהם קודם לעצרת ולא קבלו מהם מפני הכתוב שבתורה וחג הקציר בכורי מעשיך אשר תזרע בשדה:

3. Non adducunt primitiva nisi de septem speciebus, neque de dactylis montanis, neque de fructibus convallium, neque de olivis non optimis. Non adducunt primitiva ante Pentecosten; viri de monte Zebhoim adduxerunt primitiva sua ante Pentecosten, at non receperunt ab ipsis, quia in Lege scriptum est (Exod. 23: 16.) *Et festum messis primitivorum operum tuorum quæ sevisti in agro.*

R. OB. DE BARTENORA.

אלא משבעת המינין *nisi de septem speciebus*, quia scriptum est מראשית *de principio*, non de toto principio, id est, ut omnes fructus tenerentur de primitivis, sed species tantum, de quibus terra Israelis celebratur Deut. 8: 8. Ubi per דבש intelligitur *mel dactylorum.*

מתמרים שבהרים ומפירות שבעמקים *de dactylis montanis & convallium fructibus*, de iis non licet adducere, quia viliores sunt.

ולא מזיתי השמן שאינן מן המובחר *neque de olivis olei non optimis*, quia Deut. 8: 8. זית שמן *oliva olei*, id est, istiusmodi oliva quam pluvia madefecit, & cujus oleum intus se collegit. אין מביאין בכורים קודם לעצרת *non adducunt primitiva ante Pentecosten*, quia duo panes qui in festo Pentecostes adducuntur vocantur בכורים *primitiva*, & hi panes novos fructus in sanctuario reddunt licitos ad offerendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus qui est benedictus de primitiis Deut. 26: 2. ולקחת מראשית כל פרי האדמה dixerunt Sapientes, ergo *de principio* adduces, non vero totum principium, non adduces nisi de septem speciebus de quibus sermo est in laudem terræ, quæ computatæ sunt Deut. 8: 8. Ubi per דבש intelliges *mel dactylorum*; olivas autem adducet optimas & excellentissimas tantum, quia ibidem dicitur זית שמן *oliva olei*, & non dicitur simpliciter זית.

ד אלו מביאין ולא קורין הגר מביא ואינו קורא שאינו יכול לומר אשר נשבע יי׳ לאבותינו לתת לנו ואם היתה אמו מישראל מביא וקורא וכשהוא מתפלל בינו לבין עצמו אומר אלהי אבות ישראל וכשהוא בבית הכנסת אומר אלהי אבותיכם ואם היתה אמו מישראל אומר אלהי אבותינו:

4. Hi adducunt, at non legunt, peregrinus adducit at non legit, quia dicere nequit Deut. 26: 3. *Ut juravit patribus nostris ad dandum nobis*; at si mater ejus ex Israele fuerit, adducit & legit; quando autem oraverit secum solus, dicet, *Deus patrum Israelis*; at quando in cœtu fuerit, dicet, *Deus patrum vestrorum*; si vero mater ejus fuerit ex Israele, dicet, *Deus patrum nostrorum.*

R. OB. DE BARTENORA.

שאינו יכול לומר אשר נשבע לאבותינו *quia dicere nequit quam juravit patribus nostris*, quia patres illius non sunt Israelitæ, peregrinis enim non cedit portio terræ. Rabbenu Mosche vero scribit decisionem juris non esse secundum hanc Mischnam, sed peregrinum posse adducere & legere *quam juravit patribus nostris*, quod probat ex eo quod Abrahamo dictum est Gen. 17: 5. *Patrem multitudinis gentium posui te &c.* eodem sensu quo Maimon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Omnia hæc clara sunt, nisi quod decisio juris ea est, ut peregrinus adducat & legat; & hoc applicuerunt ex eo quod dictum est Abrahamo Gen. 17: 5. אב המון גוים נתתיך ad hæc ita dixerunt, præteritis temporibus eras pater Aramæorum jam vero totius mundi pater eris; propterea omnis peregrinus dicere potest, *ut juravit patribus nostris*, quia Abraham fuit totius mundi pater, quandoquidem veram docuit fidem.

ה רבי אליעזר בן יעקב אומר אשה בת גרים לא תנשא לכהונה עד שתהא אמה מישראל אחד גרים ואחד עבדים משוחררים ואפילו עד י׳ דורות עד שתהא אמן מישראל האפוטרופוס והשליח והעבד

5. R. Elieser filius Jacobi dicit, mulier quæ est filia peregrini, non dabitur sacerdoti in matrimonium, nisi mater illius fuerit ex Israele, sive fuerint peregrini, sive servi libertate donati, etiam ad decimam generationem usque, donec mater ejus sit ex Israele. Tutor & legatus, servus, mulier, obturatus,

והעבד והאשה וטוכטום ואנדרוגינוס כביאן ולא קורין שאינן יכולין לומר אשר נתת לי השם :

ratus, hermaphrodita, adducunt, ſed non legunt, eo quod dicere nequeunt, *quæ dediſti mihi Domine.*

R. OB. DE BARTENORA.

לא תנשא לכהונה *non deſponſabitur ſacerdòtio*, quia Jecheskiel 44: 22. dicitur מזרע בית ישראל יקחו להם נשים ſi vero mater ejus fuerit ex Iſraele, eſt *ſemen Iſraelis*, quod etiam intelligendum quando fuerit ex parte ſeminis Iſraelitici; deciſio eſt juxta R. Elieſerem filium Jacobi, ſi de induſtria duxerit; at ſi caſu eam duxerit, non ſeparatur ab eo, & filii illius quoque ad pontificatum apti ſunt.

אפוטרופוס ἐπίτροπος eſt ille qui conſtitutus eſt in bona orphanorum, ſive ſit conſtitutus â judicibus ſive â patre orphanorum. השליח *legatus*, ſi ille collegerit primitiva â principio ad mittendum ea per alium, tum ea mittere poterit; at ſi collegerit illa ut ipſe ea mittat, non poterit ea mittere, quia primitiva quæ apta ſunt ut cum illis legatur ſectio, non licita ſunt ut offerantur niſi cum lectione.

והאשה *& mulier*, at ſi matrimonio juncta fuerit, maritus ipſius offerre & legere poterit, quia Deut. 26: 11. dicitur נתן לך יהוה אלהיך ולביתך.

שאינן יכולין לומר אשר נתת לי יהוה *quia dicere nequeunt, quæ dediſti mihi Domine*, quia terra mulieribus non eſt diſtributa, & quoniam ſcriptum eſt Num. 26: 54. איש לפי פקודיו ſit ergo ejuſmodi homo qui certe vir eſt.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

האשה בת גרים *mulier filia peregrini*, id eſt, mulier cujus pater & mater fuerunt peregrini, aut è ſemine peregrino, etſi patres ſint ex Iſraele, ut ſemen Iſraelis nullo modo illi mixtum ſit; & hoc ſemen juxta opinionem R. Elieſeris filii Jacobi ineptum eſt ad ſacerdotium; ſi vero ſacerdos caſu matrimonium contraxerit cum peregrini filia, aut cum filia ſervi manumiſſi, non repudiabit eam propterea, & filii ex illa progeniti erunt ſacerdotes juxta ac alii; at non licet ut ſacerdos de induſtria tale matrimonium contrahat juxta ſententiam R. Elieſeris filii Jacobi, niſi pater, aut mater, aut avus, aut avia ejus tetigerint ſemen Iſraelis, imo etſi gradus ille multo ſuperior fuerit, nam tum ſacerdotio deſponderi poteſt de induſtria juxta ſententiam R. Elieſeris filii Jacobi.

אפוטרופוס *tutor*, ſive is ſit conſtitutus â patre orphanorum, ſive â judicibus. טומטום *obturatus*, ut non ſatis conſtet an maſculus, an vero fœmina ſit. אנדרוגינוס *androgynus*, cui ſunt membra fœminea & virilia ſimul.

אשר נתת לי יהוה *quas dediſti mihi Domine*, hoc dicere nequit fœmina quia terra Iſraelis maribus tantum diſtributa eſt, uti Deus dixit Num. 26: 55. לשמות מטות אבותם ינחלו & verſu 54. dicit איש לפי פקודיו ergo quamdiu fuerint certi mares qui offerant, ut de ſexu non ſit dubium.

ו הקונה שתי אילנות בתוך של חבירו מביא ואינו קורא רבי מאיר אומר כביא וקורא יבש המעין נקצץ האילן מביא ואינו קורא רבי יהודה אומר מביא וקורא מעצרת ועד החג מביא וקורא מן החג ועד חנוכה מביא ואינו קורא רבי יהודה בן בתירא אומר מביא וקורא :

6. Qui comparaverit ſibi duas arbores in fundo proximi, adducat & non legat. R. Meyr dicit, adducat & legat. Si exſiccatus fuerit fons, & arbor amputata fuerit, adducat, at non legat. R. Jehuda dicit, adducat & legat. Indè â Pentecoſte uſque ad feſtum tabernaculorum, adducat & legat; indè â feſto tabernaculorum uſque ad initiationem templi, adducat at non legat; R. Jehuda filius Betheræ dicit, adducat & legat.

R. OB. DE BARTENORA.

מביא ואינו קורא *adducat at non legat*, dubitat primus doctor an is qui duas emerit arbores, etiam emerit fundum, ideo adducat propter dubium & non legat; & hoc de duabus arboribus tantum intelligendum eſt, at ſi quis tres emerit arbores, omnes concedunt eum etiam emiſſe fundum, ideoque eum poſſe legere & adducere, ut in fine hujus capitis dicitur.

רבי מאיר אומר מביא וקורא *R. Meyr dicit, adducat & legat*, quia putat eum qui duas emerit arbores, etiam emiſſe fundum ſubter illas, & circum illas juxta ſpatium collectoris & caniſtri illius; ſed deciſio non eſt juxta R. Meyr. יבש המעין *ſi fons exſiccatus fuerit*, undè arbor irrigatur & creſcit.

נקצץ האילן *ſi amputata fuerit arbor*, id eſt, quando exſiccata fuerit & amputata antequam ab ea ſeparata fuerint primitiva; at ſi antea ſeparaverit primitiva, quia apta erant ut legeretur cum iis ſectio, at dein inepta facta, putreſcunto.

רבי יהודה אומר מביא וקורא *R. Jehuda dicit, adducat & legat*, quia cum fundus adhuc ſit, non habetur ratio arboris etſi exciſa ſit; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

מן החג ועד חנוכה מביא ואינו קורא *inde â feſto tabernaculorum uſque ad initiationem adducit, ſed non legit*, quia Deut. 26: 11. dicitur, ושמחתם בכל הטוב וגו׳ ergo non peragenda eſt lectio niſi in tempore lætitiæ; indè â Pentecoſte ad feſtum tabernaculorum homines ſolent colligere fructus & lætari; ſed indè â feſto tabernaculorum & ulterius etiam, quidem multi colliguntur fructus uſque ad initiationem templi, nihilominus tamen lætitia jam perfecta eſt ſub finem feſti tabernaculorum, ideo adducat, at non legat; ſed ab initiatione templi & ulterius non licet quicquam adducere, quia ſcriptum eſt אשר תביא מארצך Deut. 26: 2. ergo quamdiu inveniuntur in terra tua, adducere licet; ſed inveniuntur tantum uſque ad initiationem templi, ergo deinceps adducere nequit. מביא וקורא *adducat & legat*, quia R. Jehuda non declarat vocem ושמחתם de lætitiæ tempore; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

R. Meyr dicit, qui duas emerit arbores emit etiam fundum, & propterea adducat primitiva & legat, at verba illius rejiciuntur; nam pro fundamento tenemus, eum, ſi tres emerit arbores, emiſſe fundum, at ſi duas emerit, non emiſſe fundum; at in cauſa primitivorum adducat propter dubium, quia Sapientes dubitant an is qui duas tantum arbores emerit, etiam emerit campum, propterea in cauſa venditionis & emptionis dicimus quod is non emit; ſed in cauſa primitivorum eum obligamus ut adducat propter dubium; at non ut legat, quia non ſunt primitiva veriſſima. Et ſi fons fuerit exſiccatus undè campus irrigabatur, aut ſi exſiccatæ fuerint arbores undè adducebantur primitiva, nequaquam leget, quia dicere nequit אשר נתת לי *quæ dediſti mihi*, quia jam corrupta ſunt.

R. Jehuda dicit, legat, quia agrum tenet, at verba ejus rejiciuntur; præterea dixit Deus Deut. 26: 11. שמחת בכל הטוב אשר נתן לך יהוה אלהיך ad hæc dicunt in Siphri, non perficienda eſt lectio niſi in tempore lætitiæ, nude dicas, ut quis indè â feſto Pentecoſtes uſque ad feſtum tabernaculorum adducere queat & legere, & indè â feſto tabernaculorum uſque ad initiationem templi adducere queat at non legere, quia lætitia iſtius anni jam perfecta eſt in fine feſti tabernaculorum, de quo feſto Deus dixit Levit. 23: 40. ושמחתם לפני יהוה אלהיכם R. Jehuda vero non dependere ſtatuit lectionem a lætitia; ſed deciſio non eſt juxta ipſum.

ז הפריש בכוריו ומכר שדהו מביא ואינו קורא׳ והשני מאותו המין אינו מביא כמין אחר מביא וקורא רבי יהודה אומר אף מאותו המין מביא וקורא:

7. Si separaverit primitiva & vendiderit campum, adducat, at non legat; secundus vero de eadem specie ne adducat, de alia specie adducat & legat; R. Jehuda dicit, & de eadem specie adducat & legat.

R. OB. DE BARTENORA.

והשני מאותו המין אינו מביא *& secundus de eadem specie non adducet*, qui emerit campum non adducet primitiva de illo campo eademque specie, de qua adduxit is qui eum vendiderit, quia scriptum est Deut. 26: 3. הגדתי היום ליהוה ubi semel dicitur הגדתי, non bis.

רבי יהודה אומר אף מאותו המין מביא וקורא *R. Jehuda dicit, etiam de eadem specie adducat & legat*, quia diximus Deum semel & non bis denunciasse, id intelligendum est de uno homine, at de duobus hominibus iterum denunciat; decisio est juxta R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

השני *secundus*, est is qui campum emit, cui non licet adducere de illa specie de qua adduxit primus, & legere; dixit enim Deus benedictus Deut. 26: 3. הגדתי היום ליהוה ad hæc dixerunt, *semel annunciabis, at non bis*. R. Jehuda dicit, hoc de uno homine intelligendum esse, at quod duobus hominibus Scriptura semel iterumque denunciat; at ita non est decisio.

ח הפריש בכוריו נבוזו נמקו נגנבו אבדו או שנטמאו מביא אחרים תחתיהם ואינו קורא והשניים אינם חייבין עליהם חומש נטמאו בעזרה נופץ ואינו קורא:

8. Si separaverit primitiva sua & illa direpta fuerint, putrefacta fuerint, furto ablata fuerint, perierint, aut polluta fuerint, adducat alia loco eorum; at ne legat, secunda vero non tenentur de quinta parte, si polluta fuerint in atrio, evacuat corbem, & non legit.

R. OB. DE BARTENORA.

נמקו *putrefacta fuerint*, sic Levit. 26. 39. ימקו אתם נבוזו *direpta fuerint*, sic Deut. 2: 35. בזזנו לנו.

אין חייבין עליהם חומש *non tenentur de quinta parte*, alienigena non tenetur de quinta parte addenda si ea comederit, hæc Mischna est sententiæ particularis alicujus doctoris; sed decisio ita non est; nam decisio est quod tenetur de additione quintæ partis.

נטמאו בעזרה נופץ ואינו קורא *si polluta fuerint in atrio dissipat, at non legit*, ita legendum est, & sensus est, evacuabit canistrum fructuum, quia polluti sunt fructus, canistrum vero sacerdoti cedit, ut scriptum est Deut. 26: 4. ולקח הכהן הטנא מידך probatur inde quod quandoque sacerdos non tenet nisi canistrum, & homo non obligatur alia adducere primitiva pro prioribus, nam quia jam venerunt in montem templi, non tenetur ulterius de cautione eorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נמקו *putrefacta fuerint*, idem quod נמסו *dissoluta fuerint*, sic Sachariæ 14: 12. המק בשרו. Et Levit. 26: 32. אתם ימקו & similia loca. נבוזו *direpta fuerint*, à radice בזז *diripuit*.

ואינו קורא *at non legit*, quia dicere nequit הבאתי את ראשית פרי האדמה Deut. 26: 10. quia secunda non propriè primitiva sunt; deinde tibi quoque exponetur quod primitiva vera non tenentur de quinta parte addenda. נופץ *dissipat*; idem quod נוער *evacuat, excutit*.

ט ומנין שהוא חייב באחריותן עד שיביא להר הבית שנאמ׳ ראשית בכורי אדמתך תביא בית ה׳ אלהיך מלמד שחייב באחריותם עד שיביא להר הבית הרי שהביא ממין אחד וקרא וחזר והביא ממין אחר אינו קורא:

9. Undè accepimus quod non tenetur de cautione eorum donec adduxerit ea in montem templi? quia scriptum est Exod. 23: 14. *Principium primitivorum terræ tuæ adduces domum Domini Dei tui*, undè docemur, quod tenetur de cautione donec adduxerit ea in montem templi. Si adduxerit de una specie, & legerit, & deindè adduxerit de alia specie, non leget.

R. OB. DE BARTENORA.

והביא ממין אחר וקרא *si adduxerit de una specie, & legerit*, hoc adfertur propter R. Jehuda, qui Mischna septima dixit, quod duplex denunciatio requiritur, ideo hoc loco nos docet, unum hominem non obligari lectionem de primitivis secunda vice dicere, concedente etiam R. Jehuda.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus ad Mischnam septimam Deut. 26: 3. semel dictum esse tantum הגדתי *annunciavi*, propterea si quis sectionem illam de primitivis semel legerit, non leget secunda vice.

י ואלו מביאין וקורין מן העצרת ועד החג משבעת המינים מפירות שבהרים מתמרות שבעמקים ומזיתי שמן מעבר הירדן רבי יוסי הגלילי אומר אין מביאין בכורים מעבר הירדן שאינה ארץ זבת חלב ודבש:

10. Hi adducunt & legunt, indè à Pentecoste usque ad festum tabernaculorum de septem speciebus, de fructibus montanis, de dactylis convallium, de olivis olei, e citeriori parte Jordanis. R. Jose Galilæus dicit, non adducunt e citeriori parte Jordanis, quia non est terra lacte & melle affluens.

R. OB. DE BARTENORA.

Hoc ordine lego ומפירות שבהרים ומתמרות שבעמקים ומזיתי שמן

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Fructus montani majores sunt fructibus convallium, & sapore

שמן מעבר הירדן וכו dicit *fructus montani*, sapore meliores sunt fructus montium fructibus convallium, ideoque de fructibus montanis adducenda sunt; sed dactyli contrario modo se habent, nam convallium dactyli magis abundant melle, & præcipuum quod in dactylis reperitur mel est, ideo Scriptura eos vocavit nomine דבש, ideoque primitiva adducenda sunt de de convallium dactylis. וזית שמן *& oliva olei*, olivæ quæ oleum producunt.

מעבר הירדן *è citeriori Jordane*, etsi non sit terra lacte & melle diffluens, nihilominus tamen Deus eam partem Israeli dedit, ideoque legimus propter eam פרי האדמה אשר נתתה לי R. Jose Galilæus contradicit, statuit enim primitiva non adduci à citeriori Jordanis parte; sed decisio non est juxta ipsum.

sapore præstantiores; in dactylis planitierum & convallium plus mellis continetur, non vero in dactylis æstimamus abundantiam mellis, ideo Scriptura eos vocat דבש *mel*; citerior vero pars Jordanis, etsi non diffluat melle & lacte, nihilominus Deus benedictus nobis eam dedit, ideo quis dicere potest אשר נתת לי יהוה; decisio non est juxta R. Jose Galilæum.

יא הקונה שלשה אילנות בתוך של חברו מביא וקורא רבי מאיר אומר אפילו שנים קנה אילן וקרקעו מביא וקורא רבי יהודה אומר אף בעלי אריסות וחכירות מביאין וקורין:

11. Qui emerit tres arbores in fundo proximi, adducat & legat; R. Meyr dicit, etsi emerit duas. Si emerit arborem & fundum ejus, adducat & legat. R. Jehuda dicit, etiam hortulani & conductores agrorum adducant, & legant.

R. OB. DE BARTENORA.

הקונה שלשה אילנות *qui emerit tres arbores*, simpliciter, sine declaratione, an emerit solum, an non, is adducat & legat; quia si emerit simpliciter, fundum etiam emit qui subter arbores & circum arbores invenitur; at si simpliciter minores quam tres emerit arbores, non emit fundum; sed R. Meyr contrarium statuit, & dicit eum emisse fundum quoque, etsi duas tantum emerit arbores; sed decisio non est juxta R. Meyr. אף בעלי האריסות והכירות *etiam hortulani & conductores*, illi quoque adducant & legant, quia R. Jehuda putat quod hortulani & conductores participes sunt fundi, adeoque potestatis; sed decisio non est penes ipsum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus quod R. Meyr putat eum qui duas arbores emerit emisse fundum; R. Jehuda vero putat quod hortulanus & conductor partem fundi tenent, & propterea quoque aliquam in eum habent potestatem; sed decisio non est juxta R. Meyr, nec juxta R. Jehuda.

פרק ב התרומה והבכורי׳ חייבים עליהם מיתה וחומש ואסורים לזרים והם נכסי כהן ועולין באח׳ ומאה וטעונין רחיצת ידים והערב שמש הרי׳ אלו בתרומה ובבכורים מה שאין כן במעשר:

Caput 2. Propter oblationem primam & primitiva rei sunt mortis; & quintæ partis; & illa interdicta sunt alienigenis, sed bona sacerdotis, & ascendunt in uno & centum; & requirunt lotionem manuum, & occasum solis: Hæ causæ occurrunt in oblatione prima & primitivis, quæ non occurrunt in decimis.

R. OB. DE BARTENORA.

התרומה והבכורים חייבין עליהם מיתה *oblatio prima & primitiva obligant quod ad mortem*, alienigena qui comederit de illis à Deo afficitur morte, quia de oblatione prima scriptum est Levit. 22: 9. ומתו בו כי יחללוהו primitiva vero vocantur oblatio prima, ut scriptum est Deut. 12: 17: ותרומת ידך hic denotantur primitiva, de quibus dictum est ולקח הכהן הטנא מידך Deut. 26: 4.

וחומש *& pars quinta*, si quis eam comederit imprudens, summam principalem solvat possessori, quintam vero partem cuicunque voluerit sacerdoti.

אסורים לזרים *interdicta sunt alienigenis*, sine necessitate id dicit, nam si propter illa rei sunt mortis, & partis quintæ, clarum est quod, alienigenis interdicta sunt. Sed juxta R. Jochanan, qui dicit mediam quantitatem interdictam esse de Lege, dicere possemus Misnam docuisse illa alienigenis esse interdicta quod ad quantitatem mediam quæ de Lege illicita est, & in illa non obtinere pœnam mortis, neque additionem quintæ partis.

והם נכסי כהן *& illa sunt facultates sacerdotis*, qui ea vendere poterit, & emere illis servos, agros, & bestias immundas. ועולין באחד ומאה *& ascendunt in uno & centum*, si commixta fuerint cum centum partibus profanis.

וטעונין רחיצת ידים *& requirunt lotionem manuum*, quicunque ea attingere voluerit tenetur prius lavare manus, quia manus polluunt oblationem primam, sed primitiva vocantur oblatio prima. ומערב שמש *& occasus solis*, pollutus qui se laverit non comedet oblationem primam, nisi sol occiderit, quia scriptum est Levit. 22: 7. ובא השמש וטהר ואחר יאכל מן הקדשים idem jus est de primitivis. מה שאין כן במעשר *id quod ita non est in decimis*, quia illæ licitæ sunt alienigenis, at non licet pretio decimarum secundarum emere animalia immunda, servos, aut agros, nam jus earum cessat si plures sint partes profanæ; quando partes profanas liberare nequit a decimis & qui tetigerit eas non tenetur de lotione manuum, neque pollutus tenetur de occasu solis, uti diximus, *si se immerserit & ascenderit, comedat decimas*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus quod בכורים vocantur תרומה, & capite tertio tractatus Trumot quoque exposuimus, id probari ex eo quod dicitur Deut. 12: 17. ותרומת ידך ubi intelliguntur primitiva; propterea primitiva tenentur de omnibus ritibus oblationis Trumæ, uti explicuimus in tractatu Orla. והם נכסי כהן *& illa sunt bona sacerdotis*, quibus etiam uxorem desponsari sibi potest.

מה שאין כן במעשר *id quod ita non est in decimis*, quia is qui de lotione diurna tenetur, comedat decimas, juxta fundamenta quæ tenemus; & hoc est quod dixerunt, *si se laverit comedat de decimis*, *si occiderit sol*, *comedat oblationem primam*, *si adduxerit expiationem suam*, *comedat sanctitates*; uti diximus in principio tractatus Beracot. Sic etiam fructus decimarum non obligant quod ad lotionem manuum respectu cibi, at fructus oblationis primæ obligant quod ad lotionem manuum antequam quis cibum capiat, ut exponetur in tractatu Chagiga. Sed panis, sive ille sit de oblatione prima, sive decimis, sive profano, non poterit comedi nisi quis laverit manus, uti fundamentum postulat; decimæ vero illæ, quæ differentiam ponunt inter se & oblationem primam, sunt decimæ secundæ.

ב יש במעשר ובבכורי׳ מה שאין כן בתרומה

2. Id quod obtinet in decimis & primitivis non

שהמעשי obtinet

שהמעשי והבכוריי טעונים הבארה מקום וטעונים
ודוי ואסורין לאונן ר"ש מתיר וחייבין בביעור ור"ש
פוטר ואסורין כל שהן מלאכול בירושלם וגדוליהן
אסוריי מלאכול בירושלם אף לזריי ולבהמה
רבי שמעון מתיר הריי אלו במעשר ובבכורים מה
שאין כן בתרומה :

obtinet in oblatione prima, nam decimæ & primitiva poſtulant adductionem loci, confeſſionem, & interdicta ſunt lugenti. R. Schimeon concedit, & tenentur de Remotione. R. Schimeon liberat, & illicita ſunt cujuſcunque quantitatis fuerint ut non comedantur Jeruſolymis, & incrementa eorum illicita ſunt ut non comedantur Jeruſolymis, etiam alienigenis & beſtiis. R. Schimeon permittit. Hæc ſunt quæ obtinent in decimis & primitivis, & non ita ſunt in oblatione prima.

R. OB. DE BARTENORA.

הבארה מקום *adductio loci*, ut adducerentur Jeruſolyma, ut ſcriptum eſt Deut. 12:6. והבאתם שמה עולותיכם וזבחיכם ומעשרותיכם ותרומת ידיכם & exponimus ותרומת ידיכם ſunt primitiva.

וטעונין ודוי *& poſtulant confeſſionem*, de decimis ſcriptum eſt Deut. 26:13. ואמרת לפני יהוה בערתי הקדש מן הבית & de primitivis ſcriptum eſt ibidem verſu 5. ואמרת לפני יהוה אלהיך ארמי אבד אבי etiamſi autem oblatio prima poſtulet confeſſionem, uti diximus, & id quod verſ. 13. dicitur וגם נתתיו ללוי intelligatur de oblatione prima & oblatione de decimis, nihilominus tamen decimæ & primitiva ſunt, nam decimæ tantum, aut primitiva tantum poſtulant confeſſionem; oblatio prima vero, ſi ſola & unica ſit, non poſtulat confeſſionem.

ואסורין לאונן *& interdicta ſunt lugenti*, de decimis ſcriptum eſt Deut. 26: 13. לא אכלתי באוני ממנו & de primitivis ſcriptum eſt verſu 11. ושמחת בכל הטוב undè docemur quod lugenti interdicta ſunt primitiva. R. Schimeon vero primitiva lugenti licita pronunciat, quia Scriptura ea vocavit תרומה, at תרומה licita eſt lugenti.

וחייבין בביעור *& tenentur de remotione*, ut removeantur penitus anno tertio, ut ſcriptum eſt de decimis Deut. 28: 13. בערתי הקדש מן הבית nempe ſanctitatem illam de qua dictum eſt præcedentibus verſibus, ubi de primitivis. R. Schimeon libera pronunciat primitiva à remotione, eaque ſacerdoti poſſe dari, quia Scriptura ea vocavit תרומה, ſed תרומה non tenetur de remotione.

ואסורין *& interdicta ſint*, nimirum decimæ ſecundæ & primitiva quæ commixta fuerint cum profano, eorum miſcella illicita ſunt cujuſque quantitatis, & non aſcendunt in uno & centum.

מלאכול בירושלם *ne comedantur Jeruſolymis*, id eſt, ſi decimæ ſecundæ aut primitiva Jeruſolymis commixta fuerint, tum miſcella eorum illicita ſunt ut comedi nequeant cujuſcunque quantitatis fuerint, quoniam res eſt quæ licita reddi poteſt, & miſcella omnia loco ſuo edi poſſunt; ſed decimæ ſecundæ & primitiva quæ cum profano mixta fuerint extra Jeruſolyma, non illicita faciunt ad comedendum, cujuſcunque quantitatis fuerint, quia moleſtum eſt ea adducere Jeruſolyma, ideoque non vocantur res quæ licita reddi poteſt.

וגדוליהן אסורים *& incrementa eorum illicita*, miſcella decimarum & primitivorum ſi ſeminavit, & illa creverunt, tum incrementa quoque illicita ſunt, ut comedi nequeant juxta legem profanorum, ſi illa ſeverit Jeruſolymis ubi creverint, & propterea incrementa eorum prohibent cujuſcunque fuerint quantitatis, quandoqnidem loco ſuo comedi poſſunt.

אף לזרים ולבהמה *etiam alienigenis & beſtiis*, decimæ ſecundæ & primitiva quorum miſcella prohibent cujuscunque quantitatis illa fuerint, & incrementa eorum quæ vetita ſunt, etiam alienigenis & beſtiis vetita ſunt; quæ ſi fuerint primitiva, vetant miſcella alienigenis, ſi vero fuerint decimæ, miſcella vetita reddunt beſtiis. Ne dicamus ea cujuſcunque quantitatis fuerint vetare miſcella eo in caſu quod extra Jeruſolymâ comedi poſſunt, eo quod hoc reſpectu habentur res quæ licitæ reddi poſſunt, & quia in loco ſuo comedi poſſunt Jeruſolymis, non ceſſant etiam in mille partibus â jure eorum; ſed vetant miſcella alienigenis & beſtiis, quia interdictum pro alienigenis & beſtiis non poteſt permitti; ideo quis putare potuiſſet quod miſcella fierent licita in quacunque quantitate; propterea nos docet Miſchna, quia, cum miſcellis impo-

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dictum eſt in Lege de decimis ſecundis & primitivis quod poſtulant adductionem loci, de decimis ſecundis dictum Deut. 14: 23. ואכלת לפני יהוה אלהיך מעשר דגנך תירשך ויצהרך de primitivis dicitur Deut. 26: 2. ושמת בטנא והלכת אל המקום אשר יבחר יהוה אלהיך Et quod de utroque dicitur quod confeſſionem poſtulant, quod ita non eſt in oblatione prima, ſcias jam dictum eſſe in tractatu Maaſer Sceni, quod neceſſe eſt confeſſionem dicere ſuper oblationem primam, idque eſſe quod Deus dixit Deut. 28: 13. וגם נתתיו ללוי ſed per ea verba intelligitur oblatio prima & oblatio de decimis; ad hæc eo reſpondent argumento in Gemara, hunc caſum ita ſe habere, ſi tantum fuerint primitiva, aut decimæ tantum, tenetur de confeſſione; ſi vero oblatio prima tantum fuerit, non tenetur de confeſſione. Expoſuimus autem hoc loco lugenti interdictum eſſe comedere decimas ſecundas, quia Scriptura Deut. 26: 13. לא אכלתי באוני ממנו & quia de primitivis dicit ibidem verſ. 11. ושמחת בכל הטוב ideo interdicta ſunt lugenti. R. Schimeon vero permittit primitiva lugenti, quia hæc de illis non dicta ſunt.

וחייבין בביעור *& tenentur de remotione*, quia jus de primitivis idem eſt cum jure de decimis; quia ſectio de primitivis juncta eſt cum ſectione confeſſionis de qua dicitur Deut. 26: 13. בערתי הקדש מן הבית R. Schimeon dicit quod primitiva dantur ſacerdoti uti oblatio prima; ſed jam expoſuimus opinionem R. Schimeonis capite ultimo tractatus Maaſer Scheni.

אסורין בכל שהן מלאכול בירושלם *illicita ſunt cujuſcunque quantitatis ut comedi nequeant Jeruſolymis*, hæc verba expoſitione indigent qua melius intelligantur, ſi ergo res licita commiſceatur cum illicita, non datur modus quo illicita poſſunt declarari licita, ut miſcella præputii, aut miſcella vineæ, aut miſcella oblationis primæ cum profano, jus miſcellorum eſt ut aſcendant in uno & centum, aut illicita ſunt ſi ſaporem contulerint, ut expoſitum eſt capite ſecundo tractatus Orla. Si vero res illicita aliquo modo pro tempore reddi poſſit licita, omnia illa miſcella erunt illicita, etſi una pars mixta fuerit cum mille partibus, donec totum fuerit licitum per modum permiſſionis ſuæ, quia modum tenemus quo permittere poſſumus; exempli gratia, ſi ovum die feſto poſitum ſit, quia die feſto frui ovo illo non licet ſi commixtum fuerit cum multis, omnia illa ova comedi non poſſunt, & ovum illud non ceſſat de jure ſuo præ nimia quantitate ſua, etſi inſequenti die omnia ſint licita; & hoc volunt quando dicunt דבר שיש לו מתירין אפילו באלף לא בטיל *res cui permiſſio eſt etiam in mille non abrogatur*; quibus hoc loco docet, quod etſi minima quantitas decimarum ſecundarum aut primitivorum mixta fuerit cum maximis oneribus profanis, & miſcella illa tantum fuerint Jeruſolymis, jus illorum miſcellorum eſt ut jus decimarum ſecundarum aut primitivorum; at non dicimus de miſcellis quod aſcendunt in uno & centum, neque in ulla alia quantitate, quia res eſt quæ permiſſionem tenet; poſſeſſori vero dicimus, *quandoquidem tu es Jeruſolymis loco quo comeduntur decimæ & primitiva, comedito totum ſecundum jus primitivorum.*

וגדוליהן אסורים מלאכול בירושלים *& incrementa eorum illicita ſunt ut comedi nequeant Jeruſolymis*, id eſt, ſi ſeverit quicquam quod Jeruſolymis commixtum fuerit, id quod indè creverit habetur ut id undè provenit, & illicitum eſt ut comedatur lege profanorum, ſed lege decimarum, ſi id quod ſevit fuerit decimæ; aut lege primitivorum, ſi miſcella fue-

imponitur nomen primitivorum aut decimarum secundarum ad prohibendum esum extra Jerusolyma, propterea quoque eo in casu proposuit, quod alienigenis non licet edere miscella illa, si fuerint primitiva, aut bestiis si fuerint decimæ.

רבי שמעון מתיר *R. Schimeon permittit*, ad incrementa tantum id refert, putat enim quod jam de jure cessant, sed de miscellis ipsis concedit R. Schimeon; decisio non est juxta R. Schimeon in tota Mischna. מה שאין כן בתרומה *id quod ita non est in oblatione prima*, eo quod omnes hi ritus & jura non obtinent in oblatione prima.

fuerint primitiva. Præterea semen ejus quoque illicitum est, quia id habet permissionem proximam, eo quod Jerusolymis est.

אף לזרים ולבהמה *etiam alienigenis & bestiis*, id est, si commixta fuerint primitiva cujuscunque quantitatis, mixtura interdicta est alienigenis; nam non dicimus, quandoquidem mixtura alienigenis interdicta est, ideo illius jus erit ut rei cui conceditur permissio, & ascendet in uno & centum quando commixtio facta fuerit Jerusolymis, ideo nos docet id non esse licitum; & quando dicit אף לזרים *etiam alienigenis*, ita se habet, etiamsi incrementa interdicta sint alienigenis, cujuscunque quantitatis fuerint primitiva nihilominus vetant; sic etiam, quando quicquam commixtum fuerit cum decimis secundis, etsi non liceat eas bestiis dare comedendas, profanum vero ante commixtionem bestiis erat licitum, non dicimus commixtionem illam fieri instar rei cui est permissio, & ascendere in uno & centum; sed decimæ secundæ & primitiva si mixta fuerint cum quacunque re Jerusolymis, nunquam ascendunt, sed illicita sunt cujuscunque quantitatis, eodem modo comparatum est cum incrementis illorum; sed hoc est ex constitutione Sapientum qui constituerunt harum duarum rerum miscella Jerusolymis permissione donata, quia nullo negotio quis ea comedere poterit illic; & hoc volunt quando dicunt עשו ירושלם כדבר שיש לו מתירין *fecerunt Jerusolyma instar rei cui permissio est*, id est, quemadmodum res cui est permissio vetat in quacunque quantitate, sic etiam Jerusolyma vetat in quacunque quantitate. R. Schimeon contrarium statuit in incrementis, quia jam dixit quod de jure cessant, at in miscellis ipsis non contradicit ut vetarent in quacunque quantitate, & hoc est, quod dixerunt quando rationem dederunt opinionis R. Schimeonis, *miscella adhuc existunt, incrementa jam abrogata sunt*; sed in oblatione prima nullus horum rituum locum habet; decisio non est juxta R. Schimeon in omnibus suis contradictionibus.

ג יש בתרומה ומעשר מה שאין כן בבכורים שהתרומה והמעשר אוסרין את הגורן ויש להם שיעור ונוהגים בכל הפירות בפני הבי' ושלא בפני הבי' ובאריסין ובחכירות ובסקריקון ובגזלן הרי אלו בתרומה ובמעשר מה שאין כן בבכורים :

3. Datur in oblatione prima & decimis quod non datur in primitivis, nam oblatio prima & decimæ vetant aream, & quantitate gaudent, & in usu sunt in omnibus fructibus, stante templo & non stante templo, & apud hortulanos, & conductores agrorum, tyrannos, & prædones; hæ causæ dantur in oblatione prima & decimis, quæ non dantur in primitivis.

R. OB. DE BARTENORA.

אוסרין את הגורן *vetant aream*, non licet de proventu concedere in area, nisi separaverit primitiva & decimas, at primitiva non vetant.

ויש להם שיעור *& mensura gaudent*, oblationi primæ data est mensura ex constitutione Sapientum, quæ est quinquagesima pars, at primitivis non data est mensura, neque à Sapientibus.

ונוהגין בכל הפירות *& in usu sunt in omnibus fructibus*, ex constitutione Sapientum, primitiva vero non adducuntur nisi de septem speciebus.

בפני הבית ושלא בפני הבית *stante templo & non stante templo*, at primitiva tantum in usu sunt stante templo, ut scriptum est Deut. 26:4. לפני מזבח יהוה אלהיך si ergo non sit altare, non adducenda primitiva.

באריסין ובחכירות וגו' *apud hortulanos & conductores agrorum &c.*, hoc expositum est capite primo; primitiva vero non dantur nisi ab eo cui fundus est, quia Exod. 23:19. scriptum est בכורי אדמתך.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

אוסרין את הגורן *vetant aream*, id est, non licet quicquam comedere nisi prius de illo separaverit oblationem primam in area, nec non decimas, quia res illibata est; at non ita se res habet in primitivis. Jam diximus in principio tractatus Pea, quod primitivis non fixa est quantitas; & capite antecedenti hujus tractatus exposuimus, non nisi septem species obligatas esse de primitivis, neque quenquam de illis obligatum esse nisi ipsi sit fundus in quem potestatem habet; & quod dicit primitiva in usu esse tantum stante templo, hoc clarum est ex eo quod dicitur Deut. 26:4. ולקח הכהן הטנא מידך לפני מזבח יהוה אלהיך necesse est ergo ut extet ara, & tum tenentur de primitivis, at hoc non obtinet in oblatione prima & decimis.

ד ויש בבכורים מה שאין כן בתרומה ובמעשר שהבכורים נקנין במחובר לקרקע ועושה אדם כל שדהו בכורים וחייב באחריותם וטעונים קרבן ושיר ותנופה ולינה :

4. Datur in primitivis id quod non datur in oblatione prima & decimis, quia primitiva acquiruntur solo adhærentia, & homo totum suum agrum facere potest in primitiva, & tenetur de cautione eorum, & sacrificium requirunt, canticum, agitationem, & pernoctationem.

R. OB. DE BARTENORA.

נקנין במחובר לקרקע *acquiruntur fundo adhærentes*, quia scriptum est Num. 18:13. בכורי כל אשר בארצם quando solo adhærent jam sunt primitiva, eo modo etiam Mischna loquitur inferius capite tertio Mischna prima. יורד אדם לתוך שדהו וגו' colligabit autem primitiva juncis, & dicet, hæc sunt primitiva.

ועושה אדם כל שדהו בכורים *& facit homo totum agrum suum primitiva*, quia scriptum est Num. 16:30. בכורי כל *primitiva omnia*, id est, כל ראשית *totum principium*.

וטעונין קרבן *& sacrificium requirunt*, dicitur de primitivis Deut. 26:11. ושמחת בכל הטוב & Deut. 27:7. dicitur וזבחת

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

נקנין במחובר לקרקע *acquiruntur solo adhærentes*, sacerdos acquirit ea de jure adhærentia solo, & homo omnes suos fructus facere potest in primitiva; probatio vero horum duorum rituum adfertur ex eo quod dicitur Num. 18:13. בכורי כל אשר בארצם indè monstratur quod primitiva acquiruntur solo adhærentia, & quod quis totum suum campum facere potest in primitiva.

וחייב באחריותם *& tenetur de cautione eorum*, nam si direpta fuerint aut perierint, tenetur secunda vice separare, donec ea adduxerit ad locum templi.

וטעונין קרבן *& requirunt sacrificium*, quia Deus benedictus Deut.

וזבחת שלמים ואכלת שם ושמחת quemadmodum se habet sacrificium pacificum in uno loco, sic etiam in altero.

ושיר *& canticum*, Deut. 26:11. dicitur ושמחת בכל הטוב & Ezech. 33:32. dicitur כשיר עגבים יפה קול ומטיב נגן *ut canticum uvarum &c.*

ותנופה *& agitatio*, Deut. 26:4. dicitur ולקח הכהן הטנא מידך & Levit. 7:30. scriptum est ידיו תביאנה את אשי יהוה quemadmodum in hoc loco se habet agitatio, sic etiam in illo.

ולינה *pernoctatio*, ut pernoctet Jerusolymis post diem illum quo adduxit primitiva, quia scriptum est Deut. 16:7. ופנית בבקר והלכת לאהליך omne ergo diverticulum quo divertas erit tantum mane.

Deut. 26:11. dicit ושמחת בכל הטוב & Deut. 16:14. dicit ושמחת בחגך ad hæc dixerunt Sapientes, quemadmodum sacrificium pacificum, de quo hic sermo est, conjungitur cum שמח *lætari*, eodem sensu שמח illic conjungitur cum sacrificio pacifico, quia id quod dicit ושמחת בחגך non potest fieri sine sacrificio pacifico, uti exponunt in tractatu Chagiga. ושיר *& canticum*, quemadmodum id ulterius persequitur capite tertio. תנופה *agitatio*, quia Deus dixit Deut. 26:4. ולקח הכהן הטנא מידך dixerunt Sapientes, indè docet primitiva requirere agitationem.

ולינה *& pernoctationem*, id est, tenetur Jerusolymis pernoctare, & postero die redire poterit ad locum undè venerit, uti scriptum est de sacrificio Paschatis Deut. 16:7. ופנית בבקר והלכת לאהליך dixerunt Sapientes, *omnia diverticula quibus divertas, fient tantum manè.*

ה תרומת מעשר שוה לבכורים בשתי דרכים ולתרומה בשתי דרכים ניטלת מן הטהור על הטמא ושלא מן המוקף כבכורים ואוסרת את הגורן ויש לה שיעור כתרומה:

5. Oblatio de decimis eadem est cum primitivis duobus modis, & cum oblatione prima duobus modis, separatur de mundo pro immundo, & de non circumdato, ut de primitivis; & vetat aream, & ipsi mensura est, ut oblationi primæ.

R. OB. DE BARTENORA.

נטלת מן הטהור על הטמא *separatur de mundo pro immundo*, ratio, quare in separanda oblatione prima non licet separare de mundo pro immundo, est, quoniam necesse est ut sit de circumdato, at solliciti sumus ne separet de circumdato, quia timebit ne tangat purum in impuro; hæc vero ratio hoc loco dici nequit, quia separatur de eo quod non circumdatum est. יש לה שיעור כתרומה *est ipsi mensura uti oblationi primæ*, nam oblationi primæ Sapientes mensuram imposuerunt, quæ est quinquagesima pars.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum est si quis separaverit primitiva de quibusdam arboribus, id sufficere pro reliquis arboribus, & hoc vult quando dicit ושלא מן המוקף *& de non circumdato*, uti exposuimus; in primitivis vero separare quis potest de mundo pro immundo post collectionem, quia fructus non recipiunt immunditiem quamdiu solo adhærent.

ו אתרוג שוה לאילן בשלשה דרכים ולירק בדרך אחד שוה לאילן בערלה וברבעי ובשביעית ולירק בדרך אחד שבשעת לקיטתו עשורו דברי רבן גמליאל רבי אליעזר אומר שוה לאילן בכל דבר:

6. Malum citreum simile est arbori tribus modis, & oleri uno modo; simile est arbori in præputio, & in anno quarto, & septimo; & oleri uno modo, nam juxta tempus collectionis suæ sunt decimæ suæ, sunt verba Rabban Gamalielis. R. Eliesér dicit, simile est arbori omni modo.

R. OB. DE BARTENORA.

שוה לאילן *simile est arbori*, nam nos sequimur productionem, & computamus tres annos præputii à productione illius, sic etiam respectu anni quarti, & anni septimi; nam si protruserit in anno sexto, & perfecti fuerint fructus in anno septimo, licitum est citreum; nihilominus tamen liberum est à decimis, quia in casu decimationis sequimur collectionem ejus juxta jus oleris, & quandoquidem collectum est citreum in anno septimo, propterea liberum est à decimis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Clarum est malum citreum respectu præputii se habere ut arborem, sic etiam respectu juris anni quarti; & quod dicit *Et septimo*, est ac si dixisset, si perfecti fuerint fructus mali citrei in anno septimo & intraverint annum octavum adhuc ab arbore dependentes, citreum illud est commune, uti omnes fructus anni septimi, quia perfecti sunt in anno septimo, etsi collegerit illos in anno septimo.

שבשעת לקיטתו עשורו *nam juxta tempus collectionis suæ sunt decimæ*, id est, si collegerit anno tertio aut anno sexto, separabit de illo decimas pauperum, etsi citreum illud perfectum fuerit anno secundo, aut quinto; sic etiam, si quis collegerit anno quarto, separabit de eo decimas secundas, etsi perfectè maturuerit in anno tertio; decisio juris est ut dixerunt Sapientes nostri, nimirum, citreum juxta collectionem suam obligatum esse de decimis in anno septimo.

ז דם מהולכי שתים שוה לדם בהמה להכשיר את הזרעים ודם השרץ אין חייבין עליו:

7. Sanguis eorum qui incedunt duobus similis est sanguini quadrupedum, ad disponenda semina, & sanguis repentium non obligat.

R. OB. DE BARTENORA.

דם מהולכי שתים *sanguis incedentium duobus*, sanguis hominum, uti est sanguis interfectorum. להכשיר הזרעים *ad disponendum semina*, ut immunditiem recipiant, uti est sanguis quadrupedum de quo scriptum est Deut. 12:16.

ודם השרץ *& sanguis reptilium*, id est, hic similis est sanguini hominum ut nemo obligetur de interdicto illius; sed tantum si contestati sint de sanguine, non tenetur de sanguine reptilis; at si contestati sint de repente, verberibus tenetur, quia sanguis reptilis est instar suæ carnis.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

דם מהולכי שתים *sanguis incedentium duobus*, est sanguis hominum, diximus aliquoties in hoc libro quod septem liquores disponunt ad immunditiem recipiendam, unus vero eorum sanguis est; & comparat hoc loco sanguinem hominum cum sanguine quadrupedum. Te non latet nomen שרץ cadere in octo species שרצים, uti id constat ex illis quæ dicuntur Levit. 11:29. & sequentibus.

אין חייבין עליו *non tenentur de eo*, id est, is qui comederit sanguinem illorum reptilium non propterea excisionis reus est, uti reus est is qui comederit sanguinem; quia nobis fundamentum est, sanguinem horum reptilium esse instar carnis; & hoc est quod Sapientes nostri dixerunt in Siphra וזה

לכם

לכם הטמא quod dicitur Levit. 11: 29. includit ſanguinem reptilis eſſe inſtar carnis; conſequentiæ vero hujus caſus quoque ulterius exponentur.

ח כוי יש בו דרכים שוה לחיה ויש בו דרכים שוה לבהמה ויש בו דרכים שוה לבהמה ולחיה ויש בו דרכים שאינו שוה לא לבהמה ולא לחיה:

8. *Coi* aliquo modo ſimilis eſt feræ, & aliquo modo beſtiæ, & aliquo modo beſtiæ & feræ ſimul; at aliquo modo non ſimilis eſt beſtiæ, neque feræ.

R. OB. DE BARTENORA.

כוי *Coi*, contrarii ſunt de hujus vocis ſenſu Sapientes Iſraelis, hi dicunt eſſe arietem montanum, illi dicunt eſſe hircum qui cum caprea coitum inivit; alii dicunt eſſe aliquod animal quod ſeparatim per ſe ſubſiſtit, non determinarunt Sapientes, an ſit ſpecies feræ, an vero beſtiæ.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

כוי eſt ſpecies creaturæ compoſitæ ex hirco & caprea, & hoc ſenſu de ea tradiderunt, כוי *eſt creatura ſingularis*; & Sapientes non pronunciarunt de ea, an ſit ſpecies beſtiæ an vero feræ, ſed impoſuerunt propter eam conditiones graviores beſtiæ, & conditiones graviores feræ, ut deinceps exponetur.

ט כיצד שוה לחיה דמו טעון כסוי כדם חיה ואין שוחטין אותו ביום טוב ואם שחטו אין מכסים את דמו וחלבו מטמא כטומאת נבלה כחיה וטומאתו בספק ואין פודין בו פטר חמור:

9. Quomodo ſimilis feræ? ſanguis ejus tegendus eſt ut ſanguis feræ, & non mactatur die feſto; at ſi mactaverint eam, non tegunt ſanguinem illius; adeps vero illius polluit pollutione cadaveris, ut fera, & pollutio ejus dubia eſt; nec redimunt ea primogenitum aſini.

R. OB. DE BARTENORA.

טעון כסוי כדם חיה *indiget operculo ut ſanguis feræ*, ad aggravandum, nec recitant benedictionem ſuper operimento ejus, quia res in dubio eſt.

ואין שוחטין אותו ביום טוב *non mactant eam die feſto*, quia tum non licet tegere ſanguinem ejus, & quamvis pulvis furni præparatus ſit, præparatus eſt tamen pro rebus certis, at non pro dubiis.

כטומאת נבלה כחיה *pollutione cadaveris, ut fera*, nam adeps beſtiæ mundæ eſt mundus, uti docemus ex eo quod dicitur Levit. 7: 24. וחלב נבלה וחלב טרפה יעשה לכל מלאכה nam cum dubium eſt an ſit beſtia, cujus adeps eſt mundus, an vero ſit feræ cujus adeps immundus eſt, propterea immundities ejus dubia eſt. ואין פודין בו פטר חמור *& non redimunt eo primogenitum aſini*, quia fieri potes ut ſit fera, at de primogenito aſini Deus dixit Exod. 24: 2. ופטר חמור תפדה בשה at de כוי dubium eſt an ſit hircus, an vero caprea, ideo non redimunt ea.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Quandoquidem obligati ſumus operire ſanguinem, non licet mactare die feſto, quia dubium eſt, uti dixi, an obligetur operire ſanguinem an vero non; & non licet homini die feſto movere cineres, propter dubium.

וחלבו מטמא בטומאת נבלה *& adeps ejus polluit pollutione cadaveris*, quia nobis fundamentum eſt quod adeps beſtiæ immundæ non polluit, quod fundamentum ejuſque probationem explicuimus in tractatu Okezim, ubi etiam expoſuimus adipem feræ & carnem ejus haberi eandem rem; ſic etiam adipem beſtiæ immundæ eſſe eandem rem, & propterea polluere pollutione cadaveris; hæc vero creatura כוי, quia dubia eſt quod ad immunditiem, ideo omni modo ipſi imponunt conditiones graviores; & de adipe illius dicunt quod polluit, ſi fuerit cadaver, ut adeps feræ qui polluit ut caro ejus; at immundities ejus dubia eſt, & qui ea pollutus fuerit ſi intraverit templum, non reus eſt exciſionis, neque ſacrificii, niſi ſacrificii propter rem dubiam; dixit Deus Exod. 24: 2. ופטר חמור תפדה בשה at כוי eſt creatura dubia an ſit agnus an vero caprea, ideo non redimunt ea.

י כיצד שוה לבהמה חלבו אסור כחלב בהמה ואין חייבין עליו כרת ואינו נלקח בכסף מעשר לאכול בירושלם וחייב בזרוע ולחיים וקבה רבי אליעזר פוטר שהמוציא מחבירו עליו הראיה:

10. Quomodo ſimilis eſt beſtiæ? adeps ejus illicitus eſt ut adeps beſtiæ, neque quis exciſionis reus propter eam, neque emitur argento decimarum ad comedendum Jeruſolymis, & tenetur de brachio, maxillis, & ventriculo. R. Elieſer liberat, quia ei qui ſeparare velit de eo quod ad proximum pertinet, incumbit probatio.

R. OB. DE BARTENORA.

חלבו אסור כחלב בהמה *adeps ejus vetitus eſt ut adeps beſtiæ*, ut adeps bovis, agni, & hirci. ואין חייבין עליו כרת *& propter eam non tenentur de exciſione*, ad offerendum ſacrificium pro peccato; ſic etiam non tenentur de verberibus propter adipem.

ואינו נלקח בכסף מעשר לאכלו בירושלם *neque emitur pecunia decimarum ad comedendum eam Jeruſolymis*, quia fieri poteſt ut ſit beſtia, at beſtia pecunia decimarum emi nequit in carnem deliciarum, niſi ad offerendum indè ſacrificium pacificum.

וחייב בזרוע ובלחיים ובקבה *& tenetur de brachio, maxillis, & ventriculo*, ut ſeparet de eo quod dicitur Deut. 18: 3. אם שה *vel agnus*, ad includendum כוי.

שהמוציא מחבירו עליו הראיה *quia ei, qui ſeparat de eo quod ad proximum pertinet, incumbit probatio*, ut poſſeſſor creaturæ כוי dicat ſacerdoti, *proba quod ſit de ſpecie beſtiarum, & tolle tua dona*; deciſio eſt juxta R. Elieſer.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Juxta id quod Lex dicit, vetitus tantum eſt adeps de tribus ſpeciebus beſtiarum, bove, agno, & caprea; quia vero dubia eſt caprea, ideo adeps illius vetitus eſt, & homo propter illum non eſt exciſionis reus, quia dubius eſt. Jam expoſuimus capite primo tractatus Maaſer Scheni, non licere beſtias emere argento decimarum ſecundarum, niſi ad emenda ſacrificia pacifica; propterea vetitum eſt creaturam כוי dictam comparare ſibi pecunia decimarum ſecundarum, quia dubium eſt an ſit beſtia; neque offerri poteſt in ſacrificium pacificum, quia dubium eſt an ſit fera; deciſio eſt juxta R. Elieſer, quia ſacerdoti dicamus, *proba quod ſit beſtia & accipito dona*, quia brachium, maxillæ, & ventriculus non ſunt in uſu niſi in beſtiis, uti dicitur Deut. 18: 3. אם שור אם שה ונתן לכהן וגו׳.

יא כיצד

11. Quo-

יא כיצד אינו שוה לא לחיה ולא לבהמה אסור
משום כלאים עם החיה ועם הבהמי הכותב חיתו
ובהמתו לבנו לא כתב לו את הכוי אם אמר
הריני נזיר שזה חיה או בהמה הרי הוא נזיר ושאר
כל דרכיו שוים לחיה ולבהמה וטעון שחיטה כזה
וכזה ומטמא משום נבלה ומשום אבר מן החי
כזה וכזה :

11. Quomodo dissimilis est feræ & bestiæ? vetita est propter heterogenea cum fera & bestia. Si quis legaverit feram aut bestiam suam filio, ne leget ipsi Coi. Si quis dixerit, *ego sum Nazyræus quod hæc fera sit aut bestia*, Nazyræus est. Omnes vero modi reliqui similes sunt feræ & bestiæ, & mactationem requirit ut hæc & illa, & polluit ut cadaver & membrum viventis, ut hæc & illa.

R. OB. DE BARTENORA.

לא כתב לו את הכוי *non legat ipsi Coi*, etsi ipsi scripto leget utramque, bestiam & feram, non tamen intentio ejus fuerit, nisi de eo quod est bestia certa, aut certa fera; Rabbenu Mosche exponit, si tantum ipsi leget bestiam, non acquiri Coi, quia ipsi dicimus, *proba quod sit bestia*; si vero filio tantum leget feram, dicimus ipsi, proba quod sit fera; apparet igitur ex dictis ejus, ut, si legaverit utramque, acquirat unam de duabus.

אמר הריני נזיר שזה חיה או בהמה *si dixerit, ego sum Nazyræus, quod hæc sit fera, aut bestia*, sive dixerit, ego sum Nazyræus cujus hæc fera est, sive dixerit, ego sum Nazyræus cujus hæc est bestia, Nazyræus est; quia interdictum dubium aggravandum est; & etiamsi dixerit, ego sum Nazyræus quod hæc est fera, aut bestia, aut quod non est fera aut bestia, hic est Nazyræus dubius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

חיתו ובהמתו *fera ejus aut bestia ejus*, ac si dixisset, או בהמתו *aut bestia ejus*, id est, si quis alicui scripto leget feram, non scribet *Coi*; sic etiam, si bestiam suam scripto leget, non scribet *Coi*; quia nobis fundamentum est, quod potestas illius qui scripto legavit inferior est; & præterea aliud nobis fundamentum est, ei qui de eo quod ad proximum separat, incumbere probationem; ideoque si bestiam suam scripto legaverit, ipsi dicent, *proba eam esse bestiam*; si vero feram, dicent, *proba eam esse feram*; & si quis dixerit, ego sum Nazyræus, quod hæc est fera aut bestia, ille Nazyræus est; in Gemara dicunt eum esse Nazyræum in quacunque lingua dicat, ego sum Nazyræus quod hæc est fera; sic etiam si dixerit quod hæc est bestia: aut si ea conditione dixerit quod hæc non est bestia neque fera, ille Nazyræus est omni modo dubius; hæc omnia fundata sunt eo fundamento quod dixerunt, *in dubio interdicto inclinamus ad conditionem graviorem, & in bonis dubiis inclinamus ad conditionem leviorem.*

פרק ג כיצד מפרישין הבכורים יורד אדם
בתוך שדהו ורואה תאנה שבכרה אשכול
שביכר רימון שביכר קושרו בגמי ואומר הרי אלו
בכורים ורבי שמעון אומר אף על פי כן חוזר
וקורא אותם בכורים מאחר שיתלשו מן הקרקע :

Caput 3. Quomodo separant primitiva? descendet homo in campum & contemplabitur ficum quæ primum protruserit, botrum qui primum protruserit, malum granatum quod primum protruserit, dein colligabit junco, & dicit, *hæc sunt primitiva*; R. Schimeon dicit, nihilominus tamen ea denuo primitiva vocabit postquam evulsa fuerint è solo.

R. OB. DE BARTENORA.

רואה תאנה שבכרה *contemplabitur ficum primitivam*, etsi non perfectus fuerit fructus, quia Deut. 26: 10. dicitur הבאתי את ראשית כל פרי ergo eo tempore quo primitiva adducit necesse est ut sint fructus, non autem quando separat primitiva, etiam si sint omphaces & virentes fructus.

הרי אלו בכורים *ecce hæ sunt primitiva*, & non necesse est ut ea nomine vocet postquam collecta fuerint. R. Schimeon dicit, אף על פי כן חוזר וקורא אותם בכורים *nihilominus tamen vocet ea iterum primitiva*, quia explicat id quod extat Deut. 26: 2. ולקחת מראשית כל פרי האדמה ergo quemadmodum sint fructus necesse est, quando adducit primitiva, sic etiam quando ea separat necesse est ut sint fructus, nam eo tempore quo illis nomen imponit necesse est ut sint fructus evulsi, uti eo tempore quo ea adducit; at decisio non est juxta R. Schimeon.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

גמי *juncus*, notum est, Arabicè גמאם, vult hoc dicere, fructus illos signo quodam notandos unde apparet, quod separati sunt in primitiva; & id quidem junco, quod ordinarium est; dixit enim Deus benedictus de primitivis Deut. 26: 10. הבאתי ראשית כל פרי האדמה ad hoc dixerunt Sapientes, quando adducit primitiva tantum, necesse est ut sint fructus, at quando quis separaverit ea, sufficit, etsi sint fructus immaturi; & propterea dicunt, si quis fructus in arbore virentes vocaverit primitiva, non est necesse ut iterum eos vocet primitiva post evulsionem & maturitatem. Sed R. Schimeon dicit, quemadmodum necesse esse ut sint fructus quando ea adducit, sic etiam necesse esse ut sint fructus quando ea destinat, ideoque dicit eis nomen imponendum esse postquam evulsi fuerint; sed decisio non est juxta R. Schimeon.

ב כיצד מעלין את הבכורים כל העיירות
שבמעמד מתכנסות לעיר של מעמד ולנין ברחובות
של עיר ולא היו נכנסין לבתים ולמשכים היה
הממונה אומר קומו ונעלה ציון אל בית ה׳
אלהינו :

2. Quomodo adducunt primitiva? omnes urbes stationariæ congregabantur in urbe stationis primariæ, & pernoctabant in plateis, non intrantes domicilia; & mane dicebat præfectus, *surgamus, & ascendamus Zionem, domum Domini Dei nostri.*

R. OB. DE BARTENORA.

כל העיירות שבמעמד *omnes villæ stationariæ*, viginti quatuor erant stationes juxta custodias sacerdotum; *viri* autem *stationarii* erant Israelitæ à toto Israele constituti ad adsistendum sacerdotibus & Levitis illius custodiæ ad offerenda sacrificia, quisque ea septimana qua ipsum tangebat ordo, & hi vocabantur אנשי המעמד *viri stationarii.*

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Sensus stationum exponitur perfectius in tractatu Taanit; & quod hoc loco necessario sciendum est, illud est, quod singulis septimanis faciebant stationes suas certis viris ad id munus constitutis, qui in locis suis congregabantur ad orandum, jejunandum, & legendum in Lege; quando autem perfecerat prima statio, congregabatur secunda, & eo ordine viginti

מתכנסות לעיר של מעמד *congregabantur in urbe stationis*, ad caput stationis; at non adducebant primitiva sigillatim; *quia in multitudine populi consistit gloria regis* Prov. 14:28.

ולא היו נכנסים לבתים *neque intrabant domicilia*, ne tentorio polluerentur. ולמשכים id est בבוקר *manè*, quando maturè surgebant. הממונה *præfectus*, præfectus stationis dicebat, *surgamus & ascendamus Zionem*; at in itinere dicebant, *lætatus sum inter decentes mihi, domum Domini eamus* Psal. 122:1. Quando autem Jerusolyma appropinquabant, dicebant, *Stabant pedes nostri in portis tuis, Jerusolyma. Omnis anima laudet Dominum* Psal. 150.

quatuor stationes; quando vero omnes perfecissent, revertebantur in ordinem per circuitum, cujus rei ratio etiam exponetur. Ratio autem, quare congregabantur, & non sigillatim ibant, majorem honorem respiciebat, ut scriptum est Prov. 14:28. ברוב עם הדרת מלך ratio autem quare non intrabant domicilia, erat, ne tentoriis inquinarentur.

ג הקרובים מביאים התאנים והענבים והרחוקים מביאין גרוגרות וצמוקים והשור הולך לפניהם וקרניו מצופות זהב ועטרת של זית בראשו החליל מכה לפניהם עד שמגיעים קרוב לירושלים הגיעו קרוב לירושלם שלחו לפניהם ועטרו את בכוריהם הפחות הסגנים והגזברים יוצאים לקראתם לפי כבוד הנכנסים היו יוצאים וכל בעלי אומניות שבירושלם עומדין לפניהם ושואלין בשלומם אחינו אנשי המקום פלוני באתם לשלום :

3. Propinquiores adducebant ficus virides, & uvas; remotiores adducebant ficus siccas & passas; bos vero præibat illis cujus cornua erant auro operta, cum corona oleaginea in capite ejus, tibia resonabat ante eos donec appropinquassent Jerusolymam, & quando propius accedebant Jerusolymam, mittebant ad eos qui coronabant primitiva; duces, inspectores, præfecti ærarii illis obviam ibant, & juxta honorem intrantium exibant, & omnes opifices qui inveniebantur Jerusolymis consistebant ante eos, & salutabant dicendo, *Fratres nostri viri loci N. N. venite in pace.*

R. OB. DE BARTENORA.

התאנים והענבים *ficus & uvæ*, recentes, & virentes. והרחוקים *& remotiores*, Jerusolymis, ut ficus propter itineris longinquitatem tam diu conservari non possint, ideo adducunt ficus siccas & passas.

והשור הולך לפניהם *& bos præibat illis*, qui offerebatur in sacrificium pacificum. ועטרת של זית בראשו *& corona olivæ in caput illius*, dicit unus, id fieri quia oliva terræ propior est quam reliquæ arbores juxta ordinem Scripturæ, vide 2 Regum 18:32. Alius dicit, ex oliva fieri coronam quia inter reliquas arbores septem specierum non datur quæ ramos & folia habet viridiora quam arbor olivarum.

ועטרו את בכוריהם *& coronarunt primitiva eorum*, quomodo ea coronabant? cujus primitiva erant ficus siccæ, adornabat eas, ut ficus humidas; cujus primitiva erant uvæ passæ, adornabat eas ut recentes; & quando adducebant uvas, præstantiores ostendebant superius. גזברים *sunt præfecti ærarii*, qui sanctorum bonorum curam gerunt.

לפי כבוד הנכנסים *juxta honorem intrantium*, juxta numerum introeuntium, exibant, si multi introibant, multi exibant, si vero pauci introibant, pauci exibant.

וכל בעלי אומניות שבירושלם עומדים לפניהם *& omnes opifices Jerusolymitani stabant ante eos*, etsi opifices non debeant sistere ante discipulos Sapientum quando operi sunt intenti, ne cesset opus eorum; nihilominus obligabantur consistere ante eos qui adducebant primitiva, quia præceptum in tempore suo peractum gratum est; propterea consistebant ante eos qui feretrum portabant in quo mortuus erat, & ante eos qui infantem adferebant circumcidendum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

ועטרת של זית בראשו *& corona olivæ in caput illius*, ad demonstrandum quod primitiva illa erant de septem speciebus; & quandoquidem inter arbores non datur formosior quam oliva, ideo de ramis olivæ tantum conficiebant coronas. חליל *tibia*, est instrumentum musicum satis notum, ut non indigeat expositione.

ועטרו את בכוריהם *& coronabant primitiva eorum*, id est, adornabant, conjungentes ficus & uvas recentes cum ficibus siccis & passis, quas eo modo adducebant; si vero omnes erant recentes, indicium erat bonitatis & præstantiæ, adornantes eas botris uvarum. פחות *duces*, sunt sacerdotes primores, inspectores. גזברים *præfecti ærarii*, quibus cura sanctarum rerum demandata est.

לפי כבוד הנכנסים היו יוצאים *juxta honorem intrantium exibant*, exponit Gemara, si magna esset multitudo intrantium, magna quoque erat multitudo quæ obviam ibat, si vero exigua, etiam exigua exeuntium. Fundamentum vero tenemus quod opifices se non possunt sistere ante discipulos Sapientum, attamen obligamus eos ad consistendum, quia illi qui intrant sunt cœtus, honor vero cœtus est multifarius. Dicunt in Gemara, in itinere dicebant. שמחתי באומרים בית יהוה נלך Psal. 122:1. Jerusolymis vero dicebant היו עומדות רגלינו בשעריך ירושלם Psal. 122:2.

ד החליל מכה לפניהם עד שמגיעין להר הבית הגיעו להר הבית אפילו אגריפס המלך נוטל הסל על כתפו ונכנס עד שמגיע לעזרה הגיע לעזרה ודברו הלוים בשיר ארוממך יי׳ כי דליתני ולא שמחת אויבי לי :

4. Tibia ante eos sonabat usque dum pervenissent ad montem templi; si perveniebant ad montem templi, etiam rex Agrippa levabat canistrum in humerum & intrabat, donec attigisset atrium; si perveniebant ad atrium, Levitæ canebant, *Exaltabo te Domine quia evexisti me, & non fecisti ut inimici mei gavisi fuerint de me* Psal. 30:2.

R. OB. DE BARTENORA.

חליל *tibia*, est instrumentum musicum valdè sonorum. היה נוטל הסל על כתפו *tollebat canistrum in humerum*, quia necesse erat ut canistrum suum manu sua daret in manum sacerdotis, uti dictum est Deut. 26:4. ולקח הכהן הטנא מידך.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dicitur in Lege hominem obligatum esse ut ipse primitiva adducat, & det in manus sacerdotis, sic Deus dixit Deut. 26:4. ולקח הכהן הטנא מידך Agrippa vero fuit ex regibus sub templo secundo, magnanimus & constans; dicunt in Gemara quod deindè dicebant, *Laudate Dominum*, usque, *omnis anima laudabit Dominum*. Psal. 150.

ה הגוזלות שעל גבי הסלים היו עולות ומה שבידם נותנים לכוהנים :

5. Pulli columbarum supra canistra holocausta fiebant, & id quod manibus tenebant dabant sacerdotibus.

R. OB. R. MO.

R. OB. DE BARTENORA.

הגוזלות על גבי הסלים *pulli columbarum ſupra caniſtra*, appendebant columbas à poſteriori parte caniſtrorum primitivorum, at non propriè ſupra caniſtra, ne inquinarentur, & hæ columbæ aut turtures offerebantur in holocauſta.

ומה שבידם *& id quod manibus tenebant*, Rabbenu Moſche declarat, columbas illas quas manu tenebant, non appendebant a caniſtris; mihi vero videtur id quod manibus tenebant primitiva eſſe quæ manibus adducebant.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Illi qui primitiva volebant honore afficere, appendebant caniſtris pullos columbarum & turturum, quibus primitiva adducebant.

על גבי הסלים *ſuper caniſtra*, dicunt in Gemara quod columbæ dependebant à caniſtris, & non ponebantur ſupra caniſtra ne polluerent ea; quæ vero dependebant à caniſtris, offerebantur in holocauſta; quas vero manibus tenebant, ſacerdoti dabant.

ו עודהו הסל על כתפו קורא מהגדתי היום להי אלהיך עד שגומר כל הפרשה רבי יהודה אומר עד ארמי אובד אבי הגיע לארמי אובד אבי מוריד הסל מעל כתפו ואוחזו בשפתותיו וכהן מניח ידו תחתיו ומניפו וקורא מארמי אובד אבי עד שהוא גומר כל הפרשה ומניחו בצד המזבח והשתחוה ויצא:

6. Caniſtro humero impoſito legebat ab *denuncio hodie Domino Deo tuo* verſu 3. ad finem ſectionis. R. Jehuda dicit uſque ad *Aramæus perditus erat pater meus* verſu 5; ſi perveniſſet ad *Aramæus perditus erat pater meus*, demittebat caniſtrum ab humero ſuo idque tenebat labiis ſuis, ſacerdos vero illi ſupponebat manus, idque exaltabat; ac tum legebat; *Aramæus perditus erat pater meus* ad finem ſectionis; ponebat illud ad latus altaris; deinde incurvabat ſe; & abibat.

R. OB. DE BARTENORA.

R. *Jehuda dicit, uſque ad Aramæus perditus erat pater meus*, ſed deciſio non eſt juxta R. Jehuda. ואוחזו בשפתותיו וכהן מניח ידו תחתיו *& tenebat id labiis ſuis, & manum ponebat ſub illo ſacerdos*, hinc apparet quod caniſtrum erat ſupra manus ſacerdotis, & quod poſſeſſores caniſtrum tenebant ad ſuperiora labra tempore agitationis, non autem juxta ſententiam illius qui dicit quod ſacerdos manus ſuas ſupponebat manibus poſſeſſoris, atque ita elevabat & agitabat.

בצד המזבח *ad latus altaris*, ad angulum meridionalem occidentalem.

והשתחוה ויצא *& ſe incurvabat & abibat*, indè conſtat quod ſemel tantum agitavit quando legebat; Siphri vero auctor vult duas agitationes eſſe neceſſarias, unam quando legit, ut dicitur Deut. 26: 4. ולקח הכהן הטנא מידך והניחו docemus igitur vocem יד *manus*, de eo quod ſcriptum eſt Lev. 7: 30. ידיו תביאנה את אשי יהוה quemadmodum agitatio ſe habet in illo loco, ſic etiam in hoc; ſecundam vero, poſtquam abſolverit lectionem, nam de tempore poſt lectionem ſcriptum Deut. 26: 4. והנחתו quod verbum occurrit Exod. 32: 34. נחה את העם agitatio vero ea eſt quando manus educit, reducit, ſurſum elevat; & deorſum attrahit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam explicuimus præcedenti capite quod primitiva agitationem requirunt; deciſio non eſt juxta R. Jehuda.

ז בראשונה כל מי שיודע לקרות קורא וכל מי שאינו יודע לקרות מקרין אותו נמנעו מלהביא התקינו שיהיו מקרין את מי שיודע ואת מי שאינו יודע:

7. Inde à principio quicunque poterat legebat, qui vero non poterat legere, non legebat; quo fiebat ut intermitterent adductionem; ergo conſtituerunt ut legeret is qui poterat & is qui non poterat.

R. OB. DE BARTENORA.

נמנעו מלהביא *abſtinuerunt ab adductione*, præ pudore, eo quod legere non poterant.

התקינו שיהיו מקרין *conſtituerunt ut prælegerent iis*, quod applicarunt ex eo quod dicitur Deut. 26: 5. וענית ואמרת at reſponſio ſemper fit ore alterius.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Dixit Deus de primitivis Deut. 26: 5. וענית ואמרת לפני יהוה אלהיך præterea dixit Deut. 27: 14. וענו הלוים ואמרו אל איש ישראל קול רם & in Siphri dicunt, quemadmodum ſe habet reſponſio in lingua ſancta in hoc loco, ſic etiam in illo loco in lingua ſancta; & quandoquidem quilibet homo non intelligit linguam ſanctam, ut dicitur apud Ezram, ideo legit totus populus, ne pudore afficerentur ii qui legere non poterant; propterea applicarunt id quod dicitur verſu 5. וענית ואמרת & dixerunt, *non reſpondebit niſi ex ore alius*.

ח העשירים מביאים בכוריהם בקלתות של כסף ושל זהב והעניים מביאין אותם בסלי נצרים של ערבה קלופה והסלים והבכורים ניתנין לכהנים:

8. Divites adducebant primitiva ſua in caniſtris argenteis & aureis, pauperes vero adducebant in caniſtris vimineis ex ſalicibus decorticatis; caniſtra & primitiva dabantur ſacerdotibus.

R. OB. DE BARTENORA.

והסלים והבכורים ניתנין לכהנים *& caniſtra ac primitiva dabantur ſacerdotibus*, caniſtra pauperum dabantur ſacerdotibus, at divitum caniſtra reſtituebantur, indè dixerunt, *pauperem ſequitur paupertas*.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

קלתות של כסף ושל זהב *caniſtra argentea & aurea*, caniſtra quæ argento & auro contecta erant. נצרים *vimina*, ſic Jeſ. 11: 1. ונצר משרשיו יפרה *& ſurculus è radicibus illius efflo-reſcet*. קלופה *decorticatis*, Chaldaicum eſt, ſic Gen. 30: 37. in Targum dicitur וקלף בהן קלפין והסלים והבכורים ניתנין לכהנים *caniſtra & primitiva dabantur ſacerdotibus*, caniſtra ex ſalicibus decorticatis, at non argentea nec aurea.

ט רבי שמעון בן ננס אומר מעטרין את הביכורים חוץ

9. R. Schimeon filius Nanæ dicit; coronabant primi-

חוץ משבעת המינים רבי עקיבא אומר אין מעטרין את הבכורים אלא משבעת המינים :

primitiva præter septem species; R. Akiba dicit, non coronabant primitiva nisi è septem speciebus.

R. OB. DE BARTENORA.

מעטרין את הבכורים חוץ משבעת המינים *coronabant primitiva citra septem species*, coronabant canistra primitivorum fructibus virentibus & optimis, etsi non essent ex septem speciebus, uti sunt mala cotonia & granata, & similia; poterant quoque canistra coronare fructibus extra terram Israelis natis. *R. Akiba dicit, non coronabant primitiva nisi è septem speciebus*, de fructibus terræ Israelis qui tenentur de primitivis; decisio est penes R. Akiba.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Decisio quæstionis est secundum R. Akibam.

י רבי שמעון אומר שלש מדות בבכורים הבכורים ותוספת הבכורים ועיטור הבכורים תוספת הבכורים מין במינו ועיטור הבכורים מין בשאינו מינו תוספת הבכורים נאכלת בטהרה ופטורה מן הדמאי ועטור הבכורים חייב בדמאי :

10. R. Schimeon dicit, tres modi dantur in primitivis, primitiva, additamentum primitivorum, & coronatio primitivorum; additamentum primitivorum, est species cum sua specie, coronatio primitivorum, est species cum eo quod est sua species; additamentum primitivorum comeditur cum puritate, & immune est à dubiis decimationis, sed coronatio primitivorum tenetur de dubiis decimationis.

R. OB. DE BARTENORA.

הבכורים *primitiva*, essentia primitivorum, ficus quæ primum protruserit, aut botrus qui primum protruserit.

תוספת הבכורים *additamentum primitivorum*, quando colligit primitiva, iis superaddit alias ficus aut uvas. עטור הבכורים *coronatio primitivorum*, fructus virentes quibus circumdat canistrum in ornatum illius.

מין בשאינו מינו *species cum non sua specie*, coronabit canistrum primitiovrum uvarum ficubus, & primitiva ficuum uvis, immo etiam fructibus præter septem species juxta R. Schimeon. פטורים מן הדמאי *liberi sunt a dubiis decimationis*, si sacerdos à plebejo acceperit primitiva quæ adduxit.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus antecedenti Mischna quod decisio non est penes R. Schimeon, qui dixit primitiva eo coronari quod non est sua species citra septem species, at si quis ficus coronare velit uvis, exempli gratia, dactylos olivis, similibusque modis, omnes conveniunt in eo quod licet.

חייב בדמאי *tenetur de dubiis decimationis*, tenetur de jure rerum propter decimationem dubiarum, ut separet oblationem de decimis & decimas secundas, ut expositum est.

יא אימתי אמרו תוספת הבכורים כבכורי' בזמן שהיא באה מן הארץ ואם אינה באה מן הארץ אינה כבכורים :

11. Quando dixerunt quod additamentum primitivorum se habet ut primitiva? quando venit de terra; si vero non veniat de terra, non se habet ut primitiva.

R. OB. DE BARTENORA.

ואם אינה באה מן הארץ *si vero non venerit de terra*, nimirum si additamentum primitivorum de citeriori parte Jordanis venerit de qua adducunt primitiva, etsi non sit terra lacte & melle affluens, uti supra dictum est Cap. 1: 10. vel Misna nostra intelligenda est juxta R. Schimeon, qui Misna nona dixit quod primitiva coronantur etiam aliis præter septem species fructibus, quod ipsum quoque intelligendum est de fructibus extra terram Israelis natis, & quemadmodum juxta opinionem ejus primitiva coronabant fructibus qui extra terram Israelis creverant, sic etiam additamentum veniebat ex fructibus qui extra terram Israelis creverant; & docet nos hoc loco, additamentum quod non fuerit è terra Israelis, non esse instar primitivorum.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

Jam exposuimus superius quod primitiva offeruntur de citeriori parte Jordanis, qui locus non refertur ad terram Israelis.

יב למה אמרו הבכורים כנכסי כהן שהוא קונה מהם עבדים וקרקעות ובהמה טמאה ובעל חוב נוטלן בחובו והאשה בכתובתה כספר תורה ורבי יהודה אומר אין נותנין אותם אלא לחבר בטובה וחכמים אומרים נותנין אותם לאנשי משמר והם מחלקים ביניהם כקדשי המקדש :

12. Quare dixerunt primitiva esse ut bona sacerdotis? quia comparabat iis servos, campos, bestias immundas, & creditor accipiebat ea pro debito, & mulier pro dote sua, ut librum Legis; R. Jehuda dicit, non dabant ea Erudito gratis; Sapientes dicunt, dabant ea viris custodiæ, illi vero distribuebant ea inter se ut sanctitates templi.

R. OB. DE BARTENORA.

כספר תורה *ut librum Legis*, id est, liber Legis se habet ut primitiva in hoc jure, quem creditor sumere possit pro debitis, & mulier pro dote ipsi adscripta; alia expositio, *ut liber Legis*, ut liceat illis primitivis emere librum Legis; & quamvis dixerit *bestia immunda*, erat tamen necesse ut diceret etiam *liber Legis*, quia non dixissemus, omnia hæc etsi non inserviant esui, inserviunt tamen lucro, quando venduntur occasione cibi; sed liber Legis non inservit lucro ut vendi possit occasione cibi comparandi, & quia non vendunt librum Legis, dixissemus quod non licitum foret, ideo hæc nos monet. אין נותנים אלא לחבר בטובה *non dabantur nisi studioso gratis*, sacerdos non potest alicui dare primitiva nisi sacerdoti erudito qui profanum suum comedat cum puritate, & ipsi eas det gratis, nam non poterit iis quicquam emere, nec dare sacerdoti qui non est חבר *eruditus*, nam quandoquidem primitivis non peragitur quicquam operis, suspicio est fieri posse ut sibi non caveat de illis.

נותנין אותם לאנשי משמר *dant ea viris custodiæ*, tam ei qui fuerit חבר quam ei qui non fuerit חבר distribuuntur primitiva ut sanctitates templi, id est, ut reliquæ sanctitates altaris, & quamvis ope eorum non peragant opus, quia ea adducunt in atrium, nihilominus monentur de illis ne comedant ea cum impuritate; decisio est juxta Sapientes.

R. MOSCHE FIL. MAIMON.

לחבר בטובה *erudito gratis*, id est; dabant ea studioso sapienti in eleemosynam & signum charitatis, quod fieri potest juxta opinionem R. Jehudæ; decisio est penes Sapientes.

Finis partis primæ quæ inscribitur Ordo Seminum.

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ,
Quæ in hac parte allegantur vel illustrantur.

FINIS.

INDEX RERUM ET VERBORUM HEBRAICORUM.

גבאי

המקדיש

ו

ז

ח

ט

י

מעשר

פרס

FINIS.

INDEX RERUM
ET
VERBORUM LOCUPLETISSIMUS.

A.

B.

C.

D.

Despu-

G.

H.

I.

Olivæ

P.

Pla.

Unde-

S.

Syri.